
OCTAVVM VOLVMEN.

ARISTOTELIS
STAGIRITAE
METAPHYSICORVM
LIBRI .XIIII.
CVM
AVERROIS
CORDVBENSIS
IN EOSDEM COMMENTARIIS,
ET EPITOME.

THEOPHRASTI METAPHYSICORVM LIBER.

Quorum omnium recognitionem, & additamentum
versa pagina ostendit.



Cum summi Pontificis, Gallorum Regis,
Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS M D III.

IN HOC OCTAVO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.

ARISTOTELIS Metaphysicorum libri Quatuordecim, à Bessarione Cardinale Niceno latinitate donati: denuo vero castigati, ac in Summas & Capita diuisi. fo.1.

AVERROIS in eosdem cum ipsius textu Cõmentarij, ex Antiquis, doctissimorumq; virorum exemplaribus castigati. .3.

Procœmium in Duodecimum librum, antea quidem à Paulo Israelita, nũc vero etiam à Iacob Mantino in Latinũ conuersum. 135.

Epitome in eosdem Metaphysicorum libros, Mantino interprete: Aristotelis textibus, vt eis respondet, in margine citatis. .168.

THEOPHRASTI Metaphysicorum liber. .186.

Summarum, ac Capitum index in voluminis initio.

Horum autem omnium exactiorem cognitionem ex præfatione habebis.

SVMMÆ AC CAPITA LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summæ ac Capita Primi libri Metaphysicorum.

Summa Prima. De natura, & perfectione huius diuinæ scientiæ, quæ sapientia dicitur. fo.1.

Caput Primum. Quæ cognitionum perfectior, quæ ne imperfectior esse dicatur: pariter & cognoscentes. .1.

Caput Secundum. Quæ sit sapientiæ natura: et quæ sint in hac methodo intentio. .1.

Summa Secunda. Antiquorum opiniones de rerum causis, ac principijs. .2.

Caput Primum. Causarum in modos diuisio: veterumq; opiniones de causa materiali. .2.

Caput Secundum. Veterum opiniones de causa efficiente. .2.

Caput Tertium. Pythagoricorum opinio de rerum principijs. .3.

Caput Quartum. Opiniones ponentium universum esse unum: nonnullaq; de his, quæ antea recitatæ sunt, opinionibus. .3.

Caput Quintum. De Platonis Philosophia: omniumq; recitatarum opinionum epilogus. 4.

Summa Tertia. Antiquorum de rerum causis, ac principijs opiniones confutantur. .6.

Caput Primum. Aduersus eos, qui principium omnium unum, idque corporeum statuebant: aduersusq; etiam eos, qui plura principia, & corporea ponebant. .6.

Caput Secundum. Examinatio opinionis Anaxagoræ. .7.

Caput Tertium. Discutiuntur opiniones eorum, qui entia aliqua præter sensibilia ponebant: primũq; reprehenduntur Pythagorici, principijs alieniori modo, quàm Naturales utentes. .7.

Caput Quartum. Redargutiones aduersus Idearum assertores: quomodoq; cuncti naturalium causas inquirere uisi sint. .9.

Summæ ac Capita Secundi libri Metaphysicorum.

Summa Vnica. De Veritatis speculatione agitur. fo.14.

Caput Primum. Veritatis speculationem tum facilem, tum uero difficilem esse. Quoque pacto Philosophia ueritatis scientia recte appelletur. .14.

Caput Secundum. In nullo causarum genere dari processum in infinitum, neq; sursum uersus, neq; deorsum. .15.&.180.

Caput Tertium. Quales debent esse ueritatis auditores, quæq; ueritatis cognitionem impedire soleant. .16.

Summæ ac Capita Tertij libri Metaphysicorum.

Summa Prima. Dubitationes multæ proponuntur. fo.17.

Caput Primum. Dubitationis causa exponitur. .17.

Caput Secundũ. Dubitationes uariæ ad hanc scientiam pertinentes proponuntur. .18.

Summa Secunda. Examinantur propositæ difficultates. .19.

Caput Primum. Disputantur difficultates de causarum, principiorum, ac substantiarum cognitione. .19.

Caput Secundum. Examinantur quæstiones de Generibus. .22.

Caput Tertium. Quæstiones de Vniuersalibus. .24.

Caput Quartum. Vtrum principia sint eadem numero, uel specie. Et an corruptibilium & incorruptibilium eadem sint principia, uel ne. .25.

Caput Quintum. An ens & unum sint rerum substantiæ. .27.

Caput Sextũ. An numerus, et magnitudo substantiæ sint, uel ne. .28.

Caput Septimum. Dubitationes de Ideis. .29.

Caput Octauum. Vtrum principia potentia sint, uel alio modo. Et utrum uniuersalia, an singularia. .30.

Summæ ac Capita Quarti libri Metaphysicorum.

Summa Prima. Agitur de quibus habeat prima Philosophia pertractare. .30.

Caput Primum. Ens prout est ens, & primas causas à primo Philosopho consyderari. .30.

Caput Secundum. Quo pacto ens multipliciter dicatur. Ens & unum idem esse. Item de ente, ut ens est, & de eius speciebus, ac consequentibus hanc consyderare scientiam. .31.&.171.

Summa Secunda. De Principiorum cognitione. .34.

Caput Primum. Ad Philosophum consyderationem de principijs omnibus communibus pertinere. .34.
Caput Secundum. Disputatio contra eos, qui contingere idem esse, & non esse dicunt, & ita arbitrari. .35.
Caput Tertium. Contra Protagoram, asserentem omne quod opinamur, & nobis apparet, uerum esse. .41.
Caput Quartum. Contra eos, qui uel contradicendi studio, uel alia quapiam de causa in dictam opinionem deuenerunt. Item contraria simul eidem inesse non posse. .44.
Caput Quintum. Inter contradictionem non dari medium. .45.
Caput Sextum. Contra eos, qui omnia falsa, aut qui omnia uera esse dicebant. Et contra eos etiam, qui omnia quiescere aut moueri dicebant. .46.

Summa ac Capita Quinti libri Metaphysicorum.

Svmma unica. Nonnullorum nominum multipliciter dictorum significationes distinguuntur. fo.47.
Caput Primum. De Principio. .47.&.171.
Caput Secundum. De Causa. .48.&.171.
Caput Tertium. De Elemento. .49.&.171.
Caput Quartum. De Natura. .50.&.171.
Caput Quintum. De Necessario. .51.&.171.
Caput Sextum. De Vno. .52.&.170.
Caput Septimum. De Ente. .54.&.169.
Caput Octauum. De substantia. .55.et.169.
Caput Nonum. De Eodem, Diuerso, Differenti, Simili, & Dissimili. .56.&.170.&.171.
Caput Decimum. De Oppositis, Contrarijs, Diuersis, & eisdem specie. .56.et.170.
Caput Vndecimum. De Priori & Posteriori. .56.&.171.
Caput Duodecimum. De Potentia & Impotentia. .57.&.171.
Caput Decimumtertium. De Quanto. 58.&.169.
Caput Decimumquartum. De Quali. 59.et.169.
Caput Decimum quintum. De Ad aliquid. 60.& .165.
Caput Decimum sextum. De Perfecto. 61.&.171.
Caput Decimum septimum. De Termino. .62.
Caput Decimum octauum. De Secundum quod. .62.&.169.
Caput Decimum nonum. De Dispositione. .62.
Caput Vigesimum. De Habitu. .63.
Caput Vigesimum primum. De Passione. .63.
Caput Vigesimum secundum. De Priuatione. .63.&.170.
Caput Vigesimum tertium. De Habere. .63.
Caput Vigesimum quartum. De Ex aliquo. 64.
Caput Vigesimum quintum. De Parte. 64.et.171.
Caput Vigesimum sextum. De Toto. 65.&.171.
Caput Vigesimum septimũ. De Mutilo. 65.&.171.
Caput Vigesimum octauum. De Genere. .66.
Caput Vigesimum nonum. De Falso. .66.
Caput Trigesimum. De Accidente. .67.&.169.

Summæ ac Capita Sexti libri Metaphysicorum.

Svmma Prima. Declaratur de quo ente prima Philosophia consyderet, ex distinctione consyderationis, & modi definiendi aliarum scientiarum, quarum hic fit diuisio. 67.
Summa Secunda. Declarantur quædam entis species, quæ ab hac scientia secluduntur. .69.
Caput Primum. Dari ens per accidens, quidq; illud sit. .69.
Caput Secundum. De Ente uero, & falso, omittendumq; esse ens per accidens, uerumq; ac falsum, ac de ente ut ens est consyderãdas esse causas, ac principia. .71.

Summæ ac Capita Septimi libri Metaphysicorum.

Svmma Prima. Proponit de Substantia agendum esse, cùm sit primum entium. fo.72.
Caput Primum. Substantiam multis modis entium omnium primum esse. .72.et.172.
Caput Secundum. Quæ manifestissime uidentur esse substantiæ, & an ea sola substantiæ sint, uel alia etiam, multorum opiniones. .73.&.172.
Summa Secunda. De ipsa substantia. .74.
Caput Primum. Substantia quot modis dicatur, & quæ proprie substantia sit. .74.
Caput Secundum. De ipso quid est agendum esse: Et quid ipsum sit. .75.&.172.
Caput Tertium. Quomodo substantiarum, accidentium, ac copulatorum sit ipsum quid est, & definitio. .76.
Caput Quartum. Dubitationes quædam circa copulatorum definitiones, & eorum, quæ ex additione dicuntur: substantiarumquè primo & simpliciter, aliorum uero quodammodo esse definitionem. .78.
Caput Quintum. Quo pacto ipsum quod quid est, & unumquodque in primis, & us, quæ per se dicuntur,

dicuntur, idem sit, in alijs uero quæ per accidens quodammodo. Sophisticarum item redargutionum solutio. .79.
Caput Sextum. Entium alia natura, alia arte, alia casu: omnia uero ab aliquo, ex aliquo, & aliquid fieri. .81.
Caput Septimum. Formam non fieri, sed compositum ex materia & forma. .82.&.173.
Caput Octauum. Non dari aliquam formam à singularibus separatam. .83.
Caput Nonum. Cur quædã ab arte, & à casu fiant, quædam uero minime. .84.
Caput Decimum. Omnia ex uniuoco generari. .84.
Caput Vndecimum. Formam non generari non tantum in substantiæ, sed & in cæteris prædicamentis uerum esse. .85.
Caput Duodecimum. Dubitationũ solutio. An partium rationes in totius ratione ponantur. Et an partes toto sint priores. .86.&.176.
Caput Decimum tertium. Quæ nam formæ, quæne compositi partes sint in ipsa definitione. .88.
Caput Decimum quartum. Quo pacto ex definitionis partibus unum fiat, ubi de definitionibus secundum diuisionem multa. .91.
Caput Decimum quintum. Vniuersalia substãtias non esse. Ad hoc autem dubitationem sequi, nullus rei esse definitionem. .92.
Caput Decimum sextum. Quæ sequuntur incommoda aduersus asserentes ideas substantias esse, & separatas, & ipsas ex genere & differentijs constare. .94.
Caput Decimum septimum. Singularium non esse definitiones, & propterea nec etiam Idearum. .94.
Caput Decimum octauum. Plura, quæ uidẽtur substantiæ, potentias & partes esse. .96.
Caput Decimum nonum. Ens & unum, siue ipsum ens, & ipsum unum non esse rerum substantias. .96.
Caput Vigesimum. Quid proprie substantiam dicere oporteat: eamq; non elementum, non compositum, sed principium esse. Vbi de quæstione propter quid multus sit sermo. .97.&.174.

Summa ac Capita Octaui libri Metaphysicorum.

Svmma unica. Agitur de sensibilium substantiarum principijs, Materia scilicet, & Formâ. fo.98.
Caput Primum. Dictorum recollectio. .98.
Caput Secundum. Substantiæ diuisio. Materiamq; substantiam esse. .99.&.175.
Caput Tertium. De substantia, quæ forma & actus est. Item definitiones formam & materiam complectentes, potiores esse, quàm quæ alteram tantum. .99.&.175.
Caput Quartum. Dubium, utrum nomina compositorum, formarum'ue signa sint. Compositum non formam generari. Antisthenicæ item dubitationis solutio, definitionem non dari astruentis. .101.&.175.
Caput Quintum. Quo pacto substantiæ numeri dici possint. .102.
Caput Sextum. De Materiali rerum principio, eodem ac diuerso: agenteq; etiam. & quo pacto ad quærentem causam per omnia causarum genera sit respondendum. .102.&.175.
Caput Septimum. Non omnia contraria uicissim fieri, nec omnium esse materiam, & quo pacto materia cuiusq; ad contraria se habeat. .104.
Caput Octauum. Dubitationis solutio, quæ causa est, ut definitiones, & numeri unum sint in rebus omnibus, & unionis materiæ ac formæ. 104. & .175.

Summæ ac Capita Noni libri Metaphysicorum.

Svmma Prima. Agitur de Potentia. fo.106.
Caput Primum. Dicenda proponuntur. .106.
Caput Secundum. Diuiditur Potentia in sua significata. .106.&.176.
Caput Tertium. Distinguuntur potentiæ per earum subiecta. .107.&.176.
Caput Quartum. Contra negantes potentiam, nisi cùm res sit in actu. .108.&.177.
Caput Quintum. Contra ponentes omnia possibilia. .109.
Caput Sextum. Quæ potentiæ præcedente opere in re significantur, quæ uero non: & quo pacto potentiæ ad actum deducantur. .110.
Summa Secunda. De Actu. .110.&.177.
Caput Primum. Quid et quale sit id, quod actu dicitur. .110.&.177.
Caput Secundum. Quando aliquid dicendum est potentia esse, & quando non. .111.&.177.
Caput Tertium. Actum priorem esse potentia, generatione, & tempore. .112.&.177.
Caput Quartum. Actum substantia priorem esse potentia. .113.&.178.
Caput Quintum. Actum priorem esse studiosa potentia. .115.&.178.
Caput Sextum. Quo pacto designationes Geometricæ actu inueniuntur. .115.

Caput

Caput Septimum. Quo pacto ex ueritate, & falsita te, actus potentia sit præstantior. 115. & .178.

Summæ ac Capita Decimi libri Metaphysicorum.

Summa Prima. Agitur de uno secundum se consyderato. .117.
Caput Primum. Quot modis unũ dicatur: & aliud esse quærere, quæ unum dicuntur, & uni esse, ac eius rationem. .117. et .178.
Caput Secundum. Vnius esse ac naturam maxime in hoc consistere, quòd prima omnium mensura sit: propriissime uero ipsius quanti, & ab ipso in alijs mensuram dici. .117. & .179.
Caput Tertium. Mensuram unam esse & indiuisibilem quo pacto sit intelligendum. Eamq; semper eiusdem generis esse. Et quo pacto scientia ac tempus mensura rerum esse dicantur. 119. & .179.
Caput Quartum. Dubitationis solutio, an unũ sit rei substantia: ipsiusq; ad ipsum ens comparatio. .119. & .179.
Summa Secũda. De uno respectu multitudinis consyderato: ubi de contrarietatibus quamplura .121. & .179.
Caput Primum. De Vno, et Multitudine, ac ijs, quæ ad ipsa consequantur. .121. et .179.
Caput Secundum. Cõtrarietatem differentiam esse perfectam: et quomodo differant ipsa contraria. .122. & .179.
Caput Tertium. Primum contrariorum esse priuationem & habitum: omnêq; contrarietatem priuationem esse, & non econtra. .123. & .180.
Caput Quartum. Quo pacto Aequale magno & paruo opponatur. .124. & .180.
Caput Quintum. Quo pacto unum, & multa opponantur. .125. & .180.
Caput Sextum. Media contrariorum in eodem genere cum ipsis contraryis esse, ac ex ipsis componi. .126. & .179.
Caput Septimum. Differentiam secundum speciem contrarietatem esse. .127.
Caput Octauum. Dubitatiõis solutio cur quædam contrarietas diuersa specie faciat, quædam uero non. Et an materia diuersa specie faciat, uel ne. .128. & .180.
Caput Nonum. Quæ sint contraria, quæ genericam faciant differentiam. .129.

Summæ ac Capita Vndecimi libri Metaphysicorum.

PRima summa. Reassumuntur dubitationes, de quibus in Tertio libro habitus est sermo. fo. 130.
Caput Primum. Mouentur dubitationes circa Sapientiæ consyderationem. .130.
Caput Secundum. Proponuntur dubitationes de rebus ijs, quæ ab hac scientia consyderari dicuntur. .130.
Summa Secunda. Narrantur ea, quæ ad huius scientiæ consyderationem pertinent, de quibus in Quarto libro. Ex ijs autem nonnullarum quæstionum supradictarum solutiones elicjuntur. .131.
Caput Primum. Primã Philosophiam de ente, prout est ens, speculari: quod ut ea, quæ ab uno, uel ad unum dicitur. .131.
Caput Secundum. Primum Philosophum uersari circa cõmunia principia in uniuersum. .131.
Caput Tertium. Quòd circa primum principium non contingat falsum dicere: redarguunturq; illi, qui aliter senserint. .131.
Caput Quartum. Redarguitur Protagoræ opinio falsa, asserentis omne, quod opinamur, uerum esse: assignaturq; deceptionis ipsius causa. .132.
Caput Quintum. Quibus supradicta opinantibus cum difficultate, facileue sit occurrere. Item locutiones omnes nec ueras, nec falsas esse possibile esse. .132.
Summa Tertia. Annotatur Primæ Philosophiæ ad alias scientias differentia. Item ens per accidens à scientiarum consyderatione abycitur: de quibus omnibus supra in Sexto. 132.
Caput Primũ. Primã Philosophiam ab alijs differre scientijs, quarũ hic fit diuisio ex consyderandi ratione, ac definiendi modo. .132.
Caput Secundũ. Ens per accidẽs à nulla consyderari scientia: ipsiumq; nõ habere causas, nec principia. Nec etiam de ente uero quærenda esse principia. Item de fortuna causa per accidẽs existente. 132.
Summa Quarta. De Motu, de Infinito, de diuisionibus motus, & nonnullorum terminorum definitionibus: de quibus in Tertio, & Quinto Physicorum. .133.
Caput Primum. De Motu. .133.
Caput Secundum. De Infinito. .133.
Caput Tertium. Distinguitur motus per se à motu per accidens, et secundum partem. Quot modis aliquid in aliud mutari dicatur. In quot, et quibus prædicamentis sit motus. Immobile itẽ quot dicatur modis. .134.
Caput Quartum. Nonnullorum terminorum assignantur definitiones. .134.

AVerrois Proœmium in Duodecimum Metaphysicorum Paulo Israelita, & Iacob Mantino interpretibus. fo. 135.

Summæ ac Capita Duodecimi libri Metaphysicorum.

Summa Prima. Agitur de substantia Sensibili. fo. 137.
Caput Primum. De substantiæ speculationem esse oportere, ex Antiquorum etiã opinionibus. 137.
Caput Secundum. Diuiditur substantia in sensibilem & immobilem, illaq; in sempiternam & corruptibilem. Item ostenditur in sensibilibus substantijs materiam necessariam esse: triaq; ipsarum esse principia. .137.
Caput Tertium. Nec materiam, nec formam gẽnerari. Item quo pacto formas dari non male dixerit Plato: & cur etiam non cogamur nos ea ponere. .140.
Caput Quartum. Quot, quibusq; modis sensibilium rerum principia eadem dici possint, & quibus minime. .143.
Summa Secunda. De substantia Immobili. .147.
Caput Primum. Necessarium esse dari substãtiam aliquam immobilem, perpetuam, semperque actu existentem. Item actũ potentia esse priorem. .147. & .181.
Caput Secundum. Quo pacto dicta substantia, quæ primum est principium, immobilis moueat. .149. & .182.
Caput Tertiũ. De Vita, essentia, perfectioneq; primi principij. & contra nõnullos dicentes in ipso non esse optimũ ac pulcherrimum. 151. & .184.
Caput Quartum. Quot sint numero substantiæ immobiles, ac sphæræ, quæ ab eis mouentur, opiniones tum aliorũ, tum propria: ac peradmodũ Antiquos de ipsis loquentes confirmatio. 153. & .181.
Caput Quintũ. Examinantur nonnullæ dubitationes circa primi intellectus intellectionem. 157.
Summa Tertia. Quo pacto Vniuersi natura ipsum bonum, ipsumq; optimum habeat, opinio propria, aliarumq; impugnatio. 158. 183. & .184.

Summa ac Capita Tertijdecimi libri Metaphysicorum.

Summa Prima. De Mathematicarum rerum essentia pertractatur. fo. 159.
Caput Primum. De quibus agendum sit in subsequentibus libris. .159.
Caput Secundum. Mathematica substantias non esse magis, quam corpora, nec eis priora nisi ratione, nec ab eis separata esse posse. .160.
Caput Tertium. Mathematica, & entia esse, & quo pacto: et quo modo non priora, et quomodo priora. Vbi de abstractione multa. .160.
Summa Secunda. Disceptatio contra Ideas. 161.
Caput Primum. Quæ mouerint Idearum assertores ad eas ponendas. .161.
Caput Secundum. Destruuntur fundamenta eorũ, qui Ideas ponunt. .161.
Caput Tertium. Ideas ipsas neq; rebus, neq; scientijs prodesse. .161.
Summa Tertia. Opinionum, numeros substantias separatas ponentium, destructio. .161.
Caput Primum. Quot modis possibile sit dicere numeros substantias esse separatas, & qui modis illis usi sint. .161.
Caput Secundum. Disputatio cõtra ponentes Ideas numeros esse. 162.
Caput Tertium. Destruuntur opiniones: Et ea, quæ numeros mathematicos rerum principia ponut: Et ea, quæ eundem esse numerum, & mathematicum & idealem dicit: Et ea, quæ Pythagoricorum est, dicentium numeros quidem separatos non esse, sed ex ipsis constare corpora. Redditurq; earum erroris causa. .163.
Caput Quartum. Consyderandum esse quid, et quomodo dicitur, ideas, numerosue esse rerum principia. Ostenditur autem quod Ideæ principia esse non possunt. .164.
Caput Quintum. Difficultatis determinatio, quo pacto Vniuersalis dicatur esse scientia, si substantiæ separatæ non sunt. .164.

Summa ac Capita Quartidecimi libri Metaphysicorum.

Summa libri. In hoc libro disputat contra eos, qui mathematica, uel ideales numeros entium principia ponebant. fo. 165.
Caput Primum. Circa immobiles substantias non posse principia contraria existere. .165.
Caput Secundum. Narrantur opiniones multæ Antiquorum de principijs. .165.
Caput Tertium. Narratæ opiniones confutantur. .165.
Caput Quartum. Multis de causis Antiquos in has causas lapsos fuisse: præcipue uero ob Parmenidem dicentem ipsum ens Vnũ esse: quod ab Aristotele redarguitur. .166.
Caput Quintum. Examinantur opiniones Variæ ponentium numeros rerum principia: eædemq; improbantur. .166.

Caput

Caput Sextum. Dubitatio, quo pacto bonum in ipsis principijs insit: de qua re diuersæ Antiquorũ redarguuntur opiniones. .167.

Caput Septimum. Contra ponẽtes locum simul cum magnitudinibus fieri. Item contra dicentes ex numeris, vt ex elementis, entia fieri, ipsum autem aliud ex alio esse, quot modis dicatur non diuidentibus. .167.

Caput Octauum. Numerum non esse causam aliquam ipsarum rerum. .167.

Caput Nonum. Contra ponentes bonum, quod est hic, omne à numeris prouenire. Contra etiam nonnullos Homeri expositores, fatua quædam in numeris dicentes. Et quo pacto in numeris ponendum est ipsum bonum. .167.

EPitomes Auerrois dicta Aristotelis textibus vtrisq; in margine inuicẽ citatis, sunt accommodata.

Capita libri Metaphysicorum Theophrasti.

CAput Primum. Dubitationes, quo pacto se habeant intelligibilia cum naturalibus, et quæ sint ipsa intelligibilia. fo. 186.

Caput Secundum. Dubitationes de desyderio superiorum ac inferiorum rerum. & an inferiora sint cœli partes, & quo pacto. & an circularis latio sit de cœli substantia. .186.

Caput Tertium. Narrantur opiniones multæ circa rerum principia. .186.

Caput Quartum. Dubitatio, an principia informia sint, vel formam adepta. .186.

Caput Quintum. Dubitatio circa principiorũ motum, & quietem. .186.

Caput Sextum. Dubitatio, quo pacto entium diuisio in materiam, & formam fiat. .187.

Caput Septimum. Dubitatio, quo pacto vniuersi natura in contrarijs existat. .187.

Caput Octauum. De varijs sciendi modis: quibusq; vnumquodq; persequi deceat. Quo item pacto circa principia speculari debeamus. .187.

Caput Nonum. De causa Cuius gratia in inferioribus à superioribus dependentibus: vbi & nonnullæ Antiquorum opiniones adducuntur. 187.

Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS METAPHYSICORVM

LIBER PRIMVS,

Bessarione Cardinale Niceno interprete:

cum Auerrois Cordubensis Commentarijs.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima agitur de natura, & perfectione huius Diuinæ scientiæ, quæ Sapientia dicitur.

In Secunda, Antiquorum narrantur opiniones de rerum causis, & principijs.

In Tertia, eædem confutantur opiniones.

Summæ Primæ Caput Primum. Quæ cognitionum perfectior, quæue imperfectior esse dicatur: pariter & cognoscentes.

Vide principium Epitomes Auer. * cognoscẽte.



MNes homines natura scirẽ desyderant. Signum autẽ est sensuũ dilectio. nam & absque vsu ppter seipsos amãtur. præ cæteris autem, qui per oculos fit. non enim vt agamus solum, verum etiam nil acturi, ipsum videre præ omnibus alijs, vt ita dicam, eligimus. causa autem est, quòd sensuum hic vel maxime nos cognoscere quicquã facit, multasq; * differentias manifestat. Natura itaq; animalia sensum habentia fiunt. à sensu vero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam vero innascitur. & ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt, quam illa, quæ memorare non possunt. Prudentia quidem absq; eo quòd discant, quæcunq; scilicet audire sonos non possunt, vt apes, & si qd'aliud animalium genus simile est. Discunt autem quæcunq; vnà cum memoria hunc quoque sensum habent. Cætera igitur imaginationibus, ac memorijs viuunt; experientia vero parum participant. humanum autem genus arte etiam, ac ratiocinationibus. Fit autem ex memoria experientia hominibus. multæ etenim eiusdem rei memoriæ vnius experientiæ vim efficiunt. Quare experientia penè simile quid scientiæ, ac arti esse videtur. per experientiam autem ars, & scientia hominibus efficitur. experientia enim, vt recte ait Polus, artẽ efficit, inexperientia vero fortunã. Fit autem ars, cùm è multis experimẽtalibus cõceptibus vna de similibus vniuersalis opinio fiat. opinari etenim quod Callię hoc morbo laboranti hoc conduxit, similiter Socrati, ac sigillatim alijs multis, experientiæ quòd autem oibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis hoc morbo laborantibus conducit, vtpote pituitosis, aut biliosis; aut febre ardẽte febricitãtibus, hoc artis proprium est. Ad agẽdum itaq; nil videtur experientia differre ab arte. quinimmo videmus expertos magis id, quod intendunt, conseq; qui quam illos, qui rationem absque experientia tenent. Causa vero est, quòd experientia singularium, ars autem vniuersalium cognitio est. actiones autem, ac generationes omnes circa singulare sunt. non enim hominem, nisi per accidens sanat qui medetur, sed Callam, aut Socratem, aut aliũm quempiam eorum, qui sic dicuntur, cui accidit hominẽ esse. Siquis itaque rationem absque experientia teneat, & vniuersale quidem cognoscat, quod autẽ sub eo particulare est ignoret, sæpenumero errabit à sanando. id enim magis sanabile est, quod singulare est. Nihilominus scire, & cognoscere magis arti, q̃ experientiæ arbitramur inesse. ac eos, qui artem tenent, q̃ eos, qui experientiã habent, sapientiores esse putamus: eo q̃ sapientia propter scientiam magis omnes sequitur. hoc autem, quoniam illi quidem sciunt causam, hi vero minime. experti etenim sciunt quidem quòd est, propter quid autem nesciunt: illi vero propter quid, & causam cognoscunt. Quare & eos, qui in quaq; re Architecti sunt, honorabiliores & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, sapiẽtiores putamus: quoniam causas eorum, quæ fiunt, sciunt, illi vero, sicut & quędam inanimata, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quæ faciunt, vt ignis comburit. sed inanimata natura quadam horum singula faciunt: manibus laborantes, propter consuetudinem. tanquam sapientiores sint, nõ prout actiui sunt, sed prout rationem habent, causasq; cognoscunt. Et prorsus signum scientis est posse docere. quamobrem magis artem q̃ experientiam scientiam esse putamus. illi enim possunt, hi vero minime possunt docere. Præterea sensum nullum putamus sapientiam esse. tametsi singulariũ hæ maxime propriæ cognitiones sunt, de nullo ẽ dicũt propter quid, vt propter qd calidus ignis, sed solum q̃ calidus. Primum itaq; cuiuscunq; artis supra cõis sensus inuentorem, non solum

* a. c. additum. Vide cõtra. Zim.

Apes auditu carent.

Actiones, ac generationes circa singulare sunt.

Signũ scientis est posse docere.

quoniam vtile esset,quod inuentum erat,verum etiam vt sapientem, & cæteris præstantem(vt verisimile est) homines admirabantur. Cùm autem plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad necessaria,aliæ ad degendum essent,semper tales sapientiores illis esse putamus,quòd eorum scientię non ad vtilitatē essent. Quò fit,vt huiusmodi iam omnibus institutis,illæ sapientiarum,quę neq; ad degendum voluptarie,neq; ad necessaria cōduncunt,inuentæ sint:& in illis locis primo,vbi vacabāt. quare circa Ægyptū Mathematicæ artes constitutę sunt.illic enim gens sacerdotum vacare permissa est. Dictum autem in Moralibus est,quænam sit artis & scientiæ differentia,ac cæterorum,quę eiusdem generis sunt. Cuius autem gratia nunc sermonem facimus,illud est,quod appellatam Sapiētiam circa primas causas,& principia omnes arbitrantur versari. Quare,vt dictum est prius, expertus quidem sensum quencunq; habentibus sapientior esse videtur:artifex vero expertis.architectus etiam manibus laborante: speculatiui autem factuis. Quod igitur sapiētia circa aliquas causas,& principia scientia sit,patet.

6 Ethi. ca.

Caput Secundum. Quæ sit Sapientiæ natura: & quæ sit in hac methodo intentio.

QVoniam autem hanc scientiam quærimus, hoc vtiq; fuerit consyderandum circa quales causas,& qualia principia scientia sapientia est. Sitaq; repetat quisquam quas de sapiente opiniones habemus,fortassis ex hoc magis appareat. Primo igitur opinamur sapientē maxime oīa,vt possibile est scire,non habentem singulariter eorum scientiam. Deinde illum,qui difficilliora, neq; scitu facilia homini cognoscere potlit, sapiētem existimamus. sentire enim omnibus cōe est. quamobrem facile, & neutiq; sapiens est. Item illum,qui certior,ac magis docere valens causas reddat, sapientem in omni scientia esse. Scientiarum quoq; illam,quæ gratia sui ipsius, et propter ipsum scire, q̄ illā,quę aliorum gratia eligenda sit, magis sapiētiam esse. Et principaliorem, q̄ ei subministrantem,potius sapientiam esse.non enim vt sapiēti præcipiatur sed vt ille p̄cipiat: nec vt ille ab altero, sed vt ab eo minus sapienti suadeatur, decet. Opiniones itaq; tales, ac tot de sapientia, & sapientibus habemus. Horum autem hoc quidem,omnia inquā scire illi, qui maxime vniuersalem scientiam habeat, necesse est inesse.hic enim quodam modo omnia subiecta scit. Fere autē & difficillima hominibus cognitu sunt ea,quæ maxime vniuersalia sunt, siquidem remotissima sunt à sensibus. scientiarum autem illæ certiores sunt, quæ maxime primorum sunt.nam quę sunt expaucioribus certiores ijs sunt, quæ ex additione dicuntur:vt Arithmetica q̄ Geometria. At vero illa magis docet, quæ causas speculatur. ij enim docent,qui causas singulorum dicunt. Intelligere aūt,et scire eorum ipsorum gratia, illi præcipue sciētiæ inest,quæ eius est, quod maxime scibile est. qui.n. scire eius ipsius gratia eligit,eam,quæ maxime scientia est,præcipue eliget. talis autem est eius,quod maxime scibile. maxime aūt scibilia sunt ipsa prima & causæ:propter hæc.n.& ex ijs cętera cognoscunt̄,sed non hęc p̄ subiecta. Principalissima autē sciarum, & principalior subministrante est,quæ cognoscat id,ob quod quodq; agendum sit.hoc aūt est bonū cuiusq;, & vt quod in omni natura optimū est. Ex omnibus itaq; dictis,in eādem scientiam cadit,quod quærit, nomē. oportet etenim primorum principiorum, & causarum eam speculatiuam esse. nā & bonum, & cuius gratia vna de causis est. Quod autem non factiua, etiam ex primis philosophantib⁹ patet. propter admirationē enim & nunc, & primo cœperunt homines philosophari.à principio quidem, admirādo ea,quæ de dubitandis faciliora erant: deinde paulatim vlterius procedentes,etiam de maioribus dubitādo,vt de passionibus Lunæ, & eorum,quæ circa Solem,& stellas fiunt,ac de generatione vniuersi. Qui vero dubitat & admirat,putat se ignorare. quare Philosophus amator fabularum quodam modo est, eò q̄ fabula ex mirandis cōstat. Quare, si propter fugam ignorantię philosophati sunt,patet q̄ causa cognoscēdi, & nullius vsus gr̄a ipsum scire prosequebant. Testat autē id ipsum, qd̄ contingit. fere enim oībus inuētis, quę ad necessaria,& facilitatem,ac ad degendum cōducunt,huiusmodi prudētia quęri cœpta est. Patet itaq;, q̄ ob aliā nullā utilitatem quęrimus, sed, quēadmodum dicim⁹, liber homo de eo, qui suipsius, & non alterius gratia est, ita & hæc,sola scientiarum libera est:siquidem sola hæc suiipsius gratia est. Quare merito nō humana eius possessio putabitur. natura etenim hominū in plerisq; serua est Quapropter secundū Simonidē Deus vtiq; solus hanc habet dignitatē. Hoiem vero indignū nō quærere illā,quę sibi cōuenit, scientiam. Quòd si quid Poetæ dicunt,& natura comparatū est vt diuinitas inuidiat, in hoc maxime id verisimile est contingere, & infelices omnes esse, qui altiora se quęrunt. Sed nec diuinam naturam inuidā esse conuenit. Poetęq;, secundum

Vide cōtra Zim.

Propter admirationes & nunc & primo cœperunt philosophari.

Philosophi amator fabularum.

Hominū natura multipliciter serua est.

Poetæ multa mentiuntur.

dum prouerbium, multa mentiuntur. Nec aliam q̄ huiusce modi decet honorabiliorem putare.quę enim diuinissima,eadem etiā honorabilissima est. Talis vero bifariam duntaxat vtiq; fuerit. nā & illa, quā maxime Deus habeat,diuina sciarum est,& siqua est,quę diuinorum sit.hæc autem sola vtrunq; cōsecuta est.Deus etenim tum causa oībus esse videt,tum quoddā principium: et talem aut solus,aut præcipue Deus habet. Cæterę itaque omnes magis ea necessariæ sunt, nulla vero melior. Oportet autem quodam modo eius ordinem in cōtrarium nobis inquisitionum, quæ à principio fiebant, constitui. incipiunt etenim omnes,vt diximus, ab admiratione, an sic se habeat,sicut de præstigiosis, quæ per se ipsa mouentur, illi, qui nondum speculati sunt causam. aut de solstitijs,aut de diametri incommensurabilitate. admirabile enim omnibus videtur, siquid, cùm non sit minimum, non mensuretur. decet autem in contrarium,& in melius, fm prouerbium,consummare. quemadmodum in his fit,cùm discant. nil.n.magis vir Geometricus admiraretur, q̄ si diameter commēsurabilis fieret. Quænam igitur natura eius scientiæ, quæ quæritur, & quæ intentio,quam debet quæstio, & tōtus tractatus consequi,dictum est.

* tota methodus.

Summa Secundi. Antiquorum opiniones de rerum causis, ac principijs.

Caput Primum. Causarum in modos diuisio: Veterumq. opiniones de causa materiali.



VM autem manifestum sit, q̄ primarū causarū oportet scientiā accipere (tum. n. scire vnūquodq; dicimus, cū primā causam nos nosse arbitramur)causæ vero quadrifariam dicantur,quarū Vnam quidem causam dicimus esse substantiam,& ipsum quid erat eē: nam ipsum quare primū refertur ad rationem vltimam, causa autē & principium,ipsum quare primum: Vnam vero materiam,& subiectum : Tertiam autem, vnde principium motus: Quartam vero oppositam ei causam,& cuius gratia,& bonum. hoc.n.finis totius motus, & generationis est. de his autem oībus & si satis i de Naturalibus speculatū sit, nihilominus tamen illos quoq;, qui ante nos ad entium perscrutationem venerunt,& de veritate philosophati sunt, ascisca mus. patet enim,quòd illi etiam principia aliqua,& causas dicunt. Proderit itaq; profecto huic tractatui nunc,si illa breuiter repetemus. aut enim aliud causæ genus inuenietmus, aut certe magis illis cōfidemus, quæ nunc di-

* methodo.

Opiones antiquorum materialem.

ctę sunt. Plurimi igitur eorum,qui primo philosophari sunt,solas illas existimarunt omnia esse principia,quæ in materiæ specie sunt. ex quo enim omnia entia sunt, & ex quo primo fiunt, & ad quod vltimum corrumpuntur, substantia quidem permanente, mutata vero passionibus,hoc elementum,& hoc omnium rerum principium aiunt. & ob hoc nihil fieri,neq; corrumpi opinantur, tāquam huiusce modi natura semper cōseruata. quēadmodum neq; Socratem,quādo formosus, aut musicus efficitur,simpliciter fieri dicim⁹, neq; cùm istos habitus amittat,corrumpi: cō quod subiectum ipsum Socrates permanet. ita & cęterorum nihil.oportet enim aliquam naturam aut vnam, aut plures esse, è quibus cætera fiunt,illa conseruata. Pluralitatem tamen,& speciem huius principij non eandem omnes dicunt. Sed Thales quidē huiusmodi Philosophiæ princeps aquam aut esse. quare terram quoq; super aquā asserebat esse. Fortassis hanc habuit opinionem,quia nutrimentum omnium humidum esse videbat, ipsum quoq; calidum ex eo factum, eoq; animal viuere.ex quo autem fit,id esse principium omnium, propter hoc igitur hāc habuit opinionem.& quoniam cunctorum semina naturam humidam sortita sunt: aqua vero naturæ principium humidis est. Sūt autem quidam, qui etiam Antiquissimos illos,et nimis à præsenti generatione remotos,& primos theologizantes sic arbitrantur de natura sensisse. Oceanum nanq;,& Tethyn generationis parentes esse cecinerunt Iusiurandum quoque deorum aquam esse, siygem ab ipsis Poetis appellatam.honorabilissimū enim quod antiquissimum est.iusiurandum autem honorabilissimum est. Si igitur antiqua ista & vetusta de natura ópinio est,fortasse non est manifestum. Thales tamen hūc in modum de prima causa dicitur asseruisse. Hipponē etenim nemo dignabitur cū illis connumerare, propter intellectus eius simplicitatem. Anaximenes autem,& Diogenes aerem priorē aqua, & maxime simplicium corporum principū statuunt. Hippasus autem Metapontinus,& Heraclitus Ephesius ignem. Empedocles autem quatuor,vna cum prędictis superaddens etiā terram quartum. hæc.n.semper permanere,nec fieri nisi pluralitate,& paucitate coniuncta,& diiuncta in vnum,& ex vno. Anaxagoras aūt Clazomenius,ętate quidem illo superior,operibus vero inferior,infinita dixit esse principia.fere.n.omnia,quæ cōmunium partium sunt,vt aquam, vel ignem,aut ferrum,& corrumpi aut * coniunctione & diiunctione

Thales

Hippo.

* Alij autem, Anaximen. & Diogenes aerem

Heracl. & Empedocles

Anaxa.

* coniunctione

ſolum.aliter vero nec fieri neq; corrumpi, ſed perpetua ꝓmanere.Ex his itaq; ſolam ꝙs cām illam,quæ in materiæ ſpecie dicitur, putabit.

Caput Secundum. Veterum opiniones de cauſa efficiente.

HOc autem modo procedentibus, ipſa res eos duxit,& coegit vlterius quærere.Nā,& ſi quàm maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo vt ex vno, aut ex pluribus ſit,cur hoc accidit,et quę cauſa eſt:Non enim ipſum ſubiectum ſeſe mutari facit,vtputa,dico quód neq; lignum, neq; æs cauſa eſt, vt vtrunq; eorum mutetur.neq; lignum quidem lectum,æs vero ſtatuam facit, ſed aliud quippiam mutationis cauſa eſt.hoc aūt quærere,aliud principiū quærere eſt,perinde atq; id,qđ nos vnde principium motus dicimus. Qui igitur omnino à principio iſtam viam attigerūt,vnumq; eſſe ſubiectum aſſeruerunt, nil difficultatis ſibi ipſis reliquerunt. Verum quidam eorum,qui vnū conſtituerunt, quaſi deuicti ab hac quæſtione,ipſum vnū immobile dicunt eſſe,naturamq; totam nō ſolum ſm generationem & corruptionem (hoc enim vetus eſt,& cui omnes conſenſerunt) ſed etiā ſm reliquam omnem tranſmutationem.& hoc eorum eſt proprium. Illorum igitur, qui vnum ſolum eſſe dixerūt ipſum vniuerſum, nulli cōtingit talem inſpicere cauſam, niſi fortaſſis Parmenidi.& huic eatenus, quatenus nō ſolum vnam,verum etiam duas quodam modo ponit cauſas eē.Illis vero,qui plura faciunt,magis accidit dicere.vtputa illis,qui calidum,aut frigidum,aut ignem,& terrā. vtuntur enim igne,tanquam motiuā habente naturā:aqua vero & terra,& huiuſcemodi,econtrario. Poſt hos autem,& huiuſmodi principia tanq̄ non ſufficientia,vt entium naturam generarēt,rurſus ab ipſa veritate,vt diximus, coacti,illud, quod ſequitur, quęſiuerunt principium.vt enim entia bene ſe partim habeāt, partim fiant,nec ignem fortaſſis, nec terram, nec aliud huiuſcemodi quicquam veriſimile eſt cauſam eſſe: nec illos veriſimile eſt arbitrari: nec rurſus caſui,& fortunæ tantam attribuere rem probe ſe habet. Quare,qui vt animalibus, ita in natura intellectum ineſſe cauſam mundi,totiuſq; ordinis dixerat,quaſi ſobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes,apparuit.Iſtas autem rationes qui paſſim attigit,Anaxagoram fuiſſe ſcimus. attamen Hermotimus Clazomenius dicitur cauſam prius dixiſſe.Qui igitur ita arbitrati ſunt, principium entium poſuerunt ſimul tam cauſam ipſius bene, quàm illam,vnde motus entibus ineſt. Suſpicaretur autem aliquis Heſiodum primū hoc quæſiuiſſe,& ſiquis alius amorē,aut deſyderium in entibus, vt principium poſuit, ſicuti Parmenides. etenim is vniuerſi generationem monſtrando,

Primum quidem iter omnes Deos amorem,
ait,produxit.

Heſiodus vero,ante omnia fuiſſe chaos,
Deinde terram ſpatioſam,atq; amorem,
Qui inter omnes immortales elucet.

Tanquam opportunum ſit,vt in entibus aliqua cauſa inſit,quę res ipſas moueat atq; coniungat.Hos autem quomodo ordinare oportet,quis ſcilicet eorum primus ſit, liceat poſterius iudicare.Cùm autem contraria quòque bonis ineſſe naturę apparerent,nec ſolum ordo,& pulchrum,verum etiam inordinatio,& turpe,pluraq; mala quàm bona, & turpia q̄ pulchra,ideo alius quidam amicitiam introduxit,& contentionem,vtrunque vtriuſque horū cauſam.ſiquis ēnim ſequatur,& ſecundum ſententiam accipiat, non ſecundum ea, quæ balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorū cauſam eſſe, contentionem vero malorum. Quare,ſi quis dicat quodam modo dicere,& primum Empedoclem dicere malum,& bonum eſſe principia,fortaſſe bene īquiet: ſiquidem bonorum omnium cauſa ipſum bonum, ac malorum ipſum malum eſt. Hi quidem, vt diximus,& huiuſq; duas cauſas, quas nos in de Naturalibus determinauimus, attigerunt, materiam, & vnde motus.obſcure tamen, & non clare, ſed quemadmodum inexercitati in prelio faciunt.etenim illi circumeuntes,egregias plerunque plagas infligunt.ſed nec illi ex ſcientia,nec iſti videntur ſcire quid dicant.Ferè etenim nullo modo videntur his vti, niſi paulum quiddam.nam & Anaxagoras, tāquam machina vtitur intellectu ad mundi generationem.&, cùm dubitat propter quam cauſam neceſſario eſt,tunc eum attrahit.in cæteris vero magis cætera omnia, quàm intellectum cauſam eorum,quę fiunt,ponit. Et Empedocles plus quidem iſto cauſis vtitur: neq; ſufficienter tamen,neq; in his reperit, quod ſequitur.multis enim in locis apud eum amicitia quidem diſiungit, contentio vero coniungit.cùm enim in elementa per contentionem vniuerſum diſſoluitur,tunc ignis in vnū coaleſcit,& cęterorum elementorum vnumquodq;: cùm autem rurſus per amicitiam in vnum cōueniant, neceſſe eſt iterū particulas vniuſcuiuſq; ſeparari.Empedocles itaq;,præter alios Antiquiores,primus hanc cām diuidens,introduxit.nec vnū motus principium, ſed

Heſiodi opinio.

Leucippi, & Dęmocrita. * ſocius.

ſed diuerſa fecit, & contraria. & adhæc elementa, quæ in materiæ ſpecie dicuntur, quatuor eſſe primus aſſeruit. non tamen eis vt quatuor vtitur, ſed tanquam duo eſſent ſola, igne quidem per ſeipſum,oppoſitis vero terra,aere,et aqua tāquam vna natura.comprehendat autem quiſpiam idipſum,ex eius carminibus contemplans.Is igitur, vt diximus, ita,& tot principia aſſeruit. Leucippus vero, ac eius familiāris Democritus elementa quidem plenum, & vacuum eſſe aiunt, dicentes hoc quidem ens,hoc vero non ens:& rurſus, ens quidem plenum & ſolidum,non ens autem vacuum & rarum. Quare nihilo magis ipſum ens, quàm ipſum non ens eſſe aiunt, quia neque vacuum quàm corpus. hæc autem cauſas entium, vt materiam eſſe. Et quemadmodum qui vnum faciūt ſubiectam ſubſtantiam,cętera paſſionibus eius generārum,& denſum paſſionum ſtatuentes principia,ſimili modo hi quoq; differentias cauſas cæterorum aiunt eſſe.Has autem tres eſſe dicunt,figuram,ordinem & ſitū. differre etenim ens aiunt duntaxat rhyſmo,diathige,& trope.quorū rhyſmus quidem figura,diathige vero ordo,trope autem ſitus eſt.differt autem A ab N, figura: A N vero à N A, ordine:Z autem ab N,ſitu. De motu vero vnde, vel quomodo exiſtētibus ineſt,& hi, perinde atq; alij,per negligentiam omiſerunt. Hactenus itaq; de duabus cauſis,vt dicebamus, videtur quęſitum à prioribus fuiſſe.

Caput Tertium. Pythagoricorum opinio de rerum principijs.

INter hos vero, & ante iſtos, qui appellati Pythagorici,primi Mathematicis operam dederunt,hęc præponebant, & in eis nutriti, eorum principia, entium quoq; cunctorum eſſe putarunt principia. Cùm autem numeri priores his natura ſint,in numeris etiam plures ſimilitudines tum ad exiſtētia, tum ad ea, quæ fiunt,magis q̄ in igne,in terra,& in aqua contēplari videbanē.talis etenim,vtputa numerorum paſſio iuſtitia,talis vero aīa,& intellectus,alia vero tempus,cęterarum quoque, vt ita dicam,vnaquæq; ſimiliter.Item cū harmoniarum in numeris inſpicerent paſſiones, ac rationes, quoniam cætera quidem videbantur in omnibus numeris aſſimilari, numeri vero totius naturæ primi,numerorum elementa,entium quoq; cunctorum elementa eſſe putarunt, totumq; cœlum harmoniā,& numerum eſſe:& illa quidem, quæ de numeris,& harmonijs conſentanea paſſionibus,& partibus cœli, ac vniuerſi diſpoſitioni monſtrarę poterāt,colligentes applicabāt. Quòd ſiquid alicubi deerat,ſupplebāt, vt totus eius tractatus conſentaneus eſſet. dico autem veluti,quoniam denarius perfectus eſſe videatur,totamq; numerorum naturam comprehendere,ideo et ea,quæ in cœlo feruntur,decem ēē aiunt. cùm vero nouem ſolummodo ſint, quę manifeſte apparent,decimam opoſitam terram faciunt. Determinatum autem eſt à nobis alibi de his magis exqſite. Sed cuius gratia hæc repetimus,hæc eſt, vt & ab his etiam accipiamus,quæ ponūt eſſe principia, & quomodo in dictas cauſas incidunt. Apparent ętenim etiam illi numerum exiſtimare principium eſſe, vt materiam entibus, & vt paſſiones,ac habitus.numeri autem elementa,par,& impar.quorum alterum finitum,alterum infinitum. vnum vero ex ambobus his eſſe.par etenim & impar eſſe. numerum autem ex vno.numeros vero,vt dictum eſt, totum cœlum.Horum autem alij decem aiunt, inter ſe coordinata eſſe principia.finitum, infinitum:impar,par:vnum,plura:dextrum,ſiniſtrum:maſculinum,fœmininum: quietęs, motum: rectum, curuum: lumen, tenebras: bonum,malum: quadratum, longius altero latere. Quemadmodum etiam Alcmæo Crotoniates putaſſe videtur.et aut iſte ab illis,aut illi ab iſto hanc mutuati ſunt opinionem. fuit etenim ętate Alcmęo Pythagoræ iam ſenioris. Aſſeruit autem iſtis ſimiliter. in duo nāq; plerunq; humanas res ait diſtingui, cōtrarietates dicens.non tamen, vt illi, diſtinctas, ſed quaſcunq;. vtputa album, & nigrum: dulce, amarum:bonum, malum: paruū, magnum. itaq; indiſtinctum de reliquis effudit ſermonem. Pythagorici vero quot etiam, & quæ ſunt cōtrarietates,aſſeruerunt. Ex ambobus igitur his tantū accipere eſt,q̄ contraria principia entium ſunt.quot autē,& quæ illa ſint, ex cæteris ſolum.verum quomodo illa ad dictas cauſas applicentur, clare quidem ab eis non eſt determinatum: videntur tamen,vt in materiæ ſpecie ponere elementa.ex his enim tanquam intrinſecis conſtare, ac fingi ſubſtantiam aiunt. Veterum itaque,ac plura elementa naturæ dicentium mentem ex his ſatis ſpeculari licet.

Alcmæo.

Caput Quartum. Opiniones ponentium uniuerſum eſſe unum:nonnullaq; de ijs, quæ antea rectitatę ſunt, opinionibus.

SVnt autem qui de vniuerſo, tanquam ſi vna natura eſſet,ita aſſeruerunt. non tamen modo eodē omnes.neq; eius, quod bene,neq; eius,quod ſm naturā eſt. In præſenti

ſtaq; cauſarum conſyderatione nullo modo conuenit ſermo de eis. Non enim, vt quidam Phyſicorum, vnum ſupponentes ipſum ens, nihilominus ex vno tanq; ex materia generant, ſed alio modo hi dicũt. illi enim, cùm generent vniuerſum, addunt tamen motum. hi vero immobile eſſe aiunt. Attamen aliquatenus præſenti perſcrutationi proprium eſt. Parmenides etenim vnum ſecundum rationẽ attigiſſe videtur: Meliſſus vero ſecundum materiam. Quare & id ille quidem finitum, hic vero infinitum ait eſſe. Xenophanes aũt, quanquam prior iſtis, vnum poſuerat (nam Parmenides eius auditor fuiſſe dicitur) nihil tamen clarum dixit, & neutrius horum naturam attigiſſe videtur. ſed ad totum cœlum reſpiciẽs, ipſum vnum ait eſſe Deum. Hi igitur, vt diximus, in præſenti queſtione omittendi. duo quidem, & penitus tanquam paululum agreſtiores, Xenophanes, atq; Meliſſus. Parmenides vero magis inſpiciens, dicere, quoquo mõ vr. quod. n. eſt pter ipſum ens ipſum non ens nihil iudicans eſſe, neceſſario vnum putat ipſum ens eſſe, & nihil aliud. de quo clarius in de naturalibus diximus. Coactus vero illa, quę apparent, ſequi, & vnum ratione, plura vero ſecundum ſenſum putans eſſe, duas cauſas rurſum, ac duo principia ponit calidũ & frigidum, velut ignem & terram dicens. Horum autem alterum, calidum ſcilicet cùm ente, alterum vero cum non ente collocat. Ex dictis itaq;, ac ab illis, qui rationi incubuerunt, ſapientibus, iſta accepimus. A primis quidem & corporeũ principium. aqua nãq;, & ignis, & ſimilia corpora ſunt. & horum, à quibuſdam vnum, à quibuſdam plura corporea principia. vtriuſq; tamen iſta vt in materiæ ſpecie ponentibus. A cæteris vero & hãc cãm, & cũ iſta etiam eã vnde motus ſtatuentibus. & hãc à qbuſdam vnã, à quibuſdã duas.

Poſuerunt principiũ cuiuslibet ſpeciei corporum vnũ, quaſi ſpecies materiæ. Quidam autem poſuerunt iſtam cauſam, et coniunxerunt illud, ex quo fit motus. & quidam poſuerunt iſta duo, & quidam vnum.

1 Otes Antiq poſuerũt aliq; effectum, q principio ex cepta terra, præter ponentes leges. ſd ipſa te. 12. & 14. Met. de Anaxa. c. 13. a Materia in rei veritate neque ghaſ,

Vta Antiqui primi Naturales conueniunt in hoc, q principium omniũ generabilium eſt vnum quatuor elementorum, et quidam ponunt ipſum ignẽ, & quidam aerem, & quidam aquam, præter terram niſi ponentes leges, d. de ipſis narrando. Poſuerunt principium, &c. t. Antiqui vero poſuerunt principium vnum ex qualibet ſpecierum corporũ ſimplicium, ſ. quia quidam poſuerunt ignem, quidam aquam, quidam aerẽ. Et dixit quaſi ſpecies materiæ, quia materia eſt in potẽtia, iſta autem in actu.[2] & quia materia in rei veritate non generatur neq; corrumpitur, iſta autem ſunt gñabilia & corruptibilia, & iſti nõ perceperunt de cauſis niſi materialẽ. D. d. Quidam autem poſuerunt, &c. i. quidam autem dixerunt cauſam materialem eſſe, & addiderũt cauſam mouentem & agentem, & iſtorum quidam ponũt iſtam cauſam eſſe vnam, & quidam duas.

neq; corrũpit. Idem. 1. Phy. 82. ſed vide oppoſitum. 1. Phy. cõ. 60. Vn de cõ. Zim.

Vſq; ad Italicos igitur, & abſq; illis mẽdiocrius cęteri de eis dixerunt. niſi quòd, vt dixi*mus, duabus cauſis vſi ſunt. & harũ alteram vnde motus quidã vnam, quidã duas faciũt.

a.l. molli. a.l. ſtultus.

Vſq; ad tempus Italorum, & locuti fuerũt de iſta alij modicum. ſed, ſicut dixi, qui ponũt cauſas duas diuerſantur in alia cauſa. quidam enim dicunt ipſam eſſe vnã, & quidam duas, ſcilicet illud, ex quo fit motus.

Poteſt intelligi per hoc, quod d. vſq; ad tempus Italorum, quòd hi ſciuerunt has duas cauſas tm, ſ. materiam, & agentem. D. d. & locuti fuerunt de iſta alij modicum, ſ. de cauſa formali. narrauit enim hoc in alio tractatu de Empe. ſ. q volebat demonſtrare quid eſt os, & quid eſt caro: ſed non propalauit q forma rei debet eſſe principium aliud à ſex principijs, ſ. quatuor elementis, & lite, & amicitia, quæ ipſe ponebat. D. d. ſed ſicut dixi, &c. & innuit Anaxa. qui ponebat intellectũ eſſe motorem tantum, & Empe. qui ponebat duos motores, ſcilicet amicitiam, & litem. 2

Pythagorici vero duo quidem eodem modo dixerunt principia. tantum autem addiderunt, quod & proprium eorum eſt, q finitũ, & infinitum, & vnũ non putarunt vllas alias eſſe naturas, vtputa ignem, aut terram, aut aliud ſimile, ſed ipſum infinitum, & ipſum vnum ſubſtantiam horum eſſe, de quibus prædicantur. quare & numerum ſubſtantiam omnium eſſe.

Pythagorici autem dixerunt duo principia eſſe ſecundum hunc modum. & eſt illud, quod declaratum fuit eis, & eſt proprium eis dicere finem, & vnum, & infinitum, & non ſunt aſſueti appellare aliud naturam, ver. gr. ignem & terram & ſimilia, ſed ipſum infinitum, & vnum eſt ſubſtãtia. ſed ex iſtis ea, quæ ponunt, & numerant. In Græco album.

Pythagorici autem conueniunt cum Naturalibus in hoc, q dicunt q principia ſunt duo: ſed ſm modum, qui apparuit eis, non ſm modum, qui apparuit Naturalibus. Et, cùm d. hoc, in quo conueniunt hæ duæ ſectæ, d. q eſt proprium Pythagoricis, & d. & eſt proprium eis dicere, &c. t. Pythagorici ponunt hæc duo principia. vnum autem eorum finem, & vnum, quę ſignificant eandem intentionem apud eos. ſecundum autem principium ponũt infinitum. Et hæc duo ſm iſtos ſunt ſm materiam & formam, non ſm materiam & agens, ſicut erant apud Antiquos Naturales. D. d. & nõ ſunt aſſueti appellare, &c. t. & iſti homines cũ hoc, q ponunt hæc duo principia communia omnibus naturalibus, nõ ponunt principium naturale rebus naturalibus, ſicut fecerũt Naturales de hoc, q ponũt principiũ naturale rerũ naturaliũ. v. g. ignem & terrã. & innuit q hoc diminutionem earum, cũ non poſuerunt rerum naturalium principiũ naturale. Non. n. poſuerunt hæc

hæc duo principia, niſi ſecundum q opinabantur illa eſſe principia rerum: et q numerus eſt ſubſtãtia rerum naturalium: & q principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiq;. & hoc intendebat, cùm d. ſed ipſum infinitum, & vnum eſt ſubſtantia, t. ſed non poſuerunt ipſum infinitum, & ipſum vnum principium entium, niſi ſm q eſt ſubſtantia. & ſm hæc duo, principia ſunt etiam ſubſtantiq;, quia ſunt principium numeri, qui eſt ſubſtantia entiũ. principium. n. ſubſtantiæ debet eſſe ſubſtantia. D. d. ſed ex iſtis, etc. t. ex iſtis duobus principijs poſuerũt entia, quæ dicunt eſſe numerum, t. eũ exiſtimauerunt entia eſſe numerum, & q principia numeri ſunt vnũ & multum, dixerunt q hęc duo principia ſunt entium.

In hunc itaq; modum & de his aſſeruerũt. & de ipſo quid eſt inceperunt quidem dicere, & definire, ſed valde ſimpliciter tractarũt. definiebant nanq; pẽfunctorie. & cui primo dicta definitio ineſſet, hoc eſſe ſubſtãtiam rei putarunt: perinde ac ſiquis putaret idem eſſe duplum, & dualitatem, qm̃ primum dualitati duplum ineſt. ſed non eſt idẽ fortaſſis duplo, et dualitati eſſe. quod ſi non, ipſum vnum erit multa. quod illis quoq; accidebat. A prioribus igitur, & cæteris tot licet accipere.

* ſuperficialiter.

Et vſi ſunt conſyderatione valde ſimplici in definiẽdo manifeſtum, & primum ens per definitionem, quam dixerũt. & hoc eſt, quod exiſtimabant eſſe ſubſtãtiam rei. ſicut homo exiſtimat q duplum & dualitas eſt idem, quia duplum prius eſt dualitate. ſed non ſm modum, ſm quem aliquid eſt duplum, eſt duo. ſi igitur nõ fuerit ſic, erit vnum multum. & hoc eſt, quod accidit illis. & inueniuntur de priori & poſteriori alia talia.

4 Ideſt, & cùm iſti homines, ſ. Pythagorici voluerunt conſyderare de entibus, poſuerunt ſuam cõſyderationem in eis in eo, quod eſt valde ſimplex, cum definierũt primum ens illud, quod eſt magis manifeſtum * & eſt magis dignum in eſſe, & cognitione, ſ. ſubſtãtia per definitionẽ, quam dixerunt, ſ. quia dicunt ipſum ens infinitum, & vnum, & numerũ. D. d. & hoc eſt, quod exiſtimabant, &c. t. & hoc, quod exiſtimabant, q natura entium eſt natura numeri, quia numeri prædicantur de entibus, eſt ſicut exiſtimatio eorum, qui exiſtimant duplum & dualitatem eſſe idem, t. eiuſdem naturæ: quia duplum eſt vniuerſalius dualitate, & prius ea naturaliter. quod deſcribitur ſic, quod cùm auferi, aufertur aliud, & non econuerſo: &, cùm aliud eſt, erit duplum. D. d. ſed non ſecundum modum, t. ſed non ſecundum modum, ſecundum quem aliquid eſt duplum, eſt duo, ſ. q cùm de aliquo aliqua plura vno prædicantur, non eſt neceſſe vt eodem modo prædicentur de eo, neque vt prædicatum demonſtret ſubſtantiam illius. D. d. ſi igitur non fuerit ſic, erit vnum multum. id eſt ſi igitur natura poſteriorum non fuerit alia à natura priorum, tunc natura vnius & natura pluris erunt eadem. & intendebat per hoc quòd, ſi entia eſſent numeri, quia numerus eſt prior entibus, tunc pius eſſet vnum, & vnum plus. Deinde dicit & hoc eſt, quod accidit illis. ideſt & impoſſibile accidens dicentibus entia eſſe numerum eſt, ſicut impoſſibile accidens opinantibus eſſe vnum plus, ideſt quòd contraria fuit vnum, quia ſunt in vno. Deinde d. & inueniuntur de priori & poſteriori alia talia.

*a.l. ideſt

Prio natura. li. deſcribit ſic, q̃d cũ auferi, auferẽ aliud, & non econtra. Ideſt Met. cap. de priori. & 8 Ph. c. 15. & quæ ibi.

Et ſi alia talia, ideſt & multa alia talia ſunt priora ſenſibilibus hoc modo prioritatis, ſicut eſt numerus. Quia igitur fecerunt numerum eſſe ſubſtantiam rerum aliis a numeris naturalibus, ideſt quòd Plato conſequebatur in pluribus ſuis opinionibus opinionem Pythagoricorum, & in paucioribus opinionem Italiorum, & fuerunt primi Naturales in Italia, ſcilicet Anaxagoras, & Empedocles, & Democritus, ideſt quòd Plato ſequebatur in maiori parte Philoſophiæ eorum, qui ponebãt mathematicas cauſas rerum ſenſibilium, quia Plato dicebat formas eſſe, & opinabatur naturam formarum et numeri naturam eſſe eandem. vt declaratum erit in tractatibus ſubſtantiæ. Et concludebat quòd quatuor elementa ſunt compoſita ex ſuperficiebus æqualium laterum & angulorum, & quòd quælibet dicta corpora in vltimo Euclidis, & conſequebatur naturales in dicendo materiam eſſe, & quatuor elementa eſſe. Deinde dicit & primum, quod contingit poſt Democritum, fuit opinio Heraclitorum, qui dicebant dubitare omnes dantes ſcientiam. Philoſophi enim in illo tempore, & dicebant: quod nulla eſt ſcientia. Scientia enim eſt neceſſaria & tempet. & nihil eſt hoc, de quo pendeat ſcientia, niſi tenibilia, quæ ſunt temper in tranſmutatione, & cum certum eſt temper in tranſmutatione, igitur et ſcientia temper eſt in tranſmutatione, & ſcientia tranſmutata non eſt ſcientia: ergo nulla eſt ſcientia. Deinde dicit, iſtas igitur opiniones, &c. t. iſtæ igitur opiniones prædictæ pertinuerunt ad eos de conſyderantibus in Philoſophia vſque nunc. Socrates vero fuit primus eorum, qui locutus fuit de Philoſophia Morali, & nihil addidit eis, quæ dicta fuerunt ab Antiquis in Philoſophia ſpeculatiua.

Primi Naturales fuerunt Anaxagoras, Empedocles, & Democritus.

Socrates fuit primus qui locutus fuit de Philoſophia Morali, & nihil addidit eis, quæ dicta fuerunt ab Antiquis in Philoſophia ſpeculatiua.

Rõ poſt ſ. Italos

In his tamẽ vniuersale quęreret,& primus mẽtem ad definitiones applicaret, illũ ob hoc laudans, putauit de alijs,& non de aliquo sensibiliũ hoc fieri. impossibile. n. definitionem cõem cuiuspiam sensibilium esse, quæ semp mutãtur.& sic talia entium ideas appellauit. sensibilia vero præter hæc,& ſm hæc, omnia dici. secundum participationem nanque hæc multa vniuocorum esse speciebus ęquiuoca. participationem vero secundum nomen solum mutauit. Pythagorici etenim imitatione numerorum aiunt entia esse: Plato vero, nomen mutando, participatione. participationem vero, aut imitationem formarum, quænam sit, cõmuniter quærere omiserunt. Item præter sensibilia,& formas mathematicas res ait medias esse,a sensibilibus quidẽ differentes, eò ꝙ perpetuæ & immobiles sunt: à formis vero, eò ꝙ illæ quidem multæ quædam similes sunt, forma vero ipsa quæq; vna sola. & quoniam formæ causæ cæteris, illarum elementa oĩum putauit entium elemẽta esse. & vt materiã quidem magnum,& parvum esse principia, tanq; vero substantiã ipsum vnum.

Et hoc fuit dictũ, quia accepit ꝙ esse istius fuit ad modum esse aliarum rerum,& in sensibilibus non est aliquid fixum. neq; etiam est possibile vt sensibilia habeant aliquem terminum cõem, cum semper sint in trãsmutatione.& vocauit illa, quæ sunt entium, eadẽ formis. omnia autem sensibilia dicũtur per ista. & propterea multa vniuoca sunt cõia in specie: sed ipse addidit æquiuocationem. Pythagorici vero ſm similitudinem dixerunt ꝙ entia sunt vnum. Plato vero addidit equiuocationem. communicatio autem, & similitudo, quæ est inter species, dimiserunt perscrutationem vniuersalem de eis, sed non contradixerunt nisi in sensibilibus, & in speciebus mathematicis, quæ dicunt esse media inter sensibilia. sensibilia autem quędam sunt semper non mobilia. species autem sunt illa, quæ inueniunt ad multa. & species est illud, quod inuenitur cuilibet. & species etiam est causa aliarum rerum.

6 Quia dubitatio Herculeorum mouit Platonem ad dicendum formas esse, incœpit hic declarare quomodo illud mouit eum ad credendum hoc, & d. quia accepit, & c. t. & mouit Platonem ad dicẽdum formas esse, quia inuenit in vtroq; genere, & in vnaquaq; specie quod esse illius in singulorum in illo est secundum modum esse aliorum in singulorum in illo genere. & hoc est impossibile vt esse accidentaliter. Et opinatus fuit quod nihil in sensibilibus est fixum: & quòd impossibile esset etiam vt sensibilia haberent definitionem, in qua communicarent tam semper sint in trãsmutatione. ideo opinatus est quod intentiones, quæ inueniuntur in indiuiduis vnuscuiusq; speciei, eædem sunt: & definitiones rerum sunt res necessariæ extra animam, & vocauit eas formas,& exemplaria, s. formas rerum sensibilium,& exemplaria naturæ, quę conspicit, sicut artifex inspicit formas artificiati,& si non, tunc quodlibet esset à quolibet: & non esset ex spermate hominis homo semper, neque à spermate equi equus semper.

Pro dedu. ctione istius consequẽtiæ Pfonis vide cõ. 51. septimi huius.

D. d, omnia autem sensibilia,& c. t. et opinati sunt propter hoc quòd omnia sensibilia definiuntur per istam naturam,& inueniuntur per illam sicut res à suo exemplari. D. d.& propterea multa vniuoca, & c. idest sed nomina vniuoca significant de multis rebus eandem communem intentionem eis,& secundum sermonem in formis non erit hæc intentio eadem communis multis: & sic fient nomina specierum cõmunia, & non erit intentio vniuersalis nisi tantum nomen. & ideo d. ꝙ addidit ęquiuocationẽ. D. d. Pythagorici vero, & c. idest Pythagorici inducti ad dicendum entia esse numeros per similitudinem, quia assimilauerunt numeros entibus,& crediderunt eos esse entia. & ideo non contingit eis habere nomen commune inter numeros & entia, neq; fuerunt coacti ad dicendũ nomen in Arabico, vocatum nomen æquiuocum, commune in speciebus. Plato autem addidit nomen commune. Et tortę tmuit per hoc Antiquos opinantes ꝙ causæ entium sunt genera vniuersalia, sicut vnum,& ens. isti. n. non credebant nomen hoc ęquiuocum esse. Et ex hoc erravit Parmenides, cũ non distinxit inter hoc nomen ens, quod significat vnum in numero, aut vnum in genere: & credidit omne ens esse vnum in numero. Deinde dicit communicatio autem, et similitudo, & c. et tmuit per hoc Platonem. quoniam, cum fuerit perscrutatus de communicatione inter indiuidua, debebat perscrutari de cõiunctione inter species. & dicit hoc, quia contingit et, cum dixit in vltimis speciebus esse formas, dicere hoc in alijs speciebus. & sic formæ haberent formas: & sic in infinitum. aut diceret quòd omnes species sunt res intellectæ existentes in anima, & non habent esse extra animam. Deinde dicit, sed non cõtradixerunt nisi in sensibilibus, & c. idest & causa in hoc, quòd consyderauerunt de natura specierum, & non de natura generum, est, quia perscrutatio eorum fuit ſm contradictionẽ non ſm perscrutationem, ideo cũ quidam contradixerunt Herculeorum quæstioni in ablatione scięręę a sensibilibus, dixerunt formas esse, & naturam mediam inter formas & sensibilia, vt dissoluat ab eis per hunc sermonem quæstio in vtroq;. &, si consyderassent in re secundum naturam eius, tunc responsio esset eadem in sensibilibus, & mathematicis. Et, quia ista contradictio fuit corrupta, incœpit dicere contradictionem veram contra istos, & d. sensibilia autem quædam sunt, & c. idest dicere autem quòd sensibilia semper sunt in transmutatione, cõtradicitur sic. quia entia sensibilia quædam sunt non transmutabilia essentialiter, sed permanentia, s. forma: & quædã sunt transmutabilia semper, s. materia. Et hoc, quod d. species autem sunt illa, quæ inueniuntur, & c. contradicit opponendo sermoni de formis, & opponendo dicentibus ꝙ nulla est res, in qua communicat indiuidua, nisi nomen tantum, & isti sunt illi, qui destruunt scientiam. quoniam, cùm manifestum est de definitione speciei quòd est intentio existens in pluribus ſm numerum, ſm ꝙ vnumquodq; eorum est ens, manifestum est ꝙ formæ absti. actæ impossibile est vt sint in sensibilibus, ita ꝙ sint eædem, nedum vt demonstrent essentiam eorum. et similiter apparet ex ista definitione quòd illa multa, de quibus prædicãtur species, communicant in eadem intentione, non in eadem dictione. Deinde. d. & species etiam est causa altarum rerum, idest causa scientiæ indiuiduorum, non causa indiuiduorum.

Ex

Ex illis enim participatione ipsius vnius formas numeros esse. Ipsum tñ vnũ, vt substantiam esse, & non aliquid aliud dici vnum esse, quemadmodum Pythagorici. dicebat quoque numeros causas cæteris substantiæ esse, similiter atque illi.

Et quę sunt ex illis ſm communicationem in vno sunt species. Qui autẽ dixit ꝙ vnũ est substantia,& nihil aliud est ens, quod dicatur esse vnum, dixit sermonem propinquum sermoni Pythagoricorum, s. ꝙ numeri sunt causæ substantię aliarum rerum. ista enim est opinio illorum.

7 Forte intendit facere differẽtiam inter induiduum & speciem. Et cùm dixit. Et quæ sunt ex illis, innuit induidua. & quasi dicat intentio autem vna, quæ est in istis rebus induidualibus, ſm ꝙ non communicant in ea, sed appropriatur vnicuiq; eorum, est vnum induiduale, intentio vero vna, in qua communicant, dicitur species. Deinde dicit. Qui autem dixit ꝙ vnũ est substantia, & nihil aliud, & c. i. qui autem dixit ꝙ vnum in numero est substantia, & nihil aliud est ens, de quo dicitur esse vnum alio modo ab vno in numero, dixit propinquum sermoni Pythagoricorum. Et dicit propinquum: quia isti sunt dicentes partem esse indiuisibilem: quia apud istos nõ est substantia et vnum, nisi ista pars. & ideo contingunt eis impossibilia, quæ contingunt dicentibus ꝙ substantiæ rerum sunt vnum. vtraq; enim secta non potest dicere quomodo ex istis fit communicatio: neq; quomodo istud vnum induisibile est causa passionis & actionis et alterationis. quoniam, si reciperet transmutationem, esset compositum ex materia & forma: & omne compositum ex materia & forma est diuisibile.

Priores Dialecticam nõ participabãt

Sed pro infinito tanquam vno, dualitatem facere, infinitũ vero ex magno, & paruo, hoc eius proprium est. Item is quidem numeros præter sensibilia, illi vero numero ipsas res esse aiunt, & mathematica in medio horum nõ ponebant. Ipsum igitur vnũ, & numeros præter res facere, & non vt Pythagorici, & introductio specierum, propter eam, quæ in rationibus fit perscrutationem euenit. Priores enim Dialecticæ expertes erant. Dualitatem vero fecisse alterã naturam, propterea quòd numeri, præter primos, ex ea aptissime velut ex quãdam effigie generantur. Atqui accidit econtra. nõ enim verisimile est ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt: formas vero semen generat solum. apparet aũt ex vna materia vna mensa.

* quodam si gullo. ℞

Et quidam posuerũt loco infiniti dito, sicut vnitatem. Et quidã posuerũt causam infiniti magnũ & paruũ, & hoc est proprium. Et quidam posuerunt numerum ex sensibilibus. & quidam dixerunt ꝙ iste res sunt vnum, & nõ ponunt mathematica inter ista. Qui autẽ posuerunt vnum. & numeros alia à rebus, & nõ sicut fecerunt Pythagorici, venerunt ad species per perscrutationes de definitionibus: & non habuerunt primi Antiquiartem definitionis. Qui autem posuit aliam naturam dualẽ, qa numeri sunt alij à principijs, generãtur ex eis generatione naturali, sicut res generatur à suo exemplari. Quæ autem accidũt ei, sunt econtrario. dicere igitur quia ista sunt ex materia currit recte. In Græco album.

10 Dixit ꝙ illi, qui posuerũt duo principia, vnum, s. & infinitum, quidam posuerunt finitum generari à dualitate. & non posuerunt dualitatem cõtrariam, sicut illi, qui posuerunt eam ex magno & paruo. & hoc intendebat cùm d. sicut vnitatem. Deinde dicit. Et quidã posuerunt causam infiniti magnum & parvum, et hoc est proprium. idest & quidam posuerunt causam infiniti dualitatem, quæ est magnum & parvũ, quæ procedũt in magnitudinibus in infinitũ, & d. & hoc est proprũ, quia isti posuerunt principia tria, vt Antiqui, cõtraria s. magnum & parvum, & subiectum recipiens, quod est vnum. Qui autem posuerunt puram vnum, & infinitum generant ex dualitate non posuerunt contraria, s. vnum & infinitũ aliquod subiectum. Deinde dicit. Et quidam posuerunt, & c. t. & istorum dicentium, s. ꝙ principia sunt numeri, quid im etiam posuerunt numeros ex sensibilibus, s. formas sensibilium. & isti sunt dicentes formas & numeros. & quidam etiam dicunt ꝙ sensibilia sunt ipsi numeri, et sunt Pythagorici. Et quia quidam dicentium formas esse, ponũt numeros, et vt uersaliter subiectum mathematicorũ naturas medias inter formas & sensibilia, & Pythagorici neutrum dicunt, sed dicunt ꝙ ex numeris componuntur entia. d. & non ponunt mathematica inter ista. Et forte tmuit dicẽtes numeros esse formas. Ista enim sunt duæ sectę. quidam enim dicunt ꝙ numeri, & formę sunt eiusdem naturæ. & quidam dicũt ꝙ natura numerorum est alia à natura formarum, et ꝙ est natura media inter formas & sensibilia, vt habetur in Tertio istius libri. Deinde dicit. Qui autem posuerunt vnum, & numeros, & ex. idest qui autem posuerunt vnum, et numeros esse partes rerum sensibilium, & non dixerunt ꝙ numerus est ipsa entia, sicut dixerunt Pythagorici, s. partẽ formalẽ, venerũt ad dicẽdũ formas, et ad dicẽdũ eas esse ęquiuoca ꝙ perscrutationẽ de natura definitionũ, s. vnũ verificatur in eis, & res definitæ extra animã sunt tam singulares: quapropter necesse fuit, quod eos ponere esse definitionum, aut ipsas definitiones formas esse. & propter hoc, quia formę sunt apud eos communes et non materiis, iudicauerunt ꝙ natura earum non est extra naturam numeri, formæ eam, si sint, impossibile est esse extra earum sit alia à natura numeri. Deinde dicit. Qui autem posuit aliam naturam dualem, s. quæ componitur dualitatem, quæ est ex natura materiæ, non ex natura formæ, quia ex ea generantur numeri pares, non generatione naturali, sicut res generantur à suo exemplari. & ꝙ est causa infiniti, recte dixerunt. quoniam, si hoc esset accidens dualitati, non semper in ipsorum ei ista a suo. Quod enim inueniatur in aliquibus accidentaliter est econtrario, s. quia inueniuntur, & hoc intendebat cùm dixit. Quę autem accidunt ei, sunt econtrario.

Quod accidentaliter inueniatur aliquis. ut. Socrates sit albus. Pla. ca. 48.

Qui vero formã inducit, quæ vna est, multas facit. Similiter autem & masculus ad fœminam se habet. hæc etenim ex vno congressu impletur, masculus vero multas impleri. at ista imitationes illorum principiorum sunt. Plato igitur de propositis quæstionibus ita determinauit. Patet autem ex dictis, ꝙ dualibus

causis

cauſis vtitur ſolum,ea, quæ ipſius quid eſt, & ea,quæ ſecundum materiam. formæ enim cęteris ipſius quid ſint cauſæ ſunt, formis vero ipſum vnum.& quę ſubiecta materia, de qua formę,illę quidem in ſenſibilibus,ipſum vero vnum in formis dicitur:quia dualitas hæc eſt, magnum & paruum.Itē ipſius bene,ipſiusq; male cām elemētis attribuit, vtrisq; vtranq;: quod etiam primorum quoſdā Philoſophorum Empedoclem,& Anaxagorā magis dicimus quæſiuiſſe.

Et ſpecies diuerſantur in hoc,quod eſt vnū & facit multitudinē. Et ſimiliter maſculus ex quo fit multitudo.iſta igitur ſunt exempla,& ſimilia principiorum, quæ illi dicebant.Plato autem definiuit ea ſm hunc modum in ſuo libro de quæſtionibus. Et manifeſtū eſt ex illo, quod dixit, q̄ ipſe non vtebatur niſi duabus cauſis,ſ.q̄ditate rei,& ea, quæ eſt ſm materiā. ſpecies enim ſunt cauſæ quiditatis aliarum rerum, ſpecies vero ſunt vnū. & illud, quod eſt materia ſubiecta,in qua ſunt ſpecies, & quædam dicuntur eſſe in ſpeciebus:quiditas enim dualitatis eſt magnum & paruum. Et etiam dedit q̄ cauſa in bono & laudabili ſunt elemēta,vnūquodq; eorū cęteris,& ſunt ea,de quibus diximus q̄ perſcrutatio cecidit in principijs.

Dixit. Et ſpecies diuerſantur, &c. ita cecidit abſciſſum de libro Græcorū & eſt vna ſignificationum, quam dicebant dicentes formas eſſe factores multitudinis: quia natura rerum aſſimilatur naturæ multitudinum, quia facit multitudinem. Et ſyncategoreſis etiam fuit vna multarum, q̄ cæciderunt à libro, & igitur ita ſunt exempla, & ſimilia principiorum. Adeſt iſtæ igitur conſimilitudines ſunt, quas inuenerūt inter ſpecies, & vera principia, ex quibus exiſtimauerunt q̄ ſpecies ſunt principia. Plato vero adinuenit ſpecies q̄ ſunt principia ſm formam & ſm agens. Et eſt manifeſtum, q̄ poſuit quidditates rerum, & definitiones earum formas rerum, & poſuit materiam eſſe in quibus ſunt formę. Deinde dicit ſpecies enim ſunt, &c. dicit formæ ſunt apud ipſum quidditas aliarum rerum, quę non ſunt formæ. Deinde d. ſpecies vero ſunt vnum, &c. i. ſpecies autem, quæ vere dicuntur, ſunt illud, quod congregatur ex forma & materia. ſalt & mel ſunt verba gratia, q̄ ſpecies hominis non eſt forma eius tantum, ſm q̄ intendebat Plato, ſed congregatum ex materia & forma. Deinde dicit. Et quędam dicantur eſſe in ſpecibus,&c. i. et quædam, q̄ formę nō ſunt ſpecies, ſed q̄ quiditas rei, quę eſt forma, eſt in ſpecie, ſm q̄ eſt principium ſicut dualitas, quoniam quidditas eius apud dicentes eam eſſe principium, eſt magnū & paruum. & magnum & paruum ſunt alia dualitates. Deinde dicit. Et etiam dedit, &c. i. & ſignū, q̄ ipſe dicebat eorum eſſe formam, eſt quia dedit cauſam boni & laudabilis & etiam ſuorum oppoſitorū. & hoc non eſt nihil de ſententia. D. d. vnumquodq; eorum cæterorum principiatorum habet cauſam rerum cęterarum apparentium in eis, quia habuit, & bono ſm veritatem elementorum, &c. i. habet cauſam rerum & formarum. Deinde expoſuit quę cauſæ habuerunt cęteri, & d. et ſunt ea, de quibus diximus vt adeſt & iſta ſunt res poſteriores, quæ apparent in entibus, & ſunt ea, quorum cauſæ ſunt dandæ per principia, & vt principia verificentur propter hoc. Et d. hoc, quia apud quæſtionē principiorum quærendum eſt vt ſint conuenientia omnibus apparentibus in exiſtētibus: quoniam tunc videntur eſſe vera. & hoc nō demōſtrat neceſſario ea eſſe principia, donec res manifeſte ſignificent: ea, ſcilicet quōd, quando poſteriora ſignificant priora, tunc verificabitur q̄ ſunt principia eorum.

Cōditio rei ſita apud quoſdam priſcorum.

Breuiter igit̄, & ſummatim percurrimus, qui nā,& quomodo locuti ſunt de principijs; et ipſa veritate. Tantū tamen ex eis habemus, q̄ eorum, qui de principio & cauſa dixerunt, nemo quicquam præter ea,quæ in de naturalibus determinata ſunt,dixerit. ſed omnes obſcure quidem, illa tamen aliquatenus vſi ſunt attingere. Quidam enim vt materiam principium ponunt, ſiue vnam, ſiue plures ſuppoſuerunt.et ſiue corpus,ſiue incorpoream ponāt, vt Plato magnum, & paruum dicens, Italici infinitum,Empedocles ignē,terram, aquam, & aerem,Anaxagoras vero infinitatem ſimilium partium.Hi igitur omnes talem cauſam perſtrinxerūt.& ad hæc quicunq; aerem, aut ignem,aut aquam, aut igne quidem denſius, aere vero tenuius. etenim tale quidam dixerunt primum elementum eſſe. Iſti igitur hanc attigerunt cauſam ſolam. Alij vero quidam vnde principium motus,quicūq; ſcilicet amicitiam & contētionem,intellectum,aut amorem principium faciūt. Ipſum vero quid erat eſſe, & ſubſtantiam clare quidem nullus aſſignauit. Maxime vero dicunt, qui formas ponunt.nec enim vt materiam ſenſibilibus formis,& ea, quæ in formis ſunt, neq; tanquam illinc principium motus fieret,putant. immobilitatis enim cauſa,& quietis magis eis eſſe aſſit. ſed ipſum quid erat eſſe vnicuiq; cæterorum formas attribuunt, formis autem ipſum vnum. Ipſum vero,cuius gratia actiones, mutationes, & motus quodammodo quidem dicunt cauſam,non autem ita dicunt, vt aptum eſſe natum eſt. Qui enim intellectū,aut amicitiam dicunt,tanquam bonum quoddam hęc ponunt. non tamen tanquam horum cauſa quicquam entium, aut ſit, aut fiat, ſed tanquam ex his motus eorum eſſent, ita dicunt. Similiter & qui vnum, vel ens eſſe hanc naturam aiunt, ſubſtantiæ quidem cauſam eſſe dicunt, nō tamen huius cauſa,aut eſſe,aut fieri. Quare cōtingit eius quodammodo dicere,et negare bonum eſſe tale. non enim ſimpliciter,ſed ſecundum accidens dicunt. Quōd igitur de cauſis,et quot,et quales ſint recte determinatum ſit, teſtari nobis etiam iſti omnes videntur,cùm non poſſint aliam attingere cauſam.& ad hæc quōd principia, aut ita omnia, aut horum aliquo modo quærēda ſint, patet.

Et

Et videtur q̄ omnes iſti teſtantur nobis,qa non poſſunt addere aliam cauſam. & cū hoc manifeſtum eſt q̄ perſcrutatio cadit de principijs,aut ſecundum omnes iſtos modos,aut ſecundum quoſdam.

D. Et videtur q̄ ſermo iſtorum de numero cauſarū teſtatur nobis, cùm non poſſunt addere quintam cauſam cauſis, quas diximus. & cùm hoc manifeſtum eſt cùm declaratum eſt q̄ Antiqui non potuerunt addere aliud principium, per quod perſcrutatio aut cadet ſuper omnia illa principia, quæ diximus, aut ſuper quædam in vnoquoq; entium.

Quo vero pacto horū qſq; dixerit,& quomodo de principijs ſe res habet, dubitationes, quę contingere poſſunt de his ipſis, deinceps percurramus.

Summa Tertia. Antiquorum de rerum cauſis, ac principijs opiniones confutantur.

Caput Primum. Aduerſus eos, qui principium vnum omnium,idq. corporeum ſtatuebant: Aduerſuſq; etiā eos,q plura principia, et corpea ponebāt.



Vicūq; igitur vniuerſum vnū, & vnam quandam eſſe naturā, vt materiam ponūt,& hanc corporeā, & magnitudinem habentem, patet quōd multipliciter errāt. Corporum enim elementa ſolū ponunt,incorporeorum vero minime,cùm etiā incorporea ſint. Cūq; de generatione & corruptione cauſas dicere conarentur, & de natura omniū rationes reddere, motus cauſam perimunt. Item ſubſtantiam nullius cauſam ponendo,nec ipſum quid eſt.

Quomodo autem locutus fuit vnuſquiſq; eorum in eis,& quomodo dubitādum eſt per dubitationes poſſibiles in principijs, intendē dum eſt poſt. Et omnes ponentes toti eādem naturam quaſi materiam,& ponētes eam corporalem habentem magnitudinem, manifeſtum eſt q̄ errant modis erroris. Quia nō poſuerunt niſi elementa corporum tantum, nō corporum autem non. Et voluerūt loqui de cauſis generationis & corruptionis, & locuti fuerunt etiam de alijs rebus naturalibus, ſed abſtulerunt cauſam motus. Et etiam non poſuerunt ſubſtantiæ cauſam omnino, neq; fuerunt locuti de quiditate illius.

11 Errāt Antiq̄ poſuerūt primū elmtū corp⁹,& nō poſuerūt ipſum ſubſtantiam nō corporeā. vide idē 2. de Generatione. t. cō. 3. & 12. Met. cō. 14. & hic infra t. com. 17.

Opiniones autem iſtorum de principijs iam dictæ ſunt.quomodo autem poſuit vnuſquiſq; eorum principium illud, quod poſuit,& ratio, quæ induxit illum ad illud,& quæſtiones contingentes eis, dicendū eſt poſt. D. incepit dicere quæſtiones contingentes eis,& poſt eas, quas primo dixit,& d. Et omnes ponentes,& cæ. i. & manifeſtum eſt q̄ antiqui, poſuerunt toti eandem naturam, quaſi materiam,et fecerunt eam corporalem aut ignem, aut aerem, aut aquam, errāt modis erroris. Errant enim primo, quia poſuerunt primum elementum corpus, & non poſuerunt ipſum ſubſtantiam non corporeā. corpus vero videt eſſe cōpoſitū: & ideo contingit ei generatio & corruptio. & primum elemētum non debet dici generari, neque corrumpi. contingeret enim elementum habere elemētum,et ſic in infinitum. D. dedit diminutionem contingētem eis ex hoc, quōd poſuerunt primum principium corpus,& d. Et voluerunt loqui, &c. i. & voluerunt loqui ex hac poſitione de cauſis generationis & corruptionis, & non potuerunt: quia vera generatio & corruptio non inuenitur niſi in corruptibilibus. ſed cum hoc potuerunt loqui in alijs præter generationem. & quaſi laudat eos ex hoc modo, quod non poſſunt facere illi, qui poſuerunt principium rerum naturaliū mathematica. Deinde dicit. ſed abſtulerunt cauſam motus. i. ſed cùm hoc q̄ qui poſuerunt cauſam materialem, & conceſſerunt motum, dimiſerunt cauſam mouētem materiam, cùm materia non mouea ſit per ſe. & cū hoc q̄ dimiſerunt cauſam agētem, dimiſerūt, etiā cauſam ſubſtātiarum ſingularium, per quam ſunt ſubſtātiæ in actu, & exiſtentes per ſe: & eſt cauſa formalis.

Materia nō mouetur p ſe. vi. 1. Phyſico. 8.

Et ad hæc facile ſimplicium corporū quod cunq; principium eſſe,terra excepta:non cōſyderantes mutuam inter ea generationem, quonam modo ponunt. dico autem ignem, terram,aquā,& aerem.quędam enim congregatione, q̄dā vero diſgregatione inuicē fiunt. hoc vero vt priꝰ & poſterius ſit,multū differt.

Et cum hoc dicunt facile q̄ corpora ſimplicia ſunt principium: quia non fuerunt ſuſtentati apud perſcrutationem eorum de generatione eorum ex inuicē, præter terram,ignis, & aqua, & aer, niſi ſuper hoc, q̄ quædam generantur à quibuſdam ſm congregationem, aut ſm ſegregationem. & iſta fuit diſpoſitio eorum in principio,in poſtremo autem diuerſantur magna diuerſitate.

12 Et omnes Antiqui dicunt q̄ facile eſſet q̄ elementū fit vnum iſtorum trium, f. aeris, & ignis, & aquę, præter terram cùm per hoc q̄ ſuſtentant ſunt in hoc, quod diximus, vnuſquiſq; eorum dicat eſſe elemētum ſuper vnam viam. Et cauſa in hoc eſt, quia fuerunt per viam communem, quæ non ſignificat hoc eſſe elementū magis q̄ hoc. & vnuſquiſq; eorum dicit hoc eſſe elementum: quia alia generantur ex eo, aut ſm congregationē aut ſm ſegregationem, ſ. denſitatem, & raritatem, quæ accidunt eis propter partes, ex quibus componuntur. Qui enim dixit q̄ elementū eſt ignis, intendebat quōd cętera generantur ex eo ſecundum ſpiſſitudinem. fingebat enim q̄ quando ignis inſpiſſatur, fit aer. & cùm aer inſpiſſatur, fit aqua. Qui autem poſuit aerem eſſe elementum, intendebat duos modos, ſ. cū aer rarefit, fit ignis: & cùm inſpiſſatur fit aqua. Qui autem dixit q̄ elemētum eſt aqua, intendebat q̄ cùm inſpiſſatur, fit terra: et cùm rarefit, fit aer. et nullus dixit q̄ terra eſt elementū. Et bene potuit dicere ſm hunc modum. & intendebat q̄ ponere generationem eſſe ſm hſic modum facit vnū quod q̄ eorum eſſe elementum aliorum. Et per hoc, quod dixit, in poſtremo autem diuerſantur, intendit cōtradicere eis, vt videtur, in hoc, q̄ ponunt modum diuerſitatis inter elementum & elementatum ſm ſpiſſitudinem & raritatem. quoniam, ſi conceſſum fuerit hoc in quatuor primis corporibus, ſortē erit modus, qui poterit dici, ſed, cùm quæſitū fuerit ab eis de diuerſitate,

quæ

Res, q̃ vidē
tur gñari ex
quatuor elmis
differāt aban
dantiæ in quidi
tate et defini
tione, & a q̃
tuor elmis.
Idē. 1. de Aia
cō. 77. &. 7.
Met cō. 60
&. 11. de Ge
neratio. 84.
&. 2. de Ge
neratione &
corruptione
te. cō. 48 &
in 4. Metco
rū. 22. vi
Sed tunc vi
opposi. 11. ca.
de substantia
orbis; vbidē
q̃ vnū cōpo
situ nō habet
niſi vnā for
mā substātia
lē. Vide cō.
Zim.

quæ ſit in poſtremo inter entia, & iſta corpora ſimplicia, non poterit aliquis dare cauſam eius per denſitatē & raritatem. Res enim, quę videntur generari ex quatuor elementis, differunt maxime ab elemētis, et differunt inter ſe adinuicem maxime, adeo q̃ nullus poteſt dicere q̃ hoc accidit propter raritatem & denſitatem: quia omnia iſta differunt ab inuicem in quiditate & definitione: verbi gratia caro ab oſſe, et iſta à quatuor elementis. Et forte iſte ſermo eſt excuſatio à quęſtione cōtingente eis in hoc, quod dixit, in poſtremo autem diuerſantur multum. & quaſi dicat diuerſitas eorum inter ſe eſt parua: quia nō diuerſantur niſi ſm denſitatem & raritatem ſimplicem non duplicem: in poſtremo autem, quando entia generantur ex eis, & mutatur raritas & denſitas, tunc diuerſantur entia magis. ſed tamē proportio cuiuslibet iſtorum entium ad naturam, quā vnuſquiſq; iſtorum opinabatur eſſe elementū, demonſtrat q̃ non excuſarēt ſe tali excuſatione, ſcilicet q̃ quidditas omnium entium eſt ignis, & in poſtremo fuerint ignis. & ſimiliter qui dicebat q̃ elementum eſt aer, aut aqua.

Id etenim apparere poſſit maxime omniū elementale, ex quo primo cōgregatione fiūt. tale vero illud fuerit profecto, quod partium minutiſſimarum, ſubtiliſſimumq̃ corporum ſit. Quapropter quicunq; ignem principium ſtatuunt, maxime conuenienter huic rationi dicent. tale autem cæterorum quoq; quiſq; fatetur elementum corporum eſſe.

Opinio vero, quæ magis conſequitur ordinem, eſt q̃ fuerint ex prima mixtione. & hoc de minimis corporibus. Et ideo omnes dicentes q̃ principium eſt ignis, concedunt hoc. & ſecundum hunc modum cōcedit vnuſquiſq; eorum q̃ definitio elementi eſt iſta, ſcilicet q̃ eſt illud de corporibus, cuius ordo eſt vltimus.

13 Opinio vero, quæ eſt melior de elementis, & magis conuenientes apparentibus, eſt dicere q̃ iſta elemēta ſunt compoſita ex prima mixtione, quę fit in corporibus indiuiſibilibus. Deinde dicit. Et ideo omnes dicentes q̃ principium, &c. t. & omnes dicentes q̃ principium eſt ignis, contingit eis concedere q̃ elementa ſunt corpora indiuiſibilia. quoniam apud eos ignis eſt principiū, quia eſt ſubtilius, & eſt ſubtilius propter paruitatem partium: ex quo contingit q̃ partes paruæ ſunt principium. Deinde dicit. & ſm hunc modum cōcedit, &c. ideſt & ſm ſermonem dicentem partes eſſe indiuiſibiles concedit vnuſquiſq; dicentium hoc, q̃ definitio elemēti eſt illud, cuius ordo eſt vltimus in eſſe, & primus in tempore & generatione: nō qui dixit q̃ elementum eſt vnum corporum ſimplicium, quia non eſt ordo alicuius iſtorum corporum vltimus in eſſe. Et intendit q̃ qui non dicit partes eſſe indiuiſibiles, non poteſt dicere definitionem elementi.

Definitio elementi

Quare nemo poſteriorum, qui vnum ponebant, terram elementum exiſtimauerat, ſcilicet ppter partium magnitudinem. Trium vero quodcunq; elementorum habuit author rem aliquem. quidam enim ignem, quidam aquam, quidam aerem hoc aiunt eſſe. At cur nō dicunt & terram, vt multi hominum? omnia etenim terrā eſſe dicunt. Heſiodus quoq; primam corporum terram ait eſſe, tam vulgarem & publicam accidit hāc opinionem eſſe. Secundum hanc itaq; rationē, ſiquis aut quic quam horū, excepto igne, dicat aut aere quidem dēſius, aqua vero tenuius hoc ponat, nō recte profecto inquiet. Quòd ſi id generatione poſterius, natura prius ſit, quod vero digeſtum, & cōgregatum generatione poſterius ſit, contrarium his eſſet vtiq;. aqua quidem aere prior, terra vero hac ipſa aqua. *cōcoctum.

Dicentes autem elementum eſſe vnum, et quòd eſt terra, videntur dicere hoc propter magnitudinem partium. Elementa autem tria vnuſquiſque eorum dicit. quidam igitur dicit ignem, & quidam aquam, & quidam aerem. & non dicunt q̃ ex terra fit aliquid, ſicut dicebāt multi homines, q̃ omnia ſunt terra. Et Heſiodus dixit q̃ terra eſt primū principium corporum, & opinabatur q̃ hoc eſſet famoſum. Et ſecundum hunc ſermonem nullus eorum, qui dixerunt ignem tantum, & eorum, qui poſuerunt q̃ aer eſt denſior igne, & ſubtilior aqua, dixit recte. Si igitur illud, cuius eſſe eſt primum, eſt poſtremum in eſſe naturaliter, & coctum, & diſtinctum, generatio eius eſt poſtrema, tunc dicens q̃ aqua eſt ante aerem, & terra ante aquam, dixit econuerſo. 14

Dicentes autem q̃ terra eſt elementum videntur dicere hoc propter magnitudinem partium. quoniā ſubtilitas fit ſecundum paruitatem partium: ergo & groſſities ſm magnitudinem partium. & iſti dixerunt in elemento econtrario et, quod debet eſſe. illud enim cuius ordo eſt vltimus, naturaliter eſt minus. Deinde dicit. Elementa autem tria vnuſquiſq; eorum, &c. t. quia fugiendum eſt à poſitione elementi alicuius non conuenientis definitioni elementi, ideo nullus naturalium dixit q̃ terra eſt elementum, ſed dixerunt tria tantum. Quidam igitur dixerunt ipſum eſſe ignem: & hoc eſt magis propinquum definitioni elementi. et quidam dixerunt aerem & aquam. & ille vir, qui dixit terrā, eſt vir famoſus in ponentibus leges apud eos. Deinde dicit. Et ſecundum hunc ſermonem, &c. t. & ſm ſermonem dicentis q̃ terra eſt elementum, quia eſt magnarū partium, non erit ſermo dicentis q̃ elementum eſt ignis, aut aer, aut aqua, ſermo rectus. Sermo enim dicentis ipſum eſſe ignem contrarius eſt huic ſermoni. ſermo autem dicentis q̃ ipſum eſt alterum duorum elementorū reſiduorum non eſt verus: quia ex paruo fit magnum & ex magno fit paruum. & eſt ſermo cōtradicens ſibi. Deinde dicit. Si igitur illud, cuius eſſe eſt primum, &c. ideſt, ſi igitur illud, cuius eſſe eſt primum in tempore, & poſtremum in natura, eſt elementum: & illud cuius eſſe eſt poſtremum in tempore eſt generatū, & diſtinctum ex elemento, aut decoctum ex eo, aut quomodo voluerit dicere: tunc dicēs q̃ aer eſt elementum ignis, aut aqua elementum aeris, & vniuerſaliter ſpiſſius elementum ſubtilioris, dicit econuerſo definitionem elementi. quia cùm aqua eſt ante aerem in generatione, et aqua eſt i maioribus partibus q̃ aer, ſicut poſuit matus ante minus in generatione, & elementum et. & eſt manifeſtum, quia minus eſt ante matus in generatione, cū matus diſſoluatur in minus.

De

De his igitur, qui vnam, qualem diximus, cauſam ponūt, hæc dicta ſint. Idipſum autem & ſiquis hęc plura ponit, vt Empedocles quatuor corpora ait eſſe materiam. & enim huic partim eadem, partim propria neceſſe eſt accidere. Nam et quòd inuicem fiunt, videmus, tanquam non ſemper igne, & terra manente eodem corpore. dictum autē de eis in de Naturalibus eſt. Deq̃ cauſa mouentiū, vtrū vnū, an duo ponenda ſint, neq; recte, neq; irrationabiliter omnino arbitrādum eſt dictum fuiſſe. Et ſimpliciter alterationem auferant neceſſe eſt, qui ita dicunt. non enim ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit. Quid enim ipſa contraria patiuntur, & quænam vna natura ſit, quæ ignis & aqua fiat? quod ille mínime inquit.

Sint igitur ea, quæ dicentur ponentibus eā dem cauſam, quæ fit ante, iſti ſermones dicti. Et per iſtam viam eamus cum ponentibus cā plures vna, ſicut Emped. dicit enim q̃ corpora materialia ſunt quatuor. contingunt enim ei iſta eadem, & alia propria contingentia neceſſario. Et iam locuti fuimus de rebus, quæ videntur alterari adinuicem, cùm non remaneāt in eadē diſpoſitione ſemper, ſicut ignis, & terra, & ipſum corpus. et iam locuti fuimus in eis i Naturalibus. Et in cauſa mobilium de ponente vnam cauſam, aut duas nō recte dixit. Et nō bene dixit etiam, qui abſtulit alterationem vniuerſaliter. contingit enim dicentibus hoc vt ex calido non fiat frigidum, neque ex frigido calidum. idem enim non recipit cōtraria. Quapropter natura generata vniuerſalis debet eſſe vna, aut ignis, aut aqua. quod nullus dixit.

15 Cum iſtis igitur contradictionibus contradicamus aliis dicentibus q̃ cauſa materialis eſt vnū corpus iſtorum quatuor. & ſicut contingit dicentibus vnum elementum, & illud elementum fit compoſitum ex alio, ſicut contingit Empedocli: quoniam vterq; eorum facit generationem per congregationem partium, & corruptionem per ſegregationem earum: & ſic contingit eis vt aliquid ſit prius elemēto. & cauſa in hoc eſt, quia nullus eorum dicit alterationem eſſe. Deinde dicit. cōtingunt enim ei, &c. t. contingunt enim Empedocli impoſſibilia iſta, quæ contingunt dicentibus q̃ elementū eſt vnum quatuor, & etiam alia propria. Deinde dicit. Et iam locuti fuimus, &c. t. et iam declaratū eſt in ſcientia Naturali. quia, cùm iſta quatuor corpora videntur alterari adinuicem in accidentibus, & formis ſubſtantialibus, remanentibus illis in hac corporeitate ſingulari, declaratur q̃ generatio eorū nō eſt p̃ congregationē & ſegregationē, i. p. denſitatē & raritatē. Deſitas. n. & raritas nō faciunt tranſmutationē in ſubſtantia neq; in qualitate, cum ſint de ſitu. Et ſimiliter dicētibus q̃ elementa ſunt corpora indiuiſibilia, contingit non eſſe alterationem in ſubſtantia, neq; in qualitate: neq; tranſmutationem in eodem corpore ex paruo in magnum, ſcilicet in quantitate continua ſecūdum q̃ continuum eſt. neq; ex vna forma in aliam. & iſta contradictio eſt communis Empedocli, & dicentibus q̃ iſta quatuor corpora ſunt prima elementa: & q̃ generatio fit per cōgregationem & ſegregationem. Deinde dicit. & tam locuti fuimus etiam i naturalibus, &c. t. q̃ locutus fuit in ſcientia Naturali in iſtis rebus. quoniam in hac ſcientia induxit illud, quod declaratum fuit illic ſecūdum rememorationem. Deinde conſyderat de eis in hac ſcientia, ſm q̃ ſunt entia. & illud eſt, ſecundum q̃ ſunt principia ſubſtantię, non ſm q̃ ſunt principia naturalis corporis. Sunt enim in hac ſcientia aliqua, de quibus perſcrutatur hic, et demonſtratio erit de ſcientia Naturali. verbi gratia, quia in hac ſcientia quæritur vtrū eſt ſubſtantia prima prior ſubſtantijs ſenſibilibus. deinde ponit hoc, quod declaratum fuit ex Naturali ſcientia, ſ. prīmum motorem eſſe non motum omnino: & q̃ eſt principium corporis, quod circulariter mouetur. Deinde dicit. Et non bene dixit, &c. t. & iſti non recte dixerūt, cùm abiuderunt alterationem in qualitate, & ſubſtantia ab elementis. quia, cùm poſuerunt q̃ elementa aut elementum ſunt ſimplicia, fuit impoſſibile vt calidum ex his fieri frigidum mutaretur, neq; frigidum in calidū. Idem enim impoſſibile eſt vt recipiat paſſionem, & vt tranſmutetur de contrario in contrarium. & hoc eſt contrarium ei, quod comprehenditur vſu. Et ſimiliter impoſſibile eſt in elemento, ſi fuerit corpus, et ſimplex, vt tranſmutetur de magno in paruum, aut de paruo in magnum. Deinde dicit. Quapropter natura, &c. ideſt quapropter, cùm illic non eſt alteratio in ſubſtantia, ſi in elemento aut in elementis, neceſſe eſt vt naturarum compoſitarum ex eis ſit natura elementorum. et q̃ ſi elementum fuerit ignis, erit natura omnium rerum ignis: & ſi aqua, aqua. & nullus eorum dixit hoc, ſcilicet quod compoſita ex elementis conueniunt cùm elemento nomine, & definitione.

Diuerſitas medicū conſyderationis in hac ſcientia et in Naturali in iſtis rebus. quoniam in hac ſcientia inducit illud, quod declaratum fuit illic ſecūdum rememorationem.

Idē. n. ipoſſe fit vt recipiat paſſionē, & vt tranſmittat de contrario in cōtrarium ſed conſyde ratiſſimū de materia prima.

Deſitas et raritas ſunt de ſyderamento lñr. vide op poſi. 7. Phyſi cō 15. & 4. Phyſi. 8. Vide cōtra Zim.

Caput ſecūdum. Examinatio opinionis Anaxagoræ.

ANaxagoram vero ſiquis putauerit duo dicere elementa, maxime ſecundum rationem arbitrabitur: quam ille quidē ipſe nō digeſſit, neceſſario tamen ſecutus fuiſſet eos, qui eā interrēt. Quando quidē & alteri cū abſurdum ſit dicere à principio omnia miſta eſſe, tum quoniā accidit immiſta oportere antea eſſe, tum quoniam non eſt natura aptum quodcunq; cuicunq; miſceri, et ad hæc, quoniam paſſiones, & accidentia ſeparantur à ſubſtantijs: eorūdem enim eſt miſtio, & ſeparatio, ſiquis tamen ſequatur, digerens vna cū eo quę dicere vult, fortaſſis videbitur quædā noua decentius dicere.

Anaxagoras vero, qui dicebat elementa eſſe duo, opinabat hoc proprie de ſermone, quem ipſe non intellexit, & conſequebatur quædam ſophiſticationes, quæ induxerunt eū ad hoc. Et turpe eſt vt faciat ens in alia diſpoſitione, & ſermo de eo fiat econuerſo. omnia enim admixta ſunt cum principio. contingit igitur vt primo ſint non admixta. & admixtio rerum non eſt propter paruitatem. & cū hoc paſſiones et accidentia ſeparantur à ſubſtātijs: admixtio enim, et ſeparatio ſunt ſimul.

a

& qui diligit consequi verũ in eo ꝙ sit dicens, verum apparet in suis sermonibus.

16 Anaxagoras vero, qui opinabatur quòd causæ sunt duæ in actu, scilicet causa agens, & corpora consimilũ partium, quæ sunt in mixtione non secũdum ordinem tur, ſ. quia non declarauit qualitatem existentem corporum cõsimilium in mixtione: neq; etiam dixit illud per argumẽtum sufficiens, sed per sophisticationes inducentes eum ad illud. Deinde dicit. Et turpe est, &c. idest turpe est dicere aliquid in principio entium, quando apparet ꝙ entia sunt in dispositione diuersa ab eo, quod dictũ fuit de suis principijs. Deinde d. omnia. n. admixta sunt cùm principio. & narrat sermonem Anaxagoræ. & intendit per principium, illud, quod vocat admixtionem: & per admixta, corpora consimilium partium. Deinde dicit. contingit igitur vt primo sint non admixta. i. contingit igitur Anaxagoræ, cùm dixit ꝙ res in principio sunt admixtæ vt ante non sint admixtæ. quapropter mixtio nõ erit principium. mixtio enim non intelligitur nisi post segregationem. Deinde dicit aliud impossibile contingens Anaxagoræ in hoc, ꝙ dicit consimiles partes admixtę sunt valde minimę, & dicit contra ipsum ꝙ mixtio vera non fit per paruitatem partium. Illa enim mixtio non est nisi apud sensum. mixtio autem vera est vt mixta alterentur adinuicẽ, dõec fiat ex eis forma media. verbi gratia forma oxymellis, quę fit ex mixtione mellis & aceti. Deinde dicit aliud impossibile, et d. Et cũ hoc passiones, et accidentia, &c. i. & cum hoc accidentia separantur a substãtijs, quando substantiæ admiscentur, ita ꝙ mixtio substantiarum et separatio accidentium fit insimul. & substantiæ cùm sint, erunt extra passiones, & accidentia. Deinde dicit. & qui diligit consequi verum, &c. i. innuit ꝙ Anaxagoras volebat per istos sermones facere fimbrias sibi, aut defendere aliquam opinionem famosam. sed melius est dicere ꝙ hoc faciebat ꝓpter laudẽ, quia in suo tempore non erat lex, quam detenderet.

Mixtio vera est vt mixta alterẽtur adinuicẽ, dõec fiat ex eis forma media. vide de Generatione 56. & 89 et 90 & 2 de Generatione 8.

Quando enim nil erat separatum, patet ꝙ nil erat vere de illa substantia dicendum. dico autem ꝙ neq; album, neq; nigrum, aut fuscũ, aut alium colorem, sed quod colore vacãs necessario esset. alioqui nanq; aliquem horũ colorum haberet. similiter etiam sine sapore eadem ratione, nec aliud quicquam similium. nec enim quale quid possibile est illud esse, neque quantum, neq; quid. formarũ enim, quæ in parte dicuntur, aliquæ ei sane inessent. hoc vero impossibile, si mista sint omnia. essent enim iam separata.

Quoniam autem in fundamento naturæ non est aliquid distinctum, manifestum est, quòd nõ vere dicitur in illa substãtia ꝙ est alicuius dispositionis. dico neq; albę neq; nigrę, neq; alterius coloris, sed sine colore necessario, & in eo est negatio istorum omnium colorum. & similiter est sine aliqua mixtione, & similiter non erit in eo aliquid consimilium partium. & sic ipsum existimatur habere qualitatem, aut quantitatem, aut aliud omnino. quoniam illud, quod dicitur de aliquo particularium, illa sunt species illius: quod est impossibile.

Quoniam autem manifestum est ꝙ in principio, ex quo est generatio, ſ. principium secundum naturam nõ, debet esse aliquid eorum, quæ generãtur ex eo in actu, manifestum est ꝙ illud principium nõ debet esse in aliqua dispositione eorũ quę fiunt ex eo. qm̃. si ex eo simi- oẽs dispositiones substãtiales & accẽtales, et generatio non est ex eo qđ est ens, sed ex eo qđ est nõ ens, manifestum est ꝙ illud principium non debet esse in aliqua dispositione, neque secundum qualitatem accidentalem, neq; substantialem, neq; secundum qnãtitatem. Quoniam, si diceretur de eo aliquod istorum, tunc esset, antequam generaretur ex eo. et manifestum est ꝙ non generatur, nisi illud, quod non est. et ideo necesse est, sicut dixit, vt in eo sit negatio colorum, & negatio omnium formarum. Et hoc intendebat cùm dicit. & similiter est sine aliqua mixtione. i. ꝙ cum eo non admisceatur aliqua natura. et ideo, sicut d. nõ erit in eo aliquod corpus consimilium partium. Deinde d. & non existimatur habere qualitatem, &c. i. & non est possibile existimare ipsum ſdicari de aliquo ente. verbi gratia vt habeat qualitatem, aut quantitatem, aut aliud generum entiũ. quoniãm, si ita esset, tũc esset genus entium, de quibus prędicatur. &, si ita esset, tunc essent illa entia species, & ipsum esset genus eorum. a Et dixit hoc, quia declaratum est post, quòd genus ſt aliud à materia. Genus enim est forma vniuersalis. materia autem secundum ꝙ in ea nõ debet esse in actu aliquid omnino. b et ex eis, quæ recipit, nullam habet formam omnino neq; vniuersalem, neq; particularem: sed primo recipit formã vniuersalem, & postea mediante forma vniuersali recipit formas alias vsq; ad individuales. c & est vna in numero, secũdum ꝙ est subiectum formarum individualium: et multa secũdum formas, quia diuiditur per eas. Et est vniuersaliter similis generi. Sed differt à genere: quia est vna in numero in multis, secũdum ꝙ esse eius est in potentia, genus autem est vnum in forma media inter actum & potentiam in multis. Et ideo habet genus prędicari de pluribus speciebus & de individuis illarum specierum: materia autem non potest predicari de speciebus generatis ex ea. Antiqui autem, & maxime Alexander scripserunt demonstratiue quòd genus est aliud à materia.

a Documẽtũ siue digressio, ꝙ ostẽdit materiã a ne esse differe ꝙ quo vi Met c 14 et 8. Met c 6 & 7. Met 41 & 46 de tũ oppo in 10. Met te. c. 24. Vide. c. 5 Zim b Materia habet ordinẽ alij forme ex eis, quæ ꝓ pus ꝓ prie cipit. Vide mediãte re- ptas vi- a individuis les c Materia vna nũer fm ꝙ est fm ꝙ est fotãũ in dualium, in mlia fm dimac, qa diuidit ꝑ eas. vide idem. et Meta. text. 8 ta. c & 2 de Genera. text. & te cõ tex & 4. Phy tex. cõ. 84.

Ait autem omnia esse mista, intellectu excepto: hunc vero solum impermistum, & purum. Ex his vero accidit principia dicere, et ipsum vnum (hoc enim simplex & impermistum) et alterum tanquam ens, quale inderminatũ ponimus, ante quàm determinetur, & aliqua participet forma. Quare dicit quidem, neq; recte, neq; clare, vult autem simile quiddam & ijs, quæ posterius dicunt, & ijs, quæ nunc magis apparent.

Caput Tertium. Discutiũtur opiniones eorũ, qui entia aliqua præter sensibilia ponebant: primumq; reprehenditur Pythagorici, principijs alieniori modo ꝙ Naturales utentes.

VErum hæ quidem illarum, quę circa generationem, & corruptionem, & motum sunt rationum, propriæ sunt solum. ferè enim de tali substantia & principia, & causas inuestigãt solum. Quicunq; vero de cunctis quidem entibus speculantur, entium autem quædam sensibilia, quędam non sensibilia ponunt,

Cõsyderatio de ens̃ rei mobilium ꝓpria scię Naturali. & cõsyderatio de eis i hoc loco nõ ẽ nisi ſ sũ ſbq. inde idẽ. 5. ens. & quæ dic.

Mihi hoies reputant ꝙ Nũs phia, & scia diuia sunt eadem scientia.

nunt, manifestum est, quòd de vtriscq; generibus perscrutantur. Quare magis immoretur quispiam de ijs quid bene, quidue non bene dicant, ad eorum, quæ nobis proposita sunt, inquisitionem.

Omnia autem sunt admixta. & rursus dicit omnia quidem præter intellectũ. purus enim est non mixtus. Et in istis rebus contingit dici quo ad principia quandoq; esse vnum, & simplex, sicut posuimus ipsum esse indeterminatum, antequã determinetur alio modo. Qui igitur dixerunt alium sermonem, aut cõsimilem non recte dicunt, & præcipue illi quos diximus. Sed isti sermones non conueniunt nisi in generatione & corruptione, & motu tantum. & ista perscrutatio de substantia & principijs, et causis sufficit. Et qui ponit suam cõsyderationẽ in oibus entibus, dicit entium quędam sensibilia, quędam insensibilia. & manifestum est secundum hunc modum, quem posuerunt in vtroque genere. Et ideo, si quis voluerit experimentari hoc, quod dixerunt vtrum recte dixerunt, aut non, poterit hoc facere ex perscrutatione, quã diximus modo.

18 Ex his igitur, quæ diximus, contingit dicere in principijs quandoq; esse determinata, quandoq; esse nõ determinata. Sunt enim non determinata & in potentia: quia, si non essent sic, nõ esset generatio. Sũt autem determinata: quia si non essent sic, tunc generatum non esset determinatum. Deinde dicit. qui igitur dixerunt alium sermonem, &c. i. & Qui dixerunt alũ sermonẽ, scilicet ꝙ elementum, & principium est in actu ex natura rerum, quarum est principium, non dixit recte. & innuit omnes. Vnusquisq; enim eorum nõ posuit principium materiale aliquod extra ea, quæ generantur ab eo. & sic non erit illic generatio. generatio enim est ab eo, quod est in potentia, non in actu. Deinde dicit. & præcipue illi, quos modo diximus. & innuit Empedoclem, qui ponebat elementa esse in actu, & ꝙ non alterantur adinuicem. Et, quia perscrutatio de elemẽtis rerum mobilium est propria scientiæ Naturali, & consyderatio de eis in hoc loco non est nisi secundum ꝙ sunt principia substantiarum existentium per se, & tamen locutus fuit hic cum illis sermone naturali, dixit. Sed isti sermones non conueniunt, &c. i. ꝙ sermo verus cõueniens huic principio est sermo acceptus ex rebus naturalibus. Perscrutatio autem de hoc principio, quod modo perscrutati sumus sine distinctione, sufficiens est in hoc loco, secundum ꝙ oportet in hac consyderatione. Et cùm dixit hoc, voluit demonstrare causam cogentem homines ad dicendum ꝙ ista consyderatio est duarum consyderationum non vnius: cùm etiam multi homines reputent Naturalem scientiã & Diuinam esse eandem. Et d. Et qui ponit suam cõsyderationem in oibus entibus, &c. i. quia qdam Antiquorum, apud quos diuisa sunt entia i duo, ſ. sensibile & insensibile, cũ consyderauerunt in vtroq; genere, & posuerũt ea vnũ genus, ideo sermo cõtra eos erit proprius huic scientię. & isti sunt, qui posuerunt mathematica esse principia sensibilium. Deinde dicit. Et ideo, si quis voluerit experimentari, &c. i. & quia iste sermo proprius est contra eos, ideo, si quis voluerit scire vtrũ verum, aut non verum dixerunt, poterit hoc facere perscrutatione aliqua, quam modo perscrutati sumus: et ex istis sermonibus, quos inuenimus.

Qui itaq; Pythagorici appellantur, principijs quidem, & elementis alieniori modo ꝙ Physiologi vtũtur. Causa vero est, quoniam ea non ex sensibilibus acceperũt. Entiũ enim, quæ mathematica sunt, sine motu sunt, præter illa, quę circa Astrologiam sunt. disputant tamen, & tractãt omnia de natura. etenim generant cœlum, & circa eius passiones, partes, & opera obseruant quod accidit, et principia, & causas in his consumunt, tanquam cæteris Physiologis cõueniẽtes: quia ipsum ens hoc est, quodcunq; sensibile est, & quod continet id, quod vocatur cœlum.

Qui vero vocantur Pythagorici, vtuntur principijs, & elementis modo diuerso ab eo, quo vtuntur loquentes in natura. Et causa in hoc est, quia non acceperunt ista ex sensibilibus. Mathematica enim sunt sine motu, præter ea, quę sunt in Astrologia. & isti disputant & loquuntur de natura, & consyderant cœlum, & partes eius, & actiones & passiones, et consequentia ista. & dant illi principia, & causas, vt numerẽtur in Naturalibus. entia enim non sunt nisi sensibilia, & accipiũt illud, quod dicitur cœlum. Et dicũt in causis & principijs multos sermones, sicut diximus.

19 Cùm declarauit ꝙ ex perscrutatione ista potest homo errorem scire istorum, qui admisent duo genera entium, ſ. sensibile & intelligibile, & ponunt intelligibile causam sensibilis, incepit declarare hoc, & d. Qui vero vocãtur Pythagorici, &c. i. quia Pythagorici potuerunt causas rerum naturalium res non conuenientes & non essentiales rebus naturalibus. D. d. Et causam hoc est, &c. i. & causa in hoc, ꝙ ponunt rebus naturalibus principia non conuenientia, est, quia non quęrũt principia sensibilium ſm quòd sunt sensibilia & mobilia, sed quærunt principia eorum ex rebus non mobilibus. i. mathematicis, in quibus non est motus, præter quam in Astrologia. Et debes scire ꝙ licet subiecta Astrologię sint mota, scilicet corpora cœlestia, non tamen consyderat in eis Astrologus secundum quod talia mota, sed consyderat de figuris, et situbus eorum secũdum qualitatem motuum, & secundum velocitatem & tarditatem, & consyderat etiam de quãtitate eorum. Naturalis vero consyderat de naturis eorum, ſm ꝙ sunt mobilia, & declarat qualis modus motuum est possibilis in eis, & qualis non. Deinde d. & isti disputant, &c. idest Pythagorici cum hoc ꝙ in rebus naturalibus nõ vtũtur principio naturali, volunt se assimilare Naturalibus, & loquũtur de natura, & in motibus cęli, & eius partibus: sicut Naturales loquuntur de actionibus & passionibus in rebus, quę sunt sub cœlo: & laborant in omnibus istis dando causas eorum per mathematica, scilicet numeros. Deinde dicit, vt numerẽtur in Naturalibus, &c. i. et locuti sunt ſ istis rebus, vt numerentur in loquentibus de natura, concedebant enim ꝙ entia sunt sensibilia, & quod sunt alia insensibilia, tamen licet substantiæ abstractæ, quę sunt principia sensibilium. Deinde dicit. & accipiunt illud, quod dicitur cœlum.

Documẽtũ Quem do- bet Astro- gus ĩter Ma- thematicas dis- ptionas meta- cõsidere ret vide cũ 2. Met. cõ. 44 et. 1 lb. cõ. 8. & 2. cõ. 10.

idest q̃ isti ponebant cœlum de natura rerum, quę sunt sub cœlo: & dicunt etiam in causis apparentium in eo multos sermones. Et innuit per hoc ponentes species numerorũ causas entium. verbi gratia, quia ponebant numerum parem causam entium, quibus accidit esse paria: & ponũt impares causas entium imparium. v.g. quia ponunt ternariũ causam omnium entium, quibus accidit esse tria, similiter quaternarium, & quinarium. Ista enĩ opinio est famosa, & credita apud istos homines.

Causas vero, & principia, sicut diximus, sufficientia, vt dicũt, etiam vsq; ad superiora entium transcendere, & magis quàm de natura sermonibus conueniẽtia. Ex quo vero modo motus erit, finito & infinito, & pari & impari solum suppositis, nihil aiunt.

Ascendamus igitur ad illud, quod est altius de entibus, & præcipue ad illud, cui conuenit sermo naturalis, & dicam⁹ q̃ motus quoquo modo quidam est finitus et quidam infinitus, & nihil dicunt de subiecto pari & impari.

20 Quoniam omnes Antiqui conueniũt in hoc, q̃ principia sunt contraria, & Pythagorici, qui opinabantur q̃ entia sunt numeri, dicebãt q̃ cõtraria, quę sunt principia numerorum, sunt finitum & infinitũ, incœpit contradicere eis, & d. q̃ hæc duo contraria inueniuntur in motu, quapropter motus est numerus. Et, quia omnia 30 duo contraria indigent subiecto, & isti, cùm dixerũt de finito & infinito, non dixerunt de subiecto eorum, d. et nihil dicunt de subiecto. & quia cõtrarietas in numeris est par & impar, et melius est opinari numerum esse cõpositũ ex cõtrarijs, & opinari q̃ ista cõtrarietas est par et impar, dixit. & nihil dicunt de subiecto pari & impari.

Aut quõ possibile est sine motu et mutatione generationem & corruptionem esse, aut actiones eorum, quæ in cœlo feruntur. Item 40 siue quis eis concedat ex his magnitudinem esse, siue mõstretur hoc, quomodo tamẽ quædam corporum leuia, quędam grauitatem habentia erũt. è quibus. n. supponũt, et aiunt, nil magis q̃ de mathematicis corporibus, de sensibilibus dicũt. quare de igne, aqua, aut de huiusmodi cæteris corporibus nihil dixerũt, tanquam nil de sensibilibus proprium dicentes. 50

Et quomodo potest esse generatio et corruptio sine motu & alteratione, & actionibus diuersis, q̃ sunt ex cœlo. Et si fuerit concessum, aut fuerit declaratũ, q̃ ex istis rebus fuerit magnitudo, quomodo igitũ videtur fieri? corpus enim hoc est leue, & hoc est graue, præter illa, quæ ponit, & dicũt q̃ nihil est magis dignum eis, s. corpa mathematica, & sensibilia. & ideo 60 non dixerunt de igne, & suis sensibilibus corporum, neq; videntur etiam dicere de sensibilibus sermonem conuenientem.

21 Et cum omnia fuerint numeri, non erit illic motus ordinatus. & cum motus non fuerit, nec alteratio, neq; motus cœlestis diuersi non erit generatio & corruptio. D.d. Et si fuerit concessum &c.i. & impossibile contingens eis est, quia congregant ex discreta quantitate, & vnitatibus magnitudinem continuam. sed, si hoc fuerit concessum, aut ponat q̃ impossibile est declarari, quomodo ergo erit diuersitas istorum corporum naturalium? D.d. corporum enim hoc est leue, et hoc est graue, &c. i. manifestum est enim q̃ corporum sensibiliũ hoc est graue, & hoc est leue. quomodo igitũ possunt dare causam & leuitatis & grauitatis, cum hoc q̃ ponũt corpus graue & leue, & vniuersaliter corpus sensibile idẽ cum mathematico? Non enim idem ponunt corpora mathematica esse priora substantia & diffinitione corporibus sensibilibus, sicut faciunt ponentes corpora mathematica principia corporum sensibilium sm̃ diffinitionem & esse. Isti autem non ponũt aliquod eorum esse prius secundo. immo ponunt corpora mathematica, s. composita ex numeris idem cũ sensibilibus. et ideo non possunt dare causam, quare quędam sunt grauia, & quędã leuia. & contingit eis non dicere sermonem conuenientem in sensibilibus: quia intromiserũt se dare causas rerum mobilium ex non mobilibus.

Cõtingit Antiquos nõ dicere sermonẽ cõuenientẽ in sensibilibus. qa intromiserunt se dare causas rerũ mobilium ex immobili b⁹. Idẽ supra t.c.19. & t. cœ.c.61. Idẽ hic.c6. & t. sequẽti et.2. cœli.c.69 et hic infra.c6. 25.

20 Item, quomodo passiones quidem numeri, & ipsum numerum putãdum causas eorum esse, quæ sunt à principio, ac de nouo in cœlo fiunt: numerum vero alium præter hunc numerum, ex quo mundus constat, nullũ esse?

Et etiam quomodo intelligendum q̃ passiones numerorum sunt causę, & numeri, qui sunt ex cœlo, sunt existentes, & proprij, & in ęternum & nunc: et nullus alius est numerus, ex quo sit constitutio mundi?

22 Et quomodo possumus intelligere q̃ passiones numerorum sunt par & impar, & aliæ sint causę passionũ rerum sensibilium, sicut albedinis & nigredinis? nulla enim proportio est inter passiones numerorum, & passiones entium naturaliũ. Et, si entia mobilia essent numerus, tunc inuenirentur in eis passiones numerorum necessario. Deinde dicit. numeri, qui sunt ex cœlo, &c. idest & numeri, ex quibus fit cœlum, in quo differunt à numeris, ex quibus fiunt alia, quæ sunt sub cœlo? Cœlum enim habet naturam existẽtem sibi propriam aliã ab ea, quæ est generabilium & corruptibilium, cùm cœlum semper est in præsenti & præterito & futuro, & omnia generabilia & corruptibilia sunt transmutabilia & natura numerorum apud eos, ex quibus constituitur mundus, est eadem natura.

Cœlũ hãt naturã existẽtẽ sibi propriã aliã ab ea, quæ est generabilium & corruptibiliũ. vide 2. Phys. t.40 2. cœli.cõ.6.

Cùm enim i hac quidem parte opinio eis, & tempus sit, paululũ vero desuper aut deorsum iniũria, & disiunctio, aut mistio, probationem autem afferant, quòd horum quidem vnumquodq; numerus est, contingit autem in hunc locum multitudinem iam constituta rum magnitudinem esse, eò quòd passiones hæ sequũtur singula loca, vtrum iste est idem numerus, qui in cœlo, quem oportet accipere, quod horum vnumquodq; est, an præter istum alter?

* a.l. iniuſ.

Et, cùm existimauerunt in aliquo particulari aliqua existimatione, erit secundum illam existimationem. et dicunt quòd hoc, quod est superius & inferius, & mixtio, et distinctio, est demonstratio quòd quilibet istorum est numerus. quapropter contingit vt magnitudines secundum hunc modum constituantur

ex

ex multis. passio enim cuiuslibet eorũ sequitur vnumquenq; locorum. quandoq; igitur erit iste numerus, q̃ est in cœlo. & hoc est opinãdum, q̃ est vnumquodq; istorũ, aut ꝓprie.

23 Idest & contingit huic opinioni vt scientia particularium sit necessaria non transmutabilis, quia est ex nõ transmutabili: quapropter necesse est vt sensibilia sint non trãsmutabilia in suis subiectis, cùm sint numerus. Deinde dicit. & dicunt, &c.i. quia entia in maiori parte sunt paria, verbi gratia superius & inferius, & alia contraria, significãt q̃ entia sunt numeri. Contingit ergo huic positioni vt omnia corpora sint composita ex multitudine numerali. quapropter natura eorum omnium entium erit eadem natura, & diffinitiones eædẽ, quę sunt in eis: & passiones, propter quod diuersantur in nominibus & diffinitionibus, adeo q̃ quoddam corporum dicatur cœlũ, & quoddã aer, & quoddã ignis, non acquiruntur ab istis corporibus, nisi propter loca: non qa habent differentias substantiales dantes eis istas loca, sed econuerso. qđ est impossibile. Contingit enim huic positioni q̃ idem corpus & eiusdẽ naturæ, quãdo fuerit supertius, erit cœlum & ęternum propter locum: & quãdo inferi⁹, erit ignis, aut terra, aut aqua, aut aer, aut generabile & corruptibile propter locum. Et quia ista impossibilia non aperte fuerunt dicta ab eis, dixit. & hoc est opinandũ, &c.i. et hoc, quod cõtingit eis, est opinãdum in vnoquoq; corpore sm̃ opinionẽ eorũ.

Sedm Antiquos differẽtię substãtiales corporũ sut pp loca. Sed oppotenet Aristot. vide. 1. cœ. cõ.5. & quę ibi.

Plato etenim alium esse ait. at ille quoq; numeros putat, & illa esse, & horum causas. sed intelligibiles quidem causas, hos vero sensibiles. De Pythagoricis itaq; prætermittamus modo. sufficit enim in tantum eos attigisse.

Plato autem dicit esse aliud. opinatur enim quòd ista, & suæ causę sunt numeri. sed causæ sunt intellectæ, & ista sunt sensibilia. Dimittamus nunc sermones Pythagoricos, & simus contenti in hoc, quod diximus.

24 Plato autem dicebat q̃ quidã numeri, qui sunt causæ sensibilium, sunt alij à numeris, qui sunt res sensibiles. Opinatur enim q̃ numeri, qui sunt causę, sunt naturæ intelligibilis: & numeri, quorum illi sunt causę, sunt naturæ sensibilis. Et cùm vidit q̃ hoc, quod dixit in cõtradictione Pythagoricorum est sufficiens, & q̃ post hoc oportet contradicere dicentibus numeros esse causas sensibilium, d. Dimittamus nunc, &c.

Caput Quartũ. Redargutiones aduersus Idearũ assertores: quòq; cũcti naturaliũ causas inqrere nisi sint.

* 2 c addit causas.

QVi vero ideas * ponunt, primum quidem, cùm quærerẽt horum existentiũ causas habere, cætera æqualia his numero attulerunt. velut siquis numerare volens, cùm quidem pauciora existant, arbitretur non posse, plura vero ea faciat, & ita numeret. Fere enim formę æquales, aut non pauciores ijs sunt.

Qui autem posuerunt species esse causas, primo quęrunt causas existentibus, & secundo accipiũt quòd numeri istorum sunt æquales: adeo quòd, si homo voluerit numerare, non poterit facere entia minus, sicut non potest ea facere magis. Species igitur sunt æquales, aut non minus.

Qui autem posuerunt species causas entium sensibilium primo peccãt peccato, q̃ rentes scire causas vnuscuiusq; entis ex alio ente, & non quærit causam eius ex suo intellectu vniuersali. Et d. hoc q̃, cũ perscrutati fuerint de necessitate, quæ inuenitur in scientijs rerum, imposuerunt alteram speciem entium, & sunt quæ dicuntur formæ: & deberent dare causam in hoc, sm̃ q̃ in eis est intellecta intentio communis, non per aliud ens, cũ quo non habet communicationem: & sic naturam abstulerunt speciei, quę est intentio vniuersalis, et fecerũt entia omnia contraria in nomine solum: et abstulerunt nomen vniuocum, & abstulerũt scientias. Deinde dicit. & secundo accipiunt, &c.i. & secundo peccãt: quia ponunt in qualibet specie specierum entium numerum parem, & quòd nulla species est imparis: adeo quòd, si homo voluerit numerare, nõ poterit numerare ex speciebus minus quàm par, sicut non potest maius quàm par. Deinde dicit. Species igitur, &c.i. species igitur sunt æquales, aut non magis neq; minus, & inædit per æqualitatem paritatem.

Ex quibus, dum de eis causas quęrerent, ad illas processerunt. nam secũdum vnũquodq; æquiuocum quid est, & præter substantias cęterorum quoq; in multis est vnum, & in his, & in sempiternis.

Et isti dimittunt illud, ex quo quæruntur causæ, & declinatur ab eo. quoniam in vnoquoq; istorũ est nomen commune, & in substantijs rerum erit in multitudine vnum, et in istis, & in æternis etiam.

Et isti dimittunt viã, ex qua quęruntur causę rerũ. et est cõsyderatio in natura eorũ specialis, nõ ex cõsyderatione naturæ aliorũ entiũ, cũ quibus nõ hãt cõiunctionẽ. D.d. qm̃ in vnoquoq; istorũ, &c.i. qm̃ in vnoquoq; in duorum specierum est nomen commune, & intentio communis, ita q̃ contingit vt in substãtijs, quę sunt hic, sit vna intentio cõis, et si sint hic substantię ęternę, quę faciunt eas intelligi, et dant diffinitiones earũ, vt in eis sit intentio cõis vna, & vltr natura specialis, quę nullum habet esse, nisi sm̃ q̃ est in intellectu.

26 Natura spãlis. vide 2. Phys. t.40 2. cœli.cõ.6. de Aia. t.40 60 & 1 de Aia. t.15 & 13 Met. cõ.4. & quæ ibi idem hic cõ.6. sequẽti.

Item quibus modis ostenditur q̃ formę sunt, sm̃ nullum eorum apparẽt. Et quibusdã nãq; non est necesse fieri syllogismum: è quibusdã vero etiam, quorum non putamus, horũ fiunt. sm̃ nanq; rationes, quę ex scientijs, formę erunt omnium, quorum scientię sunt. secundum vero vnum in multis, & negatio num. at secũdum q̃ intelligitur quippiam eo corrupto, etiam corruptibilium: liquidẽ quicquam est horum phantasma.

Et etiã nõ declarãt modũ, qui declarat esse species, & q̃ ista habent esse. Ex quibusdã. n. nunq̃ fit syllogismus necessario, & ex quibusdã nõ declarant nobis ea, q̃ existimant esse spẽs. secundũ autem sermones acceptos ex scientijs species non sunt nisi rerum, quę sunt scientiæ, aut ex vno in pluribus ex affirmatus entibus. ex imaginatione autem alterius corruptibilis rerum corruptibilium hæc nõ est nisi imago aliqua istis rebus.

27 Et etiam non est manifestum quòd substantia vniuersalis habet esse eo modo, secundum quem hæc substantia singularis habet, substantia enim individualis non fit ex ea syllogismus omnino. quoniam syllogismus non fit nisi ex substantia vniuersali: & substantia vniuersalis non fit syllogismus ad eam omnino: duæ ergo substantiæ illæ sunt diuersæ. Deinde dicit, secundum autem sermones, & cæte. idest sermones autem, qui sunt demonstrationum partes, & dicuntur scientiæ, non sunt aliud quàm species. & ista sunt, quę constituũ tur ex vniuersali, quod sic describitur, quod est vnum prædicatum de pluribus: & ex affirmatiuis, quæ describuntur sic, aliquid prædicari de aliquo. Et, cùm distinxerit inter particularia & species, vult modo distinguere inter naturam imaginationis & intellectus, & dicit ex imaginatione, & cæ. idest ex imaginatione vero alicuius corruptibilis hoc est imago, non res intellecta. Et intendebat per corruptibilia individua, quæ colloc antur sub generibus, quæ sunt scientiæ, sicut collocantur sub vniuersali, quod prædicatur de pluribus, & sicut collocantur sub affirmatione & negatione. Vniuersale enim non habet esse, nisi secũdum quòd est scientia, idest secundum quòd est in anima: & similiter affirmatiuum & negatiuum. Et intendit quòd comprehẽsiones, quæ dicuntur scientiæ, sunt rerum, quæ sunt in sensibilibus, non generabiles nec corruptibiles, nisi accidentaliter. & sunt intentiones vniuersales, quas intellectus comprehendit in eis, & sunt formę. Comprehensiones vero, quæ sunt corruptibilium & generabilũ, scilicet individuorum compositorum non sunt scientiæ, sed imaginationes eorum. Et quasi intendebat quòd ista sensibilia habent duos modos comprehensionis, modum, qui non est scientia eorum, sed imago: & modum, qui est scientia eorum, et est intellecta vniuersalia.

Vtis descripto.

Vſe non hẽt eſſ, niſi ſm q̃ ſcia. i. ſm q̃ eſt in aia. Vſia nõ ſunt generabilia & corruptibilia, niſi per accidens.

Sẽſibilia habẽt duos modos cõprehẽſionis: vide alibi diuiſionẽ ſ. de Anima cõ. 11.

Insuper rationum, quæ magis certæ sunt, quędam quidem eorum, quę ad aliquid sunt, ideas faciunt, quorum non dicimus esse per se genus: quædam vero tertium hominem dicunt. & simpliciter hæ de formis rationes illa perimunt, quę magis esse quàm ipsas ideas esse volunt, qui dicunt formas. Accidit enim non dualitatem esse primam, sed numerũ, et quod ad aliquid eo, quod per se est: & cuncta, quæcunq; cùm quidam sequerentur de ideis opiniones, aduersati principijs sunt.

Verificantes autem sermones quidam ponunt species de relatiuo, & non opinantur q̃ aliquid per se est genus: & quidam dicunt tertium hominem esse. & isti auferunt per vnitatem sermones, qui sunt in speciebus, & præcipue qui opinantẽ dicentes esse species, & sunt istæ. Et cõtingit ex hoc q̃ dualitas nõ sit prior numero, & hoc etiã est relatiuũ ad aliqd, & dr̃ de se: et alia, q̃ dicunt quidã de opinionibus in formis, & errauerunt in eis per principia.

28 Dicit q̃ Philosophi verificãtes sunt illi, qui opinantur q̃ species sunt relatiuæ, & q̃ non sunt existẽtes per se. cum manifestum est de relatiuo q̃ non dicitur nisi in respectu alicuius. & cùm relatiuum auferetur, auferetur illud, quod autem species sunt correlatiuæ manifestum est ex definitione ſui: species enim est illud, quod est magis proprium diuisim vniuersaliũ, quod potest respondere ad quid. Dd. & quidam dicunt tertiũ, &c. i. & ju dã dicũt q̃, ſicut homo ſenſibilis habet hoiem intellectũ, ſic homo intellectus debet hẽre hoiem tertiũ. D.d. & iſti auferunt per vnitatẽ, &c. i. & per hoc, quia ponunt formas esse easdem in numero, auferunt definitiones specierum. vnum enim in numero non prędicatur de pluribus. & species est vna intẽtio ſm formam. & ideo definitur q̃ est vniuersale prędicabile de pluribus ſm quid. & hoc contingit magis dicentibus q̃ natura ſpecierum abstracta est eadem cum natura ſenſibilium. D.d. Et cõtingit ex hoc, q̃ dualitas, &c. i. quia cũ genera, & species fuerint res existentes per se, cõtinget vt sint principia priora elemẽtis, ex quibus componũtur illa, quæ collocantur sub illo genere. intellectum. n. vniuersale est prius ſm causam, & tẽpus eo, qđ est sub eo. dualitas igitur, ex qua componitur numerus, est posterior numero: et composita ex quatuor elemẽtis sunt priora elemẽtis. D.d. & hoc etiam est relatiuum, &c. i. & quomodo numerus erat prior dualitate, & dualitas est existens per se, numerus autẽ est ex relatione? D.d. & dicitur de se. i. q̃ cùm numerus ponatur abstractus, et fuerit semper dictum de alio, contingit vt dicatur de se: quod est impoſſe. D.d. & alia q̃ dr̃, &c. i. & hæc tm possibilia cõtingunt oĩbus opinionibus dictis à ponẽtibus formas, et errãtibus î hoc î pſecutatiõe pricipioꝝ.

Vnũ numero nõ ꝓdicat de pluribus. Idẽ Porphyrius capi. de Gẽe: & ipſe camẽs, ca. de ſubſtãtia

Intellm vſ eſt prius ſm cãm, cui? pus eo, qđ ẽ ſub eo. Oppo. de Aia. te. c. 8. Vide con. Zim.

Item secundum existimationem, secũdum quam esse dicimus ideas, non solum substantiarum, sed multorum etiam aliorum formæ erunt. Etenim vnus conceptus nõ solum de substantijs, sed de cæteris etiam est. & scientię non solum substãtiæ, sed etiam aliorum sunt. & cætera huiuscemodi accidunt infinita.

Et etiam ſm intelligere, de quo dicebãt esse formarum, contingit vt formę non sint tantũ substantiaꝝ, sed & nõ substantiaꝝ. Et ſilr̃ scię tię ẽt nõ sunt tm̃ substãtiaꝝ, sed aliarum rerũ. & talia multa enumerata, quæ contingũt eis.

Idest, & etiam contingit eis, cùm dixerunt q̃ intelligere est formarum existentiũ per se, vt formæ non sint substantiarum, sed accidentiũ. Intelligere enim non est tantum substantiarum, sed etiam accidentium. 29

Secundum vero necessitatem & opiniones de eis, si formæ participabiles sunt, necesse est substantiarũ solum esse ideas. non enim secundum accidẽs participatio earum est, sed eatenus oportet vniuscuiusq̃ participem esse, quatenus * non de subiecto dicitur. Dico autẽ, vt siquid ipſo duplo participat, hoc etiã æterno participat, sed secundum accidens. accidit enim duplo, æterno esse. quare formæ substantia erunt. hæc autem hic, & ibi substantiam significant. An quicquam erit dicere esse aliquid præter has vnum in multis? Et si eadem species est idearum, & participantium, erit aliquid cõmune. Cur enim magis in corruptibilibus dualitatibus, & pluribꝰ qdẽ dualitatibus, sed ęternis, dualitatẽ esse vnũ, & idẽ sit, q̃ in hac, & quadam? Et si non est eadem species, æquiuocatio erit profecto: & simile, ac siquis & Calliam, & lignum hominẽ appellarit, quorum nullam inſpexerit cõsticationẽ.

* a 1. de ſubiecto dicit.

Accidẽtia determinãt ſua ſubiecta accidentaliter.

Secundum autem necessarium est & quod existimatur in eis secundum illum, vtrum species

cies substantiarum sint admixtę, et necessariũ est vt sint singularia. quia determinatio eorũ non est per accidens, sed necesse est vt quodlibet eorum in se sit determinans, cùm nec dicatur de subiecto. Dico, vt in aliquo sit duplũ, in illo igitur erit ęternitas, sed per accidens. accidit enim duplo, q̃ fuit æternum. & res, quarum species sunt substantiæ, sunt in hoc loco significantes substãtias. Illic autem qualecũq; sit ens, dicitur esse aliquid, & cum hoc vnum de pluribus. Si igitur est species specierum, & determinata habent aliquid in quo communicãt, quid est igitur illud, quod est proprium dualitatibus corruptibilibꝰ? Et dualitas est, pꝰ prium dualitatibus corruptibilibus, & dualitas est multitudinis. dualitas enim est æterna, et est eadem. dicitur ergo in respectu alicuius, et de se. Et, si species non fuerit eadẽ, tunc erũt equiuoca. v.g. vt aliquis vocet hominem Calliam & lignum sine consyderatione ad intentionem, in qua communicant.

30 Secũdum autem illud, quod videtur esse necessariũ in formis, & quod consequitur ex eo, est credendum q̃ species, quæ dant definitiones & substantias eorũ, quę sunt sub eis, debẽt esse * adunarę cũ eis, de quibus prędicãtur. prędicatio enim eorum de illis, quę sunt sub eis, non est accidentaliter, sicut prædicatio accidentium de substãtijs; & accidentium de se admicem. Et dixit hoc, quia propter hoc, q̃ istæ scientiæ sunt necessariæ, opinati sunt dicentes formas esse q̃ scientiæ sunt formę abstractæ: & vocauerunt eas formas absti.actas. Et d. & necessarium est vt sint singularia. i. & propter hoc, q̃ sunt necessariæ, oportet vt sint cũ eis, de quibus prędicantur ædem in actu. D. dedit autem in hoc, & d. quia determinatio eorum non est per accidens. i. quia determinatio subiectorum ab vniuersali, quod dicitur de eis, non est sicut determinatio, quæ est in prędicatione accidentium de substãtijs, aut accidentium de se adinuicem, et d. hoc, qa necessariæ sunt scientiæ, vt opinati sunt. D.d. sed necesse est, &c. i. sed necesse est vt quilibet prædicabilium formarum sit determinans substãtiam sui subiecti essentialiter, cùm nõ prædicetur de eo sicut accidẽs de suo subiecto. accidentia enim determinant sua subiecta accidentaliter. D.d. exemplum, & dixit. Dico, vt in aliquo, &c. i. V.g. vt aliqđ sit duplũ, & sit æternum. tunc enim contingit vt alterum eorum dicatur de aliquo accidentaliter. dicitur enim q̃ duplũ est æternum, sicut dicitur q̃ musicus est medicus, quia accidunt eidem subiecto. D.d. & res, quarum species sunt, &c. i. & ideo species, quæ sunt substantiæ, significant de sensibilibus substãtias: & spẽs, q̃ nõ sunt subꝫ, significant de sensibilibꝰ nõ subas. D.d. Illic autẽ, &c. i. illic autem quodcũq; sit de formis abstractis, dicitur esse aliquid, et ens in substãtia, sicut dicitur de quocũq; sit hoc, q̃ est aliquid, & ens. D.d. Si igitur est species specierum, &c. i. si igitur dicere aliquid & vnum & ens, qđ prædicatur de abstracto & sensibili, & est determinans omnia, quæ intelliguntur in aliquo esse, & est forma formarum, & determinata habent aliquid, in quo communicãt, contingit vt illa, quę sunt illic, & qui hic sunt, habeant aliquid, in quo communicant. v.g. si prima dualitas communis oĩbus dualitatibus secundum sermonem diuisum hoc esse dualitatem absolutam determinantem omnes dualitates, in quo igitur communicant & quod est proprium corruptibili, & quod est proprium æternoꝝ & hoc intẽdebat cùm dixit quid igitur est proprium? &c. i. quid igitur est proprũ primis dualitatibus corruptibilibus, & quid est proprium incorruptibilibus, cũ dualitates sint multæ & solũmus cũ hoc q̃ prima dualitas est vniuersalis vtroq; modo. accidit igitur dualitati eternæ vniuersali omnibus dualitatibus cõrruptibilibus & æternis, vt dicatur quandoq; de se? secundum q̃ est æterna: & quandoq; in respectu alioꝝ, ſm q̃ determinãt illa, & notificant subas alioꝝ. D.d. Et, ſi ſpẽs non fuerit eadẽ, &c. i. ſi nõ fuerit eadẽ intentio, in qua cõicant corruptibilia & æterna, tunc hæc dualitas, q̃ dicitur de corruptibilibus, & æternis, dicetur equiuoce. & intẽdit, cùm dualitas fuerit dicta de æterna, & de corruptibili, nõ erit forma eiꝰ, nec? demonstrans eius substantiam. & vniuersaliter ſi species nõ fuerit, & est illud, quod prędicatur de pluribus diuersis ſm qđ, tũc nomen dictum de illis formis, & de illo, quod hic est, erit æquiuocum, et destruent scięntiæ.

Corruptibile & ęterno nihil cõdẽ vnue cũ dicit 10 Metę. c. 11. & 1. cæli. c. 6. & in libr. de Subſtantia orbis

Potissimum vero dubitabit aliquis, quid nam formæ conferant sempiternis sensibilibũ, aut illis, quæ fiunt & corrumpũtur. nec enim motus, nec alicuius transmutationis eis causę sunt. At nec ad scientiam aliorum prosunt. nec. n. horũ illæ subæ sunt: in his eteni essent. nec ad esse, cùm non insint participantibus. ita etenim fortassis causæ putabuntur esse, vt album mistum albo. Sed illa ratio facile redargui potest, quam Anaxagoras prius, Eudoxus vero posterius, & quidam alij dixerunt. facile enim est multa, & impossibilia ad hanc opinionem cõgerere. At nec ex formis cætera sunt, ſm vllũ illorũ modoꝝ, qui dici solent.

Et ambigit homo magna ambiguitate in hoc, q̃ acquiruntur res sensibiles, & corruptibiles & generabiles de speciebꝰ æternis, cùm non sint causę alicuius motus, & alterationis. Et talis est dispositio earũ in scientia. neq; etiã adiuuant in alijs rebus, neq; substantiæ illorũ sunt de substãtijs istorum sensibilium. Et ista etiam, si vnum in vniuersalitate non fuerint, non erunt, vt aliquis existimat q̃ causam albo est, quia albedo sunt mixta cum albo. Sed hoc est bonæ motionis. & Anaxago. primo, & posterius Eudoxus, & alij dixerunt q̃ facile est congregare multa. Sed hoc est impossibile secundum hanc opinionem. Immo neq; aliæ res fiunt ex speciebus secũdum aliquem modorum, qui assueti sunt dici.

Et cùm manifestum est q̃ causæ rerum generabilũ & corruptibilium, & vniuersaliter transmutabilium sunt corpora naturalia, quæ sunt principia transmutationis in rebus sensibilibus, imitatur homo quid induxit eos ad inducendum formas abstractas. quod enim est abstractum quomodo adaptatur vt ex eo fiat mutentur entia materialia quod enim est materiale non transmutatur nisi ab alio materiali. Deinde dicit. Et talis est dispositio earum in scientia. adest & nihil coget ad ponendum eas propter scientiam. & etiam videtur apparere q̃ habent tuitamẽtum in esse rerum sensibilium, idest quia non generantur res sensibiles, nisi duabus existentibus, neque enim generatur nisi ab alio indiuiduo, neque etiam

21 Quod eſt materiale nõ tranſmutatur niſi ab alio materiali. Metę. cõ.

adiuuant in generatione indiuiduorum, ſicut corpora cœleſtia iuuant. D.d. neq; ſubſtantiæ illorum ſunt de ſubſtantijs iſtorum.t. neq; ſubſtantiæ illarum formarũ abſtractarum ſunt de ſubſtãtijs iſtarum rerum ſenſibilium, cùm illæ ſint eternæ, & iſtæ generabiles & corruptibiles, & ideo non poſſunt eſſe cauſæ eorum, neq; ſm formas neq; ſm agentes. Deinde dicit. Et iſta etiã, &c. .t. & iſta etiã inſenſibilia, ſi in eis nõ fuerit intentio vniuerſalis vna admixta eis, non erunt entia. quemadmodum, ſi albedo non eſſet mixta cum re alba, nõ eſſet aliquid album omnino. Et per hoc, quod dixit. Sed hoc eſt bonæ motionis, innuit q̃ mixtio intẽtionis vniuerſalis ſubſtãtialis cũ particularibus eſt fortior mixtione accidẽtium cum ſuis ſubiectis. D.d. & Anaxa. &c. .t. & manifeſtum eſt q̃ nos poſſumus accipere facile in rebus multis vnam intentionem vniuerſalem exiſtentem in eis. & ſi iſta intentio eſſet vna in numero, i. abſtracta, ſicut dicunt dicentes formas eſſe, tunc impoſſibile eſſet vt inuenirentur in pluribus. vnum enim in numero non inuenit in pluribus. & ſic congregare plura ad vnũ eſt impoſſibile. Deinde d. neq; aliæ res, &c. .t. & impoſſibile eſt vt formæ ſint cauſæ tranſmutationis, & generationis, & corruptionis, & vniuerſaliter cauſæ ſenſibilium ſecundum aliquem modorum, qui aſſueti ſunt dici ab eis. verbi gratia hoc, quod dicunt, q̃ ſunt exemplaria eorũ, & q̃ ſunt cauſæ ſcientiæ eorũ.

Cogita qõ ſubſ abſtra ꝛ & nõ ſñt cẽ cãe agentes, & formales, iſtorũ corruptibilium.

Documentũ Mixtio intẽtionis vniuerſalis cum ſuis ſubiectis

Dicere vero exemplaria eas eſſe, & cætera eis participare, vanilogia, & metaphoras poeticas dicere eſt. Quod enim eſt, quod agit, ad ideas inſpiciẽs: poſſibile enim eſt & eſſe, & fieri quodcunq; ſimile, etiam non ad illius imaginem. quare & exiſtente Socrate, & non exiſtẽte, fiet vtiq; qualis Socrates eſt. ſimiliter autem etiam ſi Socrates ſempiternus eſſet. At eiuſdem erunt plura exemplaria, ergo etiam formæ. veluti hominis, animal, et bipes, ſimul autem & idealis homo.

*ipſe homo

Dicere autem ſpecies continẽtes ſe eſt ſermo vacuus, ſimilis ſermonibus verſificatorũ. Et quid eſt illud, quod nõ agit abſq; eo q̃ aſpiciet formã: poteſt enim eſſe ens et non ens, & ſi nõ aſſimilaꝫ alicui: adeo q̃ Socra. erit, & nõ erit niſi vt exemplar ſit Socratis. Et ſm hunc modum declaratur q̃ Socrates ſit æternus, & hẽt multa exẽplaria, ſicut ſpecies. ſicut homo hẽt aial & bipedale, & homo idẽ eſt in vtroq;.

32 Ideſt Dicere autem ſpecies continẽtes ſe, nõ ſpecies indiuiduorum, ſed formas exiſtentes per ſe, verbi gratia, ſi aliquis dixerit q̃ homo eſt ſine carne, & oſſe, eſt ſermo fabuloſus. Deinde dicit. Et quid eſt illud, quod non agit, &c. .t. cientes exemplaria quærunt, dicentes q̃ ſic generans entia impoſſibile eſt vt generet aliquid in[illegible] aduorum, niſi aſpiciat exemplar illius indiuidui, quærẽs, ſc. ſe natura ultimã generatę rei & generãtis. Quorum [illegible] erunt generata et generans per quãcunq; naturam ſi[illegible] q̃ nullam habet materiam propriã, tunc poſſibile erit vt ſit ens & non ens æqualiter, et ſi fuerit ens, tũc poterit vt aſpiciat exẽplar, et nõ aſpiciat, et ſi aſpexerit [illegible] poſſe erit vt aſſimiletur, & nõ aſſimileꝫ: et ſic generatio erit a[illegible] vt intelligit generationẽ eſſe caſu, q̃ generans ſit de[illegible] generati. & ſi non, tunc generans non generabit ſimile, verbi gratia homo hominem. & ſecundum hoc generans non indigebit exẽplari. Deinde dicit. ſi ſunt Socrates. t. & indiuiduũ eſſentialiter nõ generatur niſi ab indiuiduo ſuę ſpeciei, quapropter neceſſe eſt vt generans Socratem ſit aliud indiuiduum ſibi ſimile. Deinde dicit. Et ſecundum hũc modum declarabitur quòd ſocrates ſit æternus. ideſt & etiam ſi poſuerimus hæc exemplaria, contingit vt ſit aliquod indiuiduum, quod Socrates generatus habebit Socrãtem æternum. & ſecundum hoc continget vt indiuiduum habeat naturam vniuerſalem, & ſit cõ poſitum ex naturis vniuerſalibus, ſicut eſt ſpecies, & hoc intendebat, cùm d. ſicut homo habet animal, &c. .t. & indiuiduum habet definitionem, ſicut habet ſpẽs.

Indiuiduum eſſentialr nõ gñat niſi ab indiuiduo eiuſ dẽ ſpẽi. vide dẽ ſupꝛ. c. 31.

Item non ſolum ſenſibilium exẽplaria formæ erunt, verum etiam ipſarum, vtputa genus, tanquam genus ſpecierum. quare idem erit exemplar, & imago. Item videri poſſit impoſſibile eſſe ſeparatam ſubſtantiam, & cuius eſt ſubſtantia. quare quomodo ideæ, cùm rerum ſubſtantiæ ſint, ſeparatæ fuerint? in Phædone autem ita dicitur, quòd tum ipſius eſſe, tum ipſius fieri formę cauſæ ſunt.

Et etiam ſpecies non ſunt exemplaria rerũ ſenſibilium, ſed & ſui ipſarum etiam, ſicut genus, quod eſt genus multarum ſpecierum. & ſic idẽ erit exemplum, & forma ſui ipſius. Et etiam impoſſibile eſt vt exiſtimentur eſſe entia abſtracta à ſubſtantijs, & ſubſtantiæ non. & ſi non, quomodo erunt ſpecies ſubſtantiæ rerum abſtractarũ ab illis: & hoc dictum fuit in Phædone, ſcilicet quòd ſpecies ſunt cauſæ eſſe generationis.

Impoſſe ẽxiſtimare ẽtias eſſe ſẽparatas ſubſtãtias quarũ ſunt formæ.

Ideſt & cùm illud, quod prędicatur de aliquo, & notificat eſſentiã eius, ſi fuerit forma abſtracta, tunc ſpecies non erunt exemplaria rerum ſenſibilium, ſed ſui ipſorum. quoniam ſicut indiuidua habent exẽplaria propter ſpecialitatẽ, quæ eſt in eis, verbi gratia indiuidua hominis propter humanitatem, ita ſpecies abſtractæ habent exemplaria per generalitatem, quæ eſt in eis, ſicut ſpecies ſenſus habent exẽplaria per ſenſum, quod eſt genus. Deinde dicit. Et etiam impoſſibile eſt, &c. .t. & etiam impoſſibile eſt exiſtimare formas eſſe abſtractas à ſubſtantijs, quarum ſunt formæ, & ſubſtantias non eſſe, ſ. quod eſt impoſſibile, ſ. formas remanere, & deficere res, quarum ſunt formæ: quoniam tũc nõ eſſet generatio neq; corruptio. Et, quia poteſt aliquis dicere q̃ Plato non dixit eas eſſe cauſas generationis & corruptionis, neq; partes formales rerum ſenſibilium, notificauit q̃ Plato dixit hoc in libro Phædon, & dixit. & hoc dictum fuit, &c.

Quanquam formis exiſtentibus, non tamen participantia fiunt, ſi non ſit, quod moueat. At multa alia fiunt, velut domus, aut annulus, quorum non dicimus eſſe formas. quare patet poſſe cõtingere cætera quoq; & eſſe, & fieri, etiam propter tales cauſas, quales eorum, quæ nunc dicta ſunt.

Et etiam cùm ſpecies fuerint, entia non habebunt determinans, ſi non fuerit illud, quod eſt lectus cum alijs multis rebus, ſicut domus & annulus. & aliæ res, quas non diximus eſſe entia, manifeſtum eſt q̃ poſſe eſt vt ſint, & vt ſint res à talibus iſtis cauſis, q̃ mõ fuerãt dictę.

Et

34 Et cùm ſpecies fuerint res exiſtentes extra animam nõ habent genus, quod determinat eas, & quẽ notificet intentionem vniuerſalem, per quam ſunt entia. & cùm non habuerint hanc intentionem, non erunt entia: quẽ admodum ſi domus, & annulus, et lectus non eſſet aliquod iſtorum particularium. et hoc intendebat cùm dixit. & aliæ res, quas non diximus eſſe entia. Deinde d. manifeſtum eſt, &c. .t. ſi igitur habuerint tales ſpecies, & genera, manifeſtum eſt q̃ illæ ſunt cauſæ, ex quibus componuntur res ſenſibiles. & ideo non ſunt his aliæ cauſæ. & intendit q̃ contingit ex hoc vt res ſenſibiles ſint compoſitę ex talibus cauſis, t. ex rebus compoſitis ex formis & materijs. Et dedit exemplum in artificialibus, quia nullus dicit q̃ vniuerſalia eorum non habent eſſe extra animam. & ideo forte intendebat, cùm d. & res quas nõ diximus eſſe entia, iſtum modum * vniuerſalium, ſcilicet artificialium.

* .i. vniuerſalem.

Item, ſi formę numeri ſunt, quomodo erũt cauſæ? Vtrum quoniam ipſa entia ſunt diuerſi numeri, vtputa hic quidẽ numerus homo, hic vero Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his cauſę ſunt? etenim ſi hi quidem æterni, hi vero non, nihil differt.

Et etiam, ſi ſpecies ſint numeri, quomodo erũt cauſæ? Primo vero, quia numeri entium ſunt diuerſi, verbi gratia q̃ iſtæ numerus eſt homo, & iſte Socra. & iſte Hyllus: quare igitur erũt illic illę cauſæ iſtorũ? & non adiuuant etiã in hoc, ſi q̃dam fuerint æterna, & q̃dã nõ.

35 Cùm deſtruxit formas eſſe ſecundum opinionem dicentium q̃ natura formarum eſt alia à natura numerorum, reuerſus eſt ad opinionem dicẽtium q̃ natura numerorum, & formarum eſt eadem, & eſt opinio Platonis. Et d. Et etiam ſi ſpecies, &c. .t. & etiã ſi formæ fuerint numeri, quomodo erunt cauſę rerum ſenſibilium? Primo vero, quia contingit vt idem ens ſit compoſitũ ex multis numeris diuerſis ſm formã. v. g. q̃ iſtud ens indiuiſibile eſt aial, & eſt homo, & eſt Socrates. quapropter debet habere numerum, per quem eſt animal, & numerum per quem eſt homo, et numerum per quẽ eſt Socrates. & ſimiliter Hyllus debet habere tales numeros. & cũ hoc impoſſibile eſt in numeris, in quo igitur erunt numeri cauſæ iſtorum? Deinde dicit. & non adiuuant, &c. .t. q̃ numerus, qui eſt quaſi genus de iſtis ſenſibilibus, non adiuuat in numero, qui eſt quaſi indiuiduũ. ille enim, qui eſt quaſi genus, eſt æternus, & æternũ non poteſt eſſe pars generabilis et corruptibilis.

Quòd ſi quoniam prõportiones numerorum ea, quæ hic, aut conſonantia, patet quòd vnum quiddam erit, quorum proportiones ſunt. Si igitur hoc materia eſt, manifeſtum eſt quòd ipſi etiam numeri proportiones cuiuſquam alterius ad alterũ erunt. Dico autem, vt ſi Callias proportio eſt in numeris ignis, terræ, aquæ, & aeris, & ipſe homo aliquorũ aliorum ſubiectorũ erit. & idea numerus, ac etiã ipſe idealis homo, ſiue aliquis numerus ſit, ſiue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus. & non erit aliquis propterea numerus.

*rationes.

Et cùm definitiones numerorum fuerint conuenientes illis, quæ ſunt ante, manifeſtum eſt q̃ aliquid eſt, cuius ſunt iſtæ definitiones. Et manifeſtum eſt q̃ hoc eſt materia. iſti enim numeri ſunt definitiones illorum admirabilem. Verbi gratia q̃ ſi definitio Hylli fuerit in numeris ignis, & terræ, & aquę, tunc iſte homo aut erit aliquis numerus, aut non, quouſq; ſit definitio aliquorum numerorũ, et non numerus. & non erit iſta etiam aliquis numerus.

Et eãdem numerus eſt ens exiſtens extra animã, et habuit definitionem, ſicut alia entia, manifeſtum eſt q̃ definitio numeri debet eſſe conuenies et, quod eſt amet. definito. & ſic numerus erit compoſitus ex materia & forma. & definitio numeri non erit numerus, ſicut definitio hominis non eſt homo, ex ideo d. Et manifeſtum eſt q̃ eſt hoc materia. t. q̃ materia eſt recipies definitiones. D.d. iſti enim numeri, &c. .t. contingit ex hoc q̃ quędam entia ſunt priora ſemineem, t. q̃ quędam eorũ accipiũtur in definitionibus quorundam, & ex hoc, q̃ ponunt ea numerum, vt iſti numeri, contingit ex hoc vt ſint definitiones ſm ipſorum admirabilem. D.d. exemplum, & impoſſibile cõmigens ex eo, & d. V. g. &c. .t. v.g. q̃ ſi numeri aquę, ignis, & terræ, & aeris tuerint accepti in definitione hominis, tunc homo, ſi iuerit aliquis numerus, non erit ſic, donec iſti, quę ſunt accepta in definitione eius, ſint definitio numeri, & hominis, non aliquis numerus. Definitio enim numeri nõ eſt numeri: quem admodũ definitio animalis non eſt animal. et ſm hoc iſta elementa accepta in definitione hois non erũt numerus & tam poſſumus exire de numerum: quod eſt inconueniens. aut homo non erit numerus.

Deſſinitio numeri non eſt numerus. ſicut nec definitio animalis eſt animal.

Item e multis numeris vnus numerus fit, ex ſpeciebus vero, quo ſpecies vna? Quòd ſi nec ex his, ſed ex numeri abilibus, vt ex decem millibus, quomodo ſe habent vnitates? Siue enim eiuſdem ſpeciei ſunt, multa inconueniẽtia ſequẽtur. ſiue non eiuſdem ſpeciei, nec exdem rationem, nec ceteræ omnes omnibus.

Et etiam ex pluribus numeris fit vnus numerus, quomodo igitur ex pluribus ſpeciebus fit vna ſpecies? Et ſi nõ fuerit ex eis, ſed ex numeris, ſicut mille. quomodo igitur ſunt diuerſitates? Quoniam, ſi ſunt conſimiles in ſpecie, cõtingunt multa impoſſibilia. & ſi vnaquæq; fuerit per ſe in aliqua ſpecie, non erunt diuerſorum, neq; diuerſa omnia ſunt omnino.

Et etiã manifeſtũ eſt q̃ ex pluribus numeris [illegible] vnus numerus. & ſi ſpes ſunt numeri, quo ex pluribus ſpeciebus fit vna ſpes? & cõtingit, ſicut dixi quã. punctus & dualitas ſit linea, & trinitas ſuperficies, & quaternitas ſit corpus, vt ſuperficies ſit cõpoſita ex linea & puncto, & corpus ſit cõpoſitũ ex ſuperficie & linea & puncto: q̃d eſt impoſſe. D.d. Et ſi non fuerit ex eis, &c. .t. q̃ ſi numeri formales nõ mitigũt ex numeris diuerſis, ſed ex numeris cõuenientibus, ſicut cerũ ex denarijs, & mille ex centenarijs, tunc vnitates iſtorũ, aut erũt cõuenientes in qualitate & forma, aut diuerſę. Si igitur fuerint conuenientes in forma, cõtingunt multa impoſſibilia. eſt vt oẽs ſpes ſint cõuenientes in forma & ſi [illegible] uerſę in ſpẽ contiget vt nõ ſit numerus. Deinde [illegible] vnaquæq;, &c. .t. et ſi vnaquæq; vnitatum [illegible] forma. dum fuerit diuerſa ab alia, non erit [illegible] uerſa enim numeri ſe admirabilem. [illegible] meri ſe admirabilem, aut per vnitatem. [illegible]

Quo nãq; differẽt, cũ impassibiles sint? hęc enim nec rationabilia sunt, nec intellectioni consentanea. Item necesse est aliud quiddam numeri genus ponere, circa qd' Arithmetica.

Et quid proficit, cùm non sint passiua? & hoc non est de rectis sermonibus, neque intelligitur. De necessitate igitur est ponere aliũ numerum, & est subiectum Arithmeticæ.

38 Et quid coget, vt causę rerum non passiuarum, sicut numerus, sint necessaria in esse rerum passiuarum. passiua enim necessario componuntur ex passiuis. Deinde dicit. De necessitate igitur, &c.1. & cũ manifestum est q; impossibile est vt numerus mathematicus sit substantia rerum sensibilium, necesse est, si aliquis sit numerus, qui dat substantiam rerum sensibilium, vt sit alius à mathematico. Sunt igitur tres species numero rum. est enim numerus mathematicus, qui non multiplicatur per multiplicationem numeratorum. & est numerus formalis, qui diuersatur per numerationem entium. & est numerus, cuius istæ numerus est forma: & sunt sensibilia. Et quia hoc contingit huic positioni: & dicentes q; formæ sunt aliæ à numeris ponunt numerũ naturam mediã inter formas & sensibilia: dixit etiam contradicendo eis.

Tres sũt species numero rum.

Et omnia, quę media dicuntur à quibusdã. quę quomodo, aut ex quibus principijs sunt, aut cur ista sunt, quæ media illorum, & horum erunt?

Et omnia media, aut sunt ex rebus simpliciter, aut ex aliquibus principijs, aut ex illo, ex quo est ordinatum post media.

39 Idest & cùm numerus mathematicus est medius inter formas & sensibilia: & omne medium aut est compositum ex rebus simplicibus simpliciter, aut ex rebus simplicibus in respectu mediorum, aut ex formis ipsorum mediorũ. sed quia media facta à medijs prioribus eis non sunt secundum q; sunt media, sed secundum q; sunt formæ diuersæ: quoniã, si medium esset ex medio secũdum q; est medium, tunc media procederent in infinitũ: ideo dixit in loco eius, quasi dicat ex formis mediorum compositis ex illo, ex quo est ordinatum post media. Res enim ordinatæ sub medijs, secundũ q; sunt media, s. secũdum q; medium est genus eorum sunt species mediorum. & ideo dicitur q; species sunt ordinatæ sub genere. Et intendebat per hunc sermonem, q; numerus mathematicus est cõpositus ex numero formali & sensibili. & manifestum est q; hoc est impossibile in numero mathematico. Et est manifestum q; illi non intendebant per hoc, quod dicunt q; numerus mathematicus est medius inter formas & sensibilia, secũdum istum modum, sed intendũt q; natura numeri est quasi natura media inter formas abstractas & formas sensibiles materiales. Sed notum est per se q; nulla natura est media inter esse abstractum & materiale. hęc enim duo contraria, s. æternum & corruptibile manifestum est q; sunt immediata.

Cũ medium aut est cõpositũ ex rebus simplicibus simpliciter, aut ex rebus simplicibus in respectu mediorum, aut ex formis mediorum.

Nota est per se q; nulla natura è media inter esse abstractũ & materiale. vide in fine tãs te lectionis huius vltimæ 2 physi. c. 26. vide com. Zim.

Item vnitates, quæ in dualitate sunt, vtraq; ex aliqua priore dualitate. at hoc impossibile est. Item cur vnum est numerus collectus.

Et etiam vnitates cuiuslibet eorum sunt ex aliquo. euenit igit hoc ex dualitate: quod est impossibile. Et etiam non erit numerus vnum iteratum.

Et cùm vnitates fuerint dualitas numeri medij, continget vt dualitas sit ex aliquo, & vt dualitate aliquid sit prius. Deinde dicit. Et etiam nõ erit numerus vnũ iteratum, & cætę. idest & ß numerus fuerit ab vno abstracto, tunc in eo non inuenietur vnum iteratum. dualitas enim in vna re est propter materiam. causa enim iterationis eorundem numerorum est iteratio vnius numeralis. & vnum, quod est immateriale, non iteratur secundum individuum. Et potest intelligi sic. & etiam quomodo vnus numerus vniuersalis erit iteratus: & similiter vnum intellectum: & vniuersalia innata sunt non iterari? Intellectum enim animalis non inuenitur magis vno: sed ex intellectu vnius inueniuntur multæ vnitates. & similiter in terno, & quaterno inuentũtur infinite trinitates, & infinitę quaternitates.

Dualitas in vna re nõ iterãtur nisi ppter materiam.

Item adhæc, quæ dicta sunt, si vnitates differẽtes sunt, oportet ita dicere, sicut quicunque quatuor, aut duo dicunt elementa. Etenim horum singuli non dicunt elementum, quod commune est, vt puta corpus, sed ignẽ, & terram, siue commune quid sit corpus, siue non. nunc autem dicitur, ac si vnum ita esset (vt ignis, aut aqua) similium partiũ. quòd si ita sit, numeri non erunt substantiæ. Sed si ipsum vnum aliquid est, & hoc principium est, patet quòd vnum multipliciter dicitur. aliter rianq; impossibile est. Volẽtes autem substantiam referre ad principia.

* 2.1. indifferentes.

Et similiter dicimus in vnitatibus, quas diximus, si fuerint non diuersę secundum hunc modum: et est modus dicentium quòd elemẽta sunt quatuor, aut duo. Omnes enim illi nõ opinantur quòd elementum est commune eis, scilicet corpus, sed ignis, & terra, siue corpus fuerit commune eis aut nõ. vnum igitur nunc dicimus de illo, quod est consimilium partium, sicut ignis & aqua. Et, cùm ita sit, numeri non erunt substantiæ. Sed manifestum est quòd si vnum est, quòd illud est principiũ, & vnum dicitur multis modis. Sed illi volunt eleuare substantias ad principia, secũdum q; non est possibile.

Et nos dicimus, &c. idest & nos dicimus quòd via dicentium quòd substantiæ entium sunt compositę ex vnitatibus non diuersis in specie, est eadem cum via dicentium quòd elementa sunt res singulares, scilicet individuales, non vniuersales: sicut sermo dicentium q; elementa sunt quatuor, scilicet aqua, & ignis, terra, & aer, aut duo eorum. isti enim non opinantur quòd vniuersale commune istis est elementum, scilicet corpus, sed ignis, & terra: & indifferenter apud eos siue illud commune haberit esse, aut non habuerit esse. Et hoc, quod dixit, est contingens eis. quia, cùm vnitates numerales fuerint extra animam, erunt in materia, & erit vna secundum formam, & multę secũdum numerum. & ista est dispositio vnitatum, quæ significant ea, quæ sunt consimilium partium: & dispositio multitudinis existentis in eis. & hoc intendebat, cùm d. vnum igitur nunc, & cætę. Deinde dicit. & cùm ita sit, numeri non sunt substantię. idest et cùm vnitates non sunt nisi elementa vnitatum sensibilium. tm q; sunt vnitates individuales cõsimilũ partiũ, manifestum est q; numeri, qui

qui sunt species, non sunt substantię abstractę, s. formę. Sed manifestum est, si fuerit declaratũ aliquod vnum existẽs per se extra animam, quòd illud est principium omnium entium. Deinde dicit. & vnum dicitur multis modis. s. & possibile est vt in quolibet prædicamento eorũ sit vnum, s. indiuisibile in illo prędicamento, sicut est in quantitate discreta: quia vnũ dicitur multis modis. Et d. hoc, innuendo errorem Antiquorum opinantium vnum dici de vna intentione, s. substantia individuali, sicut dicebãt de hoc nomine ens. D. d. Sed illi volunt, &c. i. per hoc, q; ipsi quęrunt principia substãtię, rectum sunt. sed eleuant substantias, aut q; non est possibile vt sit principium substantiæ, sicut formæ numerales, & magnitudines geometricæ.

Longitudines quidem ex longo & breui ponunt, ex quodam paruo & magno: planũ vero ex lato & stricto: corpus autem ex alto & humili.

Linea autem componitur ex longo & breui, & ex paruo & magno: & superficies ex lato & stricto: & corpus ex profundo & imo.

42 Quoniam Antiqui dicebant q; principia prima sunt contraria, & isti similiter dicẽtes numeros dicũt q; prima contrarietas in numeris est multum & paucum, & in magnitudinibus prima contraria sunt apud eos principia, narrat sermones eorum i hoc, & d. Sed isti ponũt principia lineæ hanc contrarietatem, s. longum & breue, & magnum & paruum: & ponunt contrarietatem, ex qua fit superficies, latum & strictum: & ex qua fit corpus, profundum & imum.

At quomodo aut planum habebit lineam, aut solidum lineam atq; planum? aliud nanq; genus latum & strictũ, altum & humile. Quẽ admodum igitur neq; numerus est in eis, eò quòd multum & paucum ab his aliud est, ita manifestum est, quòd nec aliud quicquam superiorum inferioribus inerit. At vero nec latum genus alti est. etenim corpus esset planũ quid. Item puncta, ex quo insunt? At huic generi aduersabatur Plato, tanquam existenti dogmati Geometrico. sed nominabat principium lineæ, hoc vero sæpius ponebat lineas indiuisibles. atqui necesse est harum aliquẽ esse terminum. quare ex qua ratione linea est, punctum quoq; est.

Et etiã quomodo superficies est linea, aut corpus linea & superficies? genus enim lati et stricti aliud est à genere profundi & imi: non igitur inueniũtur in eis contraria. Postquam autem multum & paucum differunt ab istis, manifestũ est quòd neq; aliud superius inuenitur in eis, quæ sunt inferius. Immo neq; genus latum est genus profundi. superficies enim est aliquid ex corpore. & puncta sunt ex aliquo. Et istud genus considerat Plato secundum opiniones Geometricas. sed vocat eas principium lineæ. & multotiens posuerunt hoc ex lineis nõ discretis. & hoc necessarium est vt sit secundum hunc modum. vbi enim est linea, est punctus.

Plato opinabatur q; vnitas est principium puncti, & q; dualitas est forma lineę, & trinitas forma superficiei, & quaternitas forma corporis. et opinabatur cum hoc q; corpus componitur ex superficiebus, & superficies ex lineis, & linea ex punctis. & dicebat cum hoc q; linea componebatur ex duobus cõtrarijs, quæ sunt magnum & paruũ: & superficies ex stricto & lato: & numerus ex multo & pauco. Dicit ergo ei, quomodo est possibile vt superficies sit ex lineis, ita q; sit pars ei?, & linea ex lõgo & breui, & corpus ex superficie & linea, & superficies ex stricto & lato: & corpus ex profundo & imo? & omnia ista sunt continua. & numerus est ex multo & pauco. & omnia ista non congregãtur in vno genere. Et si esset sic, contingeret vt omnia reducerentur in vnum genus, s. contraria, ex quibus surgunt istæ magnitudines tres, & ex quibus surgunt numeri, qui sunt principia magnitudinum. & hoc intendebat, cùm d. grauis enim lati, &c.1. q; contrarietas superficiei non congregatur cùm contrarietate superficiei in * vno genere, nęq; ista cum contrarietate numeri, quæ est paucum & multum. impossibile est igitur vt sint pars numeri. & ideo d. Postq; autem multum & paucum, &c. 1. quoniam omnia ista non videntur congregari in eodem genere superiori istis generibus dictis. Deinde d. superficies enim est aliqd ex corpore, &c.1. & hoc quidem contingit eis, quia ponũt superficiem partem corporis, & punctum partem lineæ. Deinde dicit. Et istud genus, &c.1. et Plato sollicitus fuit ad declarandũ hunc sermonem: quia opinabatur q; magnitudines geometricæ sunt principia corporum cum numeris. Deinde dicit, sed vocat, &c.1. & vocat eas principia lineæ. & non dicebat eas aperte partes lineæ: quia contingeret vt continuum esset de natura discreti. et ideo dicebat q; linea componitur ex lineis indiuisibilibus. & hoc intendebat, cum d. & multotiens, &c.1. q; propter istam contradictionem contra ponentes eas puncta: & ideo plures eorum vocabant eas lineas indiuisibiles. & existimauerunt q; linea componatur ex lineis non discretis, non ex punctis. quia necesse est, cum linea recipiat diuisionem secundum totum, vt etiam diuidatur in nõ lineas aut in lineam nõ diuisibilem, aut in non lineam: quod est impossibile. ergo necesse est vt diuidatur in lineas indiuisibiles. & hunc positionis contradictum tangit in libro de Generatione. Deinde dicit, & hoc necessarium est, &c.1. propter hoc q; ponunt lineas non discretas, non euadunt etiam, cũ istę diuidantur fm̃ quantitatem puncta, vbi enim linea est, necesse vt ibi sit punctus.

* 2.1. eodem

Et omnino cùm Sapientiæ sit de manifestis causam quærere, hanc quidem prætermittimus. nihil enim de causa dicimus, vnde principium transmutationis. substantiam vero eorum dicere putantes alias substantias esse dicimus. Quomodo vero illæ horum substantię, incassum dicimus. participare nanq; vt prius diximus, nihil est. Nec illam etiam, quam fatẽtijs esse causam videmus, propter quã omnis intellectus, & omnis natura facit: nec illam causam, quam vnã de principijs esse dicimus, ipsæ formæ attingunt. sed qui hac ætate tunc his Mathematicis tacta sunt Philosophia, quam uis dicãt aliorum gratia ea oportere tractare.

Et cùm Philosophia cõsyderet de rebus apparentibus, hoc non collocatur in ea. & nihil dicemus de causa, quæ est principiũ alterationis. cũ igitur intẽdimus sermonẽ de his, dicẽ-

mus ꝙ substãtię istorũ sunt alię, ita ꝙ si dixerimus ꝙ illa sunt substãtiæ istorum, erit falsum. Quoniam autem sunt continentes, iam diximus primo ꝙ nihil est, neq; videmus etiam ꝙ sunt causæ scientiarum. Et ideo non videmus aliquem intellectuum, & naturarum, qui ponat hanc causam. ergo species non assimilantur alicui principiorum. & Doctrina est per illas, quia Philosophia, quando locuta fuerit in aliqua hora de aliquo, vtetur istis propter illa.

44 Et cùm philosophia nõ consyderet nisi de rebus existentibus extra aïam: species aũt non sint de rebus existentibus extra animam: ideo Philosophia non consyderat de istis speciebus. & propter hoc, si aliquis consyderauerit de istis sensibilibus per istas substantias, non poterit dare per eas principium alterationis & trãsmutationis istarum substantiarum. Et, cùm ita sit, si concesserimus has esse, dicemus eas esse alias substantias. dicere aũt ꝙ istæ sunt substãtię istoꝝ trãsmutabilium est falsum. Et d. hoc, ꝙ ipse destruxit eas ꝓp hoc, ꝙ ponũt eas causas sensibilium, & scibilæ. Et cũ destruxit eas causas esse, nõ cõtingit ex hoc ꝙ destruant in se: et ideo d. Quũ aũt sunt continentes, &c.t. quũ hoc, qd̃ ponunt, quia substantiæ sunt: continentes sensibilia, quæ sunt hic, vt species, quæ cõtinet ea quæ sub illa sunt, iam diximus ꝙ nihil est. determinãs enim & determinatum sunt idem numero cum specie, & ideo si istæ species fuerint abstractę, non erunt secundum ꝙ determinant sensibilia. neq; secundum ꝙ sunt causæ istorum, ita ꝙ sint causæ scientiæ comprehensæ in sensibilibus. Et ideo d. post. Et ideo non videmus, &c.t. & ideo nõ possumus ponere hanc causam alicui intellectuum, qui sunt in rebus sensibilibus, & alicui principiorum existentiũ hic.

Deinde dicit, ergo species, &c.t. & manifestum est ꝙ species non assimilãtur principijs sensibilibus: ergo manifestum est ꝙ non sunt principia istorum sensibilium.

Deinde dicit, & Doctrina est, &c.t. ꝙ Philosophia vtitur rebus vniuersalibus, vt perueniat ad res existentes, sicut vtitur eis in definitionibus & demonstrationibus cum scientia eorum ducit ad intellectum, & rectum apud consyderationem de entibus vniuersalibus. & ideo demonstrationes acceptæ hoc modo sunt ex propositionibus Logicis communibus, non ex propositionibus essentialibus & conuententibus.

Item subiectam substantiam, vt materiam magis mathematicam, quis profecto putauerit, ac magis prædicari, & differentiam substantiæ, ac materiæ esse, veluti magnũ, & parvum, sicuti aiunt Physiologi rarũ, & densum primas subiecti dicentes has differentias esse. hæc etenim excessus quidã, & defectus sunt. De motu autem, si hęc quidem motus erunt, patet quòd formæ mouebuntur.

Et etiam, si aliquis acceperit substantiam, de qua loquimur, quasi materiam mathematicam hoc non faciet proprie, nisi quando voluerit dare differentiam inter substantiam & materiam, sicut magnum & paruum, sicut dicunt Naturales ꝙ primæ differentię subiecti sunt raritas, & densitas. et ista non sunt nisi additio et diminutio in motu. Sigitur, si ista sunt motus, manifestũ est ꝙ species sunt mobiles.

Idest, si aliquis acceperit ista intellecta logica propositiones vsitatas in demonstrationibus secundum materiam demonstrationum, & consyderauerit per illa in entibus sensibilibus, hoc non accidit, nisi quando perscrutatus fuerit in primis differẽtijs vniuersalibus substantię: sicut perscrutatio de duabus differentijs primę substantię, in quas diuiditur ens, quarum vna est quasi materia, & alia quasi forma: sicut declaratio eorũ, qui voluerunt declarare ꝙ hæ sunt duæ substantiæ, s. magnum & paruum, aut rarum & densum. &, quia hoc facit existimare ꝙ ratio dicẽtium ꝙ intellecta sunt entiũ substantiæ: quoniam cùm illud, quod notificat naturã substantiæ, est substantia: ergo intellecta sunt substantiæ. Et d. & ista non sunt nisi additio, &c.t. si igitur intellecta istarum rerum demonstrant substantias, sunt substantiæ rerum. sed, quia omnia contraria reducuntur in diminutionem & additionem: & additio et diminutio reducitur ad motum: tunc si intellecta istarum rerum essent substantię, earum intellectuum motus esset motus. Et si intellectũ motus, quod est genus specierũ motus, est motus, cũ oẽs species essent motę. et si ipẽs essent motæ, & essent substantiæ rerũ, nihil esset fixũ. Et d. omnia ista ad confirmandum. quũ notum est per se ꝙ intellectuum motus non est motus: et est contingens dicentibus ꝙ intellecta rerum sunt substantiæ earum. Aristo. enim opinabatur ꝙ intellecta rerum notificant substantias rerum: non tamen sunt substantię earum.

Aristo. opinabat ꝙ intellecta essent substantię rerum, sed non sunt substantię earũ.

Quòd si non, vnde euenit? tota etenim de natura consyderatio perit. Et quod facile probare videtur, quòd omnia vnum non fit. expositione etenim nõ fiunt omnia vnum. Sed ipsum vnum si quis concedat omnia, nec hoc quidem, nisi quis vniuersale concedat esse genus. hoc autem in quibusdam impossibile. Nullam autem rationem habent, nec illę, quę post numeros, longitudines, plana, & solida sunt, nec quomodo sunt, aut futura sunt, nec siquam vim habẽt. hæc enim nec formas possibile est esse. non .n. sunt numeri, nec media (mathematica .n. illa sunt) nec corruptibilia.

Et omnis magna pscrutatio de natura non cadit nisi apud existimationem, ꝙ declaratio est facilis. Et vnũ non erit omne. quoniã non est in actu omnia vnum. sed intentio, quam si homo posuerit ipsam in esse, hoc non erit, nisi si concesserit ꝙ est genus illius omnis. Et hoc etiam impossibile est in quibusdam rebus. nõ enim inuenitur vna definitio communis eis, quæ sunt cum numeris, & lineis, & superficiebus, & quod erit, & quod fuit, & quod habet aliquam potentiam. & ista non sunt innata vt sint species. neque sunt etiam numerus, neq; quæ sunt mediorum (illa enim sunt mathematica) neq; corruptibilium.

Et perscrutatio Antiquorũ de naturalibus fuit, quia opinabantur ꝙ declaratio non tantum est possibilis; sed etiam facilis. & cùm vniuersale, ex quo fit perscrutatio, est vnũ numero in pluribus, ſm ꝙ dicũt dicentes formas esse: vnũ aũt numero in pluribꝰ spẽbus impoſe est vt fit: ergo ſpoſe ẽ vt fit demõstratio, aut disciplina. Et hoc intendebat, cùm d. Et vnum nõ erit omne, &c. idest & impossibile est vt genus vniuersale oĩbus rebus

bus sit vnum numero. qm̃, si ita esset, tunc esset possibile vt vnũ numero esset in quolibet: quod est impossibile. tunc .n. oĩa essent vnum in actu, s. indiuiduale. D. d. sed intẽtio, &c.t. si aliquis opinatus fuerit ꝙ in oĩ est vna intentio, hoc nõ erit verum nisi posuerit ipsam esse genus oĩum non vnam intẽtionem in actu. D. d. Et hoc impossibile est, &c.t. & ponere vnum cõe pluribus rebus, ita ꝙ sit genus, videtur esse impossibile in quibusdã, nedum vt sit vnum numero cõe omnibus. Impossibile .n. est vt numerus, & superficies, & linea habeant vnũ genus cõe oĩbus, nisi æquiuoce, v.g. quãtitatem, manifestum est .n. ꝙ hoc nomen quantitas dicit̃ de eis æquiuoce. neq; etiam inuenitur vna intentio in eo, quod iam fuit, & erit, quod est potentia, & quod est actu. Et ideo artes Doctrinales cõsyderantes de eis non sunt vnum, sed plures. D. d. & ista non sunt innata vt sint species, &c.t. & ista intellecta, quæ sunt genera & species, non sunt innata vt sint formæ per se existentes, & exemplaria, vt quidã dicunt. neq; sunt media inter formas & sensibilia, sicut quidã dicunt in intellectis Mathematicoꝝ: quia sunt mathematica, t. qa materia non apparet in definitionibus eoꝝ. neq; sunt etiam formę rerũ corruptibiliũ, vt fingunt dicẽtes formas esse. declaratum est .n. ꝙ oĩa ista impossibilia sunt.

Quãtitas est gen⁹ æquocã ad numerum, superficiẽ, & lineã.

Sed rursus quartum aliud quoddã hoc genus apparet. Et oĩno elemẽta q̃rere entiũ nõ diuidendo, cùm multipliciter dicantur, impossibile est inuenire: pr̃sertim cũ hoc modo quærant, ex quibus elementis est. ex quibus enim ipsum agere aut ipsum pati, aut ipsum rectum, non est accipere. quòd si est, substantiarum solum esse potest. quare aut quærere, aut putare habere omniũ existentiũ elemẽta, non est verũ. Quomodo vero aliquis cũctorum elementa discet? Manifestum est enim, quòd non est possibile quicquã cum cognoscere prius. quẽadmodum enim ille, qui Geometriam discit, aliqua quidem præscire cõtingit: quorum vero illa scientia est, & quæ docendus est nihil præscit. ita & in ceteris. Quare si qua cũctorum est scientia, vt quidam aiunt, nihil profecto is præcognoscere posset.

Et existimatur hoc esse aliud genus quartũ, quod quærit de elementis omnium entium, absq; eo quòd negat ꝙ dicta multis modis impossibile est vt sint: sed quęrunt hoc modo de rebus, ex quibus sunt elementa. in quibusdã vero ex actione, & passione, aut conuenientia. & hoc non est in quolibet, sed tantum in substãtia. ita ꝙ perscrutatio est de elementis omnium entium, & quęrere determinationẽ eorum. & hoc non est verum. Et qũo potest hõ scire elementa oĩum entium? Impoſe est enim vt aliquis addiscat aliquid, nisi præsciat prima principia eius, ver.g. ꝙ aliquis addiscat Geometriam, sed ante debet scire aliqua illius scientiæ, quam vult addiscere: aut nesciet aliquid eorum. & similiter est dispositio de alijs. ita ꝙ ars, de qua homines reputant ꝙ doctrinat oẽ, nihil notificat ſm hunc modum.

Et, cùm posumus ꝙ species, & vsi intellecta vniuersalia sunt res existẽtes extra aïam, & ꝙ sunt formæ entium, contingit vt hoc genus entium sit quartum genus aliud à tribus generibus: & quod in eo est, cõsyderat quarta ars, s. alia à tribus consyderantibus in mathematicis, & Naturalibus, & diuinis. & cõtingit eis vt hoc genus perscrutẽt de elemẽtis oĩum entium: ꝙ cùm istæ species sint elementa, i. formæ entium oĩum: & oĩs ars perscrutetur de causis suorum subiectorum: & subiecta istius artis sunt elementa rerum: contingit vt ista ars quarta perscrutetur de elementis elementorum. D. d. sed quærunt hoc modo, &c.t. sed cùm istæ species existentes extra animam sint subiectorum trium scientiarum: & ars, quæ consyderat de speciebus, perscrutatur de causis causarum: necesse est vt omnis ars istarum trium perscrutetur de causis istarum causarum. D. d. in quibusdam, &c.t. scilicet impossibile est hoc à tribus artibus, s. perscrutari de causis earum nisi in arte, quæ perscrutatur de causis actionis & passionis, & conuenientię inter formam & materiam. D. d. ita ꝙ pscrutatio, &c.t. & illud, quod contingit à prima positione non est vt aliqua istarũ trium artium perscrutetur de causis suarum causarũ, sed vt vnaquæq; istarũ trium artium pscrutẽt de causis suarum cãrum. & hoc nõ est verum. D. d. Et qũo potest homo, &c. idest & qũo potest esse ars, quæ notificat elemẽta omnium entium. Impossibile est .n. scire aliquod eorum, quæ sunt posita in artibus, nisi præsciantur intellecta prima in illa arte. qm̃, si indigueris addiscens addiscere principia scientiæ in illa arte, continget ꝙ addiscet principia principiorum: & sic in ĩfinitum. quapropter continget vt ille, qui vult addiscere aliquam sciam vt nesciat illam, v.g. ꝙ si addiscens Geometriam non potest addiscere, nisi præsciat principia illius scientię, quã vult addiscere, tunc nesciet illam. D. d. & similiter est dispositio in alijs, &c.t. & sic contingit in alijs scientijs à Geometria: ita ꝙ scia, in qua hoies reputãt addiscere oĩa, quæ continentur in ea ꝙ disciplinã, nihil notificat.

Atqui omnis disciplina per præcognita, aut oĩa, aut aliqua est: & aut per demonstrationem, aut per definitiones. ex quibus enim definitio est, illa præcognoscere oportet, ac nota esse. similiter & quæ per inductionem.

Et etiam omnis doctrina fit ex prioribus, aut omnibus, aut quibusdã. & similiter illud, quod declaratur per demõstrationem, & definitionem, debent præsciri in eo propositiones, per quas fit illa declaratio. & similiter illud, quod scitur per inductionem.

Cùm declarauerit ꝙ artes demonstratiuæ non declarant ignota nisi ex notis in illis artibus, vult declarare ꝙ ista propositio est vniuersalis in artibus operatiuis, & consyderatiuis, & d. sicut fecit in principio Analyticorum. Et etiam oĩs doctrina, &c.t. & etiam manifestum est ꝙ omnis doctrina in artibus operatiuis, quæ addiscuntur per exemplar, nõ fit nisi per cognitionem rerum notarum per se in illo artificio, aut omnium, aut quorundam. D. d. & similiter illud, quod declarat per demonstrationem, & definitionem, t. artes, quæ addiscuntur per rõnem, siue fuerint operatiuę, siue cõsyderatiuę. D. d. & sitr illud, quod scitur per inductionem. & intendit illud, quod scitur per artem disputatiuam.

Arti innata nobis est, mirum est quomodo nos fugit, optimam scientiarum habẽtes. Itẽ quo pacto quis cognoscet, ex quibus est. & quomodo manifestũ erit? etenim hoc habe

ambiguitatem.

ambiguitatem. Dubitabit enim quispiam, sicuti & de quibusdam syllabis. quidam enim syllabam S M A ex S & M & A aiunt esse: quidam vero alium sonum esse dicunt, & nullũ ex notis. Item quoꝝ sensus est, ea quomodo quis noscet sensum non habens? atquí oporteret. siquidem eadem cunctorum elementa sunt, ex quibus, sicuti compositæ voces, ex proprijs sunt elementis.

Si igitur scia est in nostra natura, mirum est qũo euadet à nobis aliquid, cùm in nobis est firmissima scientiarũ. Et etiam quomodo scitur res, quæ fit ex rebus, & quomodo erit hoc manifestum? ambiguitas enim accidit in istis rebus. Et quidam rixati sunt ī hoc, sicut in pedibus. quidam igitur dixerunt in sexta litera Græcorũ, ſ, Z, quæ est huius formæ, ϕ est cõposita ex C, & D, & A: & alij dixerunt, immo est litera per se, non ex literis notis. Et etiam illud, quod est ex habẽtibus sensum, qũo scit à carenti sensu? ista. n. sunt semper elementa cuiuslibet, quemadmodum voces compositę fiunt ex elementis sibi proprijs.

49 Si igitur scientia, &c. i. ϕ dicere formas esse contingit ex eo, vt oẽs scientię sint notę à nobis in natura, qm̃, si hic sunt formę, ad quas intellectus aspicit, sicut sensus aspicit ad sensibilia: et cõprehensio sensibilium est naturalis in nobis, cùm non acquirit ex cognitione antecedẽte: necesse est vt intellecta sint naturalia in nobis: nõ vt quędam sint naturalia, quędam autem accepta per doctrinam. D.d. Et etiam quomodo scitur res &c. i. & secundũ hoc deberemus scire equaliter rem, & cãm eius, & nõ deberet cadere dubitatio in causis inter homines. proportio. n. intellectorũ esset sicut proportio sensibilium. D.d. Et quidam rixati sunt in hoc, &c. ſ. &, si ita esset, non litigarẽt homines in elementis multarum rerum, sicut accidit Grãmaticis sui temporis, vt rixati sunt de litera z, vtrum sit cõposita, an simplex. D.d. Et etiã illud, quod est ex habentibus sensum, &c. idest et cõtingit huic positioni, ſ. ϕ formę intellectę sunt cõprehẽsę per se, licet sensibilia, quæ non indigent in acquirẽdo eas sensu, et si ita esset, tũc sciret naturas sensibilium, qui habet læsionem in instrumẽtis sensuum, adeo vt naturaliter cęcus cognosceret naturas colorũ, & naturaliter surdus vocum. D.d. ista. n. sunt semp elementa, &c. i. & cõtingit, si cognitio istarum formarum fuerit naturalis in nobis, vt cognitiones omnium rerum sint naturales in nobis, ꝓpter hoc ϕ istę formę sunt elementa, appria omnium entium, sicut omnes voces sunt ex elementis, ꝓprijs. & intendit ϕ, cùm formę sint elementa omnium entium propria eis, contingeret vt essent indigentes in cognitione sensus.

Quęsti igitur illas, quæ in naturalibus dictę sunt rationes cunctũ quęrere videantur, & prętermittere nullam illam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta sunt prius patet. sed eas obscure dixerunt. quo? enim modo enim omnes dictæ sunt prius, quo? modo minime. Balbutientium enim attributa sunt prima Philosophia de omnibus, tanquam principijs noua existens.

Quoniam autem illud, quod dictum fuit de causis naturalibus, perscrutati sunt de eo omnes considerantes, & ϕ nos non induximus vnam causam extrinsecam ab eis, manifestum est ex prædictis. Et dignum est, ϕ prima Philosophia perscrutetur de omnibus rebus. continet enim omnia principia, & ea quæ sunt prima.

50 Quòd autem quod nos diximus in modis causarum naturalium, dictũ est ab Antiquis, manifestũ est ex prędictis ab eis. Et similiter manifestum est ϕ nos non addidimus causam in modis causarum, quas Antiqui dixerũt. Et innuit ϕ Antiqui scierunt quatuor causas ī suo tpe. & hoc, qđ dicit de Antiquis mãifestũ est, ϕ ipsi cõcesserunt causam materialem & formalẽ & agentem & finalem, aut non videntur concedere ex eis, quæ narrauit de illis ī hoc tractatu. sed possumus dicere in hoc ϕ qui cõcedit causam agentem, debet cõcedere finalem. agens. n. nõ est agẽs nisi propter aliquid, & videtur inuere ꝓ hoc Socratem & Platonem. Dicit autem in alio loco ϕ in tempore Socratis perceperunt homines causam finalem: & ideo inceperunt regere ciuitates. & intendit ſm ϕ opinati fuerunt in fine hois, D.d. Et dignum est, ϕ prima Philosophia, &c. idest & dignũ est, ut appareat ex istis rebus, ϕ Philosophia perscrutatur de principijs, & maxime de his, quæ sunt prima in esse & cognitione.

Antiqui scierunt quatuor causas i suo tpe. opposituꝫ. 2. Phys. cõ. 9. Vide cõtra. Zim.

Nam & Empedocles os ait esse ratione. hoc autem est quod quid erat esse, & rei substantia. At vero similiter necesse est etiam carnis, cęterorumꝙ singulorum esse rõnem, aut nihil esse. propter hoc enim & caro, & os, cæterorumꝙ vnumquodꝙ est, & non propter materiam, quã ille ignem, terram, aquã & aerẽ ait. sed et his, altero dicente, necessario consensisset profecto, clare tamen non dixit. De his igit & antea manifestũ est. quodcunꝙ aũt de his quispiã dubitauerit, rursus repetamus. fortassis etenim ex eis aliquid facultatis habebimus ad futuras dubitationes.

Et quia Empedocles dicit ϕ definitio est os, & est illud, ꝓ quod res est id, quod est substantia rei, ſm hunc modum erit etiã caro necessaria, & vnumquodꝙ aliorum, aut nullũ eorũ erit. et ideo caro, & os, & vnumquodꝙ cæterorum non est propter materiam, quam ille dicit, ϕ est terra, ignis, & aqua, et aer. & nõ ponit causam ī hoc, ϕ dicit istas res, sed cogetur dicat alia. sed non dixit illud apte, qđ dixit. Et declaratũ est prius de istis rebus, & de suis similibus. & nos reuertemur post ad dicendũ in oibus quęstionibus contingentibus in eis. nunc autem incipiendũ est in dicẽdo aliquid de quæstionibus cõtingentibus ī alijs rebus.

51 Quia Antiqui loquentes de rebus naturalibus locuti sunt in maiori parte de materia, & non de forma propria rebus mobilibus, nisi Emped. qui innuit causam formalem, & non dixit eam aperte, sed tñ apparet de suis sermonibus, incœpit hic dicere vñ apparet hoc, & d. Et, quia Empedocles dicebat, &c. i. sed quia Empedocles dicebat ī esse ϕ hoc, quod est os, est definitio, per quã definitur ab alijs rebus compositis: definitio autem est illud,

illud, quod notificat formam & substantiam eius: manifestum est ϕ contingit ex hoc vt hoc nomen caro, & alia composita ex elementis significent intẽtionem additam materię, aut nihil ex eis, quę significant ista nomina, sit definitio rerum. Deinde d. & ideo erit caro, & os, &c. i. & propter hũc sermonem, quem Empedocles dicit in esse, et in carne, cõtingit in vnaquaq; rerũ compositarum vt illud, quod noia significant, nõ sint propter materiam tantum, quam ipse dixit, sed necesse est et ponere causam additam materiæ, ſ. formam, ſ. ϕ necesse est et dare aliam causam præter materiam, & dare istam causam vnicuiq; generabilium rerum. et quia nõ fecit hoc, d. sed non dixit illud aperte, quod dixit, i. sed non propalauit istam causam esse vtem vnicuique entium compositorum ex quatuor elemẽtis. D.d. Et declaratum est prius de istis rebus, i. in scientia Naturali, illic. n. declaratum est de formis. & quia quæstiones contingentes illic dissoluuntur in hac scientia, d. & nos reuertemur ad sermonem in oibus quæstionibus contingentibus illis. deinde narrauit intentionem suam in tractatu consequenti, & d. incipiendum est, &c. i. incipiendũ est dicere de quæstionibus contingentibus, idest de quæstionibus difficilibus istius scientię.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER SECVNDVS,
cum Auer. Commen.

SVMMA LIBRI.

In hac Summa unica, de Veritatis speculatiõe agitur.

Caput Primum. Veritatis speculationem tum facilem, tum uero difficilem esse. Quòq; pacto Philosophia ueritatis scientia recte appelletur.



Peculatio de veritate, partim difficilis, partim facilis est. Signum autẽ, ϕ neq; satis eam aliquis consequitur, neq; aberrãt omnes ab ea, sed quisq; aliquid de natura dicit. & singuli quidem nil, aut parum ei addunt, ex oĩbus vero collectis aliqua magnitudo fit. Quare, si ita se videtur habere, vt ī prouerbio dicimus, quis aberrabit à ianua? hoc modo profecto facilis esset. totum autẽ, & partem habere non posse, hoc eius difficultatem ostendit. Cùm vero difficultas duobus sit modis, fortassis causa eius non rebus, sed nobis ipsis inest. quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita & intellectus animæ nostrę ad ea, quę manifestissima omnium sunt.

Vt vespertilionum oculi ad lumen diei, ita intellectus aliq; noster ad ea, ꝙ manifestissima omnium sunt.

Consyderatio quidem in veritate difficilis est vno modo, & facilis alio modo. Et signũ eius est, ϕ nullus hominum potuit peruenire in ipsam ſm ϕ oportet, neq; deuiauit se ab hominibus, sed vnusquisq; locutus fuit de natura. & vnusquisq; eorum aut nihil comprehendit de veritate, aut modicum. &, cùm aggregatum fuit illud, quod congregatum fuit ab omnibus, qui comprehenderunt ex eo, tunc congregatum erit alicuius quantitatis. Est igitur facilis ſm hunc modum, & est modus, ſm quem habemus in consuetudine inducere in prouerbio, dicendo ϕ nullus ignorat locum ianuæ in domo. & demonstrat difficultatem eius hoc, quòd non fuit comprehensa ſm totum, neq; maior pars eius. Et, cũ difficultas sit duobus modis, dignum est vt sit difficilis non propter res, sed propter nos. dispositio enim intellectus in anima apud illud, quod est in natura valde manifestum, simílis est dispositioni oculorum vespertilionis apud lucem Solis.

1 Via ista scientia perscrutatur de veritate simpliciter, incœpit notificare dispositionem viæ inducentis ad ipsam ſm difficultatem & facilitatem, cùm sit manifestum apud omnes ϕ cõprehensio veritatis nõ est impossibilis in multis rebus, credimus. n. necessario nos scire veritatẽ in multis rebus. Et signum eius est, ϕ habemus deos dertum ad sciendam veritatem, qm̃, si comprehensio esset impossibilis, tunc deos derũ esset otiosum. & concessum est ab oĩbus ϕ nulla res est otiosa in fundamento naturæ & creaturæ. Quia igitur concessum & manifestum à peruenientibus ad hanc scientiam nos habere viã ad sciendam veritatem, d. Cõsyderatio quidem, &c. i. via inducens ad veritatem vno modo est difficilis, & alio modo facilis. Et signũ difficultatis eius est, ϕ nullus sine cõiectatione alterius scit de ea aliquam quantitatem ſm ϕ oportet. Et signũ facilitatis eius est hoc, ϕ non ignorauerunt eam oes homines, qui, si inuenirent ϕ oẽs hoies, de quibus audiumus loqui, nihil scirent de veritate, tunc iudicaremus ipsam esse difficilem, & non impossibilem propter longitudinem temporis, quod est necessarium in sciendo veritatem, & quasi breuitas tẽporis, in quo iudicatur veritas aut tota, aut aliqua quantitas, indicat facilitatem eius. D.d. sed vnusquisq; locutus fuit de natura, &c. i. et ex hoc, quod diximus de modo comprehendendi veritatem, quia, cùm nos consyderauerimus quo? Antiquorum in scientijs, inuenimus fuisse eos ſm dictum [illegible] hoiem, ϕ nihil cõprehendit de veritate, nisi modicum, aut parum, aut modicum cõprehendit de ea. D.d. Et igit facilis ſm hũc modum, &c. i. cùm possum esse aliquis ex eis ſm hunc modũ, & difficilis ſm aliũ modum. hoc ergo est vt sit facilis ſm hunc modũ, & est ꝙ in quo? aut genere entium sunt aliqua in respectu eorum, quæ sunt tanquam domus in respectu domus, in hos, ꝙ non latet aliquem, sicut locus forte domus non latet aliquem. & ista sunt prima cognita naturaliter habita a nobis in quolibet genere entium. Deinde reuertitur ad dicendum modum difficultatis, & d. & dum sit difficultate eius, hoc, ϕ nullus comprehendit eam ſm totum, nec maiorem partem eius, i. à tẽpore, à quo ipse audiuit loqui de ea. Et quasi innuit se comprehendere veritatem simpliciter, aut in maiori parte, ſm ϕ est possibile ī humana natura. D.d. Et, cũ difficultas sit duobus modis, &c. idest cùm difficultas comprehensionis eius [illegible] modis, rectum est vt difficultas in rebus, quæ [illegible] in fine veritatis, ſm primo principio, et in [illegible] stractus à materia sit ex nobis, nõ ex illis, [illegible]

Prima cognita a nobis naturaliter habita a nobis in quolibet genere entium.

tracta sint intellecta in se naturaliter, & nō intellecta, quia nos facimus ea esse intellecta, sed quia sunt in se intellecta, sicut formę materiales, difficultas enim in istis est ex se, magis quā a nobis. Et, quia dispositio intellectus de re intelligibili est sicut dispositio sensus de re sensibili, assimilauit virtutem intellectus in comprehendēdo intellecta abstracta à materia modo debilissimo visui in sentiendo, s. vespertilionis, non comprehendendo maximum sensibilium, s. Solem. Sed hoc non demonstrat res abstractas intelligere esse impossibile nobis: sicut inspicere Solem est impossibile vespertilioni, qm̄, si ita esset, tūc otiose egisset. qa fecit illud, quod est in se naturale intellectum, non intellectū ab alio: sicut si fecisset Solem non comprehensum ab aliquo visu.

Non ē ipossibile nobis intelligere abstracta, sicut est impossibile vespertilioni inspicere Solem. Id 3. de Aiā cō 16. & 9. Meta. c. 22. & 12. Met. 38 &. 39 cōsyderā in ista contra istam rōnem ⁊. Me. cō. 18. Vide cōtra. Zim.

Verum non solum illis agendæ sunt gratiæ, quorū opinionibus quis acquiesceret, sed illis, qui superficietenus dixerunt. conferunt enim aliquid etiam isti. habitum nanque nostrum exercuerunt. Si enim Timotheus non fuisset, multum melodię nequaquam habuissemus. si tamen Phrynis non extitisset, ne Timotheus qdē. Simili modo & de illis est, qui de veritate asseruerunt. à quibusdam enim aliquas accepimus opiniones. quidam vero, vt hi herent, causa fuerunt.

Et iustum est non tm̄ reddere gratias illis, cū quibus habuimus cōmunicationē in cōsyderatione, sed et etiam illis, qui habent in hoc aliquid dignitatis modicū. quia iuuarunt nos i hoc aliquantulū: quia præcesserunt, et exercitauerūt nostrum intellectum. Quoniam si Timotheus nō esset, tunc careremus multū de cōpositione musicali. et si Hierosinus nō esset, tunc non esset Timotheus. Et sic est de loquentibus in veritate. nos autē accepimus quasdam locutiones ab Antiquis quibusdā, & alij fuerunt causa in esse istorum.

2 Addit qp non tm̄ oportet reddere gratias eis, qui docuerūt nos veras opiniones, & sunt illi, qui conueniunt nobiscum in opinionibus, sed etiam illis, cū quibus non conuenimus. Ista. n. cum hoc, quod dixerunt de participatione rerum, exercitauerunt nostrum intellectum, & fecerunt nos acquirere per hoc virtutem ad comprehendendum veritatem. Et quod dixit in hoc capitulo manifestū est. Nullus. n. potest per se fuere nisi operatus, aut cōsyderatus in maiori parte qd per eum completur nisi per iuuamentum prioris ad posteriorem, & nisi prior fuisset, non esset sequens.

Recte autem se habet Philosophiam scientiam veritatis contēplatricem appellasse. speculatiuæ etenim finis veritas, practicæ autem opus. etenim si quomodo se habent consyderant nisi veritatem per se sed ad aliquid, & eo tempore practici speculantur.

Et rectum est vocare cognitionē veritatis Philosophię scientiam speculatiuam. finis. n. scientię speculatiuę est veritas, & finis scientię operatiuę est actio operantes enim, licet cōsyderent eo quod agunt, tamen nō perseuerant circa ea propter seipsam, sed respectu eius, quod agunt

Et rectum est vocare, &c. i. & quia scientię attribuę Philosophiæ sunt duæ, quarum vna est, cuius finis est scire tantū, & altera operari. & quia ista scia scienti est superior, dixit. Et rectū est vocare cognitionem acquisitam ex hac scientia sciam speculatiuam. Scientia enim operatiua, quāuis vtatur ratiocinatione, & speculetur de causis, tamen non est digna vocari scientia speculatiua: quia non perscrutatur de causis rerum &, de definitionibus earum, nisi vt scientes eam agant, & non vt sciant, sicut est in scientijs speculatiuis. & sermo eius in hoc capitulo manifestus est. 3

Nescimus aūt verum absq; causa. vnumquodq; vero id ipsum maxime aliorū est, secundum quod alijs vniuocatio inest. vtputa ignis calidissimum: etenim ęteris hic est caliditatis causa. Quare verissimum etiam est id, quod posterioribus vt vera sint, causa est. Propter quod principia semper existentium necesse est verissima esse. nec enim aliquādo vera: nec illis vt sint, aliquid aliud causa est, sed illa cæteris. Quare vt fm̄ esse vnumquodq; se habet, ita etiam secundum veritatem.

Vnumq̄q; p̄ ipm̄ maxime aliorū e, secundū q̄d alijs vniuocatio ineſt.

Vt fm̄ esse vnūquodq; se habet, ita etiā fm̄ veritatem.

Et nos nō scimus veritatē absq; hoc q̄ scimus suam causam. & vnūquodq; principiorum proprie est causa eorum, secundum q̄ sunt aliæ res, quæ conueniunt in nomine, & intētione. v.g. ignis in fine caliditatis. Ex quo oportet vt maxime verum sit illud, quod est causa veritatis rerum, quę sunt post. Et ideo necesse est vt principia rerū, quę sunt semper, sint semp, et in fine veritatis. qa non sunt vera in aliquo tpe, & in alio non: neq; hñt causam in essendo vera in eò q̄ sunt vera, sed illa sunt causa i hoc aliarū rerum. Quapropter necesse est vt dispositio cuiuslibet rei in esse sit sua dispositio in rei veritate.

Cùm declarauit q̄ hæc scientia est de genere scientiarum veritatis, & q̄ est pars Philosophiæ speculatiuæ, vult declarare suum ordinē in veritate, & in scientijs speculatiuis, & d. & nos non scimus veritatē absq; hoc, q̄ scimus suam causam. i. et quia nos non scimus rem vera scientia, nisi qñ scimus eam cum sua causa, ut dictum est in Posterioribus: & est manifestum per se q̄ vnumquodq; principiorum in vnoquoq; genere est proprie causa eorum, quæ dicuntur de alijs rebus collocatis in illo genere de dispositionibus, in quibus conueniunt illæ res nomine & definitione: cū principia in vnoquoq; genere sint causæ esse eorū generum, & esse eorum, quæ dicuntur illorum generum, fm̄ q̄ sunt in illis generibus. &, cùm ita sit, manifestū est q̄ primum in quolibet genere magis est dignum habere hoc nomen esse, & eius definitionem, q̄m ei, quorum est causa fm̄ illud genus, & eius definitionem, & intentionū, quæ sunt in omnibus rebus, quę sunt in illo genere, fm̄ q̄ sunt in illo genere. v.g. iustus ignis est causa in rebus calidis, ideo est magis dignus habere hoc nomen calidum, & eius intentionem, q̄m alia calida. Et, cùm concluſit hoc, d. Ex quo oportet vt maxime verum sit illud, quod est causa veritatis rerum, quæ sunt post, i. & concludendo tradit q̄ causa i quolibet genere entium est magis digna in esse, & magis est tale, q̄m illa, quorum est causa in genere illo, manifestum est q̄ si est hęc prima causa omnium entium, vt declaratum est in scientia naturalium, 4

Vide p. hoc. i. Poster. te. 6. vbi dicit, p̄ter q̄d vnumquodque tale, &c. & i Meta. cō. 2.

turalium, q̄ illa causa est magis digna, & in esse, & in veritate, q̄m omnia entia. ola. n. entia non acquirūt esse & veritatem nisi ab ista causa. Est igitur ens per se, & verum per se: & omnia alia sunt entia, et vera per esse, & veritatem eius. D.d. Et ideo necesse est vt principia rerum, quę sunt semper in fine essendi, & veritatis, sint semper. ista. n. entia, quia non sunt in aliquo tēpore sine alio, sed sunt in oībus temporibus, ideo causæ eorum non sunt causæ eis in aliquo tempore sine alio, propter quod indigent se in essendo causis alijs causis. Et innuit per hoc dispositionem principiorum corporum cœlestium cum corporibus cœlestibus. & intendebat per hoc notificare nobilitatem veritatis, in qua consyderat ista vniuersalis ars, quæ cōsyderat de principijs vltimis. D.d. Quapropter necesse est vt dispositio, &c. i. q̄ quanto magis fuerit perfectū in esse, tanto magis erit perfectum in essendo verum.

Oſa entia ſi acqrūt eē, & vitatē niſi a prima cā.

Quāto aliqd fuerit magis pfectū i esse, tanto magis erit perfectū in eēndo verū. Idē. i. de Aia. t. c. primū. et. 6. Meta. t. cō. 2.

Caput Secundum. In nullo causarum genere dari processum in infinitum, neq; sursum uersus, neq; deorsum.

AT vero q̄ est principium aliquod, neq; sunt infinitæ entium causæ, neq; in rectum, neq; fm̄ speciē, patet. Nec. n. vt ex materia, hoc ex hoc potest ire in infinitum. vt carnem ex terra, terram ex aere, aerem ex igne, & hoc non stare. Nec vnde principium motus. veluti hominem quidem ab aere moueri, hunc vero à Sole, Solem autem à contentione, & huius nullum esse finem. Similiter nec cuius causa in infinitum progredi potest. vt deambulationem quidem sanitatis causa, illam vero felicitatis, felicitatē vero alterius, & ita semper aliud alterius gratia esse. Similiter autem & de ipso quid erat esse.

At vero q̄ sit principium quoddā, & non infinitæ causæ existentium, nec in directum, nec fm̄ speciem, palam. Nec enim, vt ex materia, hoc ex hoc in infinitum progredi possibile est. veluti carnem quidē ex terra, terram vero ex aqua, aquam vero ex aere, aerem autem ex igne, & hoc non stare. Nec vnde principium motus. vt hominem ab aere moueri, & hunc à Sole, Solem vero à luce, & huiusmodi nullum esse finem. Similiter autem nec id, cuius causa, in infinitum ire possibile est. iter quidem sanitatis causam, illam vero felicitatis, & felicitatem alius, & ita semper aliud alius cām esse. Et in quodquid erat esse sist.

5 Sermo eius in hoc capitulo est manifestus, & est q̄ impossibile est inuenire aliquam causam quatuor procedere in infinitum, s. vt aliqua res habeat materiam, & illa materia habeat aliam materiā. & hoc in infinitum. Aut vt aliquid habeat causam mouentem, & illud mouens habeat aliud mouens, & sic in infinitum. Et intendit per fm̄ rectitudinem, vt causæ sint existētes in simul, quasi in vna linea recta. & intendit per fm̄ speciem, vt causę sint vna post aliam, non in simul ad modum rerum attributarum vni speciei, s. vt vna earū sit post aliam, s. vt qñ fuerit posterior, vt prior corrumpatur. Et forte intendit per rectitudinem ea, quæ sunt vnius speciei, v.g. vt homo sit ab homine, & per secundum speciem, ea, quæ sunt de diuersis speciebus collocatis sub vno genere, v.g. vt ignis fit ex aere, & aer ex aqua, et aqua ex terra. Omnia enim ista sunt causę conuenientes in genere, quia omnes sunt eiusdem materiæ, & diuersificantur in forma.

Pria expō.

Scda expō.

Mediorum enim, quorum extra aliquid vltimum & primum est, necesse est quod prius est, causam esse eorum, quæ post illud sunt. Si enim dicere nos oportuerit quid trium causa est, primum dicemus. non. n. vltimum: nullius enim quod vltimum est. neq; medium: vnius etiam. nil enim differt vnum an plura sint, nec infinita, aut finita. infinitorum quidem hoc modo, & omnino infiniti omnes partes medię sunt similiter hucusq;. Quare, si primum nihil est, omnino nulla causa est.

Res enim mediæ etiam sunt ea, in quibus sunt prius & posterius, & necesse est vt prius sit causa eius, quod est postremum. Si enim quæsitum fuerit à nobis, quæ est causa triuitatis, dicemus primum. postremum enim nō est causa alicuius eorum. & similiter etiā medium non est causa eius, quia nō est causa, nisi vnius tantum. & indifferenter siue medium fuerit vnum, siue plura: & si plura, siue finita, siue infinita. & partes rerum infinitarum, quę currunt fm̄ hunc modū, & vniuersaliter partes infiniti omnes sunt secundum modum vnum vsque ad nunc. Quapropter necesse est, si aliqua res non fuerit primū, vt vniuersum non habeat causam omnino.

6 Cùm dixit q̄ impossibile est vt causæ sint infinitæ, incœpit demonstrare hoc in causis agentibus, & dixit. Res. n. mediæ sunt, & c. i. signum eius, q̄ causæ mouentes se fm̄ ordinem sunt finitæ, est q̄ in istis causis inuenimuntur tria genera, s. prius, & medium, & post. et tria. primum igitur est causa oium, cùm moueat te, & sine medio moueat medium, & moueat postremum per medium: & medium est causa posterioris: & posterius non est causa alicuius. Et hoc intendebat, cùm dixit. Si. quæsitum fuerit à nobis, &c. i. & cùm hoc non potest imaginari in paucioribus q̄ tribus, & tunc necesse est omnia habeant vnam causam. &, si non, tunc est ei aliquid sine causa. si quæsitum fuerit à nobis quid est causa vniuersi ex istis tribus, non possimus dicere postremum: quia non est causa alicuius eorum. neque etiam possumus dicere medium: medium. n. est causa postremi tantum, non vniuersi. necesse est igitur, vt ista habeant causam in motu, vt primum sit causa oium, i. causa sui ipsius, & causa duorum residuorum. i. vt primum moueat se, & moueat medium per se. & postremum per medium. & indifferenter, siue in primo fuerit motor idem cum moto, vt intendit Plato, aut contrarium ex moto & motore non moto, vt intendit Arist. D.d. & indifferenter siue medium fuerit vnū, siue plura: & si plura siue finita, siue infinita. fm̄. n. q̄ est medium necesse est vt sit causa postremi non vniuersi. tex. si ponerimus media esse infinita, tunc vniuersum nō habebit causam mouentē. media. n. mouent postremum tantum. quapropter vniuersum mouebitur sine motore. & declaratū est i Naturalibus q̄ omne motum habet motorem. & hoc intendebat, cùm dixit. & partes rerum infinitarum,

Vide. 8. Phy. te. 46. & 47. & 2. Cœli. te. 46. & 47.

finitarum,&c.t.& partes rerum infinitarum, quæ ponunt moueri insimul oēs, sunt mediæ, t. mediæ ſm vnū modum vſq; ad nunc. D.d. Quapropter necesse est, si aliqua res non fuerit primum, vt vniuersum nō habeat
Vide. 7. Ph. 41. & 6. causam oīno. & hoc manifestum est in motis, quæ mouent se adinuicē habentibus situm, s. quæ sunt insimul. ista. n. impossibile est vt sint infinita essentialiter, aut accidentaliter. si autem hoc fuerit positum in vniuerso carenti situ, tunc erit impossibile essentialiter, qa vniuersum non habebit motorem omnino. sed est necessarium accidentaliter, quando primus motor fuerit positus non motus omnino, quia tunc erit æternum, & mouebit vnum post aliud in æternum. & omnia hæc sunt
Octauo Ph. cō 17. Consyderatio vltimi oīs ? cāis, i eo q̄ sc̄ie. est huius sciæ. declarata in Octauo Physi. Et consyderatio vniuersalis in omnibus causis, i eo q̄ sunt causæ, est huius sciē, & Arist. quāuis vtatur hic demonstrationibus scietiæ Naturalis, tamen inducit eas vniuersalius. qñ, quanto fuerit demonstratio vniuersaltior, tanto magis erit propriorhuic scientiæ. & Arist. obseruat se in hac intētione, s. inducendo demonstrationes vſes alio modo, q̄m in scia Naturali. & hæc est causa in iteratione illarum demonstrationum in hac scia, vt fecit in tractatu primo.

Et neq; deorsum possibile est in infinitum descendere, cùm id, quod sursum versus principiū habet. vt ex igne quidem aquā, ex hac vero terrā, & ita semper aliud quoddam genus fieri. Dupliciter. n. hoc ex hoc fit, non vt hoc post hoc dicit, vt ex Isthmijs ludis olympiaci, sed vt aut ex puero mutato vir, aut vt ex aqua aer. Verū enimuero vt ex puero quidem virū fieri dicimus, tanq; ex eo, quod fiebat, id quod factum est, aut quod perfectum est ex eo quod pficiebatur. semper etenim est aliquid medium, vt inter esse & non esse generatio, ita quod fit inter existens & non existens. qui aūt discit, fit sciens. & hoc est, qđ dicitur, q̄ fit ex discente sciens. vt autem, tanq; ex aere aqua, corrupto altero. Quare illa quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex viro. non. n. fit ex generatione qđ fit, sed post generationem est. sic enim dies ex diluculo, quoniam post hoc est. quare nec diluculum ex die. cætera vero reflectuntur. Vtroque tamen modo impossibile est in infinitum progredi. Illorum enim, cùm media sint, necesse est finem eē. hęc autem inuicem reflectūtur. alterius. n. corruptio, alterius generatio est. Simul autem impossibile est primum corrūpi, cum sempiternum sit. cùm enim generatio non sit infinita sursum versus, necesse est non eē sempiternum illud, quo primo corrupto quicquam factum est.

Et etiā impossibile est vt quod habet principium ex superiori, procedat in infinitum ad iterius. v.g. ex igne aer, ex aere aqua, ex aqua terra. & similiter fit genus à genere semp in infinitū. Fit. n. aliquid ex alio duobus modis. vnus, non ſm q̄ aliquid fit post aliquid, vt dicitur q̄ nebula fit ex vapore, sed vt dicitur q̄ ex puero fit vir. secundus autem, cùm dicitur q̄ ex aqua fit aer. Cùm autem dicimus q̄ ex puero fit vir, intendimus q̄ re, quæ erit, fit res, quæ iam est, aut ex re, quæ cōplebitur, fit res, quę iam completa est. quoniam, quemadmodum inter esse & nō esse est generatio, ita id, quod generatur est semper inter id, quod est ens, & id, quod nō est ens. addiscens enim est generatum sciens. & hoc intēdimus, cùm dicimus q̄ ex addiscente fit sciens. cùm vero dicimus q̄ ex aere fit aqua, & illud est per corruptionem alterius, s. aeris. Et ideo non reuertuntur res huius dispositionis adinuicē, neq; ex viro fit puer. quoniam ex existente non fit illud qđ erit, licet post existens fit illud, quod erit, ſm igitur hunc modum dies fit ex mane, quia fit post. & ideo non dicitur q̄ mane fiat ex die. alia vero reuertūtur ad inuicem. Et ſm hos duos modos impossibile est vt res procedant in infinitū. Ea enim, quæ sunt inter duo, necesse est esse finita. ista autem reuertuntur ad inuicem. corruptio. n. vnius est generatio alterius. Et cum hoc, impossibile est vt primū æternum corrumpatur. quoniam, quia generatio ex superiori non procedit in infinitum, necesse est vt primum, quod corrumpitur, & fit aliud, non sit æternum.

principia, cùm non sint contraria, cognoscere: Item multus entium, non omnibus, omnia insunt. Quo nāq; modo possibile est motus principium in immobilibus esse, aut boni naturam, siquidem omne, quodcunq; per se, & propter suam ipsius naturam bonum sit, finis est, & ita causa, quoniā illius gratia cætera & fiunt, & sunt: finis aūt & cuius causa actionis cuiusdam finis est, actiones vero omnes cum motu. Quare in immobilibus nō contingere queat hoc principium esse. non autem esse contingat quicquam per se bonum. Vnde in Mathematicis nihil p hanc causam probatur, nec est aliqua demōstratio, quare eius, quod melius, aut peius, & oino alicuius talium, nemo mētionē facit. Quapropter quidam Sophistarū, vt Aristippus, spernebat eas. in alijs enim artibus, ac ipsis etiam illiberalibus, vt in Fabrili, & Coriaria, ingebat, cur melius, aut peius, de oibus dici: Mathematicas autem, nullam de bonis, & malis rationem facere. At si plures sunt causarū scientię, & alia alius principij, quam earum dicendum, eam esse, quæ quæritur: aut quis illorum, qui eas habēt, rem quę quęritur, maxime scit: cōtingit enim eidē omnes modos causarū inesse. vtputa domus, vnde quidem motus, ars et faber: cuius vero causa, opus: materia autē, terra, & lapides: forma vo, definitio. Ex his itaq; quæ ab Antiquis determinata sunt, quę scientiarum apellanda sit Sapiētia, rationabile videatur vnamquanq; ita appellandam esse. Verum, quatenus principalissima & honorabilissima, & cui cęteras scientias tāquam ancillas non contradicere decet, illa est ipsius finis & boni. huius enim causa cætera. Quatenus vero primarum causarum, & eius, quod maxime scibile definita est esse, ipsa vtiq; substantię fuerit. cùm enim multipliciter sit idem scire, magis quidē illum scire dicimus, qui rem quid nam sit ipso eē cognoscat, quàm illum, qui ipso nō esse. Istorum aūt ipsorū, alterū altero magis, & maxime illū, qui quid est, non vero illum, qui quantum, aut quale, aut quid agere, siue quid pati natura aptum est. Item & in cæteris tunc scire vnumquodq; eorum etiam, quorum demōstrationes sunt, arbitramur, cū quid est sciamus. vtputa quid est tetragonismus, quòd inuentio mediæ. sīl & de cæteris. Circa generationem aūt, & actiones totamq; transmutationem, cùm sciamus motus principium. hoc aūt aliud, & fini oppositum est. Quare alterius esse scientiæ videatur harum causarum vnamquāq; speculari.

* al. non alterius.

Dicamus nunc primo de prima quæstione, vtrum consyderatio de omnibus generibus causarum est vnius scientię, aut pluriū. Et quomodo est possibile vt vna scientia, principia sciat, quæ non sunt contraria. Manifestum est igitur q̄ omnia multa principia non sunt omniū entium. Quia non dicimus quomodo potest esse principium motus in rebus non mobilibus: & quomodo natura boni est in omnibus rebus imobilibus, si omne, quod est bonum per se & per suam naturam, est finis & complementum, & est secundum hūc modū causa. res. n. sunt propter illud. finis. n. & illud, propter quod fit, aliud est cōplementum alicuius actionis. et actiones omnes fiūt per motum. Notum est igitur q̄ impossibile est q̄ iste finis sit in rebus immobilibus & in eis aliquod bonum per se non est. Et ideo in scientijs Mathematicis nihil declarat per istam causam. et nulla demonstratio fit per illam, nec quia est melior, neq; qa est vilior. Et vniuersaliter nullus hominum inuenit istam talem causam in mathematicis scientijs. Et ideo quidā Sophistarum dimiserūt sicut fecit Aristippus. in alijs autem artificijs, v.g Carpentaria & Sutoria illis dicitur melius & vilius. et artifices istius artis non perscrutantur omnino de bonis, & malis. Manifestum est igitur, quòd scientiæ causarum multę sunt. & omnis causa, & principium habet aliam scientiā, scilicet principium alterius scię. Quęrendum est igitur qualis scientia istarum est digna, vt dicat Philosophia: & qualis sciens est dignus, vt voceē Philosophus. & sic notificabit illud, qd quęrendum est hic. impoe est enim vt species omnium causarū sint eiusdē rei, sicut dosmus. causa enim domus, ex qua fit motus, est artificium, & ædificator: et causa, propter quā fit domus, est operatio: et materia domus est lutū, & lateres: et forma domus est terminus eius. Secundum igitur q̄ distinximus, et diximus qualis scięti a debet vocari Philosophia, cōtinget vt omnis scięti a voceē Philosophia. Philosophia autem alia & prior, & nobilior, quā scientiæ aliæ consequūtur, necesse est vt sit causa complemēti, & boni. alię enim causę sunt propter istā causam. Et iam diximus primo q̄ Philosophia primarū cārum, & illud, qd est valde scitum, est scientia substātię. Res enim multis modis scitur. & plus quod scitur est de sua substantia. Et, cùm voluerimus scire vnamquanq; rerum habentium demonstrationē, nos existimabimus notificare eas, quando sciemus quid sunt, verbi gratia quid est quadratura. dicemus igitur, q̄ quadratura est medium inuenire. & similiter de alijs. Generationes autem, & actiones, & omnis transmutatio sciuntur à nobis, quando sciuerimus

principium

principiū motus. & ista causa est alia à causa complementi. Manifestum est igitur, quòd cognitio vniuscuiusq; istarum causarum habet aliam scientiam.

3 Dicamus nunc primo, &c. Intendit per omnia genera causarum quatuor causas. & quasi dicit vtrum perscrutatio de generibus causarum entiū est vnius scientiæ, aut pluriū. D.d. Et quomodo est possibile vt sciat principia, quæ non sunt contraria, & ista propositio est probabilis, s. dicens q̄ scientia contrariorum est eadem. & non sequitur ex hoc dicere, q̄ scientia cōtrariorum est eadem, q̄ scientia eorum non cōtrariorum non est eadem, nisi superficietenus, & secundum quòd apparet exterius. & ideo iste sermo est Logicus, secundum quòd fuit dictum, quòd sermones vsitati in hoc tractatu sunt Logici. iste autem sermo esset verus, si esset verum quòd illa, quorum scientia est eadem, sunt contraria. Deinde d. Manifestum est igitur quòd omnia principia, &c. idest & etiam manifestum est per se, quòd non inueniuntur omnes causæ quatuor in omnibus generibus entium. verbi gratia quòd in rebus immobilibus non debet aliquis quærere causam mouentem: neq; potest dicere quomodo est possibile, vt in eis sit causa mouens. & intendebat Mathematica, quoniā licet sint in re mota, tamen non mouentur nisi accidentaliter. Deinde d. & quomodo natura boni est, &c. idest quomodo causa, quæ est finis, inuenitur in rebus immobilibus: cùm illud, quod est per se, & naturaliter finis, est illud, ad quod mouetur illud, quod tunc tum est perfici per illud. Et, cùm proponit has propositiones pro veris, accepit conuersas earum pro veris. Deinde d. & est secundum modum hunc causa, &c. idest & ista causa, scilicet finalis est secundum hunc modum causa, idest secundum quòd mouetur ad illam illud, quod perficitur per illam. illud enim, quod est ante, est propter illam. et hoc manifestū est de causa finali. Deinde d. finis enim, & illud propter quod, &c. idest et necessarium est vt finis sit in rebus mobilibus: quia finis est finis actionis & motus. quod igitur caret motu, caret fine, nisi æquiuoce. Deinde d. Notum est igitur, quòd impossibile est, q̄ iste finis sit in rebus immobilibus, &c. idest propter istos sermones, quos dixtmus. & dixit per se, quia potest contingere, vt in rebus immobilibus sit bonum, sed non per se. Et debes scire, quod illud, quod disponitur per bonum, est causa finalis. bonum enim est desyderabile: & causa finalis est desyderabilis. Deinde d. Et ideo in scientijs Mathematicis, &c. idest, quia ista causa non inuenitur in mathematicis, ideo non datur in eis in aliqua re quæsita finalis causa: neq; in eis fit demonstratio, cuius terminus medius sit ista causa. & ipse dicit in tractatu, de quo loquitur in principijs Mathematicorum, quòd ordinatio, &c. idest ordinatio numerorum, & magnitudinum inuenitur in eis. & indiget hoc perscrutatione. Deinde d. Et ideo quidam Sophistarum, &c. i. negabant eam esse in omnibus scientijs, quia non experierunt eam in firmissima scientiarum, scilicet Mathematicis. Deinde dicit in alijs autē artificijs, &c. idest in artificijs autem concedebant causam finalem esse. melius enim aut vilius prouenūt ab hac causa. Deinde d. & artifices istius, idest artis Mathematicorum. Deinde d. Manifestum est igitur, quòd scientiæ causarum, &c. idest quòd cùm quædam entia habent propria quædam generum causarum, & non quędam, necesse est vt scientiæ diuersentur propter diuersitatem earum in principijs, & vt sint modi demonstrationum vsitatarum in aliqua arte alij à modis demonstrationum alterius artis, ergo artes & scientiæ sunt plures.

Ista ppō est probabilis, q̄ scia contrariorū est eadem.

Mathematica licet sint i re mota, tñ si mouent, nisi p accidens.

Nō contingere q̄ in rebus immobilib⁹ sit bonum sed non per se.

Deinde d. Quærendum est igitur qualis scientia, &c. idest &, cùm declaratum est plures scientias esse: & est iam famosum hic esse scientiam, quæ dicitur philosophia: quærendum est quæ est illa scientia. quoniam, si vna scientia esset omnium rerum, tunc illa scientia deberet dici Philosophia. Deinde dicit, impossibile est enim vt species causarum, &c. idest & necesse est, vt quædam scientiæ sint propriæ ad dandam aliquā causam sine alia. quoniam non quodlibet genus, de quo scientia cōsyderat, habet quatuor causas, sicut domus habet. Et intendit quòd hoc non inuenitur nisi in scientia Naturali tantum. D.d. Secūdum igitur quòd narramus, &c. idest & causę sunt plures, & Philosophia est cognitio causarum: & in omni scientia continetur cognitio causarum, quæ sunt in illo genere: contingit vt omnis scientia debeat dici Philosophia. sed nos possumus hoc esse scientiam aliam à scientijs particularibus, quæ dicitur Philosophia, quod est dubitatio. Deinde d. Philosophia autē altera, &c. idest sed si concesserimus quòd omnis scientia dicitur Philosophia, tamen nece esse est, vt scientia, quæ dicitur Philosophia simpliciter, sit illa, quæ consyderat in causa finali vltima omnium entium. omnes autē causæ sunt propter istam causam. Deinde d. Et iā diximus primo, quod Philosophia causarum, &c. idest quòd illud, quod dicitur Philosophia, est quæ notificat eum causa finali prima causam primam, quæ est forma, & substantia. scientia enim, quæ attribuitur cognitioni causarum primarum, est scientia, quæ est magis digna, vt dicat Philosophia. Res enim, vt dixit, notificatur multis modis, & magis quod notificatur per suam substantiam. et propter hoc ista scientia debet dici Philosophia, & non Naturalis scientia. Scientia enim Naturalis consyderat etiam de duabus primis causis, scilicet motore, & materia: ista autem de duabus causis vltimis, scilicet forma & fine. Et, quia hæ duæ causæ sunt meliores illis, ideo ista scientia est melior Naturali. Finis autem est melior aliis causis, quia aliæ causæ sunt propter illam. Forma autem est melior aliis, quia scientia rei per illam est perfectior quàm scientia rei per aliam. D.d. testimonium super hoc, quòd scientia substantiæ est perfectior scientia, quę fit per aliam rem omnium rerum existentium mine, &. d. Et cùm voluerimus scire vnamquāq; rerum, &c. idest & signū eius, quòd scientia substantiæ est perfectior omni scientia, est, quòd cùm nos quæsiuerimus scire aliquid per demonstrationem, non reputamus ipsum esse scitum, nisi quando nos melius scierimus in nobis, quòd scimus illud secundum quid. t. per suam substantiam, & definitionem. Deinde dicit exemplum, et d. ver. gra. quid est quadratura, &c. idest verbi gratia q̄ nos non videmus nos scire * quadratum æquale superficiei, nisi quando scierimus q̄ est illud, cuius latus medium inter duo latera superficiei est æquale. Deinde d. Generationes aūt & actiones, &c. idest generationes autem, & actiones nō scimus vere, nisi quando scierimus naturam motus, & agens eū. Deinde d. & ista causa est alia à causa complementi. & intendit causam, quæ est principium passionis, scilicet subiectum, & materiam. D.d. Manifestum est igitur, quòd cognitio, &c. idest declaratum est igitur ex hoc, quòd cognitio vniuscuiusq; generis causarum causarum habet scientiam propriam. & quòd est hęc vna scientia, quę dicitur Philosophia, quæ proprie consyderat de prima forma, & primo fine.

Sola Naturalis consyderat de duabus primis causis, scilicet motore, & materia. &c.

* al quadratura.

At vero & de principijs demonstrationis, vtrum vnius scientiæ an plurium sint, ambiguum est. Dico autem demonstrationis, opiniones cōmunes, ex quibus omnes demon-

strāt. vtputa quòd necesse est oẽ, aut affirmare, aut negare: & ꝙ impossibile est simul esse & non esse: & quæcunq; aliæ similes propositiones sunt. Vtrum vna istarum, ac substantiæ scientia est, an diuersa. quòd si non vna, vtra dicenda est illa esse, quæ nunc quæritur. Vnius itaq; nõ est rationabile esse. Cur enim Geometriç magis q̃ cuiuscunq; proprium sit de his speculari? Si itaque æqualiter quidem cuiuscunque est, de omnibus vero non contingit, sicuti nec cæterarum, ita nec illius, quæ cognoscit substãtias, propriũ est de eis cognoscere. Et ad hęc, quomodo eorum scia erit? qd enim horum quodq; est nunc quoq; cognoscimus. vtuntur nanq; eis cæteræ etiam artes, tanq̃ cognitis. Quòd si demonstratiua de eis est, oportebit aliquod genus subiectum esse, & aliquas passiones, & aliquas eorum dignitates esse. de omnibus. n. demonstrationẽ esse impossibile est. liquidẽ necesse est ex quibusdam, et circa quippiam, et quorundã demonstrationem esse. Quare accidit cunctorũ, quæ demonstrantur, vnum quoddam genus esse. omnes. n. demonstratiuæ vtuntur dignitatibus. At vero, si altera, quæ de substãtia, & illa, quæ de his, vtra earum principalior, & prior est? vſr enim, & maxime principia oium dignitates sunt. Et, si non est Philosophi, cuius alterius erit de eis verum, et falsum speculari?

De omnibus demõstrationem esse est impossibile.

Et etiam vtrum principia demõstrationis sint vnius scientiæ, aut plurium, est dubium. Et dico principia demõstrationis illud, quod est acceptum de propositionibus vniuersalibus, ex quibus quæritur demonstratio super omne quid, v. g. dicere ꝙ de quolibet affirmatio, vel negatio: & impossibile est affirmare, & negare in simul: & aliæ propositiones similes sibi. Nos igitur perscrutabimur, vtrum scientia istorum principiorum, & scia substãtiç sint eædem, aut diuersæ. &, si non sint eędem, quę scia istarum debet dici noie scię quęsitę in hoc loco. Non. n. necesse est vt oĩa sint vnius sciç. Et cum hoc, qũo erunt ista vnius sciæ. scimus enim esse modo vniuscuiusq; earum, & aliæ scientiæ vtuntur eis, sicut cognitione nota. Si igitur habent demonstrationem, oportet vt habeãt aliquod genus subiectum eis, & quædam sint magis latẽtia, & quædam manifesta vniuersalia. impossibile est. n. vt oĩa habeant demonstrationem, quia necesse est vt demonstratio fiat ex quibusdã rebus, & ad quædã, aut vnũ eorum. Manifestũ est igitur quòd accidit, vt vnum genus sit subiectum omniũ rerum habentium demonstrationem. oẽs enim modi demõstrationis vtuntur propositionibus manifestis vniuersalibus. Et etiam, si scia substantiæ est alia à scientia principiorum demonstrationis, quæ scientia istarum est prior alia nobilitate? et quę earum est fixa per suam naturã? propositiones enim vniuersales sunt principia oium scientiarum. Si igitur istæ propõnes nõ sunt Philosophi, cuius sunt igitur?

Cũ notificauit ꝙ scientia, quæ dicitur Philosophia vere, est illa, quę consyderat de causa formali & finali vltimis, vult modo perscrutari vtrum cõsyderatio de principijs demonstrationis est huius scientiæ, aut alterius, si aliqua scientia debet consyderare de principijs, & quis est modus consyderationis in eis, & cuius generis est. Et d. Et etiã vtrum principia demõstrationis sint vnius scientiæ, &c. i. &, si dixerimus ꝙ in principijs scientiarum est consyderatio, vtrum consyderatio illa est vnius, aut plurium. D. d. Et dico principia demonstrationis, &c. i. & dico principia demonstrationis primas propositiones vniuersales, ex quibus adaptatur nobis quęrere demonstrationem super omne, cuius cognitio est quærẽda. D. d. Nos igit perscrutabimur, &c. i. nos igitur perscrutabimur, si principia habẽt scientiam, vtrum scientia istorum principiorum, & scia substantiæ, quæ est forma, sint eædẽ, aut diuersę. & si scientia principiorum scientiarum est vna, & scientia substãtiæ est alia, quę earum debet dici Philosophia simpliciter, non enim est necesse vt omnes scientiæ rerum sint vnius scientiæ. D. d. Et cum hoc, quomodo, &c. i. ante hoc perscrutandum est, si ista principia habeant scientiam, cuiusmodi scientiã habent. esse enim eorum notum est nobis natur aliter, & aliæ scientiæ ponunt ea ſm hunc modũ, s. ſm ꝙ sunt nota per se. D. confirmauit hanc dubitationem, & d. Si igitur habent demonstrationem, &c. i. si habent demonstrationem, necesse est vt habeant genus subiectum, de quo consyderat ars consyderans in eis, & vt quædam eorũ sint manifestiora quibusdam, s. vt in eis sint aliqua nota per se, & alia declaranda per illa nota. D. d. impoſe est. n. vt omnia habeant demonstrationem, &c. i. sed necesse est vt demonstratio sit ex quibusdã, et ad quędam, aut ad vnum eorum ad minus. Ista. n. demõstratio est ex principijs notis per se, ſm ꝙ dictum est in sua definitione, ꝙ syllogismus est compositus ex propositionibus necessarijs. D. d. Manifestum est igitur ꝙ accidit, &c. i. quomodo erit hoc? & manifestum est, ꝙ necesse est vt sit genus subiectum omnium habẽtium demonstrationem, et vt demõstratio in illo genere habeat principia nota per se, & alia non nota, quę demonstrantur ab illis principijs. sed in primis propositionibus non accidit hoc, s. vt quędam sint manifestę per se, & quædam non. sed si hoc est, vnde fuit acquisita scientia eorum? D. d. Et etiam, si scientia substantiæ, &c. i. & si scientia principiorum substantiæ est alia à scientia principiorum scientiarum, quæ igitur scientia istarum duarum est prior alia, & oibus scientijs nobilitate? & quæ scientia est primo naturaliter & nota per se? existimatur. n. ꝙ vſes propositiones sunt huiusmodi, cũ sint principia omnium scientiarũ. D. d. Si igitur istæ propositiones nõ sunt Philosophi, cuius sunt igitur? i. qñ, si consyderatio in istis primis propositionibus vniuersalibus non fuerit Philosophi, non videtur esse alicuius omnino: quod est * impossibile. Et in hoc loco accidit in translatione diminutio. & hoc, quod diminuitur, est perscrutatio de quæstione consequenti quæstionẽ prędictam, ſm ꝙ dinumerauit ſ principio ipsius tractatus, vbi dixit. Et, si scientiæ est consyderatio de substantia, vtrum illa scientia, &c. i. licet dubitatio accidat in hac quæstione sic, qñ si scientia substantiæ fuerit vna, contingeret

* 2. l. inopinabile. Pria expõ.

tingeret vt omnes substantiæ sint vnius generis. & sic erunt omnes res generabiles & corruptibiles: quod est inopinabile, existimatur enim ꝙ principia corruptibilium sunt incorruptibilia. Et, si scientiæ substantiæ sint plures, continget vt naturæ substãtiarum sint diuersæ. & si fuerint diuersæ, aut erunt consimiles, aut nomen substantię dicetur de eis equiuoce. Si igitur fuerint consimiles, cõtinget vt scientię substantiarum sint species vnius scientiæ. & si fuerint non consimiles, tũc hoc nomen substantia dicetur æquiuoce pure. & si hoc fuerit, tunc scientiæ substantiarum non reducuntur in vnam scientiã: quod est inopinabile. Et potest intelligi, vtrũ via Logicalis, per quam cognoscentur * substantiæ, sit vna, s. per definitiones, aut plures. Si vna, oportet dicere, quę est illa vna. & si plures oportet dicere, quę sunt, & quot. et hoc magis apparet ſm intẽtionem: quia ista eadem perscrutatione perscrutatus est in libro de Anima, & in Posterioribus analyticis, & ista perscrutatio est Logicalis. & propter hoc magis appropriatur huic scientiæ. Deinde post hoc induxit multas quęstiones, quas non numerauit in capitulo quęstionum, & incœpit dicere quæstionem, cuius initium est diminutum in libro sic.

Scia expõ * a. l. scięnę.

Rõnes Logicę magis appropriatur huic scię q̃ alteri. lib. 1. Phycõ. 55.

Vtrũ oium substarum sit vna scientia.

Et omnino, vtrum vna omnium substantiarum, an plures scientię sunt. Si igitur nõ vna, cuius substantiæ hæc scientia erit ponenda? Vnam autem omnium esse non est rationabile. etenim demonstratiua vna de omnibus accidentibus esset. siquidem omnis demonstratiua ea, quæ per se circa aliquod subiectum accidunt, speculatur ex communibus opinionibus. Circa itaq; idem genus per se accidentia eiusdem est speculari, & eisdem opinionibus. Circa enim quod est vnius, & ex qbus vnius, siue eiusdem, siue alterius. vnde & accidentia aut * hæ speculabuntur, aut ex his vna.

* 2. l. eędem

Et omnia accidentia habent vnam scientiã scientiarum demonstrationis, cùm omnis demõstratio ex vniuersalibus propositionibus notificat accidentia singularia in aliquo subiecto. Manifestum est igitur ꝙ scientia demonstrationis notificat ex propositionibꝰ vniuersalibus accidẽtia singularia, quæ accidunt vni generi. Quoniam, si scięntiæ fuerit cognitio demonstrationis, & alterius scientiæ est cognitio, ex quibus rebus est illud, & illa est scięntia, aut demonstrationis cognitio, aut alia, manifestum est, quoniam cognitio accidẽtium est, aut scientia demonstrationis vniuersalis, aut vnius modi modorum demonstrationis.

Apparet mihi ꝙ ista q̃stio est quæstio dicens, vtrũ scientia accidentium existentium in vnoquoq; generũ entium est vnius scientiæ scientiarum artium speculatuarum, aut plurium vna. Deinde dicit. Et omnia accidentia habent vnam scięntiam, &c. i. & apparet, ꝙ cognitio accidentium est vnius scientiæ, non plurium, & est scientia consyderans in genere, in quo existunt accidentia. Deinde dedit causam in hoc, & d. cùm omnis demonstratio, &c. i. cùm omnis demonstratio, quæ fit de accidentibus, notificat accidentia singularia ex vniuersalibus propositionibus, quæ existunt in re subiecta illis accidentibus. Deinde dicit. Manifestum est igitur ꝙ scientia demonstratiõis, &c. i. &, cùm ita sit, manifestum est, ꝙ scientia demonstrationis non notificat ex propositionibus vniuersalibus, nisi accidẽtia singularia, quæ accidunt vni generi. i. scientia ergo accidentium est vnius scięntię generum scientiarum. Deinde d. Quoniã, si scientię fuerit cognitio demõstrationis, &c. i. & qãdam demonstrationes dant quia, & quędam propter quid, manifestum est qꝝ scientia accidentium aut erit modorũ demõstrationis vniuersalis, aut vnius modi eorum? cognitio igitur accidẽtium est vnius scięntiæ. Et ex hoc sermone accidit sermo contradicens illi, qui diminuitur in principio capituli: & est ꝙ nos videmus, ꝙ quædam scientiæ dant de accidentibus vnius generis quia tantum, & quædam de illis accidentibus propter quid: & sunt scientię, quę sunt subalternantes, & subalternatæ, verbi gratia Perspectiua ad Geometriam, & Musica ad Arithmeticam. Si ergo sermo fuerit acceptus ſn omni scientia, vniuersaliter, erit Logicus: & si determinate, erit verus.

Documentũ

Idẽ. 1. Poſte.

Item, vtrum circa substantias solum speculatio est, an etiam circá accidẽtia eis. Dico aũt, vtputa si solidum quædam substantia est, ac linea, & plana, vtrum eiusdem scientiæ est ista cognoscere, & quę circa vnumquodq; genus accidunt, de quibus Mathematicæ demonstrant, an alterius. Si enim eiusdem, demõstratiua quædam erit etiam quæ substantiæ. non videtur autem ipsius quid est demõstratio esse. Quòd si alterius, quæ erit, quæ speculatur circa substantiam accidentia? hoc enim difficillimum reddere est.

Vtrum hæc scia sit solum circa substas.

Et etiaſn perscrutandum est, vtrum scientiæ huius quæsitæ hic sit consyderatio de substantijs tantum, aut est eius cõsyderatio & de accidentibus contingentibus substãtijs. Verbi gratia, si corpus est substantia, & lineę, & superficies, vtrum cognitio substãtiarum, & cognitio accidentium, quæ accidunt vnicuique generum, quæ declarant scięntiam Mathematicæ, sunt vnius scientiæ: aut cognitio accidentium est scientia alterius à scientia substantiæ. Quoniam, si cognitio eorum fuerit vnius scięntiæ, tunc scientia substantiarum etiam erit ex scientijs demonstrationis. sed nos non existimamus ꝙ sermo, in quo dicit, quid est hoc, habet demonstrationem aliquam. Et, si scientia accidentium est alia à scientia substantiarum, tunc expositio istius sermonis est valde difficilis.

Cùm perscrutatus est, vtrum cognitio substantiarũ est vnius scientiæ, aut plurium, & vtrum cognitio accidentium est vnius scientiæ aut plurium, vult etiam perscrutari vtrum cognitio substantiarum et accidentium est vnius scientiæ, s. scientiæ, in qua modo consyderatur, & d. Et etiam perscrutãdum est, &c. i. & si ista scientia consyderat de substantijs, quæ opponuntur accidẽtibus, vtrum cum consyderatione de substãtijs consyderat etiam de accidentibus suis, aut scięntia substantiarum est alia à scientia accidentium. Deinde dedit exemplum, sicut diximus, si corpus est substantia, &c. i. verbi gratia, si corpus & superficies, & lineæ sint substantiæ,

6

60

tię, vt quidam dicunt, vtrum cognitio iſtarum rerum, & cognitio accidentium, quæ accidunt vnicuiq; iſtorum generum, in quibus conſyderãt ſcientiæ * Mechanicæ, ſint vnius ſcientiæ, ſ. vnius artis, aut per vnã viã: aut cognitio accidentium iſtarum rerum eſt ſcientiæ alterius à ſcientia iſtarum rerum, ſ. corporum, & ſuperficierum, & linearum, quas poſuimus eſſe ſubſtantias. Deinde dicit dubitationem contingentem, ſi poſuerimus ꝙ cognitio eorum eſt vnius artis, et d. Quoniam, ſi cognitio eorum fuerit vnius ſcientiæ, &c.i. ſed, ſi poſuerimus ꝙ cognitio eorum eſt vnius artis, tunc definitiones eorum cognoſcuntur per demonſtrationes ſimplices. Deinde dicit. ſed nos non exiſtimamus, &c.i. ſed non exiſtimamus ꝙ demõſtratio poteſt fieri de quidditate ſubſtantiarum, ſ. de definitione earum, & ſit de quidditate accidentium. Et cùm dedit dubitationẽ cõtingentem, ſi poſuerimus ꝙ ſcientia eorum eſt vna, dedit etiam inopinabile contingens, ſi poſuerimus ꝙ ſcitę eorum ſunt duæ, & d. Et, ſi ſcientia accidẽtium, &c. .ſ. ꝙ dicere quomodo differunt hæ duæ ſcientiæ, valde eſt difficile, ſ. dicere ꝙ ars, quæ conſyderat de ſubſtantia, eſt alia ab ea, quæ conſyderat de accidentibus.

* a.l. Mathematicę.

Vtrum ſ. ſit ſcibile ſubſtantias ſeparatas.

Item vtrum ſenſibiles ſolum ſubſtantias eſſe dicendum eſt, an præter iſtas etiam alias. Et vtrum vnum, an plura ſubſtantiarum genera ſunt, vt hi, qui dicunt formas & media, circa quę Mathematicas aiunt ſcitias eſſe. Quomodo igitur dicimus formas cauſas, & ſubſtãtias per ſeipſas eſſe in ſuperioribus ſermonibus dictum eſt. Cum vero multiplicem difficultatẽ habeant, nõ minus eſt inconueniens dicere quidem eſſe quaſdam naturas præter eas, quæ in cœlo ſunt, illas vero eaſdem, quæ & ſenſibiles ponere, niſi quòd illa quidẽ ſempiterna, hæc vero corruptibilia. Idealem nãq; hominem et idealem equũ, et ſanitatem aiunt & nihil aliud: ſimile quid illis facientes, qui dicunt quidem eſſe Deos, ſed formæ ſimilis hominibus. nec enim iſti aliud faciebant, niſi homines ſempiternos. nec illi formas, niſi ſenſibilia ſempiterna. Item ſiquis præter formas, & ſenſibilia ponat media, multas dubitationes habebit. Patet etenim quòd ſimiliter, & lineæ præter etiam ipſas ſenſibiles erunt, & alio rum generum ſingula. Quare cùm Aſtrologia vna earum ſit, erit & cœlum aliquod præter ſenſibile cœlum, & Sol, & Luna, & cætera ſimiliter, quę in cœlo ſunt. At quomodo credendum eſt talibus? nam immobile nõ eſt rationabile eſſe. mobile autẽ & omnino eſt impoſſibile. Similiter & de quibus Perſpectiua tractat & quæ in Mathematicis Harmonica. & hæc enim impoſſibile eſt præter ſenſibilia eſſe propter ſimiles cauſas. ſi enim ſenſibilia ſunt media, & ſenſus, patet ꝙ animalia etiam erunt eorum mediorum, & quidem corruptibilium.

Et etiam perſcrutandum eſt, vtrum oportet dicere ꝙ ſubſtantię ſenſibiles habeant eſſe tantum, aut aliæ ſubſtantiæ ſint ab iſtis ſenſibilibus. Et vtrum genus ſubſtantiarũ eſt vnũ, aut plura, ſicut illi dicunt, ꝙ illa, quæ ſunt inter formas & ſenſibilia, ſunt ſubſtantiæ, & ꝙ ſcientiæ Mathematicæ ſunt iſtæ ſubſtantiæ, quæ ſunt inter formas, & ſenſibilia. Nos autẽ iam diximus in ſermonib⁹, quos diximus de formis, quomodo dicimus, ꝙ formæ ſunt ſubſtantiæ, & cauſę. Sermonibus autem iſtorum contingit inopinabilitas multis modis, & maxime ſermonibus dicentium ꝙ aliæ ſunt ſubſtantiæ à ſubſtantijs, quæ ſunt intra cœlum, et ꝙ illæ ſubſtantiæ ſunt ſicut ſubſtantiæ ſenſibiles, præter quàm ꝙ illæ ſunt æternę, hę autem ſenſibiles ſunt corruptibiles. Fingunt enim ꝙ homo in illis ſubſtantijs eſt ſicut homo ſenſibilis hic, & ſimiliter equus, & taurus. ſermo igitur iſtorum eſt ſimilis ſermoni fingentium Deos eſſe, & ꝙ formæ eorum ſunt ſicut formæ hominum. illi enim nihil dixerunt aliud, quàm ꝙ homines ſunt æterni. & iſti etiam ſic dixerunt. Et etiam, ſi aliquis finxerit ſubſtantias eſſe inter formas, & ſubſtantias ſenſibiles alias à formis ſenſibilibus, contingunt ei quæſtiones multæ difficiles. Quoniam, ſi aliæ ſubſtantiæ ſunt inter formas, & ſenſibilia aliæ ab eis, manifeſtum eſt ꝙ ſic etiam erunt lineæ aliç à lineis formarum, & à lineis ſenſibilibus. & ſimiliter vnumquodq; aliorum generum. Si igit ſcitia Stellarum eſt vna iſtarum rerũ, erit etiã aliud cœlum à cœlo ſenſibili, & alius Sol & alia Luna, et ſic de aliis, quæ ſunt in cœlo ſenſibili. Sed quomodo oportet nos credere iſtis? non enim eſt rectum, vt illud cœlum, quod fingunt, ſit immobile. & etiam impoſſibile ẽ omnino vt ſit mobile. Et ſilr dicimus de rebus, qbus vtitur ars Perſpectiua, et qbus vtitur Muſica. impoſſibile eni eſt, vt iſtæ res ſint aliæ à rebus ſenſibilibus, propter cauſas, quas diximus. quoniam, ſi fuerint res ſenſibiles inter formas & res corporeas, manifeſtum eſt ꝙ ſunt etiam ſenſus, & animalia inter formas, & res corporales.

7 Et etiam perſcrutandum eſt, vtrum ſint ſubſtantiæ abſtractę aliæ à ſubſtantijs ſenſibilibus, aut nõ ſint niſi ſubſtantiæ ſenſibiles tantum. Et, ſi ſubſtantię aliæ à ſenſibilibus ſunt, vtrum ſint vnum genus, aut plura: ſicut dicunt quidam ꝙ ſubſtantiæ ſunt tres, ſ. ſenſibiles, & formę, & ea, quę ſunt inter eas, de quibus dicunt quòd ſcientiæ conſyderant Mathematicæ. Deinde d. Nos autem iam diximus, &c.i. nos autẽ locuti ſumus quomodo verum eſt dicere formas eſſe, & quomodo ſunt cauſæ aliorum entium, & quomodo non. & hoc eſt in tractatibus ſubſtantiæ iſtius libri. Deinde dicit. Sermonibus autem iſtorum contingit, & cæ.i. dicentibus autem ſubſtantias abſtractas eſſe, quæ ſunt formæ rerum contingunt multa inopinabilia, & maxime dicentibus ꝙ illæ ſubſtantiæ, & iſtę ſubſtãtiæ, quæ ſunt hic, ſunt eædem nomine & definitione, & ꝙ non differunt, niſi quia illæ ſunt æternæ, & iſtæ generabiles & corruptibiles.

ptibiles. ponunt enim ꝙ homo, qui eſt in illis ſubſtantijs abſtractus, eſt ſicut homo qui eſt hic ſine aliqua differentia in nomine, aut definitione. Deinde dicit. ſermo igitur iſtorum, &c.i. ꝙ dicentes formas eſſe, ſimiles ſunt fingentibus Deum, aut Deos eſſe in formis hominum: ſicut inuenitur in legibus Mahumeti. & iſti enim conueniunt in hoc, ꝙ ponunt homines æternos & generabiles & corruptibiles cum hoc, ꝙ conuenitũt in definitione & in nomine. Et, cùm dedit inopinabilitatem contingentem dicentibus formas eſſe, incœpit dare inopinabilitatem contingentem dicentibus formas medias eſſe inter ſenſibilia & formas abſtractas, & d. Et etiam, ſi aliquis finxerit, &c.i. ꝙ ſermoni eius cõtingũt multę ꝟſtiões, quas nõ põt diſſoluere. D.d. Qñ, ſi aliæ ſubſtãtiæ fuerint inter, &c.i. qñ, ſi formæ mediç fuerit inter formas abſtractas, & formas ſenſibiles, tunc corpus, & ſuperficies, & linea, & alia ſubiecta mathematicoꝝ habebũt tres modos formarum, ſ. formas abſtractas, et ſenſibiles, et formas medias inter abſtractas et ſenſibiles. erunt igitur tres modi corporum, & tres modi ſuperficierum, & tres modi linearum. & ſimiliter de aliis generibus, de quibus conſyderat Mathematicus. Deinde incœpit dicere alia inopinabilia contingentia hanc poſitionem, & d. Si igitur ſcientia Stellarum, &c.i. & ſi ita ſit, & ſcitia Stellarum eſt de Mathematicis ſcientijs, tunc erit hoc aliud cœlum à cœlo ſenſibili, & alia Luna, & alius Sol. et ſic eſt de aliis ſtellis, & orbibus. Et quia manifeſtũ eſt per ſe ꝙ iſtę ſermo ẽ falſus, d. Sed quomodo oportet nos credere, &c. .ſ. ꝙ ſermo eorum eſſet credibilis, ſi eſſet poſſibile, vt cœlum, quod fingunt abſtractũ, eſſe immobile. & hoc non poſſunt dicere, quia ponunt cœlum abſtractũ conuenies cũm hoc cœlo nomine, & definitione. & abſtractum non poteſt moueri. Deinde dicit. Et ſimiliter dicimus de rebus &c.i. & talia inopinabilia contingunt, eis in ſcietijs Perſpectiuis, & in ſcietijs Muſicę. ſ. in hoc ꝙ ponunt radios eſſe, & ſonos alios à ſenſibilibus. impoſſibile eſt enim vt iſtæ ſcientiæ conſyderent de alio aliquo, niſi de iſtis ſenſibilibus. Deinde dicit, & dedit maximum impoſſibile contingens in hoc. quoniam, ſi fuerint res ſenſibiles inter formas, &c.i. & ꝙ hoc contingit eis, quia concedunt ꝙ Mathematici conſyderãt de rebus ſenſibilibus, & ponunt ꝙ iſtæ res ſunt mediæ inter formas intellectas abſtractas, & formas ſenſibiles & generabiles & corruptibiles. vnde contingit eis ſenſibilia eſſe æterna alia à ſenſibilibus generabilibus & corruptibilibus. ergo contingit ſenſus eſſe alios ab iſtis ſenſibus, & vt ſint æterni. ſenſus enim eſt in capitulo relationis. & ſi ſunt ſenſus ętrni, & ſunt etiam aſalta æterna, neceſſario etiã hæc inopinabilia cõtingũt iſtis.

Contra legẽ Mahumeti.

Scia ſtellarũ eſt de Mathematicis ſcientijs. Idẽ.12. Metap.44.

Abſtractum non põt moueri.

Senſus eſt in cap. relatiõis. Vide.5. Metaph.c6.20.

Dubitauerit autem aliquis, circa quæ entia oportet has ſcientias quærere. ſi enim in hoc differret ſolum à Geometria Geodeſia, quòd hæc quidem eorum eſt, quæ ſentimus, illa vero non ſenſibilium eſt, patet quod præter Medicinam erit aliqua ſcientia, & præter quamcunq; aliarum inter ipſam Medicinam, et hãc medicinam. At quomodo poſſibile eſt? etenim etiam ſalubria quædam eſſent, præter ſenſibilia, & ipſum ſalubre. Simul autem nec hoc verum eſt, quòd Geodeſia ſenſibilium, & corruptibilium magnitudinum ſit. corrumperetur enim illis corruptis. At neq; ſenſibilium magnitudinum, neq; circa hoc cœlum Aſtrologia eſſet. Nec enim ſenſibiles lineę tales ſũt quales Geometria dicit. niſi n. ſenſibiliũ ita rectũ atq; rotũdũ. tãgit. n. circulus regulã, nõ ſm punctum, ſed ſicut Protagoras dicebat, redarguens Geometras. nec motus, nec reuolutiones cœliſ ſiles, de qbus Aſtrologia rõnes tacit. neq; pũcta eãdẽ naturã, quam ſtellæ habent.

Et rectum eſt, ꝙ aliquis quærat quæſtionẽ difficilem, & dicat in qbus rebus oportet quærere iſtas ſcientias. Quoniam, cùm fuerit differentia inter Geometriam, & Medicinam, ꝙ vna earum eſt ſcientia media rerum ſenſibiliũ & alia inſenſibilium, manifeſtum erit ꝙ erit alia ars Medicinæ ab arte Medicinæ ſenſibili, & erit alia Medicina inter Medicinam, quæ eſt in formis, & hanc Medicinam ſenſibilem. et ſimiliter de vnaquaq; aliarum ſcientiarum. Sed quomodo poteſt hoc eſſe? quoniã, ſi poſſibile fuerit, vt Medicina alia ſit à Medicia ſenſibili, & vt ſit etiam agens ſanitatem aliud ab agente ſenſibili, neceſſe eſt vt ſint res recipiẽtes ſanitatem, aliæ à rebus ſenſibilibus, et vt ſit etiam aliud principium à principio ſenſibili. Et cum hoc dicimus etiam ꝙ ſermo dicentiũ ꝙ Medicina eſt ſcitia eorum corporum ſenſibilium corruptibilium, non eſt verus. quoniam ſi ita eſſet, tunc corrumperẽtur per corruptionem corporum corruptibilium. Neq; etiam Scientia ſtellarũ, & cœli iſtius eſt corporum ſenſibilium. Nõ enim ſunt lineæ ſenſibiles, ſicut ponit Geometer. nulla enim res rerum ſenſibiliũ eſt linea recta, aut rotũda, ſicut ponit Geometer. circulus enim nõ tangit mẽſuram pęr pũctum, ſed per lineam, ſicut dixit Protagoras in ſua redargutione contra Geometras. neq; motus cœli, et circulus eius ſunt, ſicut diſponit Scientia ſtellarum. neq; conueniunt puncta cum ſtellis in natura.

8 In hoc cap. induxit rationes contrarias in hac quæſtione, dicente ꝙ Mathematici conſyderant de natura media, & d, in quibus rebus oportet quærere, & c.i. perſcrutandum eſt quę ſunt ſubiecta iſtarum ſcientiarum, de quibus conſyderant Mathematici. ſecundum enim ſermonem dicentium ꝙ conſyderant de natura media apparet ꝙ neceſſe eſt, vt conſyderatio de eodem ſit in diuerſis ſubiectis. Deinde dicit. Quoniam, cùm fuerit differẽtia inter Geometriam, &c.i. quoniam cùm fuerit poſitum ꝙ differentia inter ſcientiam conſyderantẽ de rebus ſenſibilibus, & inter conſyderãtem in iſtis rebus mathematicis, eſt ꝙ conſyderans in mathematicis in iſtis rebus conſyderat de natura media inter ſenſibilia & formas, continget neceſſario vt conſyderatio de omni ſenſibili ſit duplex, ſ. conſyderatio in natura ſenſibilis, ſm ꝙ eſt ſenſibile, & conſyderatio in natura mediã inter formas & ſenſibilia. Omne igitur ſenſibile habebit duas naturas, ſ. naturam ſenſibilem, & naturam mediam. & ſic erit ars Medicinæ alia à Medicina ſenſibili. Deinde d. Sed quomodo poteſt hoc eſſe? &c. .i. & contingit hanc poſitionẽ, ſ. ſi fuerit hęc Medicina ſenſibilis alia ab iſta Medicina, vt ſint hę Medicinę recipiẽtes ſanitatem, aliç ab iſtis Medicinis ſenſibilibus,

&

& vt sit hoc agens sanitatem aliud ab agente sensibili. Et, cùm induxit inopinabilia contingentia huic opinioni, incœpit etiam inducere rationes mouētes eos ad dicendum naturam mediam esse, & d. Et cum hoc dicimus etiam ꝙ sermo dicentium, &c.t. Sed cum hoc inuenimus etiam quasdam rationes, ex quibus pendent dicentes naturas medias esse. verbi gratia quoniam, si scientia Mathematicorum consyderat de rebus sensibilibus generabilibus & corruptibilibus, tunc scientia eorum corrumpetur cum corruptione illarum rerū sensibilium: sed nos videmus scientiam permanere, & nō transmutari cum hoc, quod est in rebus sensibilibus: ergo necesse est vt sit rerum non transmutabilium. D.d. Neq; etiam scientia, &c.t. neq; etiam scientia formarū orbium, et motuum stellarum est istorum corporū sensibilium. Circuli enim, quibus vtitur Astrologus, & lineæ non sunt lineæ sensibiles. remanet igitur aut vt illi circuli, de quibus consyderat Astrologus, sint ficti, aut falsi, aut habeant esse aliud ab esse rerum sensibilium. D.d. sicut ponit Geometer, &c.t. & existimabitur ꝙ subiectum, de quo consyderat Mathematicus, non est rerum sensibilium, quoniam illud, quod demonstratur in scientia Mathematicorum, non est verum in rebus sensibilibus. verbi gratia ꝙ linea recta nō inuenitur in sensibilibus, secundum ꝙ ponit Mathematicus. Geometer enim demonstrat ꝙ linea recta tangit circulum in puncto: sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem, nisi in linea. Et similiter ponit ꝙ sphæra tangit superficies in puncto: sed sphæra sensibilis nō tangit superficiem sensibilem, nisi in superficie, & ideo Protagoras sophista redarguebat Geometras, et dicebat quòd scientia eorū est falsa propter hoc, quod accidit eis. Remanet igitur alterum duorum, aut enim, istæ scientiæ sunt falsæ, aut subiecta earū sunt res insensibiles. D.d. neq; motus cœli, &c.t. et affirmat opinionem dicentiū subiectum scientiarum Mathematicarum est aliud à rebus sensibilibus, hoc est ꝙ motus cœli, & circuli eius non cōueniunt cum motibus, quos ponit Astrologus loco istorum. neq; naturæ stellarum sunt naturæ punctorum, quæ Astrologus ponit loco stellarum.

Geometer demonstrat ꝙ linea recta tangit circulum in puncto, sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem, &c. vide 2. de anim. com. 112. & 5. phys. c. 90. & 1. de Astr. c. 13.

Sunt autem quidam, dicentes esse quidem hæc, quæ formarum, & sensibilium media dicuntur, non tamen à sensibilibus separata, sed in eis. Quos quæ impossibilia sequuntur, omnia quidem enumerare longi sermonis esset. sufficit autem talia speculari. Nō enim de his solum, vt ita se habeant, rationabile est, sed patet, quòd etiam formas contingeret in sensibilibus esse. eiusdem enim rationis vtraq; hæc sunt. Item duo solida in eodem loco necesse esset esse, & non esse immobilia, in sensibilibus existentia motus. Et omnino cuius causa quis ponet quidem esse ea, esse autem in sensibilibus? eadē enim, quæ prædicta sunt, absurda sequuntur. erit nanq; aliud quoddam cœlum præter cœlum: nisi quòd nō separatum, sed in eodem loco. quod impossibilius est.

Et fingunt quidam ꝙ ista, quę dicuntur esse inter formas & sensibilia, habent esse, sed non sunt separata à sensibilibus, immo sunt in sensibilibus. Sed, si voluerimus numerare omnia impossibilia contingentia sermonibus istorū, indigebimus multis sermonibus. sed cōtenti sumus in hoc, quod diximus. Nō enim est necesse, vt hæc media sint in sensibilibus tantum, sed manifestum est ꝙ, si fuerit possibile vt ista media sint in sensibilibus, possibile etiam erit vt formæ sint in sensibilibus. sermo enim de formis & medijs est idem. Et etiā, si ita fuerit, cōtinget vt duo corpora sint in eodem loco, & vt sint media immobilia in sensibilibus mobilibus. Et dicimus vniuersaliter, propter quam causam fingit aliquis hæc media esse, & esse in sensibilibus: & cum hoc, quod diximus, ꝙ contingit sermonibus istorum, accidit etiā eis aliud impossibile, s. vt cœlum sit aliud ab hoc cœlo, non separatum ab eo, sed cum eo in eodē loco. et hoc difficile potest esse magis eo, quod diximus. Istæ igitur sunt res valde difficiles in comprehendendo veritates eorum.

9 Et fingunt quidam, &cæ.i. quidam fingunt formas medias esse nō abstractas, sicut prædicta secta dicebat formas medias esse non abstractas, sed existētes in sensibilibus. Deinde dicit. Sed, si voluerimus, &c.i. sed, si voluerimus dicere oīa impossibilia cōtingētia istis, prolongabitur sermo, sed contēti erimus in hoc, quod sufficit in destructione eorum. Deinde dicit. Non. n. est necesse, vt hæc media, &cę.t. & principium impossibilium contingentium est ꝙ, si fuerit possibile vt formæ mediæ sint in sensibilibus, non solummodo erit necesse vt istæ solæ sint in sensibilibus, sed etiā vt formæ sint in sensibilibus. vtraq; enim sunt æternæ, non generabiles neque corruptibiles. & sermo de his est idem. Deinde dicit. Et etiam, si ita fuerit, cōtinget vt duo corpora, &c.t. corpus sensibile & corpus medium sint in eodem loco. Deinde dicit. & vt sint media, &c.i. & contingit ex positione mediarum formarum in materijs, vt immobilia sint in rebus mobilibus: quod est valde inopinabile. Et contingit hoc, quoniam illud, quod est abstractum, est immobile. Et deinde d. Et dicimus vniuersaliter, &c.t. & etiam dicens hunc sermonē non potest inuenire causam, per quam fingat formas medias esse, & ꝙ debet esse in corporibus sensibilibus. ponere enim eas transmutabiles contradicit positioni earum in re transmutabili. Deinde dicit & cū hoc, quod diximus, &c.t. ꝙ continget dicentibus hoc, vt duo cœli sint insimul in eodem loco. & d. ꝙ difficilius potest esse ꝙ prædicta. innuit enim impossibilia cōtingentia dicentibus illas formas esse abstractas, & non in sensibilibus. Deinde dicit Iste igitur res sunt valde difficiles. & intendit istam quæstionem, & alias.

Caput Secundum. Examinantur quæstiones de Generibus.

MAgna itaq; de his dubitatio est, quonam modo ponendo, veritatem consequemur. Et de principijs, vtrum oporteat genera existimare elementa, & principia, an illa magis, ex quibus inexistētibus quicquam primum est. vt vocis elementa, & principia vidētur ea esse, ex quibus primo omnes voces compositæ sunt, sed non vox in communi. & designationū ea dicimus elementa, quorū demonstrationes

Vtrū gña & pricipia rerū ponī debēt an ea, ex quibus quicq; primum est.

monstrationes in aliarum, aut omnium, aut plurium demonstrationibus insunt. Item etiā corporum, & qui plura dicunt elementa esse, & qui vnum, ex quibus componuntur, & ex quibus constant, principia esse aiunt. vt Empedocles ignem & aquam, & quæ cū eis sunt elementa ait esse, ex qbus inexistētibus entia sunt: sed non ea, vt genera entium ponit. Et ad hæc, si quis cæterorum quoq; naturam velit consyderare, veluti lectum ex quibus partibus, & quomodo compositus est, tunc eius naturā cognoscit. Ex his itaq; rationibus non essent principia genera entium. Cùm autem singula cognoscamus per definitiones: principia vero definitionum genera sint: necesse est definitorum etiam principia genera esse. Et si entium habere scientiam est ipsum habere speciērum scientiam, secūdum quas etiam dicuntur, specierū principia ipsa genera sunt. Videntur autem quidam etiam eorū, qui elementa entium ipsum vnum, aut ens, aut magnum, aut paruum dicunt, tanquam generibus eis vti. Aut vero non possibile est vtroq; modo principia dicere: ratio nanq; substantię vna. diuersa vero erit, quæ fit per genera, definitio, & quæ dicit, ex quibus inexistentibus. Et ad hæc, & si cę maxime ipsa genera principia sunt, vtrum prima generum arbitrādum sit esse pricipia, an vltima, q̄ de indiuiduis prædicantur. etenim hoc dubitatur. Si enim quoniam vniuersalia, magis principia sunt, patet ꝙ suprema generū. hæc enim de omnibus dicuntur. Tot igitur principia entiū erunt, quot prima generum sunt. Quare & ipsum ens, & ipsum vnum principia, & substantiæ erunt, hęc enim de omnibus maxime entibus dicuntur. Non est autem possibile, neq; ipsum vnū entium esse genus, neque ipsum ens. necesse etenim est vniuscuiusq; generis differentias & esse, & vnamquanq; vnam esse. impossibile vero est, aut species generis de proprijs differentijs prædicari, aut genus absque suis speciebus. Quare si vnum, vel ens genus est, nulla differentia neq; vnum, nec ens erit. at, si non genera, nec principia erunt: siquidem genera principia sunt.

Idem. 1. huius. 17.

Vtrū prima genera, an vltima ponenda sint principia.

Impossē aut spēs generis de pprijs differētijs prædicari, aut genus absque suis spēbus.

Et difficultas est etiam in cognitione principiorum. perscrutādum est enim vtrum existimandum sit ꝙ elementa, & principia sunt genera, aut sunt illa, ex quibus fiunt omnia. verbi gratia vtrum elementa vocis & principia eius sunt ista, ex quibus componūtur omnes voces, aut sit vox vniuersalis. & vtrū elemēta propositionum sint propositiones, quarum demonstratiō habet esse cum demōstratione aliarum propositionum: aut elementa eorum est demonstratio, quæ est omnium propositionū, aut plurium. Et etiam qui fingunt ꝙ elemēta sunt plura, & qui fingunt elementa esse vnum, dicunt ꝙ principia corporum sunt ea, ex quibus componuntur & constituuntur, sicut dicit Empedo. fingit enim ꝙ elementa sint aqua, & ignis non vniuersalia eorum, & quòd cōposita sunt ex eis, & in eis: sed non dicit quòd ista elementa sunt sicut genera entium. Et cum hoc, si aliquis voluerit scire naturas rerum, debet perscrutari ex quibus componuntur. verbi gratia, si aliquis voluerit scire naturā lecti, perscrutabitur ex quibus componitur lectus. cùm igitur sciuerit ex quibus partibus componitur, & quomodo constituitur, tunc sciet naturam eius. Ex istis igitur sermonibus declarabitur ꝙ genera entium non sunt principia. Si autem scimus omnia ex definitionibus rerū, tunc necesse est, vt genera sint principia rerum definibilium. Et si possibile est vt entia cognoscantur per formas, per quas disponuntur entia: & genera sunt principia formarum: tunc genera erunt principia scientiæ entium. Et videtur ꝙ quidam eorum, qui fingunt quòd elementa entium sunt vnum et ens, & magnum & paruū, faciunt ea quasi genera. Sed impossibile est vt principia dicantur duobus modis, definitio enim substantię est eadem. & si dictum fuerit ꝙ principia sunt duobus modis, continget vt definitio, quæ est ex generibus, sit alia à definitione, quæ definit rē ex rebus, ex quibus est, & sunt in definitione eius. Et cū hoc, si fuerint genera principia, consyderandum est quę genera sunt principia, vtrum prima, aut vltima, quæ numerātur numero. habet enim dubiū. Quoniam, si vniuersalia sunt magis prima q̄ alia, manifestum est ꝙ principia sunt genera altissima. hæc enim genera conueniunt, idest vniuoce dicuntur de omnibus, quæ sunt sub eis. Numerus igitur principiorum entium erit secundum numerum primorum generum. Et erunt vnum, & ens principia, & substantiæ entium. hæc enim in maiori parte dicuntur de omnibus entibus. Sed impossibile est vt genus entium sit vnum, aut ens. differentiæ vero omnium generum rerum habent esse necessarium. & omnis differentia est vna numero. & impossibile est vt genus prædicetur de formis diuersis, neque genus prædicatur nisi de formis, quæ sunt ei. Manifestum est igitur quòd si vnum & ens sunt genera, non necesse est vt aliqua differentia sit vnum & ens. sed, si vnum & ens non fuerint genera, non erunt principia: cùm principia sint genera.

Et

10 Et difficultas est etiã in cognitione principiorũ, &c. .i. & in cognitione principiorum est quæstio difficilis, vtrum principia, & elemẽta rerum sint genera, & vniuersalia eorum, aut sint causæ indiuiduales, ex quibus constituuntur res particulares, quæ sunt in illis generibus, non vniuersalia genera illarũ causarum. verbi gratia vt elementa dictionum sunt literæ indiuiduales, s. voces audibiles, quæ dicuntur literæ, ex quibus constituuntur dictiones: aut vox vniuersalis, & littera vniuersalis, quæ est quasi genus istarũ. Deinde dicit, & vtrũ elementa propositionum, &c.t. & similiter quæritur etiam, vtrum principia propositionum sint: propositiones particulares, quibus vtuntur in vnaquaq; demonstratione, aut demonstratio simpliciter & vniuersalis, quæ est ex propositionibus vniuersalibus. Deinde incœpit dicere dicentes principia esse particularia, non vniuersalia, & d. Et etiam qui fingũt, &c.t. q; Antiqui fingentes elementa esse plura, & fingentes elementum etiam esse vnum, opinati sunt principia esse indiuidualia, ex quibus constituuntur sensibilia, vt Empedo. qui fingit q; elementa compositorum sunt aqua, & ignis, & aer, & terra, ista indiuidualia, non vniuersalia eorum, verbi gratia corpus: & q; omnia composita indiuidualia ex istis componũtur, & per ea constituuntur: et non opinatur q; genera istorum, aut vniuersalia eorum intellecta sunt elementa vniuersalia. et hoc intendebat cum d. sed non dicit q; ista elementa, &c.t. sed non dicit q; ista sunt elementa, sed q; tanq; quasi genus eorum generabilium. Et cũ d. istos dicẽtes q; principia sunt principia singularia nõ vniuersalia, incepit dicere etiã rationes eorum, & d. Et cũ hoc, si aliquis voluerit, &c. .i. & ratiocinatio dicentium singularia esse principia nõ intellecta, et q;, si aliqs voluerit scire quid est lectus, perscrutabitur de his, de quibus componitur lectus. cũ enim sciuerit ea, ex quibus componitur, & quomodo componitur, statim sciet naturam lecti. Deinde dicit. Ex istis ergo sermonibus, &c.t. ex istis igitur ratiocinationibus, & eis similibus apparet q; vniuersalia rerum non sunt principia earum. Deinde incepit etiam dicere ratiocinationes inducẽtes vniuersalia esse principia, & d. Si autem scimus omnia ex definitionibus, & cæ.t. & ista ratio est sufficiens etiam. quoniam, cùm fuerit positum q; scientia rerum est per definitiones earum: & fuerit positum q; definitiones sciuntur per genera: manifestũ est q; contingit ex hoc, q; scientia rei sit per genera earum. & cùm contingetur et q; scientia rei est per principia eius, cõcluditur ex hoc q; genera rerum sunt principia. Deinde dicit. Et si possibile est vt entia, &c.t. & iste sermo est manifestus. quoniam, cùm fuerit positum q; entia cognoscuntur per suas formas, per quas disponuntur secundum quid: & fuerit positum q; genera sunt principia istarum formarum: concluditur q; entia cognoscuntur per sua genera. & cùm coniungitur huic, q; ea, per quæ cognoscũtur res, sunt principia earum, cõcluditur q; genera, quę sunt principia cognitionis, non tamen principia essendi. Deinde dicit. Et videtur q; quidam eorum, qui fingunt, &c.t. & dicentes genera, facta sunt ea, quæ sunt ex eis, sicut vnum & ens, & magnum & paruum, et vniuersaliter genera, quę dicuntur esse principia, & d. hoc videtur, quia quidam Pythagorici, posuerunt genera esse principia, nisi ea, quæ dicuntur vnoquoque. Deinde dicit. Sed impossibile est vt principia, &c.t. & impossibile est congregare, & facere coniecturare illos sermones sibi contradicẽtes, ita q; prima principia * imaginantur duobus modis insimul. principia enim sunt substantiæ: & substantia est vna natura: vniuersale autem & indiuiduale sunt duæ naturæ. hoc enim intellectum, hoc autem sensibile. Deinde dicit & si dictum fuerit, &c.t. & cõtingit vt definitiones principiorum diuersificentur. definitio enim principiorum, secũdum q; principia sunt genera & vniuersalia, est alia à definitione eorum, sm q; sunt partes rei definibilis. Et, cùm dedit dubitationes contingentes ponẽtibus principia esse aut non esse genera, incœpit dicere etiam difficultatem contingẽtem, & inquisitionem in positione eorum essendi genera, et d. Et cum hoc, si fuerint genera principia, &c.t. & cũ hoc, si concesserimus q; genera sunt principia, nascetur hic locus perscrutationis & difficultatis, s. vtrum principia sint altissima genera, s. generalissima, aut vltima, quę diuiduntur in indiuidua, s. specialissima. Deinde dicit. habet enim dubium, &c.t. quoniam, si principia generum sunt magis prima genera, necesse est vt genera generalissima sint principia, cùm principia generum sunt genera generalissima. ista enim genera prædicantur de omnibus, quę sunt sub eis vniuoce, i. secũdum quid. Deinde dicit. Et erunt vnum, & ens principia, i. & contingit secundum hoc, vt vnum, et ens sint principia entiũ. ista enim sunt vniuersaliora generum, quæ prædicantur de omnibus secundum conuenientiam. Deinde dicit. Sed impossibile est vt genus entiũ, &c.t. sed impossibile est vt vnũ & ens sint genera omnium rerum. Sunt enim genera altissima, quorũ neutrũ collocatur sub altero, & vtrunq; habet differentiam vnam propriam absq; eo, q; conueniant in vnam naturam. hoc nomen igitur ens dictum de eis non notificat de eis vnam naturam, cùm naturæ eorum sint diuersæ. Deinde dicit. & impossibile est vt genus prædicetur de formis, &c.t. & impossibile est vt aliquid prædicetur prædicatione generis de rebus habentibus formas diuersas, quæ non communicant in vna forma numero: sed genus non prædicatur nisi de formis, quę communicant in vna forma numero. D. d. Manifestum est igitur q;, si vnũ, & ens, &c.t. q;, si vnũ & ens fuerunt genera vniuersalia decem prædicamentis, s. q; dicantur de eis vniuoce, necesse esset vt intellecta non haberent differentias, quibus differrent abinuicẽ in omnibus suis naturis, adeo q; natura substantię & qualitatis sit eadem. Deinde dicit. sed, si vnum & ens non fuerint genera, &c.t. sed contiget istis, si vnum & ens non fuerint genera, q; vnum & ens non sint principia. ponunt enim q; principia sunt genera. & hoc etiã contiget fingentibus q; principia sunt vnum, & ens.

Item etiam media, cum differentijs collecta, erunt genera vsq; ad indiuidua. nunc autem quædam videntur, quædam vero non videntur. Et ad hæc differentiæ magis principia, quàm genera. si igitur istæ etiam principia, infinita, vt ita dicam, principia fiunt, & maxime si quis primum genus principium ponat. At vero &, si principalis species magis ipsum vnum est: vnum autem est, quod indiuisibile est: omne vero indiuisibile, aut secũdum quãtum, aut secundum speciem: prius autẽ, quod secundum speciem est: genera autem magis diuisibilia in species: vnũ erit profecto, quod vltimo prædicatur, nõ enim est homo genus singulariũ hominum. Item in quibus prius, & posterius est, non est possibile, quod de his dicitur, aliquid præter hæc esse. vtputa si duitas numerorum est prima, non erit aliquis numerus præter species numerorũ. similiter neq; figuræ præter species figurarũ. Quòd si non horum, multo minus aliorum erunt genera

Hoc nomen ens dictum de decẽ prædicamentis nõ notificat de eis vnã naturã, cũ naturæ eorũ sint diuersæ. Idẽ 10. Me. c. 8. Idẽ 12. Met. 19 & 20. C. et 1. Phy. 13. et 14. Meta. 2 & in prædicamentis.

Omne indiuisibile, aut quãtitate aut specie est.

In indiuiduis non est hoc prius, illud posterius.

nera præter species. horum enim maxime videntur genera esse: in indiuiduis vero non est hoc quidem prius, illud vero posterius. Item vbicunque hoc quidem melius, hoc vero deterius est, semper prius est, quod melius est. quare nihil horum genus esset. Ex his itaque magis apparent, quę de indiuiduis prædicantur quàm genera, esse principia. Rursus tamẽ quomodo oporteat ista existimare principia non est facile dictu. Principium enim, & causam esse oportet præter res, quarę principium est, & posse esse separatũ ab eis. Tale quid autem esse præter singulare cur quisquã opinaretur, nisi quoniam vniuersaliter, & de omnibus prædicatur? At si propter hoc, quę magis vniuersalia sunt, magis ponẽda principia sunt. quare prima genera vtiq; principia sint.

Et etiam perscrutãdum est de eis, quæ sciũtur cum differentijs, & sunt inter altissimum genus & indiuidua, vtrũ sint genera, aut existimatur q; quædam sunt genera, & quædam non. Et cum hoc vtrum differentiæ sunt magis principia, q; genera. qm, si differẽtiæ fuerint principia, erunt principia secundum hũc sermonem infinita. et iste sermo sequitur dicẽtes q; principia sunt prima genera. Et etiam, si vnum est magis primum q; aliud: et vnum est indiuisibile: & omne diuisibile diuiditur aut sm quantitatem, aut sm formam: & quod diuiditur sm quantitatem est ante illud, quod sm formam diuiditur: & genera sm formam diuiduntur, & forma sm quantitatem: erit igitur vnum prædicabile postremũ magis vnũ q; aliud. homo enim non est genus cuiuslibet hominum. Et etiã dicamus q; genera rerum habentium ante & post, impossibile est vt sint aliud, nisi formę illarum rerum. verbi gratia q;, si primus numerorum est dualitas, tunc numerus nihil aliud est q; formæ numerorũ. & similiter nulla figura est, nisi forma figuraliũ. Et, si ita sit, impossibile est vt gña sint aliud, nisi formæ suæ. existimatur enim in maiori parte q; genera sunt formæ: indiuidua autem non sunt ante adinuicem. Et etiam ea, quorũ quędam sunt nobiliora, & quædam viliora, semper nobilius est ante vilius. Manifestum est igitur, q; genus non est primum secundum hanc intẽtionem etiam: immo declaratur nobis ex istis intentionibus, q; prædicabilia de indiuiduis sunt principia generum. Et etiam dicamus quomodo est existimãdum q; iste formæ sint principia. iste enim sermo non est facilis. Primum enim & causa debet esse aliud ab eis, quorum est primum & causa, & vt habeant essentiam, quãdo fuerint separata à rebus. Sed quomodo potest aliquis existimare aliquod tale præter genus vniuersale predicabile de omnibus? Si igitur rectum est dicere quòd vniuersalia sunt principia, quia sunt vniuersalia, tunc necesse est vt principia sint ea, quæ sunt magis vniuersalia, quàm formæ. & secundũ hoc erunt principia genera prima.

Cùm induxit sermones probantes quòd vniuersalia sunt principia, & contradicentes illis, scilicet q; particularia sunt principia, vult modo perscrutari de vniuersalibus, quæ sunt inter generalissimũ & indiuidua, vtrũ sint genera, aut non: cùm illi, qui ponunt vniuersalia esse principia, non ponunt esse ea, nisi secundum quòd sunt genera. Et d. Et etiam perscrutandum est, &c. & d. in istis medijs, quòd sunt illa, quæ cognoscuntur per differentijs, quia genus altissimum est simplex, & illa media sunt composita ex genere superiori, & ex differentia, per quam diuiditur illud genus. sunt igitur, si dixit dixit, cognita cum differentijs, idest cum differentijs adiunctis cum eis. & perscrutatur vtrum omnia sint genera, aut quædam. & dicit hoc, quia species specialissima non est genus. Et incœpit in hac perscrutatione perscrutari vtrum differentiæ sunt magis principia quàm genera, aut econuerso. ista enim media componuntur ex generibus, & differentijs. Si igitur differentiæ sint priores generibus, tunc ista media erunt priora altissimo genere: & quanto genus fuerit magis compositum differentijs, tanto magis primum erit. si autem genus fuerit prius differentia, erit econuerso. & d. quoniam, si differentiæ fuerint principia, erunt secundum hoc principia infinita. Et potest intelligi quòd nos habebimus viam ad numerandum principia, & sic erunt ignota apud nos. differentiæ enim sic et non possint numerari à nobis, tamen non dubitamus eas esse finitas apud naturam. Et forte ponit ea infinita secundum quòd est famosum scilicet. sermo enim eius in hoc loco est secundum probabilitatem hominum. Et forte intelligit quòd, si fuerit positum quòd illud, quod est magis particulare, est magis principium quàm vniuersale, continget vt formæ indiuiduorum sint principia: & sic principia erunt infinita. Deinde dicit. & iste sermo sequi dicẽtes q; principia sunt prima genera. ita inuenitur in exemplari. & forte diminuttur ibi hæc particula, non. & tunc sermo erit secundum suum manifestum; Et si exemplar est verum, debet tunc legi sic. & istum sermonẽ sequuntur dicentes quòd principia sunt genera. & sustentatur super hanc quæstionem. quoniã, cùm principia fuerint finita, & differẽtiæ fuerint infinitę, & genera fuerint finita, continget error, cùm dicit vt principia sint genera. Deinde induxit rationem dicentium quòd differentiæ sunt magis principia, quàm prima genera, & d. Et etiam si vnũ est magis primũ, &c. idest, quia illud, quod diuiditur secundum formam, & est primum genus, diuiditur in aliquid, quod est vnum secundum formam: & vnum secundum formam pertinet ad ipsius in eo ad vnum secundum quantitatem: ideo illud, quod est indiuisibile secũdum quantitatem, est magis vnum quàm illud, quod est indiuisibile secundum formam. Et cùm ita sit, illud, quod est minoris diuisibilitatis, est propinquius naturæ vnius, quod est causa multitudinis. quod igitur est minoris diuisibilitatis, est prius illo, quod est pluris diuisibilitatis. species igitur vltima est prior omnibus superioribus. verbi gratia homo, qui diuiditur in homines indiuiduales, non in species. Deinde dicit. Et etiam dicamus quòd genera rerum habentium ante & post, impossibile est, &c. idest quòd genera priora suis differentijs non habent esse nisi in suis differentijs, & sunt formæ, in quas diuidantur.

Genus generalissimũ est simplex, & gña subalterna sunt composita.

Differentiæ rerũ licet non possint numerari à nobis tamen non dubitamus eas esse finitas apud naturam. Nemo. Aristotel. in hoc loco est sm probabilitatẽ hominum.

duntur. verbi gratia quòd animal nõ habet esse in actu nisi in suis speciebus, in quas diuiditur. similiter color non habet esse nisi in speciebus colorum. & numerus non habet esse nisi in primo numerorum, scilicet in dualitate, deinde in alijs speciebus numeri: & dualitas est prima forma formarum numerorũ. Deinde dicit. Et, si ita sit, impossibile est vt genera sint aliud, nisi formæ suæ. idest quod genera non habẽt esse nisi cum formis. Deinde dicit. indiuidua autem non sunt ante adinuicẽ. idest, quapropter continget eis vt essent in se adinuicẽ. sed vnũquodq; eorũ est existens in actu per se: & non est in eis posterius, quod cõstituatur per prius. Deinde induxit tertiam rationem, et d. Et etiam ea, quorum quædam sunt nobiliora, & cætera, idest, & etiam quia manifestum est, quod nobilius est prius viliori, & species videtur esse nobilior genere, manifestũ est quòd species est prior genere. prius autem magis est principium quam posterius. & dixit hoc, quia species est per se ẽtio generis. Manifestum est igitur ex hoc sermone, quod genus non debet esse prius specie: immo apparet nobis ex hac intentione, & prædictis quòd vltima species debet esse prior. & hoc intẽdebat, cùm dixit, quod prædicabilia de indiuiduis sunt principia, idest vltimæ species. Et cũ induxit rationes, quod species est prior genere, etiam induxit rationem, quod genus est prius specie, & dixit. Et etiam dicamus, quomodo est existimandum quòd istæ formæ, & cætera, idest, sed potest aliquis dicere quomodo possumus dicere quod formæ specierum sunt digniores ad essendum principia quàm genera. principia enim debent esse alia ab eis, quorum sunt principia & vt sint habentes naturam separatam per se. Deinde dicit. Sed quomodo potest aliquis existimare, & cætera, idest sed quomodo potest aliquis existimare in istis quòd principium est aliud ab eo, cuius est principium secundum definitionem primam: & nõ existimatur hoc in genere cum specie. idest, species enim cum est principium, non existimatur esse aliud secundum definitionem ab eo, cuius est principium. primum igitur genus vniuersale prædicabile de omnibus est principium. Deinde dicit, Si igitur restum est dicere, & cætera. si igitur necesse est vt vniuersalia sint magis principia, secundum hoc quod sunt vniuersalia, necesse est vt formæ magis vniuersales sint magis principia, quàm illæ, quæ sunt minus vniuersales. ergo genera sunt magis principia, quam species. & secundum hoc continget vt prima genera sint principia, cùm sint vniuersaliora omnibus.

Bpẽs est posterius gñe.

Principia debent esse alia ab eis, quorum sunt principia.

Caput Tertium. Quæstiones de Vniuersalibus.

EST autem consequens his, & ad speculandum omnium difficillima, maximeq; necessaria dubitatio, de qua prætens sit sermo. Si etenim non est quicquam præter singularia, singularia vero infinita sunt, quomodo possibile est infinitorum habere scientiam? quatenus enim vnum quid, & idem, & quatenus vniuersale quid est, eatenus omnia cognoscim⁹. At si hoc necesse est, & oportet aliquid præter singularia esse, necesse erit, vt genera, aut vltima, aut prima, sint præter singularia. hoc autem quòd impossibile sit, paulo ante dubitauimus. Item, si quam maxime aliquid est præter totum, cùm quicquam de materia p̃dicetur, vtrũ si aliqua species est, præter omnia esse aliquid oporteat, an præter aliqua esse, & præter aliqua non esse, an præter nullum. Si igitur nihil præter singularia est, nihil intelligibile erit, sed omnia sensibilia: & scientia nullius erit, nisi quis sensum dicat scientiam esse. Item nihil esset sempiternum, nec immobile. sensibilia enim omnia corrumpuntur, & in motu sunt. At, si nihil est sempiternum, neque generationem esse possibile est. necesse est enim aliquid esse id, quod fit, & ex quo fit, & vltimum horum ingenitum esse: liquidem stat, & ex non ente fieri impossibile est. Item generatione & motu existente, necesse est vt finis etiam sit. nec enim infinitus est aliquis motus, sed cuiusque est finis. & fieri non est possibile, quod factum esse impossibile sit. quod autem factum est, necesse est vt sit, cùm primo factum est. Item, si materia est, propterea quòd ingenita est, multo magis rationabile est ipsam substantiam esse, cùm illa existat, vt hæc sit. Si enim nec hæc erit, nec illa, nihil erit omnino. quòd si hoc impossibile est, necesse est vt forma, & species aliquid præter totum sit. Si autem rursus hoc aliquis ponet, dubium est de quibus hoc ponet, & de quibus non. quòd enim de omnibus non est possibile, patet. non enim ponemus aliquam esse domũ, præter domos singulares.

Et sequitur hanc quæstionem difficilem aliam difficilior omnibus, quæ necessario est consyderanda, & est ista. Quoniam, si nihil fuerit aliud à rebus particularibus, & particularia sunt infinita, quomodo est possibile vt comprehendatur scientia infiniti? scimus enim omnia per vniuersale vnum permanẽs in sua dispositione. Si igitur iste sermo est necessarius, vt aliud sit à particularibus, necesse est vt vltima genera, & prima sint alia à particularibus. & iam diximus quòd hoc est impossibile. Et etiam, quando oportet affirmare vniuersale esse aliud ab omnibus particularibus, dicamus igitur, qñ aliqd dicetur de materia, vtrũ illud sit aliud ab oibus pticularibus, aut est aliud à qbusdã, aut nõ est aliud à qbusdam, aut nõ est aliud ab aliquo eorum. Quoniam, si non fuerit aliud a particularibus, nihil erit intelligibile, sed omnia erunt sensibilia: & impossibile erit vt aliquid sciatur per scientiam, nisi aliquis fingat quòd sensus est scientia. Et etiam erit impossibile aliquid esse æternum, & immobile. omnia enim sensibilia sunt corruptibilia. Sed, si nihil fuerit æternum & immobile, impossibile erit generationẽ esse. necesse enim erit generationẽ esse, & ex quo fit generatio, & vt principia sio rũ sint ingenerabilia, sicessent. Et est im-

Vtrũ vniuersale sit aliquid præter singularia, vel nec.

possibile

possibile vt aliquid sit ex nihilo. quoniã, si generatio est, necesse est vt motus habeat finẽ. nullus enim motus est infinit⁹, sed omnis motus habet finem & complementum. & impossibile est vt sit illud, quod impossibile ẽ vt fiat. illud autem, quod fit, est possibile ī primo, qd̃ fit necessario. Et etiã, si res vniuersalis est materia, quia non generatur, necesse est vt substantia sit magis prima q̃ materia. Quoniã, si vniuersale non fuerit materia, neq; substantia cõprehensibilis nihil erit omnino. si igitur non fuerit hoc, erit vniuersale, qd̃ est aliud ab istis particularibus forma, & figura necessario. Si igitur finxerit aliquis hoc, cõtinget ei aliquod inopinabile. nõ enim potest dicere, q̃ hoc est possibile in omnibus rebus, sed in quibusdam esse, in quibusdam non. manifestum est enim q̃ impossibile est hoc esse in omnibus rebus. non enim dicimus, q̃ domus sit aliud à domibus singularibus.

Non est dubium vniuersale esse: sed an dubiũ qd̃ sit natura ipsius.

12 Intendit in hoc capitulo inducere sermones probantes superficietenus q̃ vniuersalia sunt existẽtia per se, quæ mouerunt Platonem ad dicendum formas esse, & d. Quoniã, si nihil fuerit aliud à rebus pticularib⁹, & c. Et iste sermo manifestus est, & abbreuiatio et⁹ est, q̃ si nõ fuerit hgc vniuersalia nõ trãsmutabilia, neq; corruptibilia, quæ determinent etiã particularia, nõ erit ictẽtia necessaria aliquo modo, neq; scientia determinans contingens scitũ oium. qñ particularia sunt infinita: & infinita sunt indeterminabilia: & ideo scientia non erit determinans: sicut etiam neq; necessaria: quia particularia sunt infinita, & semper in trãsmutatione. Deinde dicit. scimus enim omnia, & c. i. quoniam manifestum est, q̃ nos scimus omnia particularia per vnum vniuersale intransmutabile determinans ea. si igit vniuersale non fuerit, tunc scientia erit falsa. Et hoc intendebat, cùm d. Si igitur iste sermo, & c. i. si igitur fuerit necessarium hoc, quod diximus, q̃ in scientia particularium necessarium est vnum, quod est vniuersale intransmutabile, necesse vt extra animam sit aliud quid à rebus particularibus. D. d. necesse est, & c. i. & cùm fuerit necessarium aliquid esse aliud à particularibus, quod est causa scientiæ, & vniuersale est huiusmodi, necesse est vt prima genera, & vltimæ species, & quæ sunt inter ea sint existentia extra animã alia à rebus particularibus, & vt principia earum sint prima genera. sed iam diximus prius impossibilia contingentia positioni vniuersalium abstractorũ. D. d. Et, etiã qñ oportet affirmare vle esse, q̃ esse vle non habet dubium: qm̃ dubium nõ est nisi de natura eius quid ipsa sit. Deinde dicit, dicamus igitur, quando aliquid dicetur, & c. i. dicamus igitur q̃ manifestum est, q̃ vnum quid prædicatur de materia particularium. Cùm igitur aliquid fuerit prædicatum de rebus particularium materialium, vtrum illud quid est aliud ab oibus particularibus, de quibus prædicatur, aut est aliud à quibusdã, aut non est aliud à quibusdam, aut est omnia eorũ. Si posuerimus q̃ nihil est aliud à particularibus, nihil erit scitum omnino: nisi aliquis vocet comprehensionem sensus scientiam. & etiã contingit vniuersaliter ex positione, q̃ nihil aliud est q̃ particularia sensibilia, vt nihil sit æternum & immobile: quoniam omnia sensibilia sunt corruptibilia. Deinde dedit impossibile contingens, si æternum & immobile non est, & dixit. Sed, si nihil fuerit æternum & immobile, non erit generatio. quoniam, si generatio est semper, necesse est vt sit aliquid, quod agat generationem primo, et quod sit ingenerabile, et aliquid, ex quo fit primo generatio, quod est etiam non generabile. Deinde dicit, & vt sint principia istorum, & cæt. idest, necesse est enim vt principia generationis non sint generabilia. cùm nihil fiat ex nihilo, neq; infinitum. Et, cùm ita sit, necesse est vt generatio cesset, et vt incipiat etiam à causa fine motore. Deinde dicit. quoniam, si generatio erit, necesse est vt motus habeat finem. quoniam, si motus generationis fuerit infinitus, non erit generatum, idest non complebitur sua generatio. Deinde dicit. & impossibile est vt fi illud, quod impossibile est vt fiat. idest, & signum eius, quod impossibile est motum rectum infinitum esse, est quòd iste motus impossibile est vt fiat, scilicet vt compleatur. & illud, cuius esse non completur, non incipit fieri, neque est possibile vt incipiat fieri. Et istud signum dictum est etiam ab eo in Sexto Physicorum, cùm dixit illic. verbi gratia, quia impossibile est inueniri hominem in stadio, id est, impossibile est vt iste homo fiat in generatione. Et ista est dubitatio in commutatione generationis, et iam solut istam quæstionem in Physicis, vbi determinauit quòd est impossibile in motu reciprocabili secundum generationem, secundum quòd generabile fit ex corruptibili, & corruptibile ex generabili. Deinde dicit. Et etiam, si res vniuersalis est materia, & cætera. idest, & etiam, si vniuersale non transmutabile debet esse materia, quia vtrunq; est ingenerabile, tunc forma est magis digna esse hoc, quia non generatur neq; corrumpitur, & ens in actu: & materia in potentia. Deinde dicit. Quoniam, si vniuersale non fuerit materia, & cætera. & dixit hoc, quia vniuersale cùm est substãtia. & cum nulla substantia est præter hæc duo secundum famosiorem: continget quod, si vniuersale nõ fuerit aliquod istorum, quòd non erit aliquod ens tum. Deinde dicit. Si igitur non fuerit hoc, & cætera. idest, si igitur vniuersale nõ fuerit materia, necesse est vt vniuersale, quod est aliud à particularibus, sit forma & figura. Deinde dicit. Si igitur aliquis finxerit hoc, & cætera. idest, & si aliquis posuerit ipsum esse existens extra animam, ita q̃ substantia sit existens per se, cõtingent ei impossibilia. Non enim potest ponere omnia vniuersalia esse talia, sed quædam. & innuit exceptionem vniuersalium rerũ artificialium, & vniuersalium accidẽtium, quæ nullus potest ponere substantias abstractas. Hoc enim nõ potest dicere nisi in substantijs rerum naturalũ, nullus enim potest dicere domum esse vniuersalem existẽtem extra animam artificis alia à domibus particularibus, et iteram vniuersalem esse aliam à literis particularibus.

1 de phyſ. 31. & 34.

Nõ est pos. vniuersale separatum extra singulare.

Et ad hęc vtrum vna erit omnium substantia, vt pura hominum. Sed absurdum est. non enim vnum essent omnia, quorum substãtia vna, sed multa atq; diuersa. sed hoc etiã inconueniens est. Simul autem quomodo materia vnũq̃q; horũ est, & est totum hæc amboꝝ

Et cũ hoc perscrutandũ est, vtrum substãtia oium hoium est vna, aut non. Si enim dixerimus q̃ substantia eorum est vna, continget inopinabile. quoniam omnia, quorum substãtia est vna, sunt vnũ. et, si dixerimus quòd substantię eorũ diuersę sunt, hoc etiã erit impossile. Et cũ hoc, quomodo potest esse vt materia sit in aliqua hora quælibet istarũ, cùm omne sit vtrunq; scilicet vniuersalia & particularia.

13 Et perſcrutandū eſt etiam, vtrū ſubſtantia oſum entium eſt vna ſubſtãtia, aut plures. Si igitur vna, auferẽ multitudo, & erit ens vnū, qd̃ eſt contra ſenſum. Et, ſi ſubſtãtię entiū fuerit plures, nihil erit in ſpecie oſno, in quo cõcent duo, qd̃ eſt impoſſe. Et, ſi dixerimus q̃ nihil eſt vnū oſno, qũo eſt poſſe vt materia ſit ī aliqua hora eadẽ cũ oſbus particularibus, in qbus exiſtit: & hoc eſt vtrũq;, ſ. materia, et qd̃ recipit materiã. Et intendit ſicut dixim⁹ q̃ nihil eſt vnum oſno. põt enim aliquis dicere q̃ materia inuenitur diſtincta in aliqua hora ab indiuiduis, quorum eſt materia.

Caput Quartum. Vtrum principia ſint eadem numero, uel ſpecie. Et an corruptibilium, & incorruptibilium eadem ſint principia, uel ne.

ITem de principijs hoc etiam aliquis dubitabit. nam ſi ſpecie ſunt vnum, nihil erit numero vnum, nec ipſum vnum, & ipſum ens. Ipſumq; ſcire quomodo erit, ſi non aliquod vnum in omnibus erit? At vero ſi vnũ numero, quodque principiorum vnum, & non, vt in ſenſibilibus, alia aliorum, vtputa huius ſyllabę cũ ſpecie ſit eadem, etiam principia ſpecie eadẽ ſunt. etenī hæc numero alia ſunt. Quod ſi non ita, ſed principia entium numero ſunt vnũ, nõ erit ꝑter elemẽta aliqd aliud. numero. n. vnum dicere, aut ſingulare, nil differt. ita enim ſingulare dicimus, quod vnũ numero eſt: vniuerſale vero, quod in his. quemadmodum ſi vocis elementa, eò quòd vnum numero eſt, determinata eſſent, neceſſe eſſet tot omnes literas eſſe, quot elementa, cũ non eſſent duo, aut plura eadem.

Et quærendum eſt etiam quæſtionem difficilem de principijs. quoniã, ſi principia ſint vnum in forma, nihil eſt vnum in numero, neque vnum generabile. Et ſi ita ſit, & nullum vnum ſit prædicatum de omnibus rebus quomodo eſt ſcientia, aut cognitio? Si autem omnia principia ſint vnum in numero, & non fuerint principia quorundam alia à principijs quorundam, ſicut principia rerum ſenſibilium, verbi gratia quòd iſta litera & alia eſt vna in forma, & principia earum ſunt vna in forma, & diuerſa in numero. Si igitur principia entium non fuerint talia, ſed vnum numero, non erit aliud ab elementis. nulla enim eſt differentia inter dicere ſermonem dicentẽ vnũ in numero, et dicentẽ vnũ particulare. ab vno aũt particulari non niſi vnũ particulare, quare nec ab vno numero nõ niſi vnũ numero. dicimus. n. in oi eſſe particulare in eo, qd̃ eſt vnũ in numero: & dicimus vniuerſale de illo, quod prædicatur de iſtis particularibus. verbi gratia quod ſi elementa vocis eſſent terminata in numero, tunc omnes literæ eſſent ſecundum numerum elementorum, neque multiplicarentur, neq; magis eſſent.

Vtrũ principia ſunt eadẽ numero, vel ſpecie.

Iſta quæſtio eſt dicens, vtrũ ſi principia ſenſibilia ſunt 14
omnia vnum ī forma, aut vnum in numero. Et d. q̃, ſi omnia fuerint vnum ſm formam, nihil erit hoc ſm numerum, neq; vnum generabile erit vnum ſecũdum numerum: quod eſt valde inopinabile. &, cũ hoc non fuerit vnum particulare, non erunt multa particularia: & ſic non erit vniuerſale: et ſic non erit ſcientia. hoc igitur contingit, ſi principia fuerint vnum ſecũdum formam. Deide dicit. Si autem omnia principia, &c. t. ſi autem vnumquodq; principium rerum ſenſibilium fuerit vnũ in numero, & non fuerit quoddam vnum ſecũdum formam, neq; diuerſa ſm formã, ſicut eſt diſpoſitio in principijs rerum ſenſibilium, & in rebus ipſis ſenſibilibus, & non fuerit illic vnum ſecundum formam omnino, et omnia principia fuerint vnum ſecũdum numerũ, nihil erit aliud ab ipſis elementis. t. ſi igitur principia entium non fuerint talia, nihil erit aliud ab elementis. Deinde dicit cauſam in hoc, et d. nulla enim eſt differentia &c. i. & hoc neceſſe eſt. quoniam vnum numero ſynonymum eſt cum particulari: &, cùm iſta principia nõ fuerint niſi particularia, non erit vniuerſale omnino, ſ. forma. &, cùm ita ſit, nihil erit aliud à principijs, cùm poſuerimus q̃ nihil eſt hoc aliud à particularibus, quontã ex vno non fit compoſitum. Et, quia aliquis poteſt dicere q̃ principia ſunt vnum in numero tantũ, & generata ex eis ſunt multa in numero, dedit inopinabile cõtingens ex hoc, & eſt quoniam tunc generabilia eſſent ſecundum numerum primorum principiorum, & non magis, et d. v. g. &c. t. quoniam, ſi elemẽta vocis eſſent terminata in numero, t. particularia, tunc voces eſſent ſecundum numerum eorum, & non generarentur à literis plus ſuo numero.

Vnum numero ſynonymum eſt a particulari.

Nihilo aũt minor dubitatio et à ꝑſentib⁹ & à priorib⁹ prętermiſſa eſt, vtrũ eadẽ corruptibilium & incorruptibilium principia ſint, an diuerſa. Si enim eadẽ ſunt, quomodo hæc quidẽ incorruptibilia, hęc vero corruptibilia ſunt et propter quam cauſam? Quicunq; igitur circa tempora Heſiodi fuerunt, & cuncti Theologi, ſolum quò ad ſibi perſuaderent, curæ habuerunt, nos autem contempſerunt. Cùm. n. principia Deos facerent, & ex Dijs fuiſſe dicerent, quęcunq; nõ guſtarunt nectar, & ambroſiam, mortalia dicunt fuiſſe. Manifeſtum autem eſt, quòd ſibi ipſis hæc nomina cognita dicentes, taleſq; afferentes cauſas, ſupra vires noſtras dixerunt. nam ſi voluptatis gratia ea attigerũt, nequaquam ſunt ipſius eſſe cauſa nectar, & ambroſia. quòd ſi ipſius eſſe gratia, quomodo eſſent ſempiterni, cùm alimento indigerent? Sed de his, quæ fabuloſe & ſophiſtice dicuntur, nõ eſt dignum accurate cõſyderare. Ab illis vero, qui per demonſtrationem dicũt, petere oportet, ac interrogare, cur cùm ex eiſdem ſint, hæc quidem entium ſempiterna natura ſunt, hæc vero corrũpũtur? cũ aũt neq; dicãt cauſam, neq; rationabile ſit ita ſe habere, patet q̃ nõ ſunt eorũ eadẽ principia neq; cauſæ. Empe. nanq;, quẽ qs maxime ſibi ipſi putauerit cõſona dicere, is quoq; idẽ paſſus eſt. ponit. n. quoddam pricipiũ corruptionis cauſam, cõtentionẽ. nihilominus tñ et hęc

Egens cibo non eſt ſempiternum.

videbitur

videbitur generare, ꝑter Deum. dicit enim.
» Ex qb⁹ oia q̃ erãt, q̃ ſunt, queq; ī poſterũ erũt,
» Ac arbores pullularunt, & viri, ac mulieres,
» Feræ, alitesq;, & piſces in aqua nutriti,
» Ac Dij longæui.
At etiam abſq; his patet. nam, ſi non ineſſet in rebus contẽtio, vnum omnia, vt ait, eſſent. cũ enim conueniant, tunc extima ſtatuitur contẽtio. Vnde & accidit ei feliciſſimum Deum minus ſapientem cęteris eſſe. nõ enim cognoſcit omnia elementa. contentionem nanq; nõ habet. cognitio autem ſimilis ſimili.

Vide. t. de Aia. t. 25.

» Terra. n. ait, terrã inſpicim⁹, aquã vero aqua:
» Ætheræ autem æthera diuũ, ſed igne ignem manifeſtum:
» Ac amicitia amicitiam, & contentionem contentione pernitioſa. Sed vnde ſermo digreſſus eſt, hoc eſt manifeſtum, quod accidit ei, cõtentionem non magis corruptionis, quàm ipſius eſſe cauſam eſſe. ſimiliter nec amicitiam ipſius eſſe. cũ. n. cõgreget in vnũ, corrũpit cætera. & ſimul ipſius trãſmutationis nullã cauſam dicit, niſi qd̃ ita natura aptũ eſt. ait enim.
» Magna contentio in membris nutrita fuit.
» Ac ad honores aſcendit tempore perfecto.
» Qd̃ eis cũ alternũ ſit, amplũ ꝑceſſit iuſiurãdũ.
Tanquam neceſſe ſit quidem tranſmutari, cauſam tamen neceſſario nullam manifeſtat. tantum tamen ſibi ipſi cõſentanee dicit, quòd non facit hæc quidẽ entium corruptibilia, hęc vero incorruptibilia, ſed omnia corrũptibilia, ꝑter elementa. Quę autem dicitur nunc dubitatio eſt, cur ſi omnia ex eiſdẽ ſunt, hæc quidem ſunt, hæc vero non. Quòd igitur nõ ſint eadem principia, hæc demum dicta ſint. Quòd ſi diuerſa principia ſunt, vna quidem dubitatio eſt, vtrum incorruptibilia etiam iſta erunt, an corruptibilia. Si enim corruptibilia, patet quòd neceſſe eſt ea quoque ex aliquibus eſſe. omnia enim in illa, ex quibus ſunt, corrumpũtur. quare accidit principiorum alia eſſe principia priora. hoc autẽ impoſſibile, ſiue ſtatur, ſiue in infinitũ progreditur. Item, ſi principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quòd ſi incorruptibilia ſunt, cur ex his quidẽ cum incorruptibilia ſint, corruptibilia erunt, ex alteris vero incorruptibilia? hoc enim non eſt rationabile, ſed aut impoſſibile eſt, aut multis indiget rationibus. Item nemo conatus eſt alia oſtendere, ſed eadem omnium principia dicunt, & quod primo dubitatum eſt, tanquã paruum quiddam putantes, prætereunt.

Omnia corrumpũtur in ea, ex quib⁹ ſunt. Idẽ. t. phy. te. 61. & 9. ph. 41.

Et nos dimiſimus perſcrutari de quæſtione non minus difficili prędictis. et eſt vtrum principia corruptibilium ſint principia incorruptibilium, aut alia. Quoniam, ſi principia corruptibilium fuerint principia incorruptibilium, quomodo quędam erũt corruptibilia, & quædam incorruptibilia? & quare? Epicurei autẽ, & oẽs loquentes in Diuinis laborant ratiocinando, vt ſufficerent animæ ſuę tantum, non nobis. Ponũt enim principia eſſe Deos, & ex Deis: & fingunt q̃ principia, quæ non potauerunt de ſublimatione, & non guſtauerunt de manna, & nectare, moriuntur. Manifeſtũ eſt igitur q̃ ipſi dixerũt iſta, & ſunt nota apud eos. ſed hoc, quod poſuerunt de iſtis cauſis, quoniam guſtant et porant, eſt extra rationes noſtras? quoniam ſi receptio eorum eſt ꝓpter voluptatẽ, tunc nec nectar nec manna eſt cauſa alicuius permanentiæ. & ſi illa receptio eſt vt eſſentię eorum remaneant, quomodo erũt ęterna, & indigent cibo? Et ideo non oportet perſcrutari de ſermonibus eorum, quorũ Philoſophia eſt ſimilis picturæ. Sed oportet perſcrutari, & quærere à dicentibus illud, qd̃ dixerunt, ſm demonſtrationem, quare, ſi principia rerum ſunt conuenientia, accidit q̃ quædam ſunt ſemper permanentia, & quędam corruptibilia? & non eſt neceſſe, vt iſta ſint ſic, cũ nõ dabunt cauſam in hoc. manifeſtum eſt igitur q̃ principia entium non ſunt cõuenientia. Si igitur aliquis exiſtimauerit ſe dicer̃ aliquid in hoc, cõtinget ei quod contingit Empedocli. Empe. enī finxit q̃ lis eſt cauſa corruptionis, & principium eius. et exiſtimat q̃ iſta lis generat omnia ꝓter vnum. & omnia ꝓter Deũ facta ſunt ab hac lite. Fingit enim i ſuo ſermone manifeſtum eſſe q̃ ex lite eſt generatio omnium, quæ fuerunt, & quę ſunt, & quę erunt: & q̃ ex ea naſcũtur arbores, viri, & mulieres, & piſces, quorum nutrimẽtum eſt in aqua, & Dij, quorum vita eſt longiſſima, & alia. Et fingit q̃, ſi lis nõ eſſet in rebus, omnia eſſent vnũ. lis enim cùm fuerit cum rebus, diſpergit eas, & nõ dimittet eas quieſcere. Accidit igitur ex hoc ſermone, vt Deus, qui eſt perfectus i forma, ſit ꝓminoris ſcientiæ q̃ aliud, cũ noverit oia elementa. quia lis nõ eſt in eo, et ſimile cognoſcitur per ſimile. Verbi gratia, terra per terrã, & aquã per aquam, et amicitia per amicitiam, & lis per litem. Manifeſtũ eſt igitur q̃ accidit ex ſuo ſermone, vt lis ſit cauſa corruptionis, nõ cauſa generationis. & ſecundum hunc modũ accidit, vt amicitia non ſit cauſa generationis. quoniam, cùm congregata fuerint aliqua in vnum, corrumpentur alia. et cum hoc Empe. nõ narrauit, q̃ eſt cauſa tranſmutationis rerũ, ſed finxit quòd natura earum eſt ita. & finxit quòd cùm lis, quæ eſt maxima, fuerit interſita in membris, & admixta in eis erunt generata, erit generans in fine temporis illud, quod

* ad. cauſæ.

transmutatur, & transmutat res, & abstrahit eas à termino. Et secundum hunc sermonem apparet q̃ transmutẽtur res necessario: neq; narrauit quę est causa huiusmodi necessitatis, sed tantum dicit hũc modum sermonis, quasi esset manifestus. & non fingit quòd quædam entia corrumpuntur, & quædam non corrumpuntur, sed fingit quòd omnia entia sunt corruptibilia præter elementa. Nostra autẽ perscrutatio, & quęstio difficilis est, quare quædam corrumpuntur, & quædam non, si sint ex eisdem principijs. Et hoc, quod diximus, sufficit in hoc, quòd principia rerum nõ sunt eadem. Si autem principia sunt diuersa, contingit etiam quæstio difficilis, vtrum ista principia corrumpantur, aut non. Manifestum est igitur, si corrumpantur, quòd sunt ex alijs necessario. omnia enim corrupta vadũt ad ea, ex quibus sunt. & sic accidit vt principia habeant alia principia: quod est impossibile. hoc enim procedit in infinitum. Et etiã, si principia corrumpantur, & confundantur, quomodo erit generatio rerum corruptibilium? Et etiam si principia non corrumpuntur, quomodo ex quibusdam principijs non corruptibilibus fiunt corruptibilia, & ex quibusdam incorruptibilia. hoc enim non est rectum: sed aut impossibile est hoc esse, aut indiget multo sermone ad confirmandum hoc. Et etiam nullus dixit quòd principia sunt diuersa, sed omnes finxerunt q̃uòd principia omnium sunt eadem, & voluerunt perscruta ri de prædicta quæstione, vt illi qui perscrutati sunt de hac quæstione.

Ista quæstio sit ponẽdo esse aliqua hic æterna, & aliqua corruptibilia, & vtraq; habere principia. Et d. Quoniam, si principia rerum corruptibilium, &c. i. deest. si enim dixerimus quòd principia rerum incorruptibilium & corruptibilium sunt eadem, quomodo ex eisdem principijs fiunt corruptibilia & incorruptibilia: & causa inuentionis & corruptionis sunt principia? Deinde dicit. Epicurei autem, & omnes loquẽtes in Diuinis, & cæt. & intendit per loquentes in Diuinis loquentes sermonẽ extra intellectum hominis. & ideo dixit quod isti in sermone suo sufficiunt sibi, nõ nobis: quia ipsi intelligunt per Apologos aliquas intẽtiones, per quas sunt contenti. Deinde dicit. Ponũt enim principia esse Deos, & ex Deis. ideſt ponũt enim principia eiusdem naturæ, & faciunt ea diuina, & est natura rerũ ingenerabilium: & faciunt Deos corruptibiles ex incorruptibilibus. Deinde dicit causam eorum in hoc, & d. Singunt: quod principia, quæ non potant, & cæ. ideſt, licunt quod Dij, qui potant aquam de tali loco nec gustant de tali, sunt immortales: & Dij, qui non gustant, sunt mortales. Deinde dicit. Manifestum est igitur quòd ipsi dixerunt ista, & cæter. ideſt, & diximus quod sollicitudo eorum fuit, vt sufficerent sibi: quia dixerunt ista, & ipsi intelligunt intentiones, quas ipsi apologi fuerunt in hoc. Deinde dicit. sed hoc, quod posuerunt de istis causis, & cætera. ideſt, & hoc, quod posuerunt de differentia inter corruptibile & incorruptibile, est extra intellectum hominis. quoniam, si potant aquam de illo loco, & recipiunt cibum ab illo loco alio propter delectationem, tunc delectatio, secũdum quòd est delectatio, non est causa permanẽtię alicuius rei. Deinde dicit. quoniam, si receptio, & cæte. ideſt, & si accipiunt potum ab illo loco, & cibum ab alio, vt non moriantur, mirum est quomodo qui indiget cibo & potu remaneat in æternum. cibus enim, & potus non sunt necessarij, nisi vt restaurẽt corruptum. quomodo igitur remanet æternum illud, quod est innatum corrumpi? Et, quia iste sermo non est dignus vt perscrutetur de eo in scientijs, d. Et ideo nõ oportet perscrutari, & cæte. Deinde dicit. Sed oportet perscrutari, & cæ. ideſt, sed oportet quærere de hoc ab eis, qui dicunt illud, quòd dicunt, secundum demonstrationem, scilicet quomodo omnia fiunt ex eisdem principijs in natura, & quædam sunt æterna, & quædam corruptibilia, cùm causa permanentiæ & non permanentiæ nihil aliud sit nisi natura illius, quod est causa. Deinde dicit. manifestum est igitur quòd principia entium non sunt conuenientia. ideſt, manifestũ est igitur, quoniam cùm principia rerum corruptibilium fuerint per suam naturam, & permanentia rerum æternarum sint etiam per suam naturam, & natura eorum non est nisi causæ, ex quibus componuntur, manifestum est quòd causæ generabilium & corruptibilium aliæ sunt à causis æternorum. Deinde dicit. Stigitur aliquis existimauerit se dicere, & cæ. ideſt, & ideo, si aliquis voluerit dare rationem in hoc, continget ei quæstio similis contingenti Empedoclı. Empe. enim dixit in hoc quòd his est causa corruptionis, & quòd amicitia est causa generationis: & quòd entium quędam sunt facta ex quatuor elementis, & lite & amicitia, & sunt generabilia & corruptibilia, & quædã sunt facta ex quatuor elementis, & amicitia sine lite. & hoc est cœlum: quod est Deus apud ipsum. Et, cùm narrauit sermonem Empedo. induxit sermonem eius, ne aliquis fingat q̃ diminutus erat Aristote. in illo, & d. Fingit enim in suo sermone esse manifestum, & cæ. ideſt, quoniam Empedo. in hoc, quòd ponit litẽ causam corruptionis, contradicit sibi in hoc, quòd ponit eam necessariam in generatione omnium generabilium. Deinde induxit causam, propter quam ponebat litem esse necessariam in omnibus generabilibus, & d. Et fingit quòd, si lis non esset, & cæ. ideſt, & Empedo. opinabatur quòd amicitia, quando dominatur, facit entia esse vnũ: & ideo lis est necessaria in multiplicando & dispargendo, & amicitia in adunãdo. D. dedit inopinabile contingens ex illis, & d. Accidit igit ex hoc sermone, vt Deus &c. i. & cõtingit Empedocli in hac opinione, vt deus sit minoris scientiæ alijs. Scientia enim apud ipsum, & alios Antiquos fit per simile. Dicunt enim q̃ terra cognoscitur per terram, quæ est in nobis, & aqua per aquam, & amicitia per amicitiã, & lis per litem: sed in Deo non est lis: ergo non cognoscit litem, neq; quod fit ex ea: ergo est minoris scientiæ omnibus entibus. Deinde dicit. Manifestum est igitur q̃ accidit ex suo sermone, &c. i. contingit igitur ex sermone Empe. dicẽtis q̃ his est causa corruptionis, vt his sit causa corruptiõis, ipsa et amicitia. D. dedit causam propter quã accidit, vt amicitia sit causa corruptionis, et d. qm̃, cũ congregata fuerint aliqua in vnũ, corrũpẽtur alia. D. d. & cũ hoc Empe. nõ narrauit, & c. i. & cũ hoc, q̃ iste homo ponit causas mouẽtes, tñ nõ põt dare nobis causas generatiõis & corruptionis. Quęrit̃. n. ab eo quare amicitia agit in aliqua hora, & his in alia. tunc enim cogetur ad dicẽdum sermonem negantium causam agentem, qui dicunt q̃ natura entium quęrit de necessitate generationem & corruptionem. Deinde induxit sermonem eius, ex quo contingit hoc, & d. & fixit

Delectatio, fm q̃ est delectatio, non est causa permanentię alicuius rei. Cibus, & potus non sunt necessarij, nisi vt restaurent corruptum.

xit quòd cùm his maxima, & cæter. ideſt & iste homo in rei veritate nullam causam dedit in generatione. D. enim q̃, cùm his maxima impositа est in mẽbris aliorum, tũc mẽbra eius fuerunt generata: quia distinguit vnum congregatum, deinde in fine tẽporis venit ad corruptionem propter litem. Secũdum igitur hunc sermonem contingit vt res generentur per se, & corrũpantur per se. et sic nihil, p̃dest ponere hanc causam mouentẽ in generatione et corruptione, sed erunt sicut illi, qui non ponũt in generatione, neq; in corruptione causam mouentem omnino, & sunt dicẽtes materiã. D. d. neq; narrauit quæ ẽ causa huiusmodi necessitatis, &c. i. & fm hoc sermo eius erit imperfectior sermone dicẽtium necessitatem esse. Illi enim dicũt necessitatem, & dant causam necessitatis, & est materia: iste autem nullam causam dedit, quasi causa necessitatis esset manifesta per se. D. d. & non fingit, q̃ quędam entia corrumpuntur &c. i. et non est opinio Empedo. q̃ quędã entia sunt corruptibilia, & quędam non, sed opinatur q̃ oĩa corrumpuntur præter elementa. & dixit hoc, quia quæstio, de qua loquebatur, nõ accidit nisi ponẽtibus duos modos entium, s. corruptibilem & incorruptibilem: et causæ eorum sunt eædẽ. Et, cùm declarauit q̃ ista quęstio non contingit Empedo. nisi inquantum ponit principium primum incorruptibile, quia in eo nõ est lis longo tempore, nõ incorruptibile simpliciter, reuertitur modo ad quæstionem nostrã, s. quare quædam entia sunt corruptibilia, & quædam non, cùm habeant eadem principia. & quod diximus de impossibilibus contingẽtibus huic positioni sufficit. D. neq; dicere impossibilia contingentia sermoni contradicentis, s. si principia fuerint diuersa, et d. Si autẽ principia, &c. i. & si posuerimus q̃ principia rerum corruptibilium sunt alia à principijs rerum incorruptibilium, cõtingit nobis quæstio difficilis: & est, vtrum principia corruptibilium sint corruptibilia, aut incorruptibilia. Manifestum est enim, si principia corruptibilium fuerint corruptibilia, q̃ sunt ex alijs principijs necessario, quoniam omne corruptum dissolvitur in ea, ex quibus componitur. Si igitur principia rerũ corruptibilium fuerint corruptibilia, necessario habẽt principia. & accidit ex hoc impossibile: & est q̃ principia habent principia. et hoc procederet in infinitum, & facient entia infinita esse in actu essentialiter. D. d. Et etiam, si principia non corrumpãtur, &c. i. &, si principia rerum corruptibilium sunt incorruptibilia, sicut principia incorruptibilium, qua de causa fiunt à principijs incorruptibilibus quædam incorruptibilia, & quædam corruptibilia, hoc. n. aut est impossibile, aut indiget maximo sermone ad causam illius dandam. Et, quia d. difficultatem contingentem positioni principiorum rerum corruptibilium & incorruptibilium esse diuersa, d. Et etiã nullus dixit, &c. ideſt, & propter apparentiam impossibilium contingẽtium positioni principiorum diuersorum, s. incorruptibilium & corruptibilium, tta q̃ quædam agant corruptionem, & quædam permanentiam, ideo nullus Antiquorum dixit hoc esse, sed dixerunt q̃ principia omnium sunt eadem, & laborauerũt perficiendo de quæstione difficili, quam diximus. & dixit hoc vilipendendo dicentes duos Deos esse, quorum vnus agit bonum, & alius malum.

Omne corruptũ dissolvitur in ea, ex quibus componitur.

Vilipẽdendi sunt dicẽtes duos ẽ Deos, quorum vnº agit bonũ, alius malum.

Caput Quintũ. An ens et unũ sint rerũ substantiæ.

OMniũ autem & ad speculandum difficillimũ, & ad cognoscendã veritatẽ ma-

ximè necessarium est, vtrum ipsum ens, et ipsum vnum substantiæ entium sint, & non aliquid aliud vtrunq; eorum sit, sed hoc vnum, illud verò ens sit: aut oporteat quid nam sit ipsum ens, & ipsum vnum quærere, tanquam altera natura subiecta. Quidam enim illo, qui dam verò hoc modo putant naturam habere. Plato nanq;, ac Pythagorici non esse aliud quid ipsum ens, nec ipsum vnum aiebant, sed hoc eorum naturam esse tanquam substantia idem vnum, & ens esset. Qui autem de natura tractarunt, vt Empedocles, tanquam in magis cognitum reducens, dicit quòd vnum est ens. videri nanq; possit dicere hoc amicitiam esse. causa enim hæc omnibus est, vt vnũ sint. Alij verò ignem, & alij aerem aiunt ipsum vnum, & ipsum ens esse, ex quo entia & esse & facta esse. Similiter, & qui plura elementa ponunt. necesse enim & his est tot esse dicere ipsum ens, & ipsum vnum, quot aiunt principia esse. Accidit autem, si quis non ponet esse aliquam substantiam ipsum vnum, & ipsum ens, nec aliorum vniuersalium quicquam esse. hæc enim vniuersalia maxime omnium sunt. Quòd si nõ est aliquid ipsum ens, & ipsum vnum, multo minus quicquam aliorum sit, præter ea, quæ singularia dicuntur. Item, si ipsum vnum non sit substantia, patet quòd nec numerus erit tanquam natura alia separata ab entibus. numerus enim vnitates, vnitas verò vnum quid est. Quòd si quid est ipsum vnum & ipsum ens, necesse est eorum substantiam esse vnum & ens. non enim aliquid aliud vniuersaliter prædicatur, sed eadem ipsa. At verò si quid erit ipsum ens, & ipsum vnum, magna dubitatio est, quonã modo aliquid aliud præter hæc erit. dico autem quomodo entia erunt plura vno. quod enim aliud ab ente est, non est. quare secundum Parmenidis rationem necesse est accidere omnia entia esse vnum, & hoc esse ens. Vtroque autem modo difficile est. siue enim vnũ non sit substantia, siue ipsum vnum sit, impossibile est numerum esse substantiam. Si igitur non sit, dictum est prius quare. Si autem sit, eadẽ de ente dubitatio est. ex quo enim & præter ipsum vnum erit aliud vnum, necesse profectò est nihil esse. omnia verò entia, aut vnum, aut plura, quorum vnumquod que vnum est. Item, si ipsum vnum indiuisibile, secundum quidem Zenonis positionem nihil vtique fuerit. Quod enim neque additum, neque demptum facit aliquid maius, id non esse entium aiunt, tanquam ens magnitudo sit. & si magnitudo corporalis: hæc nanque omniquaque ens. cætera verò

7 Cum declarauit quòd ista scientia consyderat de ente, & omnibus attributis ei, vult perscrutari etiam vtrum ista scientia habeat consyderare de primis propositionibus vniuersalibus, quæ sunt principia omnis demonstrationis. & si habet, quomodo vtitur in eis, & quibus propositionibus. & est vna quæstionum prædictarum in tractatu præcedenti. Et d. Et quærendū est, vtrum, &c. ideſt & oportet perscrutari Philosophum, vtrum vna scientia habeat consyderare de principijs vniuersalibus omnibus scientijs speculatiuis, & consyderare de substantia: et sic erit ista scientia consyderans de hoc, sicut consyderat de substantia: aut scientia, quæ consyderat de principijs cognitionis vniuersalis, est alia scientia, quæ consyderat de principijs substantię. Deinde d. Manifestum est igit, &c. ideſt dicamus igitur quod manifestū est ex hoc, quod dico, quòd consyderatio de istis principijs est vnius scientiæ, scilicet istius, quæ est scientia Philosophi. Ista enim principia sunt communia omnibus generibus entium, de quibus consyderant artes speculatiuæ. & quod est commune omnibus generibus entis est accidentium entis secundum quòd est ens: & quod est tale, debet consyderari ab eo, qui consyderat de ente simpliciter, scilicet Philosopho. Et, quia omnis scientia vtitur aliquo proprio, & tam d. quòd omnes scientiæ vtuntur istis, incœpit dicere modum, secundum quem scientiæ particulares vtuntur istis principijs vniuersalibus, & d. & omnes scientiæ vtuntur istis, &c. ideſt & scientiæ particulares vtuntur his principijs, quia sunt entis, secūdum quod est ens, quod est genus omnium. Et, quia aliquis potest dicere, quomodo scientiæ particulares vtuntur re, quæ non est sui generis, incœpit declarare modum, quem declarauit i Posterioribus, & d. & scientię vtuntur istis secundum quantitatem, &c. ideſt & scientię particulares vtuntur quolibet istorum principiorum vniuersalium, non secundum quòd sunt vniuersalia, sed secundum quantitatem sufficientem illi scientiæ, secundum quòd arctantur ad subiectum proprium, de quo consyderat illa ars: sicut dicit in Posterioribus. verbi gratia quia Geometra dicit in loco huius, de nullo simul affirmatio & negatio, illud, quod est appropriatum suo subiecto, quòd scilicet omnis linea est symetra aut assymetra, & æquale similiter aut inæquale non sunt secūdum collocationem specierum sub vno genere, sed secundum collocationem proprī sub communi. & hoc, sicut declaratum est in Posterioribus. Deinde d. Manifestum est igitur quòd istę dignitates, &c. ideſt, & cùm omnis scientia cōsyderat de istis principijs modo proprio, manifestum est q; scientia, quæ vtitur eis per se, & generaliter, est vniuersalis omnibus scientijs: & est Philosophia. Deinde d. & ens communicat, &c. ideſt, & communicat istis principijs in cognitione eius. qui enim scit ens, scit illud ex istis principijs. necessaria enim est in cognitione entis principiorum cognitio. D.d. Et ideo nullus consyderantium, &c. ideſt, & quia scientia istorum est vniuersalis, nullus loquentium in scientijs particularibus intromisit se ad loquendum de eis, sed tantum quidam Naturales locuti sunt de istis. existimant enim q; sua scientia est vniuersalis, quæ debet cōsyderare de ente secundum quòd est ens. et causa huius existimationis est, scilicet quòd nullum est ens nisi naturale. D.d. Sed, cùm aliqua scientia fuerit magis alta, ideſt, sed cùm declaratum est quòd alia scientia est magis alta, & magis communis scientia Naturali: & illa debet consyderare de ente abstracto, & de entibus abstractis, quoniam scientia Naturalis non consyderat nisi in quibusdam generibus entium, s. mobilibus: necesse est vt ista scientia perscrutetur de istis principijs & propōnibus. & hoc intēdebat, cū d. & ideo consyderandū est de istis, &c. Et intendit per primam substantiam primum principium substantiarum, & est Deus. & scientia Naturalis non est ista scientia, quia non consyderat de primo ente. Primum autem hic est illud, quod est prius esse & nobilitate & causalitate.

Trio Posteriorum tex. cō. 24.

Naturalis scientia consyderat de primo ente, quod quo intelligendum sit, vide primo Phy. cō. 8. vltio. & 2. Phy. 26.

Quæcunque vero quidam eorum, qui de veritate dicunt, quo nam modo oportet admitti, dicere conantur, propter ignorantiam Resolutiuorum hoc faciūt. oportet enim accedere hæc edoctum, sed nequaquam, dum audiunt quærere. Quòd itaque Philosophi, & eius, qui de tota substantia, quoad natura fert, speculatur, etiam de principijs syllogisticis est

cis est consyderare, manifestum est. Decet autem illum, qui maxime circa quodque genus cognoscat, ut dicere habeat certissima rei principia. quare & illum, qui de entibus, prout entia, omnium certissima. hic autem est Philosophus. Omnium autem certissimum principium est, circa quod impossibile est mentiri. Notissimū etenim, vt huiusmodi sit, necesse est. circa nanque illa, quæ non cognoscunt, decipiuntur omnes. Et non ex suppositione. quod enim necesse est illū habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non est suppositio. quod autē cognoscere illū necesse eli, q; aliqd cognoscat necesse est, vt veniat habens illud. Quòd igit tale principium oium certissimum est, patet. Quid aūt illud sit, deiceps dicamus.

Oium certissimum principiū est, circa quod impossibile est mentiri.

Quidam autem loquentes intromittunt se ad declarandum veritatem, & quomodo scienda est veritas: sed non possunt hoc, quia nesciunt Analytica. sed oportet addiscentem verum primo scire ista, & non quærere ea, cū quæretur ab eo de eis. Manifestum est igitur ex istis principijs quòd Philosophus debet consyderare de rebus, quæ sunt magis altæ omnibus substantijs in rei veritate, & debet perscrutari de principijs syllogismi. & qui habet cognitionem alicuius generis debet posse narrare, quæ sunt principia illius generis permanentia in rei veritate. & ideo oportet illum, qui habet cognitionem entium simpliciter, vt possit narrare quæ sunt principia eorum in rei veritate. Philosophus autem habet cognitionem entium simpliciter, & ipse potest narrare principia vera. Et primum in rei veritate, quod est magis permanēs quàm alia principia, est illud, in quo deceptio non est possibilis. Necesse est enim vt, illud principium sit valde manifestum, & notum. homines eni non decipiuntur, nisi in eo, quod nesciunt. Et oportet illum, qui habet cognitionem alicuius entis, scire primum in rei veritate sine anaron. hoc enim primum non habet anaron, sed necesse est concedere illud illum, qui habet cognitionem entis. hoc enim necessarium est ei. Manifestū est igitur quòd primum verum permanēs magis quàm alia principia est, quod narraturus. Et paulo post narrabimus, quod est primum.

S

Trio Poste. tex. cō. 6.

Cùm declarauit, q; ista scientia habet cōsyderare de principijs cognitionis, vult declarare modum cognitionis, qui est possibilis principijs, & modum, qui est impossibilis. &. d. Quidam autem loquentes, & certi quidam autem loquentes in scientijs speculatiuis volunt demōstrare primas propositiones, et isti sunt, quos dixit in Posterioribus, quibus contingit aut circulo, aut demonstratione procedere in infinitum. D.d. & quomodo scienda est veritas. i. quærebant quibus propositionibus, & quibus principijs oportet scire verum existens in primis propositionibus. & hoc non possunt, quia nō intuentur propositiones manifestiores primis: & etiam quia contingit eis, aut circulo, aut demonstrationem procedere in infinitum. Et causa erroris eorum fuit; quia nesciunt quod dictum est in Analyticis de disputationibus primarum propositionum, & de differentia illius, quod est notum per se, & illius, quod est notum per aliud. Deinde dicit modum, qui tenendus est ab addiscente veritatem de istis principijs, & d. sed oportet addiscentem, &c. ideſt sed quærens veritatem de istis principijs debet scire modos eorum, & in quo differunt ab aliis. & hoc erit, cum fuerint parata, & nota apud ipsum, cùm quæsitus fuerit de eis, & non sint indigens quærere ea. Deinde incœpit dicere quòd Philosophus debet consyderare de istis, & dicit. Manifestum est igitur ex istis, &c. ideſt manifestum est quod, quemadmodum Philosophus debet consyderare de prima substantia, quæ est aliorum omnibus substantijs, sic habet etiam consyderare de rebus, quæ sunt magis veræ, quàm aliæ & magis altæ, scilicet de principijs syllogismi. syllogismus enim est vnum entium, de quibus consyderat Philosophus: & Philosophus debet consyderare de principijs entium. Deinde incœpit declarare hoc alio modo, & d. & ideo oportet illum, qui habet cognitionem, &c. ideſt, & quemadmodum oportet habentem cognitionem alicuius generis, vt habeat posse ad tenendum principia cognitionis in illo genere, & ordines eorum in cognitione, sic oportet cōsyderantē in ente fm q; est ens hīe posse ad tenendū principia cognitiōis in eo q; est cognitio, nō principia alicuius cognitionis. D.d. Et primum in rei veritate, quod est, etc. i. & oportet scire primum ex istis principijs quod est magis manifestum omnibus: & illud primum est, in quo est impossibile decipi, aut errare. Et hoc, quod dixit, manifestum est, quemadmodum enim oportet Philosophum attribuere quodlibet genus generum entium alicui posi in illo genere, & scire quid est illud primum, ita oportet ipsum, cùm consyderauerit de primis propositionibus, attribuere omnia, quæ sunt in illo genere alicui primo in eis, & scire quid est illud primum, quod est &c. ideſt primum omnibus. Deinde d. Necesse est enim, &c. ideſt sed primum, & c. ideſt & descripsimus primum in conclusione, quod est illud, in quo impossibile est decipi, quia necesse est vt illud primum sit valde manifestum, & clarum nobis magis, quàm alia. & quod est impossibile est, vt aliquis decipiatur in eo, omnes homines non decipiuntur nisi in eo, quod nesciunt. i. in eo, cuius cognitio non est valde manifesta. Et d. & oportet illū, qui habet cognitionem, &c. ideſt & oportet illum, qui scit primum, vt sciat verum quod habet contradictorium contradictionem enim primi est falsum. Deinde d. sed necesse est concedere, &c. ideſt, quia ex eo acquiritur cognitio entium, & vniuersaliter omnis habens scientiam, aut fingens se habere, necesse est et concedere hoc principium esse. Deinde d. Manifestum est igitur quod primum verū, &c. ideſt &, cum hoc declaratum est, manifestum est quòd primum verū, quod est magis verum omnibus aliis, debet dupliciter secundum quod diximus, scilicet quod sit impossibile vt declaretur per aliud. et vt sit manifestum maxime, ita quod nulla deceptio accidat in eo. et post declarabitur quod principium est tale.

Trio Poste. tex. cō. 6.

Idem enim simul inesse & non inesse eidē, & secundū idem, impossibile est. & quæcunq; alia annotare mus, sint ad Logicas difficultates annotata. hoc autem omnium est principiorum certissimum. habet etenim dicti an

notationem. Impossibile nāq; est quempiam idem putare esse & non esse, quemadmodū quidam Heraclitum dicere arbitrabantur. nō enim necesse est quæcunq; quis dicat, ea etiā putare. Quòd si non contingit inesse eidem contraria: annotentur autem à nobis etiam huic propositioni consueta, contraria vero opinio opinioni est, quæ contradictionis est. Et patet quòd impossibile est simul eundem idem arbitrari esse, & non esse. simul etenim haberet opiniones cōtrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonstrantes ad hanc vltimam opinionē reducunt. natura etenim hæc cæterarum quoq; dignitatū omnium principium est.

Caput Secundum. Disputatio contra eos, qui contingere idem esse, & non esse dicunt, & ita arbitrari.

SVnt autem quidam, qui, vt diximus, ipsi quoq; dicunt, contingere idem esse, & nō esse, & ita arbitrari. vtuntur autem hac oratione multi quoque eorum, qui de natura tractant. Nos autem nunc accepimus, tanquam impossibile sit, de eodē simul esse & non esse. & per hoc monstrauimus, quòd certissimum hoc cunctorum principiorum est. Conantur autem quidam hoc quoq; probare, propter ignorantiam. Est etenim ignorantia, nescire quorum oportet quærere demonstrationem, & quorum non. etenim omnino impossibile est omnium esse demonstrationem. in infinitum nanque progrederetur: quare nec hoc modo esset demonstratio. Si autē aliquorum non oportet quærere demonstrationē, quod magis principium esse tale iudicarent, dicere non haberent. Est autem etiam de hoc demōstrare, redarguendo quòd impossibile est, dummodo aliquid dicat, qui dubitat. Quòd si nihil, ridiculum est quærere rationē ad eum, qui nullus habet rationem, quatenus nullam habet rationem. similis nanque plantæ talis est, prout talis est. Demonstrare vero redarguendo, dico differre à demonstratione. quia qui demōstraret, videretur petere quod à principio. cùm autem alia huiusce causa sit, redargutio, & non demonstratio.

Sed oportet nos distinguere primo, quòd impossibile est vt vnum sit in duobus simul, & omni modo, & alia similia istis, quæ erunt distincta à nostra indigentia in quæstionibus Logicis difficilibus. hoc igit est primū, qd est magis firmum oibus principijs. in eo enim est distinctio dicta. Nullus enim hominū posset existimare q̄ affirmatio & negatio sunt idē, sicut quidam existumant q̄ Heraclitus dicebat. nō enim est necesse q̄ illud, qd aliquis dicit, existimetur esse verum necessario. Quoniam, si hoc fuerit sic, possibile erit vt cōtraria sint in eodem. & ideo oportet nos distinguere primo i hac propositione etiā quod assueti sumus distinguere. quoniam, si cōtradictoria opponuntur sibi adinuicem, manifestum est q̄ impossibile est vt aliqs existimet vt affirmatio & negatio sint insimul. cōtingit. n. peccantibus hoc peccato opinari quòd contrarietas est simul. Et ideo omnes, qui vtuntur hac demonstratione, perueniunt ad hāc dignitatem per vltimam. ista enim dignitas prior est omnibus dignitatibus vniuersalibus cōmunibus naturatis. Et quidam, sicut diximus, fingunt posse esse existimare q̄ affirmatio & negatio sint simul idē, sicut narrauimus & dicunt hoc multi Naturales. Nos autem iam diximus q̄ impossibile est vt affirmatio et negatio sint simul. & ideo declarauimus q̄ hoc principium est firmissimum omnium principiorum. Et quidam laborant ad declarandū hoc primū per demonstrationem propter suam ignorantiam, & paucitatem suę instructionis. Est enim male instructus, qui nescit in quibus oportet quærere demōstrationem, & in quibus non oportet. impossibile enim est vt demonstratio sit in omnibus rebus vniuersaliter. quoniam, si hoc esset possibile, tūc res essent infinite: & secundum hunc modum non erit demōstratio etiam. Si autem sunt aliqua, de quibus oportet quærere, & aliqua, de quibus non oportet quærere demonstrationem, neque potest aliquis dicere quòd aliud principium est sicut istud principium, sed neque aliud prius eo. Et possibile est, vt aliquis accipiat demonstrationem secūdum modum erroris, quòd hoc est impossibile si aliquis dicat à quo quæritur in hoc. Si autem nihil dicit, rectum est deridere illum querentem sermonem, à quo nullum sermonē habet. quoniam qui est talis, similis est plantis in hac dispositione, secūdum quam est. Et, si finxerit quòd differentia est inter demonstrationem secundum hunc modum erroris, & demonstrationem simplicem, quia ille, qui inducit demonstrationem, si existimauerit quòd inducit eam ex primo noto, & causa est aliud, hoc erit error, & non erit demonstratio. & omnia ista sunt concessio, quòd sermo aut affirmat aliquid, aut negat aliquid.

Ignorantia quid.

Cùm dispositum primum, quod est manifestius oibus dispositionibus proprijs sm q̄ est primum in cognitione, incepit notificare quid est hoc primum, et d. Sed oportet nos, &c. t. & cum declaratum est q̄ Philosophus debet cōtyderare in principijs cognitionis, manifestum est q̄ primo debet distinguere primum. q̄ si homo

Sine principio non posse est philosophari.

homo nō concesserit, t possibile est philosophari. & est q̄ impossibile est, vt duo opposita sint simul, & eodē modo alia principia similia istī in cognitione. ver. g. q̄ dictiones habent significationes terminatas, et q̄ definitiones sunt necessariæ. D. d. hoc igitur est primū qđ est magis firmum omnibus principijs, &c. t. et principium, dicens q̄ duo opposita non congregantur simul in eadem re, & eodem modo, est primum, et manifestius oībus principijs. illud. n. contingit dispositionibus, quibus primū dispontur. Est enim manifestius omnt propositione, & nullus decipit̄ in ea, & nulla demonstratio est demonstratio, nisi concedendo istam propositionē. D. d. Nullus. n. hominum, &c. t. & dixi mus q̄ istud primū est illud primum, q̄ posuimus. qa impossibile est vt aliquis decipiat in hoc primo. q̄ affirmatio & negatio sint idem, sicut dicitur q̄ Heraclitus opinabatur hoc. D. d. non. n. est necesse, &c. i. et sermo istius hominis non est verus. non. n. omne, qđ existimatur, & dicitur, debet esse verum, adeo q̄ homines credantur in duobus in vtroq; contradictorio. D. d. Quontā, si hoc fuerit sic, &c. idest quontā, quando aliquis existimauerit aliquid esse, & alius existimauerit illud non esse, et vtrunque fuerit verum, tunc negatio & affirmatio erūt simul in eodem. D. d. & ideo oportet nos distinguere primo, &c. idest & ideo oportet nos dicere, in defendendo hāc propositionem, illud, quod assueti sumus dicere. quoniam manifestum est per se quod affirmatio & negatio non congregantur insimul. D. d. contingit enim peccanti, &c. idest contingit enim dicenti hoc, opinari quòd duo contraria existant simul in eodem actu. ver. grā quòd idem est calidum & frigidum simul, & ens non ens. quod est impossibile. D. d. Et ideo omnes, qui vtuntur demonstratiōe, &c. t. & testatur huic opinioni hoc, quòd omnis, qui vtitur demonstratione, & vniuersaliter syllogismo, ponit hanc dignitatem, s. quod contradictoria non congregantur, & ideo ista dignitas est prior omnibus dignitatibus, & communis naturaliter omnibus. impossibile enim est vt disputatio, aut ratiocinatio fiat sine illa. Deinde dicit. Et quidam, sicut diximus, etc. idest, sicut diximus, quidam existimāt quòd idem est negatio & affirmatio. & ideo declarauimus quòd hoc principium est firmus omnibus principijs, scilicet quòd, si isti non negarent hoc principium, non loquerentur de eo. sed, quia destruens hoc principium destruit Philosophiam, oportet tollicitari in defendendo ipsum. Sed, quia hoc non potest demonstrari, sed tantum homo vtitur in defensione eius sermonibus veris, & valde probabilibus, quos nullus potest negare, & quidam errant in hoc, & existimant ipsum posse demonstrari, dicit. Et quidam laborant, &c. idest & quidam existimant possibile esse demonstrare hanc propositionem, dicentem quòd duo contraria non congregantur. & hoc contingit eis, quia non fuerunt instructi per Dialecticam: & quia ignorant differentiā inter ea, quæ indigent demonstratione, & inter ea, quæ non indigent demonstratione. Deinde d. impossibile enim est, &c. t. & d. q̄ impossibile est hoc principium demonstrari. qm̄, si hoc principium, quod est manifestissimum omnium principiorum fuerit demonstratū, necesse est vt omnia vniuersaliter habeant demonstrationem. Et, si principia demonstrationis habeant demonstrationē: & omnis demonstratio fiat ex principijs: necesse est vt omnis demonstratio habeat demonstrationem, & vt procedat hoc in infinitum. & sic nulla demonstratio erit. & ideo dixit. & sm hūc modum non erit demonstratio, t. sm processum in infinitum. D. d. Si autem sunt aliqua, de quibus oportet quærere, &c. t. si autem posuerimus q̄ quædam sunt, de quibus fit demonstratio, & quædam de quibus impossibile est vt fiat demonstratio, impossibile est vt aliquis inducat demonstrationem, q̄ hoc principium est verum: nisi sit demōstratio errans, si ille, qui hoc dicit, dicat aliquid, i. aliquod intelligibile. Et d. hoc, quia, cū dixit aliquod intelligibile, posuit hoc fundamentum, s. q̄ duo opposita non congregantur insimul. D. d. Et, si finxerit, &c. & dicit hoc, quia qui non cōcedit hoc fundamentum, non potest dare fundamentum veri, neq; errans. qui enim intelligit demonstrationem errantem, cātum errat in hoc, quia accipit hoc, quod non est causa procausa. & ideo negans hoc fundamētum, non potest facere demonstrationem, neq; modum erroris. & cū ita sit, tunc inter istas duas demonstrationes non est differentia in hoc, adeo q̄ aliquis fingat esse possibile demonstrationem fieri de hoc fundamēto sm modum erroris. quoniam, cùm duo opposita fuerint vera, nullus erit omnino demonstrator.

Principium vero ad hęc omnia * nō petere vt aut esse aliquid, aut nō esse dicat (hoc enī fortassis aliqs esse putaret quod à principio petere) sed aliquid significare et sibi ipsi & alteri. hoc enim necesse est, si quidem aliquid dicat. Quòd si non, talis non esset sermo, nec sibi ad seipsum, nec ad alium. Si autem aliquis hoc concedat, erit demonstratio. iam enim erit aliquid determinatū. attamē nō qui demōstrat, sed qui sustinet, causa est, tollens enim orationem, sustinet orationē. * Primo igitur manifestum est hoc ipsum verū esse, quod nomen esse hoc, aut nō esse significat. quare nō vtiq; omne ita, & non ita se habet. Item si homo vnum significat, sit hoc animal bipes. dico aūt vnum significare hoc si hoc est homo, si quid hō sit hoc est homini esse. Nihil autē differt, etiam si plura quis significare dicat, solum aūt sint determinata: imponeretur etenim cuilibet orationi aliud nomē. dico autem utputa, si non dicat hominem unum significare, sed multa, quorum unius quidē una oratio, animal bipes, sint autem cæteræ quoq; plures, determinatæ; uero numero. imponeret eteni proprium nomen secūdum quāq; orationē. Quòd si non imponeretur, sed infinita significare dicat, manifestū est quòd non esset oratio. nō vnum enim significare nihil est significare. nominibus vero nō significātibus, perit ipsa requera dispu|atio, & adinuicem, & ad seipsum. nihil enim intelligere contingit nihil vnum intelligentes. Quòd si contingit, imponetur nomen huic rei. vnum.

Primum igitur omnium istorum est cōcedere q̄ sermo aut negat aliquid, aut affirmat aliquid. & dignum est existimare quod hoc primum solum manifestum. Et necesse est vt sermo loquētis sit signum de aliquo apud ipsum, & apud alīū, si aliquid dicit. Quoniam, si hoc non fuerit, non poterit disputare neq; secum, neq; cum alio. Si igitur aliquis cōcesse-

* 2. l. legit affirmatiue, sed melior negatiua ut Alex.

* Ex Alex adde hæc, quæ refert q̄ hoc concessit, cum ei ita videretur de ratione demonstrationis, quare nō vtiq; hoc, & non ita se habet.

rit hoc, erit demonstratio. concedet enim aliquid esse terminatum finitum. & causa essendi hoc est inducens demonstrationem. sed ille, cui contingit concedere quòd negat loquelam, contingit ei concedere loquelã. Manifestum est igitur primo ꝙ iste sermo est vetus. nomen enim est signum ad affirmãdum aliquid aut negandum. &, si ita sit, affirmatio alicuius, & negatio non est simul. Et etiam, si hoc nomen homo significat vnũ, sit illud vnũ animal bipedale, & dico ꝙ hoc nomen homo significat hanc vnam intentionem, si dicitur hoc esse hoiem, ſm ꝙ est homo in rei veritate. Et, si aliquis dixerit ꝙ hoc nomen significat multa, sed illa sunt terminata, non erit differentia inter sermonem eius, & inter primum sermonem. impossibile enim est ponere multa nomina de vnaquaq; rerũ nomen conueniens definitioni rei. ver. g. si aliquis dixerit ꝙ hoc nomen homo non significat vnum, sed multa, & ꝙ vnumquodq; illorum multorum habet definitionem, & habet rationem, dicentẽ animal bipes, & finxerit ꝙ hoc nomen homo significat illud, quod definit per hanc rationem, & alia multa, quæ definiuntur p alias rationes, sed illa sunt terminata numero, dicemus ꝙ possibile est ponere nomẽ proprium vnicuiq; istorum, ſm ꝙ contingit suæ definitioni. Si autem aliquis dixerit ꝙ impossibile est ponere nomen proprium vnicuiq; istorũ, ſm ꝙ conuenit definitioni eius, & finxerit ꝙ vnum nomen significat multa infinita, manifestum est ꝙ illud nomen non est definitio oĩno. quod enim non significat vnum non significat aliqd & si noia nihil signãnt, destruetur sermo, & loquela inter nos: & in rei veritate destruetur nostra consyderatio. qui. n. non intelligit aliquid esse vnum, impossibile est vt aliquid intelligat omnino. Qui autem intelligit aliquid esse vnum, possibile erit vt ponat vnum nomen huic alicui intellecto.

10 Et dignum est existimare ꝙ hoc, &c. i. sermo, ꝙ negare & affirmare non congregantur insimul. D. d. ratione super hoc, à qua aliquo modo non potest negans hoc euadere, et d. Et necesse est vt ſmo loquẽtis, &c. t. dicamus igitur ꝙ necesse est homini concedere ꝙ sermo dicentis, t. ꝙ sua loquela signãt illud, ꝙ est in eius anima apud ipsum, & apud ipsum, cum quo loquitur. sed ille, qui loquitur, dicit aliquod intelligibile, ꝙ si illud, qđ dicit, nõ fuerit itelligibile apud ipsum, & apud audientem nõ fit disputatio, neq; ad ipsum, neq; ad alterum. D. d. Sr igitur aliquis concesserit hoc, &c. i. si igit aliquis concesserit ꝙ dictiones habent proprias signiſicationes, concedit demõstrationem esse, & hoc principium esse, super quod tundat demonstratio. concedit. n. quod dictiones significant res terminatas finitas, & non diuersas res, * non oppositas, sicut contingit dicenti quòd affirmatio & negatio sunt idem, v. g. homo & non homo. D. d. & causa essendi, &c. t. & causa fidei huius, s. hoc principium esse, est ille, qui inducit demonstrationem ad negandum ipsum. quoniam negando demonstrationẽ contingit ipsum dicere demonstrationẽ esse. D. d. sed ille, cui contingit cõcedere, &c. ideſt sed contingit ei cõcedere illud, quod negauit. qui enim negat loquelam, contingit ei cõcedere loquelam esse. non enim negat loquelam nisi per loquelã. loquela enim nõ significat aliquid, nisi cõcedendo quòd duæ contradictoriæ non congregantur, & quòd nomina significant res terminatas. D. d. Manifestum est igitur primo quòd iste sermo, &c. t. & si dictiones nõ habent significationes itelligibiles, necesse est ut dictio sit, quę significat affirmationem alicuius, et dictionem, quę significat negationem eius. & sic affirmatio & negatio alicuius non erit insimul, t. nõ significant idem. Et, qæ disputatio istorum fundatur super hoc, quòd dictiones habent significationes terminatas propter hoc quòd intentiones sunt terminatæ, incœpit declarare hoc, &c. d. Et etiam, si hoc nomen homo, &c. i. & si hoc nomen homo significat vnam intentionem: et illa intentio habet definitionem: sit igitur illa definitio animal bipes. & quia hoc nomen homo dicitur per transumptionem de homine picto, d. & dico quòd nomen homo, &c. i. & dico quòd hoc nomen homo significat vnam intentionem, cùm fuerit acceptum ſm veram intentionem, ad quam fuit positum, s. ad animal rationale, cùm non fuerit acceptum ſm transumptionem. tunc. n. significabit intentiones plures vna. D. d. Et, si aliquis dixerit quòd hoc nomen, &c. i. & si aliquis dixerit quòd vnumquodq; nominum habet plures intentiones: sed illæ intentiones sunt terminatæ in numero: nulla erit differentia inter hunc sermonem, & sermonem dicentem quòd vnumquodq; nominũ significat vnam intentionem. qm̃, quando aduersarius concesserit nomina non causas esse significantia multa, sed terminata in numero, possibile erit vt vnum nomẽ proprium significet vnumquodq; illorum multorum. & sic erunt nomina, quorum vnumquodq; significat vnam intẽtionem conuenientem suę definitioni. D. d. exemplum, & d. v. g. &c. ideſt v. g. vt aliquis dicat quòd hoc nomen homo significat multas intentiones non vnam, et vna aliarum intẽtionum definitur quòd est animal bipes, & vnaquęq; illarum intentionum, quas significat hoc nomen homo, habet definitionem, dicemus quòd ſm hoc possibile est ponere vnicuiq; illarum intentionum nomen ſm suam definitionem. & sic erunt intentiones, quas significant nomina, & definitiones vnæ. D. d. Si autem aliquis dixerit, &c. t. si autem aliquis dixerit quòd impossibile est vt nomen significet unam intentionem, sed infinitas, manifestum est quòd cõtingit et dicere quòd nomina nõ habent definitiones omnino. D. d. quod. n. non significat vnum, non significat aliquid. t. qm̃ quod significat infinitum, non habet naturam terminatam. & quod est tale, non est terminatum. & quod non terminatur, non significat aliquid. D. d. & si nomina, &c. t. & cum nos non intelligimus vnam intentionem, tunc nullum nominum significabit vnam intentionem. &, cum nomina non significabunt vnas intentiones, destruetur consyderatio & disputatio. & similiter, cùm non intellexerimus vnam intentionem, destruet consyderatio inter nosmet apud cognitionem. qui. n. non intelligit aliquid esse vnum, impossę est vt intelligat aliquid oĩno, aut vt cogitet in aliquo omnino. D. d. qui autem intelligit aliquid esse vnum, &c. & hoc, quod dixit, manifestum est: qm̃ qui ponit nomen, quod signãt intentionem vnã, intelligit vnam intentionem esse. & ꝙ intelligit vnã intentionẽ esse, põt ponere nomẽ significãs illã intentionẽ. qui aũt nõ intelligit vnã itentionẽ, nõ põt ponere nomẽ oĩno.

* a. l. nedum

Nomen

Nomen itaq;, vt à principio dictum est, sit aliquid significans, et vnum significans. Non potest igitur homini esse significare id, quod non est homini, si homo quidem non solum de vno, sed etiam vnum significat. Nõ enim hoc dicimus vnum significare, quod de vno. hoc enim modo musicum etiam, & album, et homo vnum significarent. quare vnum omnia erunt. vniuoca nãq;. & non erit esse & nõ esse idem, nisi secundum æquiuocationem, sicuti si quem nos hominem nominamus, alij non hominem vocarent. Quod autem dubitatur, nõ est hoc, si contingit simul idem esse, & nõ esse hominem nomine, sed re. Si autem non alterum significat homo & non homo, patet quòd nec non esse homini ab eo, quod est esse homini. quare homini esse erit non homini esse. vnum nanq; erit. hoc enim significat vnũ esse, sicuti tunica & vestis, si ratio vna. Si autem erit vnum, vnum significat homini esse, & non homini. verum monstratum est quòd aliud significat: necesse igitur si quid est verum dicere quòd homo, animal esse bipes. hoc enim erat, quod significabat homo. Si aut tẽ necesse est, non põ idẽ non esse aĩal bipes.

Sit igitur nomen significans aliquid, sicut diximus primo, & sit nomen alicui vni. Et si ita sit, impossibile est vt hoc nomen homo, secundum ꝙ est homo, significet non hominẽ. cùm hoc nomen homo non significat vnam intentionem tantum, sed significet etiam aliquod vnum. Et non dico ꝙ põdicetur de vno, quoniam secundum hunc modum significat musicus, & albus, & homo idẽ. ista igitur nomina efficiuntur vnum nomen insimul, et nõ sunt vnũ nomen, nisi in rebus cõuenientibus nomine, & definitione. & impossibile est vt vnum sit, & non sit simul, nisi secundum æquiuocationem. verbi gratia quia possibile est vt alij vocent non hominem illud, quod nos vocamus hominem. Sed illud, de quo perscrutamur modo, non est vt nomen hominis sit & nõ sit simul, & in eadem dispositione, sed perscrutamur vtrum sit possibile vt homo sit & non sit simul, & in eadem dispositione. Si igitur non fuerit ita, & vnum nomen significet hominem, & non hominem, manifestum est ꝙ nomen, quod significat non hominem, significat hominem. & erit sermo dicentis hominem significans non hominem, & erũt isti duo sermones vnũ. et multa noia sunt vnum, quando definitiones & rationes eorum sunt vnum, vt tunica, & vestis. Si igitur isti duo sermones sunt vnum, tunc dicere hominem, & non hominem significat vnum. sed iam declarauimus ꝙ isti duo sermones significãt diuersa: necesse est igitur vt omne, quod nominatur homo, in rei veritate sit animal bipes, quia hoc nomen homo significat hoc. Et, cùm hoc est necessarium, impossibile est vt sit aliud ab animali bipede.

Cùm declarauit hoc nomen esse significans vnam intentionem d. Si igitur nomen, &c. t. ponamus igitur ꝙ nomen significet aliquid vnum: et cùm hoc positũ fuerit, impossibile est vt ponatur ꝙ nomina contradictoriorum significant vnam intentionem. verbi gratia vt nomen hominis & non hominis significet vnam intentionem. Deinde dicit. Et non dico quòd prædicetur de vno, &c. t. & non intendimus, cùm diximus ꝙ homo significat vnum, ꝙ prædicatur de vno. nomina enim quę prędicantur de vno, & sunt denominatiua, non significant vnam intentionem, verbi gratia albũ, & musicum, sed intendimus significationem nominum non denominatiuorum. Deinde dicit. quoniam secundum hunc modum, &c. t. quoniam si intenderemus, cùm diximus ꝙ homo significat vnum, quod prædicatur de vno, tunc secundum hunc modum, illud, quod significat hoc nomen album, & hoc nomen musicum, esset vnum: quia prędicantur de vno. & sic efficerentur illa, quæ significant hęc nomina vnum. & hoc intendebat, cùm d. ista igitur nomina efficiuntur vnum nomen insimul. Deinde dicit. & non sunt vnum nomen, nisi in rebus conuenientibus nomine & definitione. t. & vnum nomen non erit multis rębus, nisi quando illæ res fuerint conuenientes nomine, & definitione. & sunt illæ, quę dicuntur vniuoca. Deinde d. & impossibile, &c. t. & dicere ꝙ aliquid est, et non est, non est verũ insimul, nisi aliquis vocet ens quod est non ens, et quod est non ens ens. Sed nos videmus ꝙ quęlibet gens ponit dictionem propriam affirmationi, & dictionem propriã negationi. & sic impossibile est vt hæ duę dictiones significẽt apud eos idẽ. Et, quia ista perscrutatio est de Grãmatica, d. Sed illud, de quo perscrutaĩ modo, nõ est, &c. t. sed ista perscrutatio, quam intendimus, non est vtrũ possibile sit vt nomen affirmationis & negationis sit vnum apud aliquam gẽtem, sed vtrum possibile sit vt intentio affirmationis & negationis sit eadem, adeo ꝙ idẽ intelligat de hoĩe et nõ hoĩe, s. ꝙ hoc nomẽ homo et non homo sint synonyma, & definitio hominis & non hominis sit eadem. Et hoc intendebat, cùm d. Sr igitur nõ fuerit ita, &c. t. si igitur illud, quod significat homo, non fuerit illud, quod significat non homo, sed potentia eorum fuerit sicut potentia vnius nominis, sicut est dispositio in nominibus synonymis, manifestum est ꝙ hoc nomẽ nõ hõ & homo significãt idẽ. D. incœpit dicere ꝙ accidit hoc ĩ noĩbus, s. vt diuersa noia significẽt idẽ, & d. Et noia multa sunt vnũ. t. nomina multa significant vnum, quando ea, quæ significant illa multa nomina, fuerint in definitione vnum. verbi gratia vestis & tunica, quarum definitio est vna, licet nomen nõ sit vnum. Deinde dicit. Si igitur isti duo sermones, &c. t. si igitur definitio hominis & nõ hominis fuerit eadem, tunc significatio huius nominis homo, et nõ homo erit eadem, & erunt duo nomina synonyma significantia vnam intentionem. D. d. sed iam declarauimus, &c. t. sed iam declarauimus ꝙ definitio, quam significat homo, est alia à definitione, quam significat nõ homo, ex eo quod diximus. quoniã si definitio esset vna, destrueretur locutio. Deide dicit, necesse est igitur, &c. t. & cùm definitio, quam significat alterum istorum, alia est à definitione, quam significat alterũ, necesse est vt nomen hominis vere semper significet animal bipes, quod est definitio eius: & vt non significet in aliqua hora aliud ab animali bipede.

Hoc

Nota denominatiua, q̃ prædicantur de vno, non signiant vnã intentionem

Hoc nāq; ſignificat ipſum neceſſe eſſe, qđ impoſſibile eſt, non eſſe hominem. non contingit ergo ſimul verum eſſe idem dicere hominem eſſe, & non eſſe hominem. Eadem ratio eſt et de non eſſe hominem. homini nanq; eſſe & non eſſe homini diuerſum ſignificat. ſiquidem & album eſſe & hominem eſſe, diuerſum. multo enim magis illud opponitur. quare diuerſum ſignificat. Si autem albū aliquis dicat vnum & idem ſignificare, rurſus idem dicemus, quod & antea dictū eſt, quòd omnia vnum ſunt, & non ſolum oppoſita. Quòd ſi hoc non contingit, accidit quod dictum eſt, ſi ad interrogatum reſpōdeat. Si vero ſimpliciter interrogante, addat etiam negationes, non reſpondet ad interrogatum. nihil enim prohibet idem & hominē, & album, & alia infinita multitudine eſſe. Attamen interrogāti ſi vere eſt dicere hoc hominem eſſe, an non, id reſpondendum eſt, quòd vnum ſignificat, & non addendum, quòd et album et magnum. impoſſibile nanq; eſt accidentia, cùm infinita ſint, percurrere. aut igitur omnia percurrat, aut nullū. Siſr et ſi infinities idē eſſet hō & nō homo, interrogatus ſi homo eſt, non debet vnā cum eo, q̄ ſimul etiam non homo reſpondere, niſi cætera quoq; quæcūq; accideſunt, quæcunq; eſt, aut non eſt reſpondeat. hoc autem ſi non fecerit, non diſputat.

Ad vnū quæſitum vna reſponſio.

Si igitur aliquis dixerit q̄ neceſſe eſt dicere, vt hoc nomen homo ſignificat hoc, quod impoſſibile eſt vt nō ſit homo. ſi igitur ita ſit, impoſſibile eſt vt ſit verum dicere q̄ idem eſt homo, & non homo inſimul. Et iſte ſermo poſſibilis eſt etiam in ſermone dicentium non hominem. dicere enim hominē ſignificat aliud ab eo, quod ſignificat dicere non hominem: ſicut dicere album ſignificat aliud ab eo, quod ſignificat homo. ſed hęc nomina homo & nō homo ſunt cōtraria in ſitu valde, magis q̄ hæc nomina album & homo. manifeſtum igitur, q̄ vtrunq; eorum ſignificat aliud. Si igitur aliquis dixerit q̄ hæc nomina album & homo ſignificēt idem, dicemus ei etiam, quod primo diximus. omnia enim ſecundum hūc ſermonem ſunt idem, non contraria tātum, ſed omnia. Si igitur hoc nō fuerit ſic, accidit quod diximus, ſi loquens reſpōderet de eo, quod quęritur ab eo. Si autem quęrit ſimpliciter de negatiuis, non reſponderet ad quæſitum. quoniam ſic poſſibile eſt, vt idem ſit homo & album, & alia multa. Sed, cùm quæſitum fuerit ab aliquo, vtrum ſit verum dicere de hoc eſſe hominem, aut non eſſe, debet reſpondere per nomen, quod ſignificet vnum eorum, de quibus quæritur, & non addere in ſuo ſermone, dicendo q̄ hoc dicitur homo, & album, & magnum. impoſſibile enim eſt numerare omnia accidentia, cùm ſint infinita. & ideo oportet ipſum aut numerare omnia infinita, aut non dicere aliquid eorum. Et ſimiliter etiā, ſi quæſitum fuerit ſemel, ſiue multotiens, vtrum aliquid vnū ſit homo, & non homo, oportet reſpondere ſi illud eſt homo, q̄ eſt homo, aut q̄ non eſt homo, ſi non eſt homo. & ſimiliter cū hoc oportet reſpondere de alijs ſi ſunt, aut nō ſunt. qui igitur hoc facit, non naturaliter q̄rit.

12

Si igitur aliquis, &c.i. cùm igitur aduerſarius cōceſſerit ex iſtis, quę diximus, q̄ neceſſe eſt vt dicere hominem ſignificet q̄ impoſſibile eſt, vt nō ſit verum dicere in eodem, q̄ eſt homo, & q̄ non eſt homo. Deinde dicit. Et iſte ſermo, &c.i. & cùm nō fuerit verum dicere hominem et non hominem de eodem, ſimiliter nō erit verum etiam dicere non hominem de aliquo præter hominem. verbi gratia vt nō homo accipiatur pro albo: album enim non eſt homo. Deinde dicit differentiam inter affirmationem & negationem, et alia nomina diuerſa, & d. ſed hęc nomina, &c.i. ſed negatio & affirmatio ſimplices magis ſunt contraria in ſitu, q̄ negatio & affirmatio, quæ ſunt ſecundum modum infiniti. verbi gratia, cùm aliquis dixerit in aliquo præter hominem, q̄ eſt non homo. poſſibile enim eſt vt idem ſit homo & album, & non eſt poſſibile vt ſit homo & nō homo inſimul. Deinde d. Si igitur aliquis dixerit, &c. quoniam ſicut contingit dicentibus q̄ affirmatio et negatio ſimpliciter ſignificant quidem eſſe & nō eſſe idē, ſic etiam contingit dicentibus q̄ affirmatio, & infinitatio ſignificent idem, ſ. vt omnia entia ſignificant idē. & non tātum contingit hoc in rebus oppoſitis, ſed etiā in non oppoſitis, ſ. vt omnia ſint idem. Deinde dicit. ſi igitur hoc non fuerit, &c.i. ſi igitur hæc impoſſibilia non fuerint, continget neceſſario vt affirmatio & negatio diuidant verum & falſum: & neceſſe eſt, vt quęſtio ſit per negationē & affirmationem. ſed dicens vult reſpōdere ei per vnum ſermonem de eo, quod quæritur. Deinde dicit. Si autem quærit ſimpliciter, &c.i. ſi autē quærens quæſierit per affirmationem & infinitationē, tunc nō poſſemus reſpondere et. infinitatio enim ſignificat multa, quæ omnia ſunt cum homine, verbi gratia homo & non homo. homo enim inuenitur cum multis numeratis, quæ vere dicuntur non homines. verbi gratia albo, & pluribus rebus aliorum accidētium. Deinde dicit. Sed, cùm quęſitum fuerit ab aliquo, vtrum eſt verum dicere de hoc, &c.i. & ideo cùm aliquis quæſierit, vtrum eſt verum dicere de hoc q̄ eſt homo, aut non eſt homo, nos tunc debemus reſpondere quòd eſt verum, aut quòd non eſt verum, & nō dicemus q̄ vere dicitur de eo, quod eſt homo & album, & omnia exiſtentia in eo, & quod non eſt vere dicitur de eo tale & tale. iſta enim impoſſibile eſt vt numerentur: ſed, cùm impoſſibile eſt determinare & numerare infinita, oportet vt non intromittat ſe ad dicendum aliquod eorum, ſ. q̄, cùm aliquis quæſierit per infinitationem, oportet quærētem, aut numerare omnia, quę ſunt diuerſa à nomine habentis, aut non reſpondere in talibus iſtis quęſtionibus quæſtioni huiuſmodi. Deinde d. Et ſimiliter, &c.i. & cùm ita ſit, quando aliquis quęſierit vtrū hoc eſt homo, aut non homo, videbit reſpōdens, ſi fuerit homo, dicet q̄ eſt homo: & ſi nō fuerit homo, dicet q̄ eſt non homo. & nō debet dicere q̄ eſt homo, & nō homo inſimul, intendēdo per non homo aliquod ens, de quo dicitur non homo. & iſtam actionem innuit

cùm

cùm d. qui igitur hoc facit, non naturaliter quęrit. i. qui aliquod ens demonſtrat per negationem.

Et qui hoc dicunt, omnino perimunt ſubſtantiam, & ipſum quid erat eſſe. neceſſe eſt nanq; eis dicere omnia accidere, et ipſum homini eſſe, aut aīali eſſe non eſſe. Si enim quicquam erit ipſum homini eſſe, hoc nō erit nō homini eſſe, aut non eſſe homini, tametſi hæ ſunt eius negationes. vnum nanq; erat, quod ſignificabat, & hoc erat alicuius ſubſtātia. ſubſtantiam vero ſignificare eſt quòd non eſt ei eſſe aliud quippiam. Si autem ipſum homini eſſe erit ei ipſum non homini eſſe, aut ipſum non eſſe homini, aliud erit. Quare neceſſe eſt eis dicere q̄ nullius, talis ratio erit, ſed omnia ſecundum accidens. hoc enim ſubſtātia & accidens differunt. albedo etenim homini accidit, quoniam eſt quidem albus, ſed non eſt ipſa albedo.

Et vniuerſaliter dicentes hunc ſermonem negant ſubſtantiam, quam declarat definitio manifeſte definitionis, quę ſit. & coguntur ad dicendum q̄ omnia ſunt accidentia, & dicere de homine q̄ ē homo, & de animali q̄ eſt animal, &c. et q̄ non eſt etiam. Quoniā, ſi aliquid eſt hominis ſecundum q̄ eſt homo, hoc non erit eius, cùm non fuerit homo, aut ſecūdum q̄ non eſt homo. negationes enim iſtius ſunt tales. quoniam, ſi ſignificat aliquid vnum, & illud eſt ſubſtantia alicuius, & non ſignificat niſi ſubſtantiam aliquam, ſcilicet quia ſignificat eſſentiam eius, et non eſſentiam eius. Si igitur habet quod habet eſſentiam hominis, ergo aliud ab eo habet, quod habet aliud ab homine, aut quod habet eſſentiam eius, qđ non eſt homo. Neceſſario igitur dicerent q̄ nulla eſt definitio talis, ſed omnia ſunt modo accidentali. & in hoc differt ſubſtantia ab accidente. albedo enim eſt accidens homini, quia eſt albus, non quia eſt illud, quod eſt albedo.

13

Definitio in rei veritate nō inuenitur niſi in ſubſtāta Idem. 7. Metaph. 14. 15. 19.

Ideſt, Et vniuerſaliter dicentes q̄ duo contradictoria congregantur inſimul, negant ſubſtantiam, quam ſignificat definitio, & declarat quæ ſit. Deinde dicit. & coguntur, &c.i. & d. hoc, quia definitio non inuenitur in rei veritate, niſi in ſubſtātia. &, cùm definitiones ſignificantes ſubſtantiam fuerint negatæ, omnia erunt accidētia. quoniam, ſi nulla fuerit diſpoſitio neceſſaria in re, tunc omnes diſpoſitiones erunt accidentales, & nulla erit diſpoſitio ſubſtantialis. Deinde dicit. & dicere de homine, &c.i. & illud, per quod diſponitur homo, in eò quòd eſt homo, & per quod diſponitur illud, quod eſt non homo, differunt etiam ſecūdum definitionem ab eo, per quod diſponitur homo. Deinde dicit. quoniam, ſi aliquid eſt hominis, &c.i. & cauſa huius eſt ſe impoſſibile, eſt q̄ manifeſtū ē per ſe, q̄ ſi quid eſt hominis, ſecundum q̄ eſt homo, illud non erit ei, cùm nō fuerit homo. quod enim eſt non hominis, ſecundum q̄ eſt non homo, aliud eſt ab eo, quod eſt hominis, ſecundum q̄ eſt homo. Deinde dicit. negationes enim iſtius ſunt tales. i. definitiones enim rerum cum ſuis negationibus habent talem diſpoſitionem, q̄ non congregantur aliquo modo in eodem. Deinde dicit. quoniam, ſi ſignificat aliquid vnum, &c. ſ. quoniā, ſi nomen ſignificat aliquid vnum in nominato, qđ eſt ei neceſſarium, & quod eſt cum nominato vnum in numero, tūc illud ſignificat ſubſtantiam. &, ſi ſignificat de re nominata aliquod non neceſſarium, neq; eſt cum eo vnum, illud eſt accidens. & hoc intendebat cùm d. et non ſignificat niſi ſubſtantiā aliquā, ſ. ſubſtātiam hominis. i. quia ſignificat * propoſitionem non mutabilem. Deinde dicit. ſ. qđ ia ſignificat eſſentiam eius & non eſſentiam. i. intendimus, cùm diximus, q̄ nomen ſignificans aliqd vnum eſt ſignificans ſubſtātiam, i. quia ſignificat eſſentiam illius rei, per quam eſt ens, non diſpoſitionem mutabilem. & hæc eſt e contrario nominibus accidētium, quæ ſignificant duas eſſentias, quorum vnum eſt mutabile. Et, cùm hoc poſuerit pro conceſſo, d. Si igitur habet, quod habet eſſentiā hominis, &c.i. & cùm hoc ſignificat illud, quod habet eſſentiam hominis, eſt et eſſentia eius idem. ergo non homo habet eſſentiam eius, quod non eſt homo, aut eſſentia eius, quod non eſt homo, eſt aliud, quod eſt non homo: vnum etiam & non compoſitum. & hoc declaratum eſt in tractatibus ſubſtantiæ perfectæ. Deinde dicit. Neceſſario igitur dicerent &c.i. neceſſario igitur, cùm non cōceſſerint nomina eſſe, quæ non ſignificant res ſimplices & vnas, dicerent q̄ nulla res habet definitionem, quæ ſignificat ſubſtantiam eius: ſed contingit eis, vt omnia ſint accidentia, ſ. vt omnes diſpoſitiones rerum ſint accidentales, non eſſentiales. Deinde dicit. & in hoc differt ſubſtantia ab accidēte, ſ. q̄ ſubſtātia eſt neceſſaria. & nō eſt ſic accidens. & ideo ſubſtantia habet definitionem. & accidens non habet definitionem. Deinde dicit. albedo enim eſt accidens, &c.i. albedo enim eſt accidens exiſtens in homine, quia dicitur albus. & non diſponitur per albedinem, ſecundum q̄ res diſpoſita eſt ipſa albedo, ſ. q̄ homo non diſponitur per albedinem, quia ſubſtantia hominis ſit albedo. quoniam, ſi ita eſſet, tunc albedo, & homo eſſent idem, et tunc idem ſignificaret dicere homo albus.

* a l. diſpoſitionem.

Si autem omnia ſecundum accidens dicuntur, nihil erit primum vniuerſale. Si autem accidens ſemp de aliquo ſubiecto ſignificat prædicationē, neceſſe eſt in infinitum progredi. ſed impoſſibile eſt. plura enim quàm duo nō conueniunt. accidens enim non eſt accidenti accidens, niſi quia vtrunq; eidem accidit. dico autem veluti album eſt muſicum, et hoc albū, quoniam vtrunq; homini accidit. ſed non ita Socrates muſicus, qm̄ vtrunq; alicui alteri accidit. Cùm itaq; q̄dā ita, quædā aliter accidentia dicantur, quæcunq; ita dicuntur, vt album Socrati, non poſſunt infinita ſurſum verſus eſſe, vt Socrati albo alterum aliquod quoque accidens. non enim fit aliqđ vnum ex omnibus. nec albo aliquid aliud accidens erit, vtputa muſicum. non enim magis hoc illi, quàm illud huic accidit. Et ad hæc dictum eſt, quòd quædam ita accidunt, quædam, vt muſicum Socrati. Quotcunq; vero hoc modo, non accidenti accidit accidens, ſed quotcūq; illo modo. quare non omnia ſecundum accidens dicentur. erit ergo aliquid tanquam ſubſtātiam

Accidēs nō eſt accidenti accidēs, niſi quia vtrunq; eidē accidit.

ſignificans

ſignificans. quod ſi eſt, monſtratum eſt q̃ impoſſibile eſt ſimul contradictiones prædicari.

Et, ſi omnia dicuntur modo accidentali, nihil erit primũ vniuerſale. Et, ſi accidẽs eſt ſemper predicabile de aliquo ſubiecto, neceſſario exibit hoc in infinitũ. ſed hoc eſt impoſſibile: non igitur congregabuntur in vno. accidens enim non per accidens eſt accidẽs, ſed vtrũq̃ accidit ei. & hoc eſt, ſicut dico q̃ albũ eſt muſicum, & muſicum album, quia vtrunq̃ accidit homini. Socrates autem non eſt muſicus hoc modo, ſ. quia vtrunq̃ accidit eidem. Cùm igitur quædam accidentia dicuntur ſecundum hunc modum, & quædam ſecundum alium modum. omnia enim, quæ dicuntur, ſicut album Socrati dicitur. impoſſibile eſt autem vt ſint infinita in ſuperioribus, ſicut accidens, qd̃ accidit Socrati de albedine. eſt enim aliud, & non erit vnum ex omnibus: & non erit accidens aliud ex eis, quæ ſunt alba, ſicut muſicus. hoc enim q̃ accidens nõ eſt magis q̃ illud neq̃ illud q̃ iſtud, & habent differentiam. Quędam enim accidunt ſecundum hunc modum, & quædam accidunt, ſicut muſicus Socrati. Quod igitur eſt ſecundum hunc modũ, non eſt accidens modo accidentali, ſed quod eſt ſecundum illum modum. non igitur omnia dicuntur modo accidẽtali, ſed aliquid eſt, quod ſignificat ſignificationem ſubſtãtiæ. &, cùm ita ſit, manifeſtum eſt q̃ impoſſibile eſt, vt contradictoria prædicentur de eodem.

14 Ideſt, Et ſi omnia prædicabilia fuerint accidentia, nullum erit vniuerſale prædicabile ſubſtantiale, & primum, ex quibus componuntur definitiones. Deinde dicit. Et, ſi accidẽs eſt ſemper p̃dicabile de aliquo, &c. ideſt, ſi omnia ſint accidentia, & accidens naturaliter habet naturam, vt prædicetur de aliquo, neceſſe eſt vt accidens, ſecund m q̃ eſt accidens, prędicetur de accidente, & ſic in infinitum, quod eſt impoſſibile. Deinde dicit. ſed hoc eſt impoſſibile. t. ſed impoſſibile eſt vt accidens prædicetur de accidente abſq; eo, q̃ congregentur in eodem ſubiecto per ſe. Et, quia accidens non prædicatur de accidente niſi per accidens, quia ambo exiſtunt in eodem, ſ. ſubiecto, verbi gratia dicere quòd album eſt muſicum, deinde dicit. accidens enim non per accidens eſt accidens, &c. t. accidens enim non exiſtit in ſubſtantia per accidens, in alio autem accidente exiſtit per accidens. quoniam, ſi accidens prędicaretur de accidente non propter hoc, q̃ ambo exiſtunt in ſubſtantia, tunc accidens eſſet per accidens non eſſentialiter. & impoſſibile eſt vt aliud ſit per accidens, niſi per aliquid, quod eſt eſſentialiter. quod enim eſt eſſentialiter eſt per ſe. quod eſt per accidens, non igitur exiſtẽtia eſſet ſubſtantiæ accidentium eſſentialiter in ſubſtantia eſſet, niſi eſſent quædam in quibuſdam per accidens. Et hoc intendebat, cùm d. & hoc eſt, ſicut dico, &c. t. q̃ dicere muſicum eſt album eſt per accidens, quia ambo ſunt in eodem, t. Socrates & non eſt dicere, q̃ Socrates eſt muſicus, & albus eodem modo, ſ. q̃ Socrates & muſicus ſunt ambo in eodem, ſed quia vnum eorum exiſtit in altero eſſentialiter, t. quia muſica exiſtit in Socrate eſſentialiter. Deinde dicit. Cùm igitur quædam accidentia, &c. t. & cùm accidentia dicantur duobus modis: quorum vnus eſt eſſentialiter, verbi gratia Socrates eſt albus, & alius accidẽtaliter, verbi gratia album eſt muſicũ. quæ enim ſunt eſſentialiter, impoſſibile eſt vt prædicẽtur in infinitum ad ſuperius: quę autem ſunt accidentaliter poſſibile eſt de eis hoc, ſicut accidit Socrati vt ſit muſicus & albus, & alia multa. et hoc intendebat, cũ dixit. ſicut accidẽs, quod accidit Socrati, &c. t. q̃ vnum eſt eorum prædicatum de altero per accidens, ſ. albedo exiſtens in Socrate, & aliud accidẽs, qd̃ accidit ei, verbi gratia q̃ eſt medicus aut muſicꝰ. D. d. & non erit vnum ex omnibus. t. et non erit de ſubiecto & accidente vnum quid, & ex accidentibus exiſtentibus in vnoquoq;, niſi dicatur vnum per accidẽs. D. d. & non erit accidens aliud, &c. i. & prędicatio accidentis de accidente, inquantum eſt prædicatio accidentalis, non differt à prædicatione accidentis de ſubſtantia, neq; illud magis q̃ illud, nec econuerſo, ſ. quantum ad hoc, q̃ notificant de eo, de quo prędicantur, ſubſtantiã eius. Deinde dicit. & habent differentiam, &c. t. & habent differentiam, quoniam quædam ſunt accidentia eſſentialiter, verbi gratia muſica in Socrate: & quædã accidentia per accidens, verbi gratia muſica in medicina. Deinde dicit. quod igitur eſt ſecundum hunc modum, non eſt accidentale modo accidẽtali: & quod eſt ſicut albedo in muſico, eſt accidens modo accidentali. Deinde dicit. non igitur omnia dicuntur modo accidẽtali, ſ. quia non prędicantur de homine modo accidentali, ſicut album prædicatur de eo. Deinde dicit. ſed aliquid eſt, quod ſignificat ſignificationem ſubſtantię. & forte dixit hoc, quia prędicatio iſta conuenit cum prędicatione ſubſtantiali in hoc, quod eſt ſecundum curſum naturalem, ſ. accidẽtia prædicabilia de ſubſtantia. accidentia enim exiſtunt in ſubſtantijs per ſe, & attribuuntur eis eſſentialiter. & ſecundum q̃ ſubſtantiæ diſponuntur per illa, ſunt accidentia ſubſtantiarum. attributio autem accidentis ad accidens non eſt eſſentialis: Deinde dicit. & cùm ita ſit, manifeſtum eſt, &c. t. & cũ omnia iſta ſint impoſſibilia, ſ. cõtingentia poſitioni, q̃ duo cõtradictoria dñr vere ſimul de eodẽ, manifeſtũ eſt q̃ impoſſe eſt vt duo cõtradictoria p̃dicẽi de eodẽ.

Attributio accidẽtis ad accidens nõ eſt eſſentialis.

Itẽ, ſi contradictiones ſimul verę de eodem omnes, patet q̃ omnia erunt vnum. erit etenim idem & triremis, & paries, & homo, ſi de omni contingit quicquam affirmare, aut negare: ſicuti illis neceſſe, qui Protagoræ opinionem ſequũtur. ſi enim cuiquam videatur homo non eſſe triremis, patet quòd non erit triremis. ſed etiam eſt, ſi contradictio quidem vera eſt. & certe fit quod Anaxagoras aiebat, ſimul omnes res eſſe, ita vt nihil vere vnum ſit. Indefinitum itaq; videntur dicere: & putantes de ente tractare, de non ente dicunt quod enim potentia, & non actu eſt, illud eſt indefinitum. At vero dicenda eſt eis de omni aut affirmatio, aut negatio. inconueniẽs nanq; eſt, ſi cui ſua quidem negatio inerit, alterius vero, quod non eſt ei, non inerit. dico autẽ vt puta, ſi verum eſt dicere de homine, q̃ non eſt homo, manifeſtum eſt quòd etiam non triremis eſt. Si affirmatio igitur, neceſſe eſt etiam negationem eſſe. quod ſi affirmatio non in eſt, negatio tamen inerit, magis q̃ q̃ ipſius eſt.

Quæ ſit eſſe aliter eſſentialiter & per accidens. Hic 2. 17. t. c. 66 & 4. phy. 6. 41 & ſ. ubi.

ſi igitur

ſi igitur & illa ineſt, inerit triremis negatio. & ſi hæc, etiam affirmatio. Hæc igitur eis accidunt, qui hanc orationem dicunt, & quòd nõ eſt neceſſe, aut affirmare, aut negare. nam ſi verum eſt q̃ homo, & non homo, patet quòd nec homo, nec non homo erit. duorum enim duæ negationes. q̃ ſi illa ex vtriſq; vna, & hęc vna profecto oppoſita eſſet.

Et etiam manifeſtum eſt q̃ ſecundum hũc ſermonem omnia erunt idem. ſit igitur nauis, & longitudo, & homo. & poſſibile eſt etiam vt dicatur affirmatiua de omnibus rebus, & ſimiliter negatiua: ſicut cogetur ad dicendum qui dicit ſermonem Protagoræ. iſti enim dicunt q̃ homo non exiſtimatur eſſe nauis. & manifeſtum eſt quòd homo non eſt nauis. & ſi duo extrema contradictionis ſunt vera, eſt nauis. cõtingit igitur ex hoc, quod d. Anaxa. q̃ omnia ſunt ſimul, & nihil eſt in rei veritate. Et iſti videntur dicere ſermonem ſuũ ſine termino, & exiſtimant dicere quod eſt, & dicunt quod non eſt. quod enim eſt in potentia et nõ eſt in actu, eſt ſine termino. Quæramus igitur ab eis vtrum affirmatiua & negatiua dicantur in omnibus de eodem. non enim oportet in omnibus vt dicãtur de eodem, ſed affirmatiua dicitur de aliquo, et q̃ non dicatur de alio. verbi gratia q̃, ſi dicere q̃ homo et nõ homo fuerit verum, manifeſtum eſt etiam q̃ non eſt nauis. quoniã, ſi affirmatiua fuerit, neceſſe eſt vt negatiua ſit etiã. & ſi affirmatiua nõ fuerit, negatiua quæ eſt eius, dignior eſt vt ſit. ſi igitur illa fuerit, erit etiam eius, quod eſt nauis. et ſi iſta fuerit, erit etiam affirmatiua. Hoc enim accidit dicentibus hunc ſermonem, & accidit vt dicant q̃ non eſt neceſſarium vt affirmatiua & negatiua ſint de oĩbus rebus. quoniam, ſi fuerit verum q̃ homo, & q̃ non homo eſt, manifeſtum eſt q̃ eſt verum q̃ non homo, & q̃ non nõ homo. ambæ enim ſunt negatiuæ. ſi igitur illa eſt vna duarum, iſta etiam eſt vna oppoſita in ſitu.

35 Et etiam continget huic poſitioni vt omnia ſint idẽ. Deinde dicit. ſit igitur nauis, &c. t. ponamus igitur q̃ hoc eſt nauis, & longitudo & homo, ſ. intẽtiones diuerſę. Deinde d. & poſſibile eſt etiam vt dicatur, &c. i. & ponamus etiam q̃ affirmatiua dicatur de omnibus, & ſimiliter negatiua. iſta enim poſitio contingit dicentibus ſermonem Protagoræ. Deinde dicit. iſti enim dicunt q̃ homo non exiſtimatur, &c. i. contingit enim dicentibus ſermonem Protagoræ, q̃ omne, quod homo exiſtimat, eſt verum, ſ. q̃ affirmatiua & negatiua ſunt verę. & ſic cõtingit eis vt nauis, & homo, & Deus ſint idem, licet non dicãt. Et cauſa in hoc apud eos eſt, quia nullꝰ exiſtimat q̃ homo eſt nauis, aut quòd eſt Deus. quoniam apud eos non iudicatur affirmatiua & negatiua inſimul de eodem, niſi quando exiſtimationes fuerint diuerſæ in eo. verbi gratia q̃, ſi aliquis exiſtimauerit hoc eſſe nauem, et aliud non eſſe nauem, tunc dicunt q̃ affirmatiua & negatiua congregantur in eodem. Si autem aliquis exiſtimauerit q̃ homo eſt nauis, & alius exiſtimauerit q̃ non eſt nauis, non dicunt hoc. Deinde incœpit dicere quomodo contingit eis hoc, & dixit & ſi duo extrema, &c. t. & contingit eis vt homo ſit nauis. quoniam, cùm conceſſerit q̃ homo non eſt homo, contingit eis vt homo ſit nauis. Deinde dicit. contingit igitur ex hoc, quod d. Anaxa. &c. t. cõtingit igitur Protagorę, & dicentibus ſermonem eius, neceſſario dicere ſermonem Anaxa. ſ. q̃ omnia ſunt exiſtentia inſimul, & q̃ contrarium exiſtit in contrario. & ſi non, nõ haberent intellectum verba Protagorę, dicẽtis q̃ omne, quod exiſtimat homo, eſt verũ. exiſtimatio enim hominis ſequitur eius: ens autem non ſequitur exiſtimationem, ſi entia non haberent eſſe in anima. Deinde dicit. Et iſti videntur dicere, &c. t. & Anaxa. & dicentes ſuum ſermonem laborant in dicendo de entibus ſermonem determinatum, et dicũt q̃ non habent terminum, & exiſtimant dicere aliquod terminatum, & aliquod ens, & q̃ dicunt non habet terminum, neq; eſt ens. Et dixit hoc, q̃ nomina, quæ ſunt contraria, non ſunt exiſtentia inſimul actu, ſed potentia: & quod non eſt actu eſt non ens. & ideo dixit q̃, cùm voluerunt terminare ens per qd̃ eſt, determinauerũt ipſum per quod nõ eſt. terminus enim non eſt niſi eius, quod eſt in actu. Et cũ iſti terminauerunt entia q̃ ſunt inſimul, & ſunt ſimul potentia: & potentia eſt eius, quod non eſt: ergo illi terminauerunt entia per quod non eſt, exiſtimando illud, q̃ terminabant illa, per quod eſt. Et ideo d. poſt. quod enim eſt potẽtia, &c. t. q̃ ipſi quærebãt terminare ens, quod eſt in actu, & terminauerunt illud, quod eſt in potentia, exiſtimando terminare ens quod eſt in actu. Deinde incœpit dicere quomodo contingit eis dicere ſermonem Anaxagoræ ſ. q̃ omnia ſunt idem, & d. Quæramus igitur ab eis, &c. t. quæramus igitur à Protagoricis, vtrum affirmatio & negatio congregentur in quolibet, aut in quibuſdam. concedent enim impoſſibile eſſe vt affirmatio & negatio congregentur in quolibet, cùm quędam ſunt, in quibus nullus exiſtimat exiſtere tionibus diuerſis. Et hoc intendebat cùm dixit, ſed affirmatiua dicitur, &c. t. & ipſi concedunt hoc in eſſentijs diuerſis, & non determinant hoc, niſi in eadem eſſentia. Deinde incœpit notificare quomodo contingit eis vt omnia ſint idẽ, & d. verbi gratia q̃, ſi dicere, &c. i. quoniam qui ponit q̃ homo & nõ homo eſt verum, ponit q̃ homo nõ eſt nauis, ſ. q̃ eſt verum etiam, ſicut iſti faciunt. Deinde dicit. quoniam, ſi affirmatiua fuerit, & eę. i. & cùm iſti conceſſerint q̃ affirmatiua & negatiua congregantur in eodem, contingit q̃ affirmatiua, cũ non fuerit in aliquo, dignius eſt vt negatiua non ſit in q̃. verbi gratia q̃ ſi fuerit verum dicere de homine q̃ nõ eſt homo, ſi fuerit falſum de eo dicere q̃ eſt nauis, dignius eſt vt verum dicatur de eo, quod eſt nõ nauis. Deinde d. ſi igitur illa fuerit, &c. i. ſi igitur fuerit verum dicere de homine q̃ eſt nõ homo, dignius eſt vt dicatur verũ de eo q̃ eſt non nauis. dicere enim non homo & non nauis ſunt duę negationes hominis. cùm igitur vna negatiua fuerit vera cum hoc quod eſt homo, ſ. cùm affirmat, dignius eſt vt etiam alia negatiua ſit etiam vera: & eſt q̃ non eſt nauis cum falſitate affirmatiuæ, quod eſt nauis. Deinde dicit. & ſi iſta fuerit, erit etiam affirmatiua. t. & ſi verum dicatur de homine q̃ nõ eſt nauis, & apud eos verum dicitur etiam de naue q̃ non eſt nauis, continget vt verum dicatur de homine q̃ eſt nauis, ſicut homo non eſt nauis: & quod nõ eſt nauis eſt nauis: ergo homo eſt nauis. cõtingit igitur ex hoc vt homo ſit nauis, & non nauis, ſicut dicunt, q̃ vere dicitur de eo q̃ eſt homo, & non homo inſimul. Deinde dicit. Hoc enim accidit dicentibus hunc ſermonem

Exiſtimatio ſequẽs ens: ens aũt nõ ſequitur exiſtimationẽ, ſi entia non haberẽt eſſe in anima.

Quod nõ eſt actu, non eſt ens. vide q̃ hoc q. Met. cõ. 17. et vide etiam q̃ hoc cõmentum habetur.

hem.i. hoc enim contingit dicentibus hoc in omnibus rebus, vnde omnia erunt idem secundum hoc. Deinde incœpit dicere aliud impossibile, & d. & accidit, vt dicant cp non est necesse vt affirmatiua & negatiua vere dicantur insimul de quolibet, sed vere dicitur de aliquibus rebus aliqua, quę nō est affirmatiua neq; negatiua. vtrąq; enim habet cōtradictoriam, s. non affirmatiuam, & non negatiuam. et hoc intēdebat, cùm d. quoniam, si fuerit verum, cp homo, & nō homo, &c. Deinde dicit. si igitur illa fuerint vna, &c. i. quoniā, si oppositio inter affirmatiuam et negatiuam fuerit inter duo, tunc oppositio de istis erit etiam inter quatuor, scilicet quoniam non affirmatiua, & non negatiua opponuntur affirmatiuæ & negatiuæ.

Item aut in omnibus ita se habet, & est album, & ens & non ens, & circa cæteras affirmationes & negationes simili modo, aut non, sed circa aliquas, circa vero alias quas non. Et si non circa omnes, istæ vtique certæ essent. Quòd si circa omnes, rursus, aut de quibuscunque est affirmare, etiam negare est, & de quibuscūq; negare etiam affirmare: aut de quibus quidem est affirmare, etiam negare est, de quibuscunq; vero negare, non de oibus est affirmare. & si ita, esset aliquid vtiq; pro certo non ens, & hæc firma opinio. quòd si ipsum non esse, certum quid, & notum est, notior erit opposita affirmatio. Quòd si qd̄cunq; est negare, similiter etiam affirmare necesse sit, aut verum est diuidendo dicere, vtputa album, & rursus quod non album, aut nō. Et, si non est verum diuidendo dicere, neq; dicit hæc, nihilq; prorsus sunt illa sane, quę non sunt, quo loquentur, aut ambulabunt? Et, vt etiam antea dictum est, omnia vnum erunt: et homo, Deus, triremis, ac eorum contradictoria idem erunt. Quòd si de quocūq; similiter, nihil aliud ab alio differet. nam si differet, hoc verum & proprium erit. Similiter autem & si diuidentem vera dicere contingit, quod dictum est accidit. Et ad hæc, quòd omnes vera dicerent, omnesq; mentirentur, ipsæq; seipsum mentiri concederet. Simul autem manifestum est, cp de nullo est ad eum cōsyderatio. nihil enim dicit. neq; enim ita, neq; non ita ait, sed ita & nō ita. & rursus his ambob⁹ negationem, cp nec ita, neq; non ita. nam si non, esset aliquid vtiq; determinatum.

Et etiam aut erit in omnibus secūdum hāc dispositionem, & erit album & non album, et ens & non ens, et secundum hunc modum in alijs affirmatiuis etiā nō erit, sed erit in quibusdam, & in quibusdam non. Si autem non fuerit in omnibus, hoc est cōcessum. Et, si fuerint in omnibus, dicemus etiā, aut negatiua dicetur de omnibus, de qbus affirmatiua dicitur, & affirmatiua etiam dicetur de omnibus, de quibus dicitur negatiua: aut in quibusdam re bus dicetur de omnibus, de quibus affirmatiua, & non dicetur de omnibus, de quibus dicitur negatiua omnino. & si fuerit secundum hanc dispositionē, tunc erit aliquid, quod nō est ens: & ista opinio est fixa & firma. et si illud quod est per negatiuam, est aliquid firmum & notum, tunc sermo contrarius secundum situm erit manifestior eo. Et, si affirmatiua dicitur de omnibus, de quibus dicitur negatiua, etiam necesse est vt sermo diuidentis & dicentis, verbi gratia omne album non est albū, erit verum aut nō verum. Et, si non fuerit verum, quod dictum est per hanc diuisionem, & dicantur ista, & non quæ sunt entia, erit dictum, et nominatum idem. Et sic omnia erunt idem, sicut diximus prius, & erunt idem homo, & nauis, & Deus, et negatiuæ istorum. Et si sermo de vnoquoq; istorum fuerit idē, tunc nō differt aliquod eorum ab altero, & aliquo modo. quoniam, si diuersatur, erit illud in rei veritate semp. Et accidit hoc, qd̄ pri⁹ dixim⁹, si fuerit possibile vt diuisio sit etiam vera. Et cum hoc accidit etiam vt omnes veridicent, & omnes falsent, & loquens concedit etiam super se, quod falsat. Et manifestum est etiam cum hoc, cp disputatio cum isto est i eo, quod non est. quoniā non dicit hoc esse, & hoc non esse, sed dicit hoc & nō hoc insimul, & negat, & omnia ista. & si hoc non esset, esset sciens cp omnia habent aliquid terminatum.

Et etiam aut erit in omnibus secundum hanc dispositionem, & erit album & non albū, & ens & non ens. & secundum hunc modū in alijs affirmatiuis etiā, &c. i. aut negatiua & affirmatiua erunt in omnibus rebus secundum hanc dispositionem, s. cp vtrąq; sit vera, ita cp sit verum dicere album & non album, & ens & non ens, & similiter in alijs affirmatiuis & negatiuis, sed affirmatiua & negatiua erunt in quibusdam rebus veridicæ insimul, & in quibusdam diuidētes falsum & verum, nihil possumus dicere in hoc. Deinde dicit. Et, si fuerint in omnibus, &c. i. & si affirmatiua & negatiua congregentur, tunc dictio necessario erit talis: aut omne, de quo dicitur affirmatiua, & de eo dicetur negatiua, & econuerso. s. cp omne, de quo dicitur negatiua, dicetur de eo etiā affirmatiua, & affirmatiua etiam dicetur de quo negatiua. & ista diuisio impossibilis est secūdum cp declaratum est. aut omne, de quo dicitur negatiua, dicetur etiam de eo affirmatiua: & non dicetur affirmatiua de oi, de quo dī negatiua, & ecōuerso, s. vt dicaī affirmatiua de oi, de quo negatiua. Si igitur illud, de quo dicitur negatiua, non de eo dicit affirmatiua, tunc erunt non esse necessario, & quod non est transmutabitur in aliquod. Et hoc intendebat cùm dixit. & si fuerit secundum hanc dispositionē, &c. i. & si illud, de quo dicitur negatiua, non dicet de eo affirmatiua omnino, tunc erit aliquod, quod est non ens: & erit opinio nostra in eo, quod est non ens opinio firma, s. cp impossibile est vt non opinetur in eo, quod est non ens. Deinde dicit. & si illud, quod est per negatiuam, &c. i. cp si fuerit manifestum hoc esse non ens, s. non ens necessario, tunc manifestius est apud nos suum contrarium, & suū oppositum ens. non ens enim non intelligitur, nisi secūdum

* a.i. intelligentes

* a.i. disputationes.

Non ens nō intelligit̄ nisi secūdum comparationē ad ens. vide. i. 3. 69. & 1. de anima. 25.

dum comparationem ad ens. Si igitur apud nos fuerit opinio firma in non ente, necessario est vt apud nos sit opinio firma in ente. & sic non congregatur negatiua, & nō esse in aliquo omnino. et similiter, si apud nos fuerit opinio firma in ente, tunc apud nos erit opinio in negatione firma; & est vt aliquis fingat cp omne, de quo dicitur negatiua, de eo dicatur affirmatiua: sed negatiua non dicetur de affirmatiua. Deinde d. Et, si affirmatiua dicitur de omnibus, de quibus dicitur negatiua, cōtinget necessario aut vt sermo diuidentis, et dicentis cp omne, quod non est hoc, dicitur cp est hoc, sit sermo verus, aut non verus, si igitur congregatio istorū duorum oppositorum non est verum, s. dicere verū & non verum, & fuerit verum dicere cp omne affirmatiuum est negatiuum, & non erit differentia in hoc, s. inter negationem conditionalem & negationem simpliciter, s. in hoc, cp affirmatio vere dicitur de omni negatione, s. affirmatio simpliciter de negatione simpliciter, & affirmatio conditionalis de negatione conditionali, omnia erunt idem, sicut prius fuit dictum, Deus, & homo, & nauis, & nox. Cùm igitur dixit. Et si nō fuerit verum, quod dictum fuit per hanc diuisionem, intēdit, & si nō fuerit vera cōgregatio istius diuisionis, s. vt sit verum, & non verum insimul. Deinde dicit. & non dicantur ista, & non quæ sunt entia. i. & negatio conditionalis, per quam res negantur abinuicem, & est tanquam negatio eius quod est per se, s. non ens. Et intendebat per omnia ista cp, cùm fuerit positum hoc, continget vt oia sint idem, & vt non sit aliquid omnino. Deinde dicit. Et si sermo de vnoquoq; istorum, &c. i. &, si negatio vniuscuiusq; entium non diuersatur, tunc de negatione non dicetur affirmatio: & sic entia omnia erunt idē, & non diuersabuntur aliquo modo: & erit omne ens vnum, & non vnum. Deinde dicit, quoniam, si diuersatur, &c. i. quoniā si aliquod ens diuersatur ab aliquo ente per aliquam differentiam, semper diuersabitur ab eo, s. necessario, & eterno. Deinde dicit. Et accidit hoc, quod prius diximus, &c. i. & accidit etiam cum hoc vt omnes homines veridicent, & falsent insimul. dicere enim cp omnes homines veridicent, verum est dicere cum eo, cp omnes homines falsent. & sic* disputantes falsant & veridicant insimul, & etiam non falsant neq; veridicant. Deinde dicit. & loquens concedit, &c. i. & contingit loquenti dicenti aliquod iudicium concedere quòd falsat. concedit enim cp oppositum illius iudiciī est verum. Deinde dicit. Et manifestum est, &c. i. & manifestum est etiam cp disputatio cum opinātibus hoc est in nihilo. qui enim non dicit cp hoc est hoc, & cp hoc non est hoc, non ita cp habet in altero eorū aliquod firmum, nihil dixit. Deinde dicit, sed dicit hoc & non hoc insimul, &c. i. & disputatio cum istis non est in aliquo intellecto aut ente, quia dicuntur in eodem, cp est hoc & non est hoc, & negationes istorum entium, s. cp non est hoc, neq; non est hoc. Deinde dicit. & si hoc nō esse, &c. i. & nisi dubitationes, quæ mouerunt istos essent, tunc scirent prima scientia quòd res habent naturas terminatas.

Item, si cùm affirmatio vera sit, negatio falsa, & cùm hæc vera sit, affirmatio falsa est, non erit simul idē affirmare & negare vere. sed dicent fortassis hoc esse, quod à principio positum est. Item vtrum ille quidem, qui quancq; rem, aut aliquo modo se habere existimat, aut nō se hēre mentit, q vero ambo verę dicit. Nā si verū dicit, qd aliud, qd̄ dicitur, est, nisi cp talis natura entium est? Quòd si non iste, sed ille magis dicit verum, qui illo modo existimat, iam aliquo modo se haberent existentia. & hoc verum esset, & non simul etiam non verum. Quòd si cuncti similiter & mentiuntur, & verum dicunt, nec loqui, nec dicere quicq; tali homini possibile est. simul enim eadem, et non eadem dicit. Quòd si nihil existimat, sed similiter arbitratur & nō arbitratur, quid nam differat à plantis?

Et etiam si affirmatiua fuerit vera, negatiua erit falsa, & cùm ista fuerit vera, & affirmatiua erit falsa, tunc non est verum vt affirmatiua & negatiua dicantur de eodem insimul. & videntur dicere hoc esse primum subiectum. Et etiam, si ille, qui existimat quomodo sunt res, et quomodo non sunt, cōtingit ei falsum, & qui existimat vtrūq; veridicat, tunc sermo de hoc est, cp natura entium est talis. Et, si non veridicat, sed veridicat magis q̄ ille, qui opinatur hac opinione, ille qui existimat quomodo sunt entia, tunc hoc etiam erit verum, & non verū. Et, si omnes falsant æqualiter, & non dicunt verum, tunc dicens tale nō habet sermonem. dicit enim aliquid, & nihil dicit insimul. Et si nō existimat aliquid, sed existimatio eius & non existimatio idem est, in quo igitur differt à plantis?

Et cùm declaratum est ex istis cp cùm affirmatiua fuerit vera, negatiua erit falsa, & cùm negatiua erit vera, affirmatiua erit falsa, nō vere dicetur cp affirmatiua & negatiua insimul vere dicantur de eodē. D. d. & videntur dicere hoc esse primum subiectum. i. et dignum est omni disputanti cōcedere hoc esse primum compositum, s. cp affirmatiua & negatiua diuidunt verum & falsum. Deinde reuersus est ad impossibilia contingēntia, & d. Et etiā, si ille, qui existimat, &c. i. & si ille, qui existimat cp alterum oppositorū est verum, aut cp est tale, aut nō est tale, et q existimat vtrunq;, verificat, necesse ē vt natura entiū sit talis dispositionis, s. qa vt sint entia & nō entia insimul. D. d. Et, si nō veridicat, &c. i. &, si nō veridicat solūmodo ille, q opinat cp affirmatio et negatio verificent insimul, immo magis veridicat, q̄ ille, qui opinatur cp affirmatio & negatio diuidū verū & falsum, & opposita, quæ sunt verum & non verum, veridicant insimul, tūc sermo vnuscuiusq; eorum erit verus, & non verus, & falsant æqualiter, & verificant æqualiter. & cùm ita fuerit, nulla erit ratio, & tunc homo erit quasi planta. Et hoc intēdebat, cùm d. Et, si falsant omnes æqualiter, &c. i. &, si omnes opinati sunt cp omnis affirmatio & negatio cōgregantur, & cp omnis sermo verificat & falsificat æqualiter, tunc qui opinabatur, nullum habet sermonem. dicit enim, & nihil dicit. i. profert enim, sed nihil dicit, quoniam si dixerit aliquid, non dicet aliquid. Deinde d. Et si nō existimat aliquid, &c. i. et si non existimat aliquid esse & nō aliquid, in quo igitur differt à plantis & ab animatis? Rationale enim non diuiditur ab animatis, nisi per comprehensiones & existimationes terminatas, scilicet hoc esse tale, aut non esse tale.

Rōnale non diuidit̄ ab aiāt. nisi p cōprehēsiōes & existimationes terminatas.

Vnde & maxime manifestum est, cp nemo nec cæterorum, nec eorum, qui hanc orationem dicunt, ita affectus est. Cur enim Megara vadit, & non quiescit ire putans? nec mox à diuiculo

17

dſluculo ad puteum, aut ad præcipitium aliꝰ quod pergit: ſed videtur verens, tanquã non ſimiliter non bonum, & bonum eſſe putans cadere i illa. patet itaq; ꝙ hoc quidem melius eſſe putat, illud vero minime. Si autẽ hoc, neceſſe eſt, vt & hoc quidem hominem, illud vero non hominem, & hoc quidem dulce, illud vero non dulce putet. nõ enim æqualiter omnia quærit et putat, cũ melius eſſe bibere aquã,
* videre. aut hominem viſitare arbitratus, deinde quærat ea. attamen oportebat, ſi ſimiliter eadẽ eſſent homo & nõ homo. ſed, vt dictum eſt, nemo eſt, qui nõ videat aliqua verẽs, aliqua vero nõ. Quare, vt videtur, oẽs arbitrantur ſimpliciter ſe habere, etſi non circa omnia, ſaltem circa melius, & deterius. Quòd ſi non ſcietes, ſed opinantes, multo magis curandum eſſet de veritate, ſicuti & infirmo exiſtenti quàm ſano, de ſanitate. opinaris nanq; ad ſcientẽ, non ſane ad veritatem diſpoſitus eſt. Item, etſi quã maxime omnia ita, & non ita ſe habeant, attamen ipſum magis & minus ineſt entium naturę. Non enim ſimiliter paria eſſe duo ac tria dicemus. nec eodem modo mentitus eſt, qui quatuor eſſe putet quinque, aut qui mille. Si itaq; non ſimiliter, patet ꝙ alter minus. quare magis verum dicit. Si igitur quod magis eſt, propinquius eſt, profecto erit aliquid verum, cui propinquius eſt, quod magis verum eſt. Quod ſi non eſt, at iam ſaltem aliquid eſt certius, & verius. & ita ab illa intemperata oratione remoti erimus, quæ prohibet quicquam mente determinare.

Et ex hoc declarabitur ꝙ nullus opinatur hoc neq; de cæteris hominib⁹, neq; de eis, qui hoc dicũt. Qui enim ambulat, ambulat & nõ ſtat. et ſi opinaretur ꝙ ambulandum eſt, et nõ iret per viam ad puteum ſtantem in via, manifeſtum ꝙ euitaret ipſum. ſciret enim ꝙ caſus in puteo & non caſus non eſt idem. & exiſtimatio eius in bono & malo alicuius non eſt idem. declaratum eſt igitur ꝙ ipſe opinatur ꝙ quoddam illius eſt bonum & quoddam non bonum. Et cùm ita ſit, ſcit igitur ꝙ quędã ſunt homo, & quædam non homo, & quædã dulcia, & quædam non dulcia. non enim exiſtimat ꝙ omnia ſunt idem, neq; æqualiter quærit in omnibus, ſed exiſtimat ꝙ potus aquę eſt melior: & aſpicere hominem, ſi hoc quærit. & ſi eſſent idem homo, & nõ homo. ſed ſicut dictum fuit, nihil videret niſi ad conſeruandum ſe ab hoc, & non ab hoc. Cùm igitur declaratum eſt ꝙ cognitio vniuerſaliter eſt in omnibus rebus, & ſi non fuerit in omnibus rebus, ſed eſt in eo, quod eſt bonum, & quod eſt malum, eſt ens. Et, ſi iſta cognitio non fuerit per ſcientiam, ſed per exiſtimationẽ, tunc dignius eſt perſcrutari de veritate, quẽadmodum apparet infirmum perſcrutari de ſanitate, magis ꝙ ſanum. exiſtimans enim nõ eſt certus in re ſpectu ſcietis. Et, ſi omnia in maiori parte ſunt ſecundum hanc diſpoſitionem, aut ſecũdum aliam, tamen magis & minus ſunt de natura entium. Nõ enim diximus ꝙ duo & tria ſunt numerus par. & non eſt error exiſtimãtis quatuor eſſe quinq;, ſicut error exiſtimãtis ipſum eſſe mille. Si igitur error eorum eſt minor, ergo eſt maioris veritatis. Et ſi illud, qđ eſt magis propinquum, & maius eſt minus, tũc erit aliquid de veritate, cui eſt propinquum verũ maius. Et, ſi hoc non fuerit, erit firmius, & magis verũ, & quieſcemus ab hoc ſermone, qui nihil determinat & impedit intellectũ, vt terminet aliquid.

Cùm declarauit impoſſibilia contingentia dicẽtibus ꝙ affirmatio & negatio congregantur ſimul per opiniones eorum in entibus, incepit declare impoſſibilia contingentia eis per opiniones eorum in mundo, & d. Et ex hoc declarabitur, &cæ. i. ex hoc, quod dicam, & ex prædictis declarabitur ꝙ nullus opinatur hoc, neq; ex laicis, neq; ex clericis. Deide dicit. Qui enim ambulat, &c. ideſt, qui enim videt ꝙ ambulandum eſt ad aliquid, ambulat et nõ ſtat. et ſi videret ꝙ ambulatio operaretur et nõ operaretur ad illud, nõ ambularet. & ſi videret ꝙ ambulatio & ſtatus eſſent æquales, non ambularet neq; ſtaret. Deinde dicit. & non iret, &cæ. i. ꝙ ſi aliquis exiſtimaſſet ꝙ caſus in puteo & nõ caſus eſſent idem, tunc nullus euitaret ſe à via in puteum tumendo, ne caderet in ipſum. Deinde dicit. & exiſtimatio eius in bono & malo alicuius non eſt idem. i. & exiſtimare aliquid eſſe bonum & aliquid malum nõ eſt idem. quoniam, ſi eſſent idem, non quæreretur bonum, & fugeretur malum. Et ex hoc apparet ꝙ quædam ſunt bona, & quædam mala, non tantum in rebus diuerſis numeraris, ſed etiam in partibus eiuſdem rei cùm fuerint diuerſarum virtutum. Deinde dicit. Et, cùm ita ſit, &c. i. & cùm ſcietia eius in rebus vtilibus & inutilibus ſit determinata, & non opinatur duo contradictoria inſimul, ſicut debet eſſe in ſcientijs ſpeculatiuis, verbi gratia ꝙ quidam eſt homo, & quidam non eſt homo: vel iam non opinari ꝙ omne quod nõ eſt homo eſt homo: & etiam ꝙ quędam guſtabilia ſunt dulcia naturaliter, & quædam non dulcia naturaliter, in his, quæ ſunt ſani guſtus. Deinde dicit. non enim exiſtimat ꝙ omnia ſunt idẽ, &c. ideſt nullus enim exiſtimat ꝙ omnia ſunt idem: & ideo non æqualiter quærit hæc omnia, ſed quędam quærit, & quędam non. verbi gratia ꝙ, cùm exiſtimauerit ꝙ melius eſt potare aquam quàm vinum, tunc quæret aquam et non vinum. & ſi viderit ꝙ idem eſt potare aquam & non potare, non quæret aquam: & ſimiliter non æqualiter eſſe aſpiciendum & non aſpiciendum aliquem hominem * ſanatum. Deinde dicit, & ſi eſſent idem homo, & non homo, & cæte. ideſt, & ſi exiſtimaremus quòd homo et nõ homo eſſent idem, nõ diligeremus quoſdam homines, & odiremus alios, vel tueremur nos ab alijs, & non eſſet differentia apud nos inter amicos, & inimicos. Deinde dicit. Cùm igitur declaratum eſt, quòd cognitio, & cæter. ideſt, cùm igitur declaratum eſt cognitionem neceſſariam eſſe, aut in omnibus rebus, aut bonis, aut malis, manifeſtum eſt cognitionem neceſſariam eſſe. Deinde dicit.

Et

Bonũ & malũ nõ ſo'um ſunt in reb⁹ diuerſis numerans. ſed etiam in partibus eiuſdẽ rei, cum ſecũdum diuerſa virtutis.

* a. l. amatum.

Et, ſi iſta cognitio fuerit per ſcientiam, &cæ. ideſt, & ſi homo nõ habuerit de iſtis rebus niſi exiſtimationem, tunc iſte homo magis debet perſcrutari de veritate, ſicut infirmus de ſanitate. Et intendebat quòd ſi ſcimus non habere ſcientiam de rebus, oportet nos perſcrutari & ſcire res: & ſi videmus quòd illud, quod habemus de principijs conſyderationis eſt exiſtimatio, tunc magis debemus perſcrutari, quomodo accidit nobis iſta exiſtimatio in rebus, quæ ſunt principia conſyderationis, & vnde accidit. Deinde dicit. Et, ſi omnia in maiori parte, &cæte. ideſt, &, ſi aliquis exiſtimauerit quòd omnes opiniones hominis ſunt exiſtimationes, tamen exiſtimationes diuerſantur ſecundum magis et minus in rei veritate, & quòd magis & minus ſunt de natura entis: eſt igitur aliquid, quod eſt verum in ſe. Deinde dicit. Non enim diximus quòd duo, & tria ſunt numerus par, & cæte. ideſt, quoniam manifeſtum eſt nobis quòd duo eſt par, & tria impar, et quòd non conueniũt in paritate. & hoc eſt de primis cognitionibus neceſſarijs. Et etiam eſt manifeſtum nobis peccatum & errorem eſſe maiorem ꝙ aliud peccatum. non enim æqualiter peccat qui exiſtimat quatuor eſſe quinq;, & qui exiſtimat quatuor eſſe mille. D. d. Si igitur error eorum, & cæte. ideſt, & ſi non æqualiter peccat, manifeſtum eſt quòd minus peccat qui opinatur quatuor eſſe quinq; quàm alius. Deinde dicit. & maius eſt minus, tunc erit aliquid de veritate, cui eſt propinquum verũ maius. ideſt, & ſi eſt aliquid minoris peccati, tunc erit aliquid maioris veritatis & minoris peccati. & ſic neceſſe eſt vt ſit aliquid verum, cui appropinquatur illud, quod eſt maioris veritatis, & minoris falſitatis. Et hoc neceſſe eſt. quoniam, ſi aliquid fuerit maioris veritatis quàm aliud, & minoris falſitatis, & neceſſe eſt aliquid eſſe verum ſimpliciter. Deinde dicit. Et, ſi hoc non fuerit, erit firmius, ſicut inuenitur in ſcriptura. & ſic exponitur, & ſi non fuerit hoc verum ſimpliciter, in cuius reſpectu dicitur illud, quod eſt magis verum, neceſſe eſt aliquod verum eſſe magis verum, quàm illud, in cuius reſpectu dicitur magis verum. & hoc procederet in infinitum: aut peruenirent ad aliquod verum ſimpliciter, ideſt, aut quieſcemus ab hoc ſermone, & cæte. ideſt, & cùm declaratum eſt eſſe aliquod verũ ſimpliciter, tunc quieſcemus à ſermone, ex quo nullum ſcitum terminatur, & impedit vt aliquid habeat terminum.

Si aliqđ fuerit maioris veritatis ꝙ aliud neceſſe eſt aliqđ verum ſimpliciter eſſe verũ.

Caput Tertium. Contra Protagoram, aſſerentem omne quod opinamur, & nobis apparet, verũ eſſe.

EX eadẽ vero opinione Protagorę quoq; oratio eſt. & ſimiliter eſt neceſſe ipſas ambas aut eſſe, aut non eſſe. Si enim omnia, de quibus opinantur, quæ ꝙ apparent, vera ſint, neceſſe ẽ oĩa ſimul vera et falſa eſſe. ſigdẽ multi cõtraria inuicẽ opinant, ac eos, q nõ opinãtur eadẽ, q ipſi, mẽtiri putãt. quare neceſſe eſt idem eſſe & non eſſe. quòd ſi eſt, neceſſe eſt omnia, de quibus opinantur, vera eſſe. oppoſita nanque opinantur qui mentiuntur, & qui verum dicunt. ſi igitur ea, quæ ſunt, ita ſe habent, verum omnes dicunt. Quòd itaque ambæ orationes ex eadem mente ſint, patet. Non eſt autem idem omnes conueniẽdi modus. Quidam enim perſuaſione, quidam vero vi indigent. Quicunque nanque, propterea quòd dubitent, ita exiſtimarunt, horum ignorantia ſanabilis eſt. non enim ad ſermonem, ſed ad mentem eorum obuiatio eſt. Qui cunque vero ſermonis gratia dicunt, horum ſanatio redargutio eſt, & eius ſermonis, qui in voce, & eius, qui in nominibus. Aduenit autem illis, qui dubitant, hæc opinio à ſenſibilibus, illa quidem, qua dicitur ſimul contradictoria & contraria eſſe, videntibus ex eodem contraria fieri. ſi igitur non eſt poſſibile quod non eſt fieri, præextitit ſimiliter vtrunque ens: ſicut & Anaxagoras omne in omni miſceri ait, atque Democritus. etenim hic quoque vacuum & plenum ſimiliter in quacunque parte eſſe, atqui horum hoc quidem ens, hoc vero non ens eſſe.

Et ſermo Protagoræ eſt de ſermonibus eorum, qui opinantur hoc, & coguntur ad dicendum res eſſe, aut quòd nihil eſt. Quoniam ſi omnes exiſtimationes ſunt veræ, neceſſe eſt vt omnia ſint vera et falſa inſimul. multi enim homines exiſtimant contrarium eorum, quę exiſtimant alij, et opinantur ꝙ qui non opinãtur illud, quod illi opinantur, peccant. neceſſe eſt igitur vt idem ſit & non ſit. &, ſi ita ſit, neceſſe eſt vt omnes exiſtimationes ſint verę. errantes enim exiſtimant contraria. &, ſi entia ſunt huiuſmodi diſpoſitionis, tunc verificantur omnes. Et manifeſtũ eſt ꝙ iſti ſermones, & ſimiles ſunt ab vna cognitione. Et ars in diſputatione cũ omnibus iſtis non eſt vna. Sed quidam indigent ſufficientia, & quidam vt cogantur in diſputatione ad concedẽdum. Qui igitur exiſtimauerit hoc ꝓpter difficultatem comprehenſionis & ſuum errorem in ea, tũc ſita ignorantia habebit medicinam. diſputatio enim cum iſtis non eſt per verificationem ſermonis, ſed per verificationem rationis. Qui autem dixerũt per verificationẽ ſermonis, medicina eorum erit, vt incipiamus in verificatione ſignificationis vocis, & nominis. Et accidit iſta exiſtimatio remotentibus ſe à ſenſibilibus, quibus contingit dicere contradictoria eſſe, & contraria eſſe inſimul, quia opinabantur quòd contraria erant ex vno. & ſi impoſſibile eſt, vt fiat illud, quòd non eſt, neceſſe eſt vt res aut ſit cõmunis ex vtroque: ſicut dixit Anaxagoras, qui dixit quòd omne ſit admiſtum cum omni. & ſimiliter dixit Democritus. talem enim ſermonem dixit in parte, quæ eſt ex vacuo & pleno, licet hoc ſit ens, & hoc non ens.

Et Protagoras eſt illorum, qui opinantur hoc, ſcilicet ꝙ affirmatiua & negatiua ſunt inſimul. & omnes dicentes hoc coguntur ad dicẽdum ꝙ res ſunt, & quòd nihil eſt. quoniam qui dicit ꝙ omnis exiſtimatio eſt vera, & quòd res conſequuntur exiſtimationes, cõtinget

ei dicere quòd res sunt veræ & falsæ insimul. Deinde declarat hoc, & dixit, multi enim homines, &cætera. ideſt, & neceſſe eſt vt res ſint veræ & falſæ, ſi conſequũ tur exiſtimationes. quia multi homines exiſtimant in eodem exiſtimationes contrarias, ſcilicet quòd vnus exiſtimat quòd eſt affirmatiuum, & alius negatiuum, & alter exiſtimat alium peccare: ex quo cõtingit quòd idem ſit verum & falſum, quia conſequitur vtranque exiſtimationem, quapropter neceſſe eſt ſecundum hũc ſermonem vt idem ſit ens & non ens. & hõe intelligatur accidere ſomni ente, ſcilicet quòd omne ens, quod aliquis exiſtimat eſſe, poſſibile eſt vt aliquis exiſtimat ipſum nõ eſſe. Deinde dicit, &, ſi ita ſit, neceſſe eſt, &c. ideſt, et ſi negatiuum et affirmatiuũ ſunt vera inſimul, neceſſe eſt vt omnes exiſtimationes ſint veræ. exiſtimantes enim aliquid eſſe, & alii, qui falſant illam exiſtimationem, exiſtimant exiſtimationes cõtrarias. Deinde dicit, &, ſi entia ſunt huius diſpoſitionis, &cę. ideſt, & ſi entia conſequuntur diſpoſitiones hominum, contingit vt omnes homines vere dicant. Deinde dicit. Et manifeſtum eſt, quòd iſti ſermones, & cæte. ideſt, & manifeſtum quòd cognitio & opinio eorũ eſt vna: ſed ars, per quam remouẽtur ab hac opinione, non eſt vna. quidam enim remouẽtur ab hac opinione per ſermones ſufficientes in diſſolutione dubitationum, quibus accidit eis opinio: & quidam non remouentur per
* 2 l. difficultatem. * diſcoltatem. Et ars in hoc eſt, vt cogatur ad concedẽ dum aliquod poſi· ũ, quouſq; videatur ſuus defectus. iſte enim nõ vult cõcedere per rationem intrinſecam, quapropter neceſſe eſt vt faciant ipſum concedere vio
* 2 l. verba. lẽter per * verbera. Deinde dicit. Qui igitur exiſtimauerit hoc, &c. i. qui igitur exiſtimauerit hoc, pter dubitationem contingentem ei ex debilitate cerebri, poteſt curari ab hac ægritudine diſſoluendo illam dubitationem. Deinde d. diſputatio enim cũ iſtis nõ eſt, &cę. ideſt contradictio enim contra iſtos non erit per inſtitutionem ſignificationis dictionum, & vti diſputatione cum eis, donec verificantur: ſed per verificationem intentionis, in qua errauerit diſſoluendo illam quæſtionem, quæ accidit eis in illa intentione. Deinde dicit. Qui autẽ dixit per verificationem ſermonis, &c. i. Sophiſtę autem fingentes q̃ res non firmantur niſi per verum ſermonem, & quęrunt à nobis verificare hoc principium, non poſſumus loqui cum eis in hac quæſtione, niſi prius verificemus ſignificationes nominum. &, cũ conceſſerint quod nomina habent ſignificationes proprias, tunc poſſibile erit diſputare cum eis. & hoc fecit ipſe in principio iſtius ſermonis, & hoc intendebat, cũ dixit. vt incipiamus i verificatione ſignificationis, vocis, & nominis. Deinde dicit. Et accidit iſta exiſtimatio, & cæte. ideſt, & accidit iſta exiſtimatio obedientibus ſermoni, & non conſyderantibus vtrum ſermo cõueniat ſenſui, aut non. & qui hoc facit, continget et contradictio in rebus, & opinari quòd contraria ſunt inſimul. Deinde dicit quid mouit ad opinandum quoſdam, quod contraria ſunt inſimul, & d. quia opinabantur quòd contraria, & cæt. ideſt, & multi Antiqui opinabantur hoc, quia videbant quòd contraria generantur ex eodem, & opinabantur cum hoc, quòd non ſit generatio ex nihilo, ſcilicet ex non ente. vnde dixerunt quod contraria exiſtunt inſimul in eodem, ſcilicet ex quo generantur. & hoc intendebat, cùm dixit. neceſſe eſt vt res, aut ſit communis ex vtroq;. ideſt, quòd res, ex qua eſt generatio, ſit compoſita ex vtroque, ſcilicet ex ente & non ente. D. d. ſicut dixit Anaxagoras, &c.
De hoc vide Phyſi. 6. cõ. 32. ideſt, propter hanc opinionẽ dixit Anaxagoras, quod partes conſimiles, quæ ſunt elementa, apud ipſum ſunt admixtæ cum toto, ſcilicet quia omnes ſunt admixtæ cum omnibus. et ſermo Democriti eſt propinquus iſti cùm dixit partẽ eſſe indiuiſibilem, quæ eſt apud ipſum ex vacuo & pleno admixtis, & ſic opinatur quòd plenum eſt ens, & vacuum eſt non ens.

Adillos itaque, qui ex his ita arbitrantur, dicemus quòd quodammodo quidem vere dicunt, quodãmodo vero ignorant. ens nãq; dupliciter dicitur. quare aliquo modo quidem poſſibile eſt aliquid ex non ente fieri, aliquo vero modo non eſt. ſimulq; idem ens & non ens eſſe, ſed non ſecundum idem ens. potentia namque contingit ſimul idem contraria eſſe, actu vero minime. Itẽ eos efflagitabimus aliam quoque ſubſtantiam, entium exiſtimare, cui neque motus, neque corruptio, neq; omnino generatio inſit.

Nos igitur dicamus cũ iſtis, qui exiſtimant iſtas turpes exiſtimationes, quòd ſermo eorũ eſt verus aliquo modo, et aliquo modo impoſſibilis. contrarietas enim dicitur duobus modis. eſt igitur aliquo modo poſſibile vt aliquid fiat ex nihilo, & poſſibile eſt vt non fiat alio modo. & poſſibile eſt vt inſimul ens & non ens diuidantur duobus modis, non ens, quod fit ens exiſtens, ſcilicet quòd homo fiat terra, neque ens, ſicut entia, ſed non ſunt idem. poſſibile enim eſt vt contraria ſint in eodem inſimul potentia, actu autem non. Dicetur igitur eis ad opinandum quòd entia habent aliam ſubſtantiam etiam, quæ non habet motum, neq; corruptionẽ, neq; generationem oĩno.

Et qui exiſtimauerit ex hac dubitatione q̃ contraria ſunt inſimul, nos dicemus i hoc, q̃ ſermo eorum eſt verus aliquo modo, et aliquo modo non eſt verus. contrarietas enim non dicitur vno modo eſſe, ſed duobus modis, potentia, ſcilicet & actu. dicere autẽ q̃ cõtraria exiſtunt inſimul in eodẽ, potentia eſt verum, actu autẽ eſt falſum. Deinde dicit. eſt igitur aliquo modo, &cę. i. & ſimiliter hoc, quod dicit, q̃ impoſſibile eſt vt ens generetur ex non ente, dicitur etiã duobus modis: quorum vno poſſibile eſt vt fiat, alio autem non. Deinde dicit. & poſſibile eſt vt inſimul ens, et non ens, & cæ. i. quia vtrunq; iſtorum, ſ. ens & nõ ens diuiditur in duo, ſ. in ens actu & ens potentia, & ſimiliter non ens diuiditur in duo, ſ. in non ens actu & in non ens potentia, homo hic ſingularis, cùm fiet terra, non eſt iſte homo in actu, neq; potentia propinqua, aut remota, ſicut entia, ſed, ſi iſta terra fuerit homo, potentia erit alius homo numero, non ille idem homo corruptus. Deinde dicit. Idẽ. 2. de Generatione cõ. vltimo. ſed non ſunt idem. i. ſed contrarium, quod eſt ens in potentia, & quod eſt actu, non ſunt idem. Deinde dicit. poſſibile eſt enim vt cõtraria, &c. i. iſti enim homines errauerunt, & non potuerũt diſtinguere inter potentiã & actum, ſ. quia inuenerunt contraria eſſe inſimul in eodẽ, exiſtimauerũt q̃ poſſibile eſt ea inueniri in actu. ſed actu eſt impoſſibile, potentia autem eſt neceſſariũ propter generationem. Deinde dicit. Dicetur igitur eis, &c. i. & ideo melius eſt vt non prohibeantur ponere ſubſtantiam aliam eſſe à ſenſibili, carentem motu & generatione & corruptione omnino, ſicut Plato dicebat, ſcilicet ſubſtantiam, de qua pendet ſcientia neceſſaria. & hæc eſt quaſi cauſa per accidens, & immutatio de errore maiori ad minorem errorem.

Vide q̃ hoc cõ. 6. & 11. quinti Phy.

Similiter

Similiter autem veritas in his quoque, quę apparẽt, quibuſdam ex ſenſibilibus aduenit. At enim verum non pluralitate neque paucitate iudicari cenſere debẽt. idem autem quibuſdam guſtantibus dulce, quibuſdam amarũ eſſe videtur. quare, ſi oẽs ęgrotarẽt, aut oẽs inſanirent, duo vero, vel tres ſani, aut mentis compotes eſſent, hi vtiq; videri poſſent ęgrotare, ac inſanire, cæteri vero minime. Itẽ multis aliorum animalium contrario apparent q̃ nobis, ac noſtrum cuique non eadem ad ſeipſum ſemper ſecundum ſenſum apparẽt. Qualia igitur horum vera vel falſa, non eſt manifeſtum. nihilominus enim magis hæc quàm illa vera ſunt, ſed æqualiter: propter quod Democritus, aut nihil eſſe verum, aut nobis ignotum ait. Et ſimpliciter propterea quòd ſenſum quidem prudentiam putant, hanc vero alterationem eſſe, quod ſecũdum ſenſum apparet, neceſſario verum eſſe aiũt. Ex his enim & Empedocles, & Democritus, cæterorum quoque ſinguli, talibus opinionibus irretiti fuere. Empedocles etenĩ habitu mutato, prudentiam quoque mutari ait.

» Ad præſens nanq; prudẽtia hoĩbus augetur.

In alijs quoq; dicit.

» Quatenus mutantur, eatenus ſemper etiam
» altera ſapere eis affuit.

Parmenides quoq; eodem aſſerit modo.

» Vt enim cuiq; complexio membrorum fle-
» xibilium ſe habet,

Ita intellectus hominibus adeſt.

Idem nanq; eſt, quod ſapit membrorum natura hominibus, & omnibus, & omni. quod enim plus eſt, intelligentia eſt. Anaxagoræ autem ſententia ipſa quoque à quodam ſuorum neceſſariorũ memoriæ tradita eſt, quòd talia eis entia erunt, qualia ea eſſe putarint. Homerum etiam talem aiunt opinionem habere videri: quippe, qui faciat Hectorem, cũ à vulnere inſaniret, iacere, aliud ſapientẽ, tanquam & inſanientes ſaperent quidem, ſed nõ eadem. Patet itaque quòd, ſi vtraque prudentia eſt, entia quoque ſimul ita, & non ita ſe habent. Qua ex re difficillimum quod ſequitur eſt. ſi enim qui maxime poſſibile verum vident, hi autem ſunt, qui maxime illud quęrũt, & amant, hi tales opiniones habent, & talem de veritate ſententiam ferunt, quomodo nõ ſecordia illis ſit, qui philoſophari conantur? nã q̃rere veritatẽ nõ eſſet niſi volucres pſeq.

Et ſimiliter non crediderunt quidam veritatem cognitionis in rebus manifeſtis ſenſibilibus. Et impoſſibile iudicare verum per multitudinem, aut paucitatem. idẽ enim ſentitur à quibuſdam dulce, & à quibuſdam amarum. & ſi omnes homines eſſent infirmi, aut trãſmutati intellectus, ſani autem eſſent duo vel tres, aut habentes intellectum eſſent duo, aut treş, tunc exiſtimarentur iſti eſſe infirmi & tranſmutati intellectus, & quòd reſidui nõ ſunt ita. Et etiam pluribus animalibus apparent res ecõtrario illis ſecũdum quòd ſunt, & nobis etiam apparet hoc, quòd vnicuiq; in ſe apparent aliqua in ſenſu ecõtrario illi, quod exiſtimatur, & non ſunt ita. Et non manifeſtatur eis, vtrum ſint vera, aut falſa. iſta enim non reddũtur contraria magis quàm illa, ſed ſunt conſimilia in eo quòd reddunt. & ideo dixit Democritus quòd aut nihil eſt verum omnino, aut non manifeſtatur nobis. Et vniuerſaliter, cùm exiſtimauerunt quòd intellectus eſt ſenſus, & ſenſus eſt corruptibilis, dixerũt quòd verum neceſſario apparet per ſenſum. Et ex iſtis opinionibus crediderunt exiſtimationes Empedocles, & Democritus, & vnuſquiſq; aliorum. Empedocles enim dixit, q̃ ille, cuius compoſitio tranſmutatur, tranſmutatur ſuus intellectus. Et Parmenides etiã dixit quòd intellectus appropriatur hominĩ ſecundum complexionem membrorum vnuſcuiuſq; hominum. Et quidam ſoci dixerunt ſermonem Anaxagoræ, in quo dicit, quòd entia apud homines ſunt ſecũdum exiſtimationem eorum. Et dicitur quòd Homerus prius videbatur opinari hoc. dixit enim in ſuis verſibus Hectorem, & dixit quòd, cùm tuit percuſſus, valde timuit & amiſit intellectum proprium, & intellexit alio intellectu: quaſi videret quòd qui perdit ſuum intellectum, intelligit etiam. Et non eſt ita. & eſt manifeſtum q̃, ſi in vtraq; diſpoſitione habebat intellectum, tamen intelligebat quòd entia ſunt ſimul, & quòd ſunt in aliqua diſpoſitione, & in ſuo cõtrario inſimul. Et accidit ex vtraq; diſpoſitione aliquid difficile. ſi igitur quod iſti videtũ, eſt poſſibile de veritate, magis quàm alii ſunt ſolliciti in quærendo eam, & ſi exiſtimationes iſtorum ſecundum hanc diuerſitatem, & ſermones eorum ſunt tales in cognitione veritatis, quomodo non oportet illum, qui vult incipere in Philoſophia, quòd queſcat ſua voluntas? quoniam, ſi ita tuerit, tunc quętere veritatem eſt ſimile ad currere ad volantem.

Cùm diſſoluit dubitationem inducentem ad dicendum contraria exiſtere inſimul, necępit dicere aliam dubitationem, ex qua etiam accidit quibuſdam negare ſcientiã, & dicere nullam eſſe veritatem, & dixit. Et ſimiliter non crediderunt, & cæ. ideſt, & ſimiliter dixerunt quidam, quod illud, quod ſenſus comprehẽdit ex ſenſibilibus, nullam habet veritatem: & dicunt rationẽ do q̃ q̃dã ſentitur à quibuſdã dulcia, & à quibuſdã amara. & nõ differũt niſi in hoc, q̃ illi, q̃ ſentiũt eadem, ſunt plures. ſ. ſani: & q̃ ea ſentiũt amara, ſũt pauci. 21

tes, ſ. infirmi. & non eſt iudicandum aliquid eſſe verum per teſtimonium plurium abſque pauciorib⁹. Deinde dicit.et, ſi omnes homines eſſent infirmi, &c̄.i. & dixerunt ꝙ non oportet credere exiſtimationem ſanorum: quia infirmi habent tranſmutatos ſenſus & intellectus. cauſa enim in hoc non eſt niſi multitudo & paucitas. quontã, ſi poſuerimus ꝙ plures ſunt infirmi, & pauciores ſunt ſani, tunc diceretur ꝙ ſani ſunt infirmi, & ꝙ intellectus, & ſenſus eorum ſunt tranſmutati, & ꝙ alĩ ſunt ſani. Deinde dedit aliam rationem, & dixit. Et etiam pluribus animalibus, &c.i. & etiã dabant aliam ratiocinationem ſuper hoc, dicendo ꝙ plura animalia videntur comprehendere in eodem ſenſibili contraria. videntur enim quædam fugere idem tanquam nocuum, & quædam ſequi tanquam delectabile. & ſimile huic accidit etiam nobis cum animalibus. plura enim animalia videntur iuuari à rebus nocentibus nobis, & nocere à rebus delectabilibus nobis. Deinde dicit. & nobis etiam apparet hoc, & cæ.i. & ſicut accidit hoc animalibus, ita etiam accidit homini. quidã enim delectatur in hoc, in quo contriſtatur alius. & non tantum hoc accidit diuerſis hominibus, ſed et idem homo videtur comprehendere in eodem per ſenſum contrarium illius, quod habet per exiſtimationem, et, cùm ita ſit, tunc ſenſibilia non habent in ſe veritatem comprehendibilem, ſed ſunt ſecundum comprehẽdens. Deinde dicit. & nõ ſunt ita.i. & manifeſtum eſt, ꝙ non ſunt, ſecundum ꝙ ſentiuntur. Deinde dicit. Et non manifeſtatur eis, vtrum ſint vera, vel falſa.i. & dicebãt quòd propter omnia iſta nobis non declarabitur quid ſit verum, & quid ſit falſum. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit. iſta enim &c.i. iudicium enim ſenſus in eadem re eſſe alterum contrariorum non eſt firmius iudicio alterius ſenſus in illa re eſſe aliud contrarium. verbi gratia ꝙ iudicium ſenſus alicuius animalis, ꝙ hoc eſt delectabile, non eſt firmius iudicio ſenſus hominis illud eſſe contriſtabile. Deinde dicit. & ideo dixit Democritus, &c.i. & ideo dubitauit Democritus, & dixit ꝙ cõtingit ex hoc alterum duorum, aut nihil habeat veritatem in ſe extra animam, aut vt non comprehendatur aliquo modo. Deinde dicit. Et vniuerſaliter, cùm exiſtimauerit, &c.i. & cauſa erroris eorum eſt: quia exiſtimabant ꝙ intellectus eſt ſenſus, & quòd non differunt in aliquo: & opinabantur quòd ſcientia neceſſaria comprehenditur ſenſu: & cum viderunt quòd ſenſibilia videntur habere diſpoſitiones diuerſas apud ſenſum: crediderunt ꝙ nulla ſcientia eſt neceſſaria omnino. Deinde dicit. Et ex iſtis opinionibus, &c. ideſt, & ex iſtis dubitationibus p̃dictis exiſtimauerunt iſti homines iſtas exiſtimationes. Empedocles enim dicebat plures intellectus eſſe habẽtes iudicia diuerſa, & quòd quilibet intellectus ſequitur complexionem propriam. & ideo dixit quòd qui mutatur de aliqua complexione ĩ aliam, tranſmutabitur de aliquo intellectu in alium. & ratiocinatur ſuper hoc per hoc, quod apparet de tranſmutatione intellectus in infirmis propter tranſmutationem cõplexionis. Deinde d. & Parmenides etiam dicit, &c. ideſt, quoniam iſte dicebat quòd intellectus appropriatur hominibus ſecundum complexiones, & compoſitiones eorum. Deinde dicit. Et quidam ſocĩ, &c.i. & iſti etiam opinabantur, quod entia conſequuntur exiſtimationes hominum, & quod non habent eſſe extra animam, niſi ſecundum quod homines intelligunt. Deinde dicit. Et dicitur quòd Homerus. ideſt, & exiſtimabatur quod Homerus opinabatur plures intellectus eſſe, qui conſequuntur modos complexionis. Deinde induxit vnam narrationem ſcitam inter illos de vno verſu. Deinde dicit. quali videret, & cæte. ideſt, & ex hoc ſermone apparet quod Homerus opinaba-

Vide t. de Auctor. cõ. tro. 1e optimone Pmpedo. & Homeri.

tur quòd quiſquis amiſit ſuum intellectũ propter tranſmutationem complexionis, quòd intelliget alio intellectu à primo. Deinde dicit. Et non eſt ita, & cæ. ideſt, & hoc, quod exiſtimant, non eſt verum. manifeſtum eſt enim quòd & ſi in vtraq; diſpoſitione intelligit diuerſo intellectu, tamen neq; hoc intelligit, quòd entia ſunt eadem, aut quòd entia ſunt in aliqua diſpoſitione, & in ſua contraria inſimul. Et intẽdebat per hoc, quòd nullus intellectus intelligit quòd entia contraria exiſtunt inſimul, aut ſunt idem. Deinde dicit. Et accidit ex vtraq; diſpoſitione, & cæte. ideſt, quoniam impoſſibile accidit, ſiue intellectus fuerit poſitus ſecundum diſpoſitionem intellectus iſtius exiſtentis, aut ſecundũ aliud cõtrarium. Deinde dicit. ſi igitur iſti, & cætera. ideſt, ſi igitur iſti videntur magis quærere veritatem quàm alĩ, & ſermones eorum in veritate ſunt tales impoſſibiles, quomodo non accidit audientibus illos vt voluntas, & ſollicitudo eorum quieſcat inquirendo veritatem? quoniam tũc qui quærit veritatem, ſimilis eſt currenti ad apprehendẽdum volantẽ: quod nunq; fiet.

Nullus intellectus intelligit ꝙ entia contraria ſut inſimul, aut ꝙ ſunt idem. Vide cõtra ſupra.t. 9. cogita inſtantiam de veritate intellectus. Vide con. Zim.

Cauſa vero huius opinionis his fuit, quia veritatem quidem de entibus conſyderabãt. entia vero ſola arbitrati ſunt ſenſibilia eſſe. In his autem magna indeterminati natura ineſt, & eius, quod ita ens eſt, vt prædiximus. quare veriſimiliter quidem, ſed non vere dicunt. ita enim magis cõuenit dicere, quàm vt Epicharmus in Xenophanem. Item cùm hanc omnẽ naturam moueri viderẽt, de eo autem, quod mutatur, nihil verificari, circa illud, quod omnino mutatur, nihil verificari poſſe putabant. Ex hac enim exiſtimatione ſumma illa corũ opinio pullulauit, qui ſe Heraclitum ſequi affirmabant, qualem & Cratylus habebat, qui tandem nihil putabat dicere oportere, ſed ſolum digitum mouebat, & Heraclitum, quòd bis dixiſſet in eundem fluuium non eſſe intrare, reprehendebat. ipſe enim exiſtimabat ne ſemel quidem. Nos autem ad hanc etiam rationem dicemus, quòd id quod mutatur, cũ mutatur, habet aliquam veritatem non eſſe putare, quanq̃ etiam ambiguum eſt. Abiiciẽs enim habet aliquid eius, quod abiicit. ac neceſſe eſt aliquid etiam eius, quod fit, eſſe. & ſimpliciter, ſi corrumpitur, erit aliquid ens. & ſi fit, neceſſe eſt eſſe, ex quo fit, & à quo generatur, & hoc non eſſe in infinitum. Sed his omiſſis, illa dicamus, quòd non eſt idem ſecũdum quantitatem, & ſecundum qualitatem tranſmutari. detur itaque non permanere ſecundum quantitatem, attamen ſecundum formã omnia cognoſcimus.

Et cauſa in exiſtimationibus iſtorum eſt, quia quærebant perſcrutari de veritate entium, & exiſtimabant quòd entia ſunt ſenſibilia tantum, & naturæ iſtorum ſenſibilium non ſunt terminatæ, & maximã habent diuerſitatem, & omnia entia, quæ ſunt eiuſdem diſpoſitionis etiam. & ideo aſſimilantur dicere veritatem,

veritatem, ſed non dicunt veritatem. oportet enim hoc dicere, ſicut dixerunt errantes in Xenophane. Et etiam cùm viderunt totam iſtam naturã moueri, & quòd nihil dicitur in rei veritate de rebus, quæ non tranſmutantur exiſtimauerũt impoſſibile eſſe aliquid dici in rei veritate aliquo modo de rebus, quæ tranſmutantur ſecundum totum. Et ex iſta opinione ramificatæ ſunt opiniones Heracliti. Heraclitus enim in fine vitæ ſuæ opinabatur quòd non oportet aliquid dicere, ſed tantum mouebat digitum, & reprehendebat Sticum in hoc, quòd dixit ꝙ impoſſibile eſt tãgere aquã fluminis currẽtis bis. dicebat enim quòd nec ſemel eſt hoc ſenſibile. Nos autem dicamus in hoc ſermone etiam quòd illud, quod tranſmutatur, habet apud trãſmutationem aliquẽ ſermonem, qui vere dicetur de eo, et exiſtimatur, quod non eſt, & ſi hoc eſt dubium, Qui enim negat aliquid, neceſſe eſt vt habeat aliquod eſſe, quod poſſibile eſt negare. neceſſe eſt igit̃, vt aliquod eſſe habeat illud, quod eſt. & vniuerſaliter, ſi aliquid corrumpitur, habet eſſe. & ſi generatur, neceſſe eſt vt habeat eſſe illud, ex quo generatur illud, quod ex eo generatur, & illud per quod generatur, & quòd hoc non ſit infinitum. Sed dimittamus iſta, & dicamus quòd tranſmutatio ſecundum quantitatem non eſt eadem cum trãſmutatione ſecundum qualitatem. & ſcientia non eſt tantum per quantitatem, ſed omnia cognoſcuntur per formas.

22 Cùm induxit dubitationes inducentes quoſdam ad dicendum omnia eſſe vera, & quoſdam ad negandum ſcientiam, modo dat cauſam erroris iſtorum, & dicit. Et cauſa i exiſtimationibus, &c.i. & cauſa erroris iſtorum eſt, quia iſti volebãt perſcrutari de veritate ẽntiũ, & non intendebant intentionem ſophiſticam. & exiſtimabant cum hoc, ꝙ entia ſunt ſenſibilia tantum: & naturæ ſenſibilium ſunt tranſmutabiles, & non permanẽtes. ſcientia autem, ſi eſt, debet eſſe permanens, & ex rebus permanentibus. & propter hoc ambigebãt, & negabant ſcientiam. & hoc intendebat, cùm dixit, & maximam habent diuerſitatem, &c.i. & diuerſitas in omnibus ſenſibilibus eſt maxima. & ſimiliter in omnibus entibus, quæ ſunt per res ſenſibiles. Deinde dicit. & ideo aſſimilantur &c.i. & ſermo eorum videtur verus vno modo, ſcilicet in hoc, quod dicunt, quòd ſenſibilia ſunt tranſmutabilia, & ꝙ in eis non ſit ſcientia, ſed in hoc, quod dicunt, quòd ſcita ſunt ſenſibilia, falſantur. Deinde dicit. oportet enim hoc dicere, &cæ.i. oportet enim euitare hanc dubitationem ſicut euitauerũt eam errantes in ſermonibus Xenophanis. Deinde dicit. Et etiam, cùm viderunt, &c. ideſt, & vniuerſaliter ſuſtentati ſunt ſuper duo, quorum vnum eſt, quia viderunt iſtam naturam ſenſibilem tranſmutabilem per ſe. ſecũdum autẽ eſt, quia opinati ſunt quòd nulla res eſt, quæ vere dicatur de rebus tranſmutabilibus ſecundum totum propter velocitatem tranſmutationis eorum. et ſecundum hoc nulla erit ſcientia permanẽs, nec ſemper, nec aliqua hora. Deinde d. Et ex iſta opinione, &c.i. et ex iſta opinione ramificate ſunt opiniones Heracliti

opinantis ꝙ non oportet reſpondere ad aliquam quæſtionem ſic, aut non: quoniam erit falſum. antequam enim compleat reſponſionem, trãſmutabitur res in eõ trarium. et ideo, cùm ille quærebat de aliquo, innuebat per digitum, & non loquebatur. Deinde dicit. & reprehendebat, &c.i. & reprehendebat quẽdam vtrum Antiquum, qui opinabatur hoc in hoc, quod dicebat, quòd impoſſibile eſt tangere aquam fluuiũ bis. dicebat enim ꝙ debebat dicere ꝙ impoſſibile eſt tangere aquã fluuiũ ſemel, nedum bis. Et intendebat per hoc, ꝙ iſta eſt diſpoſitio entium in curſu, & ꝙ nulla ſcientia acquiritur de eis, neq; in minimo tempore. Deinde d. Nos autem dicamus &c.i. nos autem dicamus contradicendo iſtis ꝙ quicquid trãſmutatur habet ſermonem, qui vere dicitur de eo, ſecundum ꝙ eſt tranſmutatum, verbi gratia dicitur ꝙ non eſt permanens: & alium, qui falſat ſuperipſum, verbi gratia dicere ꝙ eſt permanens. & hoc intendebat, cũ dixit. et exiſtimatur ꝙ non eſt. i. & poteſt iudicari ꝙ eſt non permanens. & erit iudicii non trãſmutabile. Deinde d. & ſi hoc eſt dubium, &c.i. & vniuerſaliter qui negat aliquid de aliquo, neceſſe eſt vt negatum habeat aliquam naturam terminatam, & vniuerſaliter neceſſe eſt vt aliquod ens ſit. Et intendit ꝙ contingit negantibus ſcientiam vt ſcientia apud eos habeat aliquam naturam terminatam: et ſic erit aliquod ens, & ſi non, nihil eſſet negatum omnino. Deinde dicit neceſſe eſt igitur, &c.i. & vniuerſaliter omne, quod generatur, neceſſe eſt vt habeat ens, ex quo generetur ſecundum naturam, & ens per quod generetur, & ꝙ illud non ſit corruptibile, & vt hoc non procedat in infinitum. & ſimiliter corruptum debet peruenire ad aliquod incorruptibile. Deinde dicit. Sed dimittamus iſta, &c.i. ſed dimittenda eſt iſta contradictio, & procedamus ad magis manifeſta. & eſt, ꝙ tranſmutatio, quam fingunt eſſe perpetuam in entibus, eſt in quantitate, non in qualitate, & forma. & ſcientia neceſſaria nõ erit per quantitates rerum tantum, ſed & per formas. ſi igitur formæ ſunt permanẽtes, ergo ſcia erit permanẽs.

Item dignum eſt reprehendere eos, qui ita arbitrantur, quoniam, cùm & ipſorum ſenſibiliũ pauciora numero ita ſe habere viderent, de toto tamen cœlo ſimiliter ſenſerunt. hic. n. qui circa nos eſt, ſolum ſenſibilium locus in corruptione & generatione eſt, qui nulla, vt ita dicam, vniuerſi pars eſt. Vnde iuſtius fuiſſet propter illa, iſta etiã abſoluiſſe, quàm propter iſta, illa condemnaſſe. Item manifeſtum eſt ꝙ & ad iſtos eadem dicemus, quæ olim dicta ſunt. ꝙ enim eſt immobilis quædam natura oſtendendum, & perſuadendum eſt eis. ac accidit eis, qui ſimul dicunt eſſe, & nõ eſſe, magis dicere quieſcere cuncta, quàm moueri. nõ enim eſt in quo quicquam moueretur, nam omnia omnibus inſunt.

Et etiam contradicendi ſunt exiſtimantes iſtas exiſtimationes. quoniam, cùm viderunt in rebus ſenſibilibus ꝙ pauciores ſunt talis diſpoſitionis, iudicauerunt de toto cœlo. locus enim ſenſibilis, in quo eſt generatio & corruptio, eſt ille, qui continet nos tantum. & iſte poſſibile eſt, vt aliquis poteſt dicere, vt non ſit in reſpectu totius pars ſenſibilis. Rectius eſt igitur negare à toto, quod eſt in iſtis pau-

eis, quàm affirmare in toto, quod affirmatur de eis. Et manifestum est etiam, quòd dicendum est de istis, quod prius diximus in alijs, & demonstremus eis sufficienter naturam esse immobilem. etsi accidit dicentibus quòd dignius est affirmare & negare insimul, dicere ꝙ omnia sunt quiescẽtia q̃ dicere mobilia. nõ est enim aliquid, in quo trãsmutetur aliquid, quoniam in quolibet est quodlibet.

23 Et etiam cõtradicendum est istis hominibus primo. qm̃, cùm viderunt quædam entia pauciora, s. quæ sunt in generatione & corruptione in dispositione transmutabili, iudicauerũt ꝙ plura, s. cœli sunt huius dispositionis. locus autem, in quo est generatio & corruptio, est insensibilis respectu totius. & hoc, si concessum fuerit eis, ꝙ ista, in quibus est generatio & corruptio, non habent scientiam. Deinde Rectius est igitur negare de toto, &c. i. rectius igitur est non iudicare de toto illud, qđ iudicatur de parte insensibili, & negare ab eo toto trãsmutationem existentem in parte. Deinde dicit. Et manifestum est, &c. t. & isti digni sunt, vt sufficiamus eis per illud, per quod sufficimus alijs, declarando eis naturam immobilem esse. Et intendit per istam naturam, species & genera, & forte substantias abstractas. D. d. etsi accidit dicentibus, &c. i. & licet dignius est ponentibus ꝙ affirmatio & negatio sunt insimul in omnibus rebus, vt omnia sunt quiescentia magis q̃ mobilia. Deinde dedit causam i hoc, et dixit. nõ est enĩ aliqd, &c. i. secundum enim istos non est distinctum aliquid ab aliquo, in quod transmutatur, sed omnia sunt admixta, et quodlibet in quolibet, quapropter oportet ſm hoc, vt omnia quiescentia sint.

De veritate vero, ꝙ non omne, quod apparet, verum sit. Primo quidem neꝙ sensus proprij fallax est. sed imaginatio nõ est idem, qđ sensus. Deide admiratione dignum est, si hoc dubitant, vtrum tantæ sint magnitudines, tales ꝙ colores, quales eminus, an quales comi nus apparent et vtrum qualia sanis, an qualia ægrotantibus. & grauiora, vtrum qualia debilibus, an qualia robustis. et vera, vtrum qualia dormientibus, an qualia vigilantibus. Quod enim non arbitrantur, patet. nemo etenim, si noctu existimet se Athenis esse, cùm in Libya sit, ad Arioꝑagum vadit. Item de futuro (vt Plato quoq; ait) non est profecto similiter certa Medici, & ignari opinio: vtputa de futuro sano, aut non futuro.

Sermo autem eorum in sensus veritate nõ omne, quod apparet, est verum. Primo, quia falsitas non appropriat sensui, sed phantasiæ, quę non est eadem cum sensu. Mirandum est igitur de eis, qui ambigũt in istis rebus, & quę runt vtrum magnitudines, & colores sint in illa dispositione, in qua videntur ex remoto, aut in illa dispositione, in qua vidẽtur ex propinquo. & vtrum sint secũdum ꝙ sani videntur, aut infirmi. & in grauitate, vtrum sint secundum ꝙ debiles, aut secundum ꝙ fortes. & in veritate, aut in falsitate, vtrum sint secundum ꝙ sunt apud dormientes, aut apud vigilantes. Et manifestũ est ꝙ impossibile est hoc: nullus enim potest existimare modo album, sicut Plato. Et consilium Medici sapientis in rei veritate non est simile consilio nescientis, in eo quòd sanat de infirmitate, & in eo quòd non sanat.

Sermo autem eorum, ꝙ omne, quod apparet, nõ est verum, est falsus. & hoc destruitur multis modis. Primo autem, quoniam falsitas nõ est propria sensui. quoniam falsitas non accidit sensui nisi per accidens. illud autem, cui falsitas est propria, est imaginatio, in hanc enim debet aliquis dicere ꝙ illud, quod ex ea fit, non est verum. Et dixit hoc, quia per istam virtutem imagi nantur res, quæ ꝓcise videntur impossibiles esse. Deinde dixit, Mirandum est igitur. i. & quia sunt dispositiones, in quibus opinantur sensum esse verum, & aliæ, in quibus opinãtur sensum esse falsum. verbi gratia sicut dispositio rerum apparentium visui ex remoto & propinquo, & in sanitate & in infirmitate, & vigore & debilitate, & magis in somno & vigilia. Mirandum etiã vtrum de quærentibus, vtrum vera quantitas corporis est, quæ apparet in propinquo, aut quæ in remoto. idem enim apparet magnum in propiquo, & paruum in remoto. Et similiter quærentibus vtrum verus color apparet in propinquo, aut in remoto. & vtrum verus sapor comprehenditur à sanis, aut ille, qui comprehenditur ab infirmis. & vtrum verum põdus est illud, quod comprehenditur à fortibus, aut quod à debilibus. & maior quæstio est, vtrum quod dormiens videns est verũ, aut quod vigilans. Deinde dixit. Et manifestum est quòd hoc est impossibile. nullus enim potest modo. & hic abscinditur sermo Aristote. quia diminutus est. Et intentio eius est, ꝙ nos habemus primam cognitionem, per quam distinguimus inter illud, in quo sensus falsat, & in quo verificat. quoniam qui dubitat diuidere inter sensibilia falsa et sensibilia vera, est, sicut qui dubitat i istis rebus, scilicet vtrum scimus dormientes, aut vigilantes. & vtrum scimus, aut non scimus. & similiter nullus dubitat ꝙ verę quantitates, & veri colores sunt, qui apparent ex propinquo, non ex remoto, & quod apparet sanis est verum, non quod apparet ægris. & ideo incipiunt curari. Et si omne, qđ videtur, esset verum, sicut quidam dicunt, etiam non esset differentia inter sermones nescientis, & sapientis, verbi gratia Platonis. & tunc consilium Medici sapientis esset simile consilio nescientis sanare, aut non sanare infirmos. & omnia ista sunt impossibilia.

24 Falsitas propria est imaginatiõi, sed sensui nõ cõpetit nisi ꝓ accidens.

Item in ipsismet sensibus non est similiter certus, qui alieni est, & qui proprij, nec illius, qui prope est, & ipsiusmet: sed de colore quidem visus, non gustus, de sapore gustus, & nõ visus, quorum nullus vnquam ait eodem tempore circa idem simul ita, & non ita se habere. Atnec in alio tempore circa passionem dubitarint, sed circa illud, cui passio accidit, dico autem veluti idem quidem vinum, aut ipsum mutatum, aut corpore mutato, videri possit quandoque dulce, quandoque non dulce, sed non ipsum dulce, cùm quale est sit, vnquam mutatum est, sed semper verificatur de eo. & quod futurũ est dulce, necessario tale est. Attamen oẽs illæ orationes hoc perimũt. & quemadmodũ substantiã nõ esse vllius, ita

nec

nec quicquam necessario esse. necessarium enim non contingit aliter, & aliter se habere, quare, siquid necessario est, non ita habebit. Et simpliciter, si sensibile solum esset, nihil esset profecto, cùm animata non essent. sensus nãq; nõ esset, neq; sensibilia itaq;, neq; sensiones esse fortassis verum esset. sentientis enim hæc passio est. Ipsa vero subiecta, quę sensum faciunt, non esse etiã absq; sensu, hoc impossibile est. Sensus nanq; non ipse est sui ipsius, sed est aliquid aliud etiam præter sensum, quod necesse est prius sensu esse. mouẽs enim natura prius est moto. ęt si ad seinuicem dicuntur hæc ipsa, nihil minus.

Sensus non est ipse sui ipsius.

Et etiam dicamus hoc in ipsis sensibus. qm̃ sensus rei proprius non est simul in rei veritate ei, qui est alterius, & nõ est simul sensus propinquus rei propriæ remotę alterius. visus. n. est colorum, non saporum: gustus autem est saporum, non colorum. et vnusquisq; eorum sentit aliquid i vno tẽpore, & nunq; affirmat aliquis sensus, vt aliquid sit in sua dispositione, & alia contraria insimul, neq; in alia cõtraria etiam, neq; in alio tempore etiam. Rixa autem de passionibus, verbi gratia quoniam existimatur ꝙ transmutatio est ex eodem, sicut vinum ex sapore, & existimatur ꝙ transmutatio est propter diuersitatem cõplexionis corporis gustãtis, & sic existimatur, quòd vinum quandoq; est dulce, & quandoq; non dulce. & non est rixa in ipso dulci, cùm fuerit dulce, nec quando transmutatur: sed si sermo verus est i eo, & erit necessario dulce illud, quod erit secũdum hanc dispositionem. Et, si isti sermones negant secundum hęc, omnia, et similiter negant vt non sit substãtia etiam alicuius rei, & vt nihil sit necessario omnino. quod enim est necessario, impossibile est vt sit alio modo. si igitur aliquid fuerit necessario, impossibile est vt sit in hac dispositione, & in sua cõtraria, & alio modo. Et, si sensibile est relatiuum, tũc sensibile solum non est alicuius, si non est animatorum, quoniam non erit sensibile. & est verum, quemadmodum non erunt sensibilia etiam. sunt enim passiua sentientis. Et impossibile est vt subiecta faciẽtia sensum sint, si sensus non fuerit. Sensus enim nihil aliud recipit ꝙ sensum, & est prius sensu necessario. motor enim est prior moto natura. et, si ista dicuntur relatiue, tunc neutrum eorum erit sine altero.

25 Intendit in hoc sermone dissoluere dubitationẽ contingentem eis ex sensibus, & dicit, Dicamus etiam dubitantibus in sensibus, & ponentibus omnia apparentia æqualiter in veritate, quoniam iudiciũ alicuius sensus in proprio sensibili non est simile sui iudicio de sensibili alterius, s. communi. verior enim est in proprio, ꝙ in sensibili communi, & alijs. Deinde dicit, & sensus propinquus rei proprie, &c. i. & magis isto est ꝙ non æqualis est comprehensio sensibilis proprij à sensu, cũ fuerit propinquum comprehensioni communi ab eo sensu, cùm fuerit remotum illud sensibile cõe. Deinde incœpit dicere sensibilia propria vnicuiq; sensui, & d. visus enim est colorum, &c. t. visus enim est proprius coloribus in verificãdo de eis, & similiter gustus saporum, & auditus sonorum, & olfactus odorum, & tactus tangibilium. Deinde d. & vnusquisq; eorum, &c. i. & vnusquisq; quinq; sensuum habet proprium vnũ sensibile, quod comprehendit vno tempore, s. subito. Deinde dicit. & nunq; affirmat, &c. t. & nunq; videmus ꝙ aliquis sensus iudicat in suo proprio sensibili diuersas dispositiones in eodem tempore, aut in duobus temporibus diuersis. Et, quia accidit in hoc sermone aliquid ex hoc, quod apparet in sensu gustus in sanitate, & in infirmitate d. Rixa autem, &c. i. dubitatio autem, quæ accidit in passione, quæ dicitur gustus, verbi gratia ꝙ aliquis dicat ꝙ idem vinum modo videtur dulce, & alia hora amarum, dubitatur: quoniã hoc forte accidit ex transmutatione gustantis, & forte ex transmutatione complexionis gustantis. vnde nullo modo possumus præcise dicere hoc esse dulce in sua natura in aliqua hora. Deinde dedit responsionem, & d. & non est rixa in ipso dulci, &c. i. & ista dubitatio nõ oportet vt sit dulcis naturaliter. quoniam, si fuerit amarum ex sua trãsmutatione, manifestum est ꝙ natura dulcis trãsmutata est, & habet naturam propriam, & ꝙ erit dulce, quando illa natura reuertetur ad illud. Si autem ex transmutatione cõplexionis gustantis, hoc erit manifestius, s. ꝙ dulcedo habet naturam propriam. sed ista rixa nõ est illa, in qua eramus in proprio: sed ista rixa est vtrum conuersio dulcis in amarum est ex sua transmutatione, aut ex transmutatione complexionis gustantis. Et hoc intendebat, cùm d. & rixa non est in ipso dulci, &c. t. & rixa non est in dulci & cùm transmutatur in amarum, vtrum sit per suam trãsmutationem, aut per transmutationem complexionis gustantis: & si sit per illam transmutationem, quando transmutatur, necesse est enim vt sit dulce, dum habuit istam naturã, anteq; transmutetur. & hoc intẽdebat, cùm d. sed si sermo verus est, &c. i. sed, si verum est dicere ipsum esse dulce in aliqua hora, necessario erit dulce omne, quod fuit in illa dispositione, aut erit. Deinde dicit. Et, si isti sermones, &c. i. et isti sermones, sicut negant omnia entia, ita negant vt aliquid habeat substãtiam: & ita negant aliquid esse necessario omnino. Deinde dicit. qđ enim est necessario, &c. t. isti enim sermones faciũt, vt omne sit alio modo ab eo, qđ est, & qđ est, impoſ vt sit alio modo ab eõ, qđ est. D. d. si igit aliqd fuerit necessario, &c. i. qm̃, si aliqd fuerit necessario, impossibile est vt sit illo modo, ſm quem est in alio. Sensibile enim est relatiuum, cùm nullam habet i se naturam nisi relatiuam. contingit enim vt sensibilia non habeant esse, si animalia sensibilia non fuerint. sensibile enim nõ est relatiuũ ad aliud nisi ad sensum: &, si sensus non fuerit, non erũt sensibilia. Deinde d. & est verum, quemadmodũ, &c. t. & hoc, quod contingit, verum est etiam alio modo, s. cùm posuerimus ꝙ sensibilia sunt relatiua. contingit enim vt sensibile sit sensus, & sensus sit passio, i. accidẽs in sentiente. vnde necesse est vt sensibile non sit nisi sentiẽs sit. accidẽs enim impossibile est vt sit sine suo subiecto. D. d. Et impossibile est vt subiecta, &c. t. & contingit hunc sermonem vt sensibilia nõ sint, nisi sensus sint. Deinde dedit causam & d. Sensus enim nihil aliud recipit ꝙ sensum. t. sensus enim non est sensibilium, sed alterius à sensibilibus. Deinde d. & est prius sensu necessario. i. sed sensus est alterius, quod est prius sensu necessario, s. prius naturaliter. Deinde dedit causam in hoc,

Accidẽs impossibile est vt sit in suo subiecto. 3. de phy. tex. 19 & 7. Metaph. tex. 2. 3.

& d. motor enim, &c. i. & causa in hoc est, ꝙ sensibilia mouent sensus, & mouens est prius naturaliter moto. Deinde dicit. &, si ista dicuntur relatiue, &c. i. &, si sensus, et sensibilia essent relatiua, tunc sensibilia nō essent sine sensibꝰ, quēadmodū sensus nō fūt sine sensibilibꝰ.

Caput Quartū. Contra eos, q uel cōtradicendi studio, uel alia quapiā de causa in dictā opinionē deuenerunt. Item contraria simul eidem ineſſe nō posse.

SVnt autem quidam eorum, quibꝰ de his persuasum est, quicꝙ has orationes solum dicunt, qui dubitant. quærūt etenim, quis eū, qui sanus est, & omnino qui circa singula recte iudicarit, examinet. Tales autem dubitationes similes sunt, ac si quis dubitaret, vtrum dormimus nunc, an vigilamus. tales nanque cunctæ dubitationes idem possunt. de omnibus etenim hi dignum ducunt rationem esse. principium nancꝙ (& hoc per demonstrationem) accipere quærunt. Quòd autem nō est eis persuasum, ex eorum actionibus manifeste apparet: sed, vt diximus, iste eorum affectus est. rationem nāqꝙ eorum quærunt, quorum nō est ratio, demonstrationis enim principium non est demonstratio. His quidem facile hoc persuadebitur. non enim est difficile perceptu. Qui vero in oratione solum vim quærunt, impossibile quærunt. cōtraria nāqꝙ dicere dignum censent, mox contraria dicentes. Si autem non sunt omnia ad aliquid, sed quædam ipsa per seipsa sunt, non erit vtiqꝙ verum omne, quod apparet. apparens enim alicui est apparens. quare qui dicit omnia vera, quæ apparent esse, omnia entia facit ad aliqd. Quare obseruandum est his, qui vim in oratione quærunt, simulꝙ reddere orationes dignum ducūt, quòd non quod apparet est, sed quod apparet, cui apparet, & quando apparet, & quatenus, & quomodo. Quòd si reddant quidem orationem, non tamen ita reddant, accidet eis quamprimum contraria dicere. potest etenim eidem secundum visum quidem mel apparere, gustu autem non. & cùm oculi duo sint, si sint dissimiles, non eadē vtriꝙ visui. Cæterum ad eos, qui propter olim dictas causas, quod apparet verum esse dicūt, et ob hoc omnia similiter esse falsa et vera, nec sanè omnibus eadem apparere, nec eidē semper eadem, sed plerunꝙ contraria, etiam eodem tempore. tactus etenim duo dicit in digitorum variatione, visus autem vnum: sed neque eodem sensu, & secundum idem, & eodē modo, et in eodem tempore. Quare hoc esset verum profecto.

Et quidam contenti sunt per ista, & dicunt istos sermones, & quærūt quis est ille, qui quærit, & veridicat, & scit omnia secundum veritatem. Et istæ quæstiones ambiguæ sunt similes quæstionibus ambigentium in hoc tempore in vigilia et somno. & vis omniū istarum quæstionum vna est. isti enim dicūt ꝙ omnia habent causas. primo enim quærūt quid, deinde quærunt comprehendere hoc per demonstrationem. Quoniam autem non sunt contenti, manifestum est ex suis operationibus. sed infirmitas istorum est, quia quærunt terminū in quo non habet terminum. nō enim habet demonstrationem principium demonstrationis. Et medicinatio istorum est facilis, & cōprehendere hoc nō est difficile. Illi autem, qui quærunt sermonem tantum, & quærunt victoriam, quærunt impossibile. volunt enim dici sermones contrarios, & illi in illa hora dicunt sermones contrarios. Si autem non omnia dicuntur relatiue, sed quędam sunt per se etiam, tunc non omnia, quę apparent sunt vera. quod enim apparet, aliquid apparet. qd'. n. diximus ꝙ omnia apparentia sunt vera, facie omnia entia relatiua. Et ideo oportet præseruare nos ab eis, qui quærunt victoriam per disputationem, & cum hoc dicūt ꝙ illud, quod apparet, non apparet illud, quod est, sed apparet illud, qd' est, ſm illud, cui apparet, & ī hora, in qua apparet. Et existimant aliquid dicere, sed nō est ita. accidit enim eis à propinquo dicere cōtrariū. possibile enim est vt idem apparet visui eẽ mel, et gustui nō mel. et similiter duo oculi cū fuerint diuersi, nō videbūt vnū. Illis igitur, qui dixerunt in istis, quæ apparent causas p̄dictas, In Greco albū. ista apparēt & non apparēt eadē, sed apparēt cōtraria multotiens in eodem tēpore. sensus enim existimatur duo apud mutationem digitorum, & visus idem, & non quod terminatur, & inuenitur. & quod est per vnum sensum, & vno modo, & secūdum vnam dispositionem, et in eodem tempore, & hoc est verum.

Demonstrationis principium nō est demōstratio

Qui dicit oīa vera, quę apparent esse, omnia entia facit ad aliqd.

Dicit ꝙ illi, qui vtuntur istis sermonibus, sunt hipatiti. quidā enim quærunt per illos victoriam & dominium, & quidam ambigunt ex dubitationibus contingentibus istis rebus, & quærunt scire distinguere quis iudicat vere apud comprehensiones cōtrarias. & medicina istorum, sicut post dicet, ab hac infirmitate est facilis. D. d. Et istæ q̄stiones ambiguæ, &c. i. & qui ambigit in similibus quæstionibus, & dubitat vtrum illud, quod sani comprehendunt, est verum, aut illud, quod infirmi comprehendunt, & etiam illud, quod apparet ex remoto, aut illud, quod apparet ex propinquo, similis est dubitāti vtrum nos cùm dicimus hoc, scimus in somno, aut in vigilia. Deinde dicit. & vis omnium istarum, &c. i. & vis oīm istarū quæstionū in eo ꝙ dant de dubitatione, & ambiguitate, est eadē. Causa enim ambiguitatis earū est eadē, s. qa opinantur oīa habere causas, ex qbus cognoscūtur, & quærūt principia, ex qbus demōstrent. & si distinxerit qd' est cognitū p se, ab eo, quod nō est cognitum, tunc iste error auferetur ab eis.

26

Cōprehēsio, quæ fit vno sēsu, & vno mō sensus, & in eadem dispōne, est vera semp.

D. d.

Contra Sophistas.

D. d. Qm̄ autem non sunt contenti, &c. i. qm̄ iste modus hoīum non negat ista proterutendo, et propter gloriam, sicut faciunt Logici, sed quia accidit eis non habere certitudinem. hoc. n. manifestum est ex sermonibus istorum hoīum. sed ifirmitas eorum est, quia quærunt terminum in eo, quod nō habet terminum, & demonstrationem in principio demonstrationis. D. d. Et medicinatio istorum est facilis. i. quia non quærunt ista intendendo victoriam, & ideo quæstione dissoluta abscindetur illa dubitatio ab eis. D. d. Illi autē, qui quærunt, &c. i. illi, q dubitant in istis, & quærunt non ad aliud nisi ad vincendū aduersarios, quærunt impossibile, & quod non possunt facere. quærunt deinde facere vt contingant illis sermones contrarij. & cùm laborant in hoc, statim inducunt sermones contrarios. et ideo contingit eis conclusio, quam volebant inducere super aduersarios. D. d. Si autem non omnia dicūtur relatiue, & q. i. sed manifestum est ꝙ, si non omnia comprehensibilia per sensus sint relatiua, sed quædam eoꝝ sunt per se, non in respectu ad sensum, tunc non omnia apparentia erunt vera, sicut isti opinabantur. D. d. quod enim diximus ꝙ omnia, &c. i. contingit enim dicentibus ꝙ oē, quod apparet cuilibet hoīum, est verū, vt omnia entia apud ipsum sint relatiua. D. d. Et ideo oportet præseruare, &c. i. & propter corruptionē istius hoīs, & quia multum nocet Philosophia, oportet nos præseruare ab istis quærentibus in hac intentione victoriam & dominium in disputatione. contradicūt. n. sibi, qm̄ dicunt ꝙ illud, quod apparet res, non est illud, quod est, sed illud, quod est ſm videntem, et in eo tempore, in quo apparet, et sic negant ut res extra animam esse habeant omnino. D. d. Et existimāt aliquid, &c. ideſt & accidit eis, cùm voluerūt dicere in aliquo quid sit, vt dicant statim in eo, quod non est. D. declarauit quomodo contingit hoc in eis, & d. possibile enim est vt idem appareat, &c. i. cōtingit. n. istis iudicare idem esse mel per visum, & non esse mel per gustū. & sic contradicent sibi. D. d. et similiter duo oculi, etc. i. qm̄ alter oculorum fuerit diuersus ab altero in situ. tunc. n. accidit eis idem apparere duo, qm̄ exprimitur oculus, intantū ꝙ situs sit diuersus. D. d. illis igitur, qui dixerūt causas prædictas. hic abscinditur sermo Arist. & potest intelligi sic. declaratum est igitur ꝙ illi, qui dixerunt in istis rebus illas causas prædictas, & illas ratiocinationes, accidit eis vt duo cōtradictoria vera sint insimul, non ſm diuersos homines tantum, sed ſm eundem hominem. Isti enim, vt reputo, non concedunt ꝙ cōtraria apparēt eidem homini in eodem tempore, & in eadem dispositione. & ideo dixit ista apparent, & non apparent in eodem. fingunt. n. ꝙ cōtraria apparent insimul, sed non eidem homini, & in eodem ſtanti, sed duobus hoīsbus in duobus tēporibus. D. d. sed apparent contraria multotiens in eodem tempore, &c. i. sed contingit eis vt contraria appareant multotiens in eodē tempore, et eidem homini. D. d. sensus. n. existimatur apud mutationem, &c. i. & causa erroris in hoc, licet sensus sit idem, & sensatum idem est. quia, qm̄ visus videt vnā rem, et qm̄ videt illam duo, nō est in eadem dispositione. cùm autem senserit rem eandē in dispōne eadem & eodem sensu, tunc erit vnum. & hoc intendebat, cùm dicit, & non quod terminatur, &c. ideſt comprehensio autem, quæ fit vno sensu, & vno modo sensus, & in eadem dispositione, est vera semper, & nunquam diuersatur.

Sed ob hoc fortassis his, qui non propter dubitationē, sed orationis gratia dicunt, necesse est dicere ꝙ hoc non sit verum, sed huic verum. &, vt antea dictum est, necesse est ad aliquid, & ad opinionem, & ad sensum omnia facere. Quare nec factū est, nec erit quicquam, si nemo prius opinatus sit. quòd si factum fuit, aut erit, patet ꝙ nō ad opinionem omnia sunt. Item si vnum ad vnum, aut ad determinatū, & si idem est & dimidiū, & æquale, non tamen ad duplum, quod æquale est. ad opinionem itaque, si idem est homo, & quod opinatum est, non est homo, quòd opinatur, sed quod opinatū est. Quòd si vnumquodqꝙ ad illud erit, quod opinatur, infinita specie ꝙ opinatur erit. Quòd igitur omnium certissima opinio est non esse simul veras oppositas dictiones, & quid illis, qui sic dicunt accidat, & cur ita dicunt, hæc demum dicta sint. Cū vero impossibile sit contradictionē simul de eodem verificari, patet ꝙ neqꝙ cōtraria simul eidem ineſſe contingit. contrariorum enim alterum non minus priuatio est. substantiæ vero priuatio negatio à quodam determinato genere est. Si ipossibile itaqꝙ est simul affirmare, & negare vere, impossibile est etiam cōtraria simul ineſſe. sed aut ambo ſm aliquid, aut alterum ſm aliquid, alterum simpliciter.

Caput Quintum. Inter contradictionem non dari medium.

AT vero nec inter contradictionē possibile est quicquam medium esse, sed necesse est dicere, aut negare vnumquodque de vno. Manifestum autē est primo quidem de finitēibus quid verum, quidue falsum est. dicere nanqꝙ ens non esse, aut hoc esse, falsum: ens autem esse, & non ens nō esse, uerum est. quare & qui dicit esse, aut non esse, verum dicet, aut mētietur. sed nec ens dicitur non esse, aut esse, nec non ens. Item medium inter contradictionem, aut erit quemadmodum fuscū inter album & nigrū, aut quēadmodū neutrum inter hominem & equum. Si itaque ita est, non mutabit profecto. ex non bono nanque in bonum mutatur, aut ex hoc in nō bonum. nunc vero semper apparet. nō enim est mutatio, nisi ad oppositā & media. quòd si est medium, etiam sic aliqua erit in album nō ex non albo generatio. nunc autem non videꝝ. Item oīne intellectuale, aut itelligibile mens aut affirmat, aut negat: hoc vero ex definitione patet, cùm verum dicat, aut mētiatur. cùm enim sic cōponens dicat, aut neget, verū dicit: cū vero sic, mentitur. Item in oībus cōtradictionibus esse oportet, nisi orationis gratia dicatur. quare neqꝙ verum dicet aliquis, neqꝙ non verum, & præter ens & non ens. quare etiam præter generationem & corruptionem transmutatio aliqua erit. Itē in quibuscunqꝙ

generibus

generibus negatio contrarium inducit, in his etiam erit, vtputa in numeris, nec impar, nec nõ impar, numerus. sed impossibile est. ex definitione autem est manifestum. Item in infinitum procedet, & entia non solum sexquialtera, sed etiam plura erunt. rursus nanq; hoc negare erit ad affirmationẽ & negationem. & hoc quicq; erit. substantia nanq; eius est alia quædam. Item, cùm aliquo interrogante, an album est dicat q̃ non, nihil aliud negauit nisi ipsum eẽ, ipsum vero nõ esse negatio est.

Et dignum est vt cogantur ad dicendũ hoc, qui non dicunt ambigẽdo, sed disputando tãtum, q̃ hoc nõ est verum, sed verum per hoc. et sicut prius fuit dictum, necesse est vt dicẽs hoc, faciat omnia relatiua ad existimationẽ, et sensum esse. Ergo non fuit aliquid, nec erit si aliquis prius non existimauerit. et, si res sunt iam generatæ aut erunt, manifestum est q̃ non omnia referuntur ad existimationem. Quoniã autem refertur vnum ad vnum, & ad terminatum, & ad idem, & similiter duplũ, & æquale, & non refertur æquale ad duplum. et cum hoc, si refertur homo, & existimant p illum ad suam existimationẽ ad illud, quod existimaẽ, & finxerunt ambo idẽ, tunc illud, quod existimat, non est homo, sed existimaẽ per illum etiam. Et, si vnaquæq; rerum refert ad illud, quod existimaẽ, tunc illud, quod existimatur, refertur etiam ad res infinitas in forma. Iste igitur est sermo noster in istis sermonibus suis, & quare sermo eorum est hmõi. Et, si est impossibile vt duo cõtradictoria vera insimul sint in eodem, manifestum est quòdimpossibile vt contraria sint insimul in eodem etiã. alterum. n. eorum est nõ esse. & non esse nõ est minus substãtia, & nõ esse est negatiuũ de aliquo genere terminato. Et si impossibile est dicere q̃ affirmatio et negatio sunt ĩsimul, rectum videtur vt sit impossibile vt contraria sint ĩsimul et forte dicetur aliquid ex vtroq;, et forte alterũ eorũ dicet modo simplici.

Et etiam impossibile est vt aliquid sit iter duo cõtradictoria, sed necessario aut affirmatiua, aut negatiua altera earum erit de aliquo vno, posteq; verum et falsum prius determinantur. Dicere. n. q̃ ens non est, aut illud, quod non est, est, falsum: & dicere q̃ illud, qd̃ non est, nõ est, est verum. dicẽs igitur q̃ hoc est, & nõ est, veridicat & falsat: & dicens hoc non dicit q̃ ens non est, neq; illud, quod non est. Et etiam si aliquid est inter contraria, v.g. pallidum inter album & nigrum. & hoc erit verum in homine. Quoniam ſm hanc dispositionem erit transmutatio. & videtur q̃ illud, quod transmutatur in bonum aut hoc in eo, quod nõ est bonum. et hoc nõ est manifestum modo, qm̃ non est transmutatio, nisi ad res oppositas in situ, et media etiam. si igitur mediũ fuerit ſm hanc dispositionem, tunc erit aliquid, quod transmutaẽ in album ex non albo. et hoc non videtur modo. Et etiam omne cogitatum, et intellectum aut affirmatur, aut negatur. et hoc manifestum est ex definitione, vtrum sit verum, aut falsum. quoniam, cùm cõuenerit aut affirmatiue aut negatiue, erit verum: cùm autem non conuenerit erit falsum. Et etiã oportet vt illud sit in oĩbus contradictorijs, si non fuerit dictus sermo tm̃. et si hoc, continget vt aliquis non veridicet, neq; credatur etiam. et erit hoc in ente et non ente etiam. et erit trãsmutatio alia à generatione et trãsmutatione. Et oportet etiam vt hoc sit in omnibus generibus, in quibus accidit contrarium ex negatiua, v.g. in numeris, et vt in eis sit numerus, neq; par, neq; impar: quod est impossibile. Et est manifestum q̃ de numero procedit in infinitum, et erunt res non totum, neq; medietas tantum. Et cùm quæritur si est album, et dicit q̃ non est aliud, tunc dicet negatiua, non quia est negatiua, aut quę non est.

Et rectum est vt qui non dicit hunc sermonem propter dubitationes contingentes ei, & ambiguitatẽ, sed dicit proteruiendo & contradicendo, s. hoc non esse verum, vt cogatur ad dicendum impossibile contingens ei prius. D. dedit illud impossibile, & d. & sicut prius fuit dictum; &c.t. contingit enim dicẽti hoc, vt omnia entia sint relata ad sensum, & ad cognitionem. & hoc intendebat, cùm d. ad existimationẽ. D.d. Ergo non fuit aliqd, &c.t. & contingit huic sermoni hoc, s. q̃ nunquam fuit aliquid, & nunq; erit, si aliquis prius nõ existimauerit illud. et d. hoc, quia entia ſm opinionem hanc non erunt præter existimationes hominũ. D.d. &, si res sunt iam generatæ, &c.t. sed, quia manifestum est aliqua generata esse, & existentia extra animam, licet aliquis nunq; existimauerit ĩ eis aliqua existimatione, manifestum est q̃ entia non sunt existimationes. tunc. n. nulla generatio esset omnino: & tunc loquens loquẽdo, si aliquis nõ existimaret ipsum esse, nõ esset. D.d. Qm̃ autem refertur vnum ad vnum, &c.t. & ẽt, si omnia entia sunt relatiua ad existimationes hoium, & relatiuum refertur ad aliquid terminatum, necesse est vt homo, ad cuius existimationem referuntur entia, sit ens per se, & nõ relatiuum omnino. D.d. & cũ hoc, &c.t. si igitur homo existimans non est ens per se, sed relatiuum ad suam existimationem, tunc etiam existimatio erit relata ad aliquam existimationem. et hoc procedet in infinitum. & hoc intendebat, cùm d. Et si vnaquæq; rerum refertur. &c. D.d. Iste igitur est sermo, &c.t. ĩstis igitur sermonibus cõtradicemus, & demonstrabimus causas erroris eorũ. D.d. Et, si est impossibile, &c.t. cùm manifestum est per se, & cõcessum apud negantes illud per istos sermones prędictos, manifestum est q̃ impossibile est q̃ affirmatiua & negatiua congregentur in eodem: ergo & impossibile est vt duo contraria congregentur in eodem. Et causa ĩ hoc est, quia alterum duorum contrariorum est priuatio alterius. & istud, inquantum est oppositum enti, non est minus q̃ non esse, quod opponitur substantiæ. Et in alia

Alterũ duorũ cõtrariorum ẽ priuatio. Idem. 2. ph. c 1 1 q. & quæ ibi.

in alia translatione loco huius dicit, contrarioq; autem alterum est non esse non contradictoriorũ, non esse. n. est substantiæ. D.d. & non esse est negatiuum de aliquo genere terminato, t. et causa in hoc, q̃ istud nõ esse est æquale ad non esse, quod est in substantia, in hoc q̃ impossibile est vt sit cum illo, cuius est. D.d. & si ipossibile est ut affirmatio & negatio, &c.t. quia contrariũ est negatio propria alicuius generis, sicut est dispositio in priuatione substantię. quoniam quicquid negatur à specie, s. negatione simplici, negabitur à specie, s. negatione propria. D.d. & forte, &c.t. sed forte vtraque inuenietur in eodem. & hoc erit in contrarijs habentibus medium; sed in potentia, sicut albedo & nigredo inueniuntur in pallore, sed non in actu, nec perfecte. D.d. & forte alteq; eoq; dicet modo simplici. t. & forte alterum inuenietur in re simpliciter, t. perfecte. & tunc non inuenietur in eo alterum, nisi in diuersis temporibus. Et in alia translatione loco totius istius est aliud manifestius sic. & si impossibile est vt ĩsimul negetur, & affirmetur, impossibile est. n. vt contraria sint insimul, sed qñq; hoc, & qñq; hoc. D.d. Et etiam impossibile est vt aliquid sit inter duo contradictoria, postq; inuenitur verum & falsum, t. quia definitio veri est illud, quod nõ est falsum: & definitio falsi est illud, quod non est verum: vnde manifestum est ex hoc, q̃ cõgregentur in eodem est impossibile. D.d. Dicere. n. quòd ens non est, &c.t. & cùm declaratum est q̃ definitio veri est diuersa à definitione falsi, tũc qui dicit in eo, quod est, q̃ non est, falsat, & qui dicit in eo, quod non est, q̃ est, falsat etiam. Et intendit per verum esse, siue affirmatiuum siue negatiuum est, illud, quod est extra animam, ſm q̃ est in anima: falsum autem, si econuerso. D.d. dicens igitur q̃ hoc est & non est, veridicat, & falsat, t. cùm impossibile est q̃ verum & falsum congregentur in eodem, tunc dicens in aliquo q̃ est hoc, aut non est hoc necessario, aut veridicat, aut falsat. qm̃, si illud, quod veridicauerit, fuerit ſm id, quod est extra animam, siue esse siue non esse erit verum: sin autẽ falsum. D.d. & dicens hoc, non erit, &c.t. & qui hoc opinatur, non opinatur q̃ ens est non ens, & neq; q̃ non ens est ens. D.d. Et etiam, si aliquid est inter cõtraria, sicut pallidum, &c.t. & si contraria habent medium, tunc inter hominem & non hoiem erit medium. D.d. Qm̃ ſm hanc dispositionem erit trãsmutatio, &c.t. & si inter hominem, & eius priuationem est medium: & opposita, inter quæ est medium, sunt illa, quæ transmutantur adinuicem: tunc erit transmutatio ex non esse in esse, v.g. vt sit transmutatio ex nõ bono ad bonum, & ex bono ad non bonum. D.d. & hoc non est manifestum, &c.t. qm̃ cognitum est primum, q̃ transmutatio est ex oppositis, quorum vtrunq; est ens, & quæ maxime distant in esse, aut ex mediis, q̃ sunt inter illa. D.d. si igitur medium fuerit ſm hanc dispositionem, &c.t. si igitur medium fuerit inter affirmationem & negationem, tunc mutatio eius, quod mutatur ad album, non erit ex albo, sed ex nigro, & ex priuatione albi. & hoc est impossibile, s. vt non esse alteretur in esse, & esse in nõ esse. D.d. Et etiam omne cogitatum, &c.t. & etiã manifestum est q̃ omne imaginatum, aut affirmatur de eo aliquid, aut negatur de eo aliquid, aut ipsum affirmabitur, aut negabitur. D. d. & hoc manifestum est ex definitione, &c.t. & manifestabitur ex definitione veri & falsi q̃ non habent medium. D.d. qm̃, cùm conuenerit, &c.t. qm̃, cùm conuenerit affirmatiue, aut negatiue, illud, quod est extra animam, erit verum: & si non conuenerit, erit falsum. D.d. Et etiam oportet vt illud sit in omnibus, &c.t. & etiam si fuerit necesse vt inter cõtradictoria ſm affirmationem & negationem sit medium, oportet vt hoc sit in oĩbus cõtradictorijs.

Vide. 5. ph. 6. 19. 52. & 6. ph. 52.

Cognitum ẽ primũ, q trãsmutari ẽ ex oppositis, aut ex mediis inter ipsa Ides. 1. Ph. 2. 41. vsque ad. 50. Idẽ. 1. de Gene. 50. Idem 10 Met. 21. &. 2. de Aĩa c 44. 5. Ph. 6. &. 12. Meta. te. cõ. 6.

Quod iuenit Falsi natura liter, si iuenitur in q̃dam tũ, & q̃dam nõ. Idem. 2. Cœ. cõ. 59. &. 1. Poster. tex. cõm. 8.

Documẽtũ.

Aduenit autem quibusdam opinio ista, sicuti cæteræ quoq; præter cõmunem opinionem sunt. cùm. n. non possint contentiosas rationes soluere, cedunt rationi, assentiuntq; verum esse quod syllogizatum est. Quidam itaq; ob talem causam dicunt. quidam vero, propterea q̃ omniũ causam quærunt, principium vero ad hos omnes ex definitione. fit autem definitio ex eo, q̃ necessarium est aliquid eos significare. ratio. n. cuius signum est nomen, definitio fit. Videtur autem Heraclitus quidem opinio, omnia esse & non esse dicẽs, vera omnia facere. Anaxagoręq vero, esse aliquod contradictionis medium, quare omnia falsa. cùm enim miscentur, neq; bonum, neque non bonum est illud mistum. quare nihil est dicere verum.

R5. cuius signum est nomen, ẽ definitio.

Caput Sextum. Contra eos, qui omnia falsa, aut qui omnia uera esse dicebant. Et contra eos etiam, qui omnia quiescere, aut moueri dicebant.

His autem determinatis, manifestum est q̃ illa quoq;, quę vno modo, & de omnibus dicũtur, impossibile est esse, vt quidam aiunt. quidam quidem, nullum dicentes verum esse, nihil enim prohibere ita cuncta esse aiunt, vti diametrum commẽsurabilem esse:

quidam

quidam vero omnia vera. ferè enim rationes eorum eædem,quæ & Heraclíti sunt.Qui.n. dicit ꝙ omnia vera & omnia falsa,etiam sepa ratim vtrangꝫ harum orationum dicit.quare, si hæc impossibilia sunt, illa quoꝫ impossibilia esse necesse est.Item patet ꝙ contradictiones sunt,quas non possibile est simul veras eẽ,neꝫ falsas: etsi id videri possit magis contigere ex iam dictis. Verũ ad oẽs tales orationes petere oportet,vt in superioribus sermonibus dictum est, nõ si sit aliquid aut non sit, sed si aliquid significat. quare ex definitione disputandum est accipientibus quid verum quidue falsum significat.

Et contingit ista existimatio hominibus sicut aliæ opiniones mirabiles. quia non potuerunt dissoluere sermones aduersariorum, & ideo dixerunt sermones illorum, & verificauerunt argumẽtationes illorum. Quidam igitur dicunt istos sermones propter istã causam.& quidam,quia quęrunt rationẽ in omnibus rebus, & principium in omnibus istis rebus erit ex definitione. & definitio est illa, quæ significat rem necessario.& definitio est illa ratio,quam nomen significat. Et videtur ꝙ sermo Heraclíti affirmat ꝙ omnia sunt vera, & quod non omnia sunt vera.Sermo autem Anaxagoræ affirmat aliquid esse inter duo extra contradictoria. omnia igitur sunt falsa.quoniã,cùm admiscentur,mixtum non erit bonum,neꝫ non bonum. ergo impossibile est vt aliquid dicatur vere.

Vnum dicitur aut per accidens, aut per ſe per accidens, ſicut nauigator & muſicus. Dicere enim q̃ nauigator et muſicus ſunt unum non eſt per differentiam eſſentiæ, quia accidit nauigatori muſicū. Et ſimiliter dī vnū per accidens in genere etiam, & in rebus vniuerſalibus. v. g. q̃ homo, & homo muſicus ſunt vnum, aut quia muſicus accidit vtriq; hominī, qui eſt ſubſtantia vna, aut quia vterq; accidit alicui particularium, ſicut nauigatori. ſed eſſe vtriuſq; non eſt eodem modo, ſed vnum eorum debet eſſe quaſi genus in ſubſtantia etiam, & aliud quaſi habitus, aut paſſio i ſubſtantia. Omnia igitur, quæ dicūtur vnum per accidens, hoc modo dicuntur.

Dixit per accidens, ſicut nauigator et muſicus. v. g. quādo accidit q̃ aliquis ſit nauigator & muſicus. dicitur. n. q̃ nauigator & muſicus ſunt idem per accidens. nauigator. n. & muſicus ſunt differentiæ accidentales eſſentiæ illius, de quo dicunt, i. hominis. Et d. hoc, qm̃, ſi eſſent differentiæ ſubſtantiales eius, de quo prędicantur, tunc congregatum ex eis eſſet vnum eſſentialiter: ſed ſunt accidentia tantū. & hoc intendebat, cùm dixit, quòd accidit nauigatori muſicum. i. & hæc duo ſunt vnum per accidens, quia accidunt vni. D.d. Et ſimiliter dicitur vnum per accidens, &c.t. & ſimiliter dicitur vnum per accidens de genere, quod eſt vnum eorum aliquo accidente magis particulari. v. g. dicere iſte et homo muſicus aut dicere q̃ homo, & homo muſicus

Hō vñs & ꝑticularis ſt vnū cōmunit ter.ſ.ſpēa inter modos.

ſunt vnum. Deinde dedit modum, ſm quem congregatum ex iſtis eſt vnum per accidēs, & d. aut quia muſicus, &c.t. aut quia muſica accidit ambobus hominibus, qui ſunt ſubiecta, ſ. homini, qui eſt tanꝫ genus, & homini, cui accidit muſica. qm iſti duo homines, vniuerſalis, & particularis, ſcilicet cui accidit muſica, ſunt vnum eſſentialiter: & muſica accidit particulari: ergo accidit vniuerſali. Aut dicitur ꝙ homo muſicus eſt vnum, quia humanitas & muſica accidunt vni particularium & in vno. Et, quia hoc non eſt ſimile dicere, quia ædificator & muſicus ſunt vnum, quia ſunt i vno ſubiecto, dedit differentiā, & d. ſed eſſe vtriuſq;, &c.i. ſed eē humanitatis & muſicæ in vno, ſ. particulari non eſt eodem modo: ſed vnum iſtorum eſt tanꝫ genus in eo, quod eſt ſub particulari: & ambo ſunt de natura ſubſtantiæ, ſ. humanitas exiſtens in homine particulari, & aliud eſt tanꝫ accidens, ſ. muſica exiſtens in iſto particulari, ſicut accidens exiſtit in ſuo ſubiecto et paſſio. Et dixit hoc, quoniam dicere ꝙ muſicus & ædificator ſunt vnum per accidens, eſt quia exiſtunt in vno particulari, & eodem modo, & habent eandem naturam, ſ. naturam accidentis. humanitatem autem & muſicam exiſtere in vno particulari non eſt ſic: hoc enim eſt ſubſtantia, hoc autem accidens.

Illorum vero, quæ per ſe vnum dicunt̄, hęc quidem dicuntur, eò quòd continua ſunt, vt faſcis vinculo, & ligna viſco. linea quoq; etiā, ſi curua ſit, ſed continua, vna dicitur. ſicuti partium etiam vnaquæq;, crus, & brachium. Ex his autē ipſis illa magis vnum ſunt, quę natura, ſꝫ arte cōtinua ſunt. Continuum vero dicitur, cuius vnus per ſe motus, & nō poteſt aliter eſſe. vnus vero, qui indiuiſibilis. indiuiſibilis autem ſecundum tempus. Secundum ſe autem continua, quæcunq; non tactu vnū ſunt. ſi enim pones inuicem tangentia ligna, nō dices ea vnum, neq; lignum, neq; corpus, nec aliquid continuum eſſe. Igitur et illa quęcunq; omnino cōtinua ſunt, vnum dicuntur, etiam ſi habeant flexionem. & adhuc magis, quæ nō habēt, vt tibia, aut femur, quàm crus: quoniam contingit vnum non eſſe motum cruris. et recta magis, quàm curua, vnum eſt, curuam vero, & angulum habentem & vnā, et non vnam dicimus: quoniam contingit & nō ſimul eius, motum, & ſimul eſſe. rectæ vero ſemper ſimul, nullaq; particula magnitudinem habens, hæc quidem quieſcit, hæc vero mouetur, quemadmodum curuæ.

Eorum autem, quæ dicuntur vnum per ſe, quoddam dicitur vnum per cōtinuationem. vt lignum conglutinatum, aut illa, quæ congregantur a ligamento. & linea, ſi fuerit tortuoſa, dicitur etiam vnum continuum: ſicut dicitur vnum quodque membrorum, & ſicut crus, et focile. Iſtorum eſt magis unum, quod eſt continuū per naturā, ꝫ illud, quod eſt continuum per artificiam. Et dicitur continuum illud, cuius motus eſt unus per ſe, & non poteſt eſſe alio modo. et dicitur unus motus ille, qui non diuidit̄ neq; ſm tēpus. Et cōtinua per ſe ſunt illa, quæ ſentiūtur ſm tactū unum. ligna enim continua adinuicem nō dicuntur unum, cùm tanguntur, neque corpus, neque aliud continuum. Illa autem, quæ ſunt perfectæ continuationis, dicuntur unum, & ſi habeāt tortuoſitatē. & iſtorum eſt magis unum quod non habet tortuoſitatem, ſicut crus, & coxa. poſſibile enim eſt ut crus non ſit unū. & dicitur ꝙ linea recta eſt magis in unitate ꝫ tortuoſa. & dicitur ꝙ linea tortuoſa, quæ habet angulum, etiam eſt una & non una. poſſibile enim eſt ut motus eius ſit unus inſimul, & non ſit inſimul. linea autem recta oportet ut motus eius ſit inſimul, et nullū corpus habens magnitudinem quieſcit in una parte, & mouet̄ ſm aliam, ſicut partes lineę tortuoſæ.

Dixit Ariſt. ꝙ vnum per ſe & eſſentialiter, quoddā dicitur vnum, quod eſt continuum, & continuum aut eſt per conglutinationem, aut per ligamentum, aut naturaliter, ſicut linea, & ſuperficies, & corpus. D.d. & linea, ſi fuerit tortuoſa, &c.t. et continuum naturaliter, aut eſt rectum, aut tortuoſum, ſiue curuum, ſicut crus, & multa membra, in quibus tortuoſitas. D.d. Et iſtorum, &c.i. & eorum, quæ dicuntur vnū per continuationem, magis eſt vnum illud, quod eſt cōtinuum per naturam, ꝫ illud, quod eſt continuum per artificium, v.g. per ligamentum, aut per conglutinationem. D.d. Et dicitur continuum illud, cuius motus, &c.t. & dicitur continuum in rei veritate illud, quod mouetur ex ſe vno motu, in quo non eſt poſſibile vt ſit motus alterius modi, ſicut eſt motus corporis cœleſtis. D. narrauit qualis eſt vnus motus, & dixit. & dicitur vnus motus ille, qui non diuiditur neq; ſm tempus. t. qa non diuiditur neq; ſm tempus, neq; ſm intētionem, ſ. quia nō erit in duobus tēporibus, neq; erit in duobus tēporibus * motus, licet ſit in vno tēpore. D.d. Et cōtinua ꝙ ſe ſunt illa, &c. & hoc, quod dixit, manifeſtum eſt. & eſt ꝙ corpora continua ſunt illa in rei veritate per tactum ſe vtſum * cōtinua. & forte erunt neceſſaria ibi duo ſenſus, ſ. quia vnus iuuat alterum. & multotiens coniunguntur corpora per artificium, tali modo ꝙ tactus et viſus fallunt̄, & reputant ea eſſe continua. & cauſa huius eſt, qa continuatio eſt de ſenſibilibus cōmunibus. D.d. Illa autem quæ ſunt perfectæ continuationis, &c.t. illa autem, quæ ſunt perfectæ continuationis, t. per naturam, dicunt̄ vnum, licet non ſint recta, ſed in eis fuerit aliqua tortuoſitas, ſicut crus. & coxa, ſ. quia dicit vnū crus, & vna coxa. D.d. poſſibile eſt enim vt crus nō ſit vnum, t. & tortuoſum minus eſt vnū, quia poſſibile eſt diuidi crus in duas partes, & nō remanere vnum, ſ. i loco tortuoſitatis. D.d. & dicit ꝙ linea recta, &c.t. & linea recta magis vnum eſt ꝫ tortuoſa, quoniā tortuoſa eſt quaſi compoſita ex duabus lineis. in line.t.n. tortuoſa ſunt tria punꝫta, cùm habuerit angulū. & ideo dixit. & dicitur ꝙ linea tortuoſa, &c.t. & dicitur ꝙ linea habens angulum eſt vna vno modo, & non vna alio modo. ſecundū. n. ꝙ terminatur à tribus punctis, eſt non vna: ſed ſecundum ꝙ vnum extremorum eſt apud angulum, eſt vna, ecōtrario de linea recta. D. dedit cauſam in hoc. & d. poſſibile enim eſt, &c.t. partes enim lineę tortuoſæ cùm mouētur ſm totum, non mouētur partes equaliter, ſed quędam citius quibuſdam. & ſic iudicatur de illa ꝙ motus partium ſunt inſimul, quia motus eſt in eodem tempore: & nō inſimul, quia

diuerſantur

* 2. l. modu

* 2. l. vna.

2. de Anima 64.

Partes linę tortuoſæ equaliter mouentur ſicut partes lineæ rectæ

diuerſantur in velocitate & tarditate. linea autem recta mouetur ſecundum totum inſimul. Et poteſt intelligi ꝙ, cùm linea tortuoſa mouetur, poteſt diſtingui altera linearum ab altera apud angulum, & non mouebuntur inſimul: quod impoſſibile eſt in linea recta. Et intelligendum eſt hic per lineam corpus. linea enim nō mouetur. Deinde dicit. & nullum corpus habens magnitudinem, &c.t. et nulla magnitudo recta inuenitur, cuius quædam pars quieſcat, & quædam moueatur, ſicut inuenitur in linea habente angulum, quia eſt compoſita ex duabus lineis.

Linea non mouetur, ſed corpus. Idē 6. phy. 32.

Alio item modo vnum dicitur, cùm ſubiectum ſit forma indifferens. Indifferēs autem, quorum forma indiuiſibilis ſecundum ſenſum eſt. ſubiectum vero, aut primum, aut vltimum ad finem. etenim vinum vnū, & aqua vna dicitur, quatenus indiuiſibilis ſecundum formam eſt: liquoreſq; omnes, vt oleum, vinum, & liquabilia vnum dicuntur, quoniam omnium vltimum ſubiectum idem eſt, aqua nanq; & aer hæc omnia ſunt.

Et dicitur etiam vnum alio modo, quorum ſubiectum non diuiditur ſecūdum formam. Et illa non diuiduntur ſecundum formā, quorum formæ non diuiduntur ſecūdum ſitum, & ſubiectum aut primum, aut vltimū, quod eſt proprie complemētum. dicitur. n. vinum vnum, & aqua vna, cùm non diuidantur ſecūdum formam. & dicuntur omnia liquabilia vnum, ſicut oleum, & vinum, & omnia liquida. ſubiectum enim oium iſtorum eſt vnum, & omnia ſunt, aut aqua, aut aer.

9 Ideſt, & dicuntur vnum illa, quæ ſunt vnum ſecundum formam, & diuiſibilia ſecundum quantitatem, et ſunt illa, quæ ſunt conſimilium partium, quę partes cō ueniunt in nomine & definitione. & iſta, ſicut d. non diuiduntur ſecundum ſubiectum & ſecundum locum. Et, quia forma, in qua conueniunt, aut eſt vltima forma, quæ eſt finis in generatione, aut forma prior iſta, dedit exemplum de poſtrema forma, ſcilicet per quam vocatur compoſitum, ſcilicet verbi gratia per quam vnum dicitur vinum, & aqua aqua. partes enim aquę ſunt aqua, & vini vinum. Deinde dedit exemplum eorum, quę conueniunt in forma remota à poſtrema forma, ſicut aqua & oleum, quæ conueniunt in forma liquiditatis. & hoc intendebat, cùm d. ſubiectum enim omnium iſtorū eſt vnum, & oſa aut ſunt aqua, aut aer.

Dicuntur autem vnum, & quorum vnum genus differens oppoſitis differentijs. ac cuncta hæc vnum dicuntur, quoniam vnum eſt genus ſubiectū differentijs. vt homo, equus, canis, vnum quid, quoniam omnia animalia, & quodam ſimili modo, ſicuti materia vna. Hęc autem quandoq; quidem ita vnum dicūtur, quandoq; vero ſuperiore genere, quod idem dicitur, ſi vltimæ generis ſpecies ſunt, illa autē ſuperiora ipſis. vtputa triangulus duorum æqualium laterum vna & eadem figura cum triangulo trium æqualium laterum eſt. ambo etenim trianguli, ſed nō ijdem triāguli.

Et etiam dicuntur vnum, quorum genus eſt vnum, & differunt per differentias ſubiectas eis. ſicut homo, & equus, & canis, & ſicut dicitur omnia animalia ſunt vnum. & prope iſtum modū eſt dicere ꝙ materia eſt vna. Ilia igitur forte dicuntur vnum ſecundum hunc modum, & forte dicuntur vnum ſecundum genus ſuperius, cùm ſint poſtrema forma ſuperioris generis. verbi gratia ſicut iſoſcheles, & iſopleuros: dicuntur enim figura vna eadē: ambæ enim ſunt trianguli, & nō dicunt̄ idem triangulus.

Sermō eius in hoc capitulo manifeſtus eſt, & eſt ꝙ hoc nomen vnum dicitur de ſpecieb⁹, quæ conueniunt in genere. verbi gratia quòd homo, & equus, & canis ſunt vnum in animalitate. Et quia genus eſt ſimile materiæ, d. & prope iſtum modum. &c.t. deſt, & conuenit cùm iſto modo modus, ſecundum quem dicunt aliqua eſſe vnum in materia. verbi gratia ꝙ canis, & equus, et aſinus, & animalia anhelantia, et ambulantia ſunt vnum, in eō ꝙ ſunt ex ſanguine, aut ex carne, & oſſe. Et, quia eorum, quę ſunt vnum in genere, aut ſunt vnum in genere propinquo, aut vnum in genere remoto, dixit. Ilia igitur forte dicuntur, &c.t. illa igitur dicūtur forte eſſe vnum i genere propinquo, ſicut dicimus ꝙ homo & canis ſunt vnum in animalitate, & iſopleuros & iſoſcheles ſunt vnum in figuratione. & d. cùm ſint poſtrema forma ſuperioris generis, t. poſtremę ſpecies. ſpēs. n. poſtremę ſunt vltimę formę, in quas genus ſuperius diuiditur, ſicut figura, quæ in poſtremo diuiditur in triangulos. Deinde dicit. diuiduntur enim figura, &c.t. & figura eſt genus ſuperius & remotum à ſpecieb⁹ triangulorum, quia nō ſunt figurę propter hoc, ꝙ ſunt triangulus, ſ. propter hoc, ꝙ congregantur in figura: ſed propter hoc, ꝙ congregantur in triangulo. & iſta eſt forma generis remoti. Deinde dicit. & non dicuntur idem triangulus, t. ꝙ triangulus, aut iſoſcheles, aut iſopleuros dicuntur eſſe vnum per figuram, t. in genere remoto. t. quia triangulus non eſt vltima ſpecies. & hoc intēdebat, cùm d. & non dicūtur triangulus idē. t. non triangulus ſimpliciter eſt hoc, ꝙ inuenitur collocari ſub figura mediāte collocatione eorum ſub vltima ſpecie. quoniam, ſi ita eſſet, tunc non eſſet medium inter illum & figuram.

Item vnum ea dicuntur, quorū ratio, quod quid erat eſſe dicens, indiuiſibilis ad aliam eſt, quod quid erat eſſe rei ſignificantem. ipſa. n. per ſeipſam omnis ratio diuiſibilis. ſic enim et auctum, et diminutum vnum eſt, quoniam ratio vna: quemadmodum in ſuperficiebus eſt ipſius ſpeciei vna. Et omnino quorumcunq; intellectio, quæ quod quid erat eſſe intelligit, indiuiſibilis eſt, neq; ſeparari poteſt nec tempore, nec loco, nec ratione, hæc maxime vnū ſunt. & horum, quæcunque ſubſtantiæ ſunt. Vniuerſaliter nanq; quotcunq; non habent diuiſionem, quatenus non habent, eatenus vnum dicuntur. vtputa, ſi prout homo nō habet diuiſionem, vnus eſt homo: ꝙ ſi prout animal, vnum animal: quòd ſi prout magnitudo, vna magnitudo. Plurima itaq; vnum dicuntur, eò ꝙ aliquid vnum aut agunt, aut patiun-

tur,aut habent,aut ad aligd vnũ sunt.Quę vero primo vnum dicuntur, illa sunt, quorum substantia vna: vna vero, aut continuatione, aut forma,aut ratione.numeramus etenim tã quam plura, aut quæ non continua sunt, aut quorum forma non est vna, aut quorum ratio non est vna.Item est quidem,vt quodcũq; dicamus continuitate vnum esse, modo quãtum & continuum sit: est autẽ vt non aliquid totum sit.hoc autem,si non habeant formam vnam.non enim dicemus similiter vnum, cũ viderimus partes calceamẽti quomodocũq; compositas, propter continuitatem, sed si ita vt calceamentum sit,ac quãdam formam habeat, tunc vnum. Quare maxime linearum circuli linea vna est,q̃m tota & perfecta est.

Et etiam dicuntur vnum illa, quorum definitio, quæ significat quid est, non distinguitur à definitione alterius significãte quid est. omnis enim definitio diuidit in se.& secundũ hunc modum augmentabile & diminuibile sunt vnum.& etiam definitio est vna,sicut definitio superficierum planarum est vna. Et dicitur vnum modo simplici de illis, quæ non diuiduntur secundum tempus, neq; secundũ locum,neq; secũdum sermonem. & maxime quod est ex eis substãtia: illud enim est magis in vnitate. Et dicitur etiam vnum modo vniuersali illud, quod non habet diuisionem fm suã speciẽ. verbi gratia dicere vnum hominẽ & vnum animal,& vnum os. Et multa dicuntur vnum secundum naturam, quãuis agant aliud, aut patiantur ab alio: aut differant per alia,aut referantur ad alia. Et illa, quæ dicuntur vnum primo modo, sunt illa, quorum est substantia vna, & sunt vnum, aut secundum continuationem,aut secundum formam,aut fm definitionem. dicimus enim in numero plura illa,quæ non sunt continua, neq; habẽt formam vnam.Quodam enim modo dicitur vnum,& si fuerit de quãtitate, & continuum etiam: & quodam modo non dicitur vnum, si totalitas sua nõ fuerit p̃fecta.illud igit̃ qd̃ nõ est totũ,nõ dicitur vnũ vniuersaliter.nõ enim dicimus q̃ partes totularis compositæ aliquo modo sunt vnum propter continuationem: nisi dicatur hoc modo,s.secundum q̃ sunt solar,& secundum q̃ habẽt aliquam formam vnam. Et secundum hunc modum dicitur q̃ linea circuli est vna magis quam alię lineæ.est enim linea perfecta,in qua est totum.

11 Idest,& dicitur etiam hoc nomẽ vnum de illis,quorum definitiones diuersę non distinguuntur à definitione alterius,quod est unum secundum species.definitio enim cuiuslibet talium nõ distinguit se ab definitione subiecti, s. quia definitio subiecti continetur in definitione cuiuslibet eorum. Et hoc est, quod dicit quæ scilicet quid est,quia definitio non dicitur definitio, nisi cùm significat essentiam rei & d. omnis enim definitio diuiditur in se: quia definitio semper diuiditur in duas partes, s. in genus & differentiam: & vtrunq; istorum diuiditur in definitione alterius rei, s. subiecti eorũ. & hoc est proprũ cuiuslibet definitionis, diuidi s. in duas partes ad minus. & d. hoc, quia ista est causa, quare definitiones compositæ perueniunt ad definitiones vnius rei: sicut accidit in definitionibus specierum conuenientium, s. quia perueniunt ad definitionem vnius rei, quæ est superius genus, s. generalissimum. Deinde dicit.& secundum hũc modum augmentabile, & diminuibile. s. & hoc modo sunt res diuersæ secundum definitionem & vnum secũdum subiectum, sicut augmentabile & diminuibile.Illud enim, quod recipit augmentum & diminutionem, sumitur in definitione augmẽti & diminutionis. Deinde dicit. & etiam definitio est vna, &c. s.& ex hoc modo etiam sunt definitiones superficierum diuersarum, quę conueniunt in definitione superficiei, quę superius genus est.& d. planarum, ad excludendum cõcauas & conuexas. istæ enim superficies non conueniunt in eadem definitione, sicut linea recta & curua non conueniunt in eadem definitione. & iste est alius modus ab eo,secundum quem dicitur vnum secundum formam. Deinde induxit alium modum magis famosum,& magis verum,& d. Et dicitur vnum modo simplici,&c. s. & dicitur vnum de eo, quod non diuiditur secundum definitionem, neq; secundum tempus, neq; secundum locum, et vniuersaliter neq; aliquo modo diuisionis. et qđ ex istis est substãtia, aut declarabitur q̃ aliqua substãtia est talis, illud est dignissimum hoc nomine vnũ. Et debes scire q̃ illud, quod est huiusmodi, est in quantitate tantum, sed, si nõ habet situm, est principium numerorum.&, si habet, est punctus.& illud, quod est tale in vnoquoq; genere, est simplex i illo genere. & hoc declarabitur magis post. Deinde dicit. Et dicitur etiã vnum, &c. s.& etiam dicitur vnũ de indiuiduo, quod non diuiditur in partes homogeneas cum toto in definitione. verbi gratia q̃ iste homo demonstratus nõ diuiditur in partes, quarum vnaquæq; est homo. & est hoc commune omnibus corporibus organicis. & hoc intendebat,cùm d. quod non habet diuisionem secundum suam speciem. s. quod nõ diuiditur in partes, quæ sunt suæ species. verbi gratia q̃ homo non diuiditur in partes, quę sunt homo, nec manus in manus.& hoc est vnum secundum figuram, & compositionem. Deinde dicit.& vnum animal,&c. s. q̃ vnum animal non diuiditur in multa animalia. Deinde d.& vnum os,&c. idest, & os diuiditur in ossa.& hoc est vnum per continuationem. s. quoniam vnum secundum continuationem diuiditur in partes, quæ sunt etiam continuæ:& si inuenerentur etiam vnum in numero ex corporibus consimilium partium econtrario de vno secũdum totum, sicut est dispositio in corporibus organicis. Deinde dicit.& multa dicuntur vnum,&c. s.& illa, quæ sunt vnum secundum naturam, sunt illa, quę recipiunt vnum idem. verbi gratia omnia, quæ recipiunt malleationes: dicitur enim q̃ materia eorum est vna. aut illa, quæ patiuntur ab eodem eadem passione. verbi gratia quæ liquescunt per calorem. dicuntur etiam habere vnam materiam.& etiam illa, quę transmutantur vna transmutatione. verbi gratia q̃ liquefiũt aut humefiũt. & vniuersaliter quæ transmutantur mutcẽ, dicuntur habere vnã materiam.& similiter illa, quæ attribuuntur vni subiecto. verbi gratia linea & cuprea, & aquosa, & aerea. Deinde dicit. Et illa, quæ dicuntur vnum, &c. s.& illa, quæ dicuntur vnum modo priori, sunt quæ dicuntur vnum per continuationem, & vnum per formam, & vnum secũdum totum & completum.& illa, quorum formę

Documentũ

Infra in text. com. 12.

Homo demõstratus non diuiditur i plures partes, quarum vna quęq; ab homine extra Sophistas.

Vide an, quæ adueniũt alicui mutãtur, his vnum materiam. lib. 1. de Generatiõe. t. c. 41.

formæ sunt vnum, sunt eum hoc separata in loco, in tẽpore.& in hoc differunt à cõsimilibus in partibus, quorum totum et pars vnum sunt in definitione, et forma. Deinde dicit.ratiocinando.dicimus enim, &c. s. & signum huius, q̃ vnum dicitur de continuo, & forma, & de illo,quod est totum, s. non diminutum, est, quia multitudo dicitur de rebus discretis diuersis secũdum formam:et non dicitur vnum de illo, à quo diminuitur aliquid ex eis,per quæ est totum & completum,verbi gratia ab illo, de quo nõ diminuitur aliquod membrũ. Deinde dicit.illud igitur, quod non est totum, &c. s.& differentia inter vnum secundum continuitatẽ, & vnũ secundum totum & perfectionem non dicitur esse vnũ per continuationem partium, sed per suam formam. nihil enim diminuitur ab eo ex eis, quibus est vnũ. verbi gratia sotular, quod dicitur vnum per suam formã completam non per continuationem partium. et ideo, si ex eo diminuitur aliqua pars, non dicetur vnum. linea autem & corpus dicitur vnũ, licet ex eis diminuatur aliquid. Deinde dicit. Et secũdum hũc modum dicitur, &c. s. et quia vnum secũdum totum est perfectũ, cui impossibile est addere vel diminuere remanente eodem, ideo linea circuli est magis perfecta in vnitate. circulum enim impossibile est recipere augmentum, vel diminutionem remanente circulo. & ideo dicitur q̃ linea non circularis est diminuta, & circularis est perfecta. & similiter de corpore. & ideo corpus cœleste est vnum per continuationem, & per formam totalem, & per motum vnum continuum: vt ipse post dicet in tractatu Quinto. & ideo non remanet totũ vnumquodq; prædictorum, quãdo aliquid diminuitur ab eo. & hoc intẽdebat, cùm dixit, q̃ linea est perfecta, in qua est totum. s. in qua sunt omnes partes, ex qbus constituitur.

Linea circularis ẽ pfecta ldẽ. s. cœli t. cõ. 12.

Corpus cœleste est vnũ p cõtinuationẽ, & formã totalẽ. et per motũ vnũ cõtinuũ. propter hoc vide. 2. cæ. c. 4. 2 & 12. M. t. cõ. 44 &. 2. capitulo de substãtia orbis, & in lib. de structio destructionum distinct. 2. Quo primo cognoscimꝰ hoc prima causę generis mensura. primus to nus.

Vnũ autem esse, pricipium est alicui numero esse. prima enim mensura principium est. quo nanq; primo cognoscimus, hoc prima cuiusq; generis mensura. Principium itaq; scibilis circa vnumquodq; ipsum vnum. nõ est autem idem in cunctis generibus vnum. sed hic quidem diẽsis, hic vero vocalis aut muta. grauitatis autem aliud,& motus aliud. Vbiq; autem ipsum vnum,aut quãtitate, aut forma indiuisibile.Illud igitur,quod secundum quãtum,prout quãtum,indiuisibile est,quod qui dem omnino & sine positione est,dicitur vnitas:quod vero omnino & positionem habẽs, punctum: quod autem secundum vnum, linea: quod vero secundum duo, superficies: quod autem omnino, & in tria secũdum quãtum diuisibile,corpus.et ecõuerso.in duo quidem diuisibile, superficies est: quod vero in vnum,linea: quod autem nequaquam secundum quantitatem diuisibile est, punctum,& vnitas est.quæ quidem sine positione,vnitas: quod vero habet positionem,punctum.Item alia numero,alia genere,alia specie,alia analogia vnum sunt. Numero quidem, quorum materia vna.Specie vero, quorum ratio vna. Genere autem, quorum eadem prædicationis figura.Secundum analogiam vero, quæcunq; se habẽt,vt ad aliud. Semper autem posteriora sequuntur præcedentia.vtputa quæcunq; numero,specie quoq; vnum sunt:quæcunq; vero specie,non etiam numero. sed genere cuncta vnum sunt quæcunq; etiam specie:quæcunq; autem genere,non omnia specie,sed secundum analogiam: quęcunq; vero analogia vnum,non omnia genere. Manifestum autem etiam est, quòd Multa quoq; vni oppositę dicuntur. quædam enim, eò q̃ non sint continua,quędam vero,eò q̃ diuisibilem secundum speciem materiam habeãt, aut primam,aut vltimam.quædam autẽ, eò q̃ rationes,quod quid erat esse dicentes, plures sint.

Multa quotupliciter.

Et essentia vnius est aliquod principiũ numerorum. prima enim mẽsura est principiũ. & illud,quo primo scimus, est apud nos prima mensura in quolibet genere. Et principiũ igitur cognitionis i vnaquaq; rerũ est vnum. & non vnum omnibus generibus est idem. in quibusdam enim tonus est vnum, in quibusdam vocale est vnum, & in quibusdam est consonans vnum. & vnum grauitatis est ãliud,& quod est in motu est aliud. Et in omnibus rebus est vnum illud, quod non diuiditur,aut secundum quantitatem, aut secũdum formam eorum,aut quæ non diuiduntur. Secundum quantitatem enim illud, quod non diuiditur omnino, neq; habet situm, dicitur vnum:& quod non diuiditur omnino,& habet situm,dicitur punctus: & quod diuiditur vno modo,est linea: & duobus modis est superficies:& omnibus tribus est corpus.& dicuntur ista econuerso. quod autem diuiditur duobus modis, est superficies:& quod vno modo,est linea:& quod non diuiditur aliquo modo secundum quantitatẽ punctus est. & vnũ etiam istorum,quod nõ habet situm,est vnũ: & quod habet situm, est pũctus.Et etiam istorũ quoddã est vnũ numero,& quoddam vnũ forma:& qđdã vnũ fm æqualitatem,& quodam vnum secũdum genus. Et illa, quæ sunt vnum numero, sunt illa, quorum materia est vna.Et illa,quę sunt vnum secundum formã, sunt illa, quorum totalitas est vnum. Et quæ sunt vnum genere, sunt illa, quorum figura prædicamenti est vna.Et illa,quæ sunt vnũ secũdum æqualitatem,sunt quorum proportio est vna, sicut proportio alicuius rei ad aliã rem. Et ista postrema semper consequuntur prima.sicut dicimus q̃ oẽ,qđ est vnum in numero est vnũ in forma: & qđ est vnũ i forma, nõ est vnũ numero vere.& omne, qđ dicitur vnum secundum formam, est vnum genere: sed nõ,quod est vnum genere, est necessario vnum secũdum formam. & nõ oia,quæ sunt vnum secundum æqualitatem,sunt vnũ secũ dum genus.Manifestum est igitur q̃ Plura di

cuntur de oppositione vnius. quędam enim, quia non sunt continua. & quædam, quia materia eorum adunata cum forma diuiditur secundum formam. & aliud cum oppositione, quia definitiones, quæ significant essentias, sunt plures.

12 Dicit. Et essentia vnius, &c.i. & definitio vnius est principium numerorũ, non numerus. Deinde dicit. prima enim mensura est principium. i. & vnum est principium numerorum, quia res non mẽsurantur primo & essentialiter, nisi per primum, quod est in eis indiuisibile, ex quo componuntur. oportet igitur vt omne mensurans primum sit principium, s. in omni genere, in quo inuenitur primum in esse, & in cognitione. Deinde dicit. & illud, quo primo scimus, &cæ. idest, & mensura in omni re est magis manifesta apud nos. qm̃ per illam cognoscitur mensurabile, & propter istud cognoscuntur reliqua in illo genere. Deinde dicit. Et principium igitur cognitionis, &c.i. & cùm vnum est mensurans: & mensurans est principiũ cognitionis in omni re: consequitur vt vnum in omni genere sit principium cognitionis in illo genere. Deinde dicit. Et non vnum in omni genere est idem, &c.i. & vnum in omnibus generibus, per quod cognoscitur vnumquodq; genus, nõ est eiusdem naturę, sed i quolibet genere differt à se in alio. verbi gratia quod vnum in musicis est tonus, & in dictionibus consonantibus est syllaba consonans, & in vocalibus syllaba vocalis. Et similiter vnum in ponderibus est aliquod pondus minimum secũdum sensum, & vnum in motu est motus velocissimus. verbi gratia motus diurnus. Deide dicit. Et in oĩbus est vnum illud, quod non diuiditur. i. & vnũ vniuersaliter, quod collocatur in hoc genere, est illud, quod non diuiditur, aut secundum quantitatem, aut secundum formam, & qualitatem. Quod igitur omnino non diuiditur in quãtitatem, neq; habet situm, dicitur vnum, quod est principium numerorum. & si habuerit situm, dicitur punctus. punctus enim habet situm, quia est finis & principium lineæ. Deinde dicit. & quod diuiditur vno modo, &c.i. & quod habet situm, & nõ diuiditur nisi vno modo dicitur linea: et quod diuiditur duobus modis, s. longitudine & latitudine, dicitur superficies: & quod diuiditur tribus modis, s. longitudine latitudine & profunditate, dicitur corpus, & est vnum secundum totalitatem, & perfectum. Deinde dicit. & dicuntur ista conuerso, &c.i. & intendit per hoc istas esse definitiones, quia conuertuntur. Deinde incœpit diuidere vnum alio modo, & d. Et etiam istorum, &c. Deinde incœpit exponere vnum quodq; istorum. & d. Et illa, quæ sunt vnum numero, &c.i. Et vnum numero dicitur de illo, cuius est materia vna. & differentia inter illud, & vnũ, quod est principium numerorũ, est quia hoc vnum est in materia, & vnum, quod est principium numeri, nõ est in materia. Deinde dicit. Et illa, quæ sunt vnum secũdum formam, &c.i. plura numero, s. in materia, quæ sunt vnum secundum formam, sunt illa quorum definitio est vna. i. & ista sunt, quæ sunt vnum secundum vnã speciem, * quæ diuiditur in individua. Deinde dicit. Et quæ sunt vnum genere, &c.i. & illa, quę dicuntur vnũ genere, sunt quæ collocantur sub vno prædicamento. & hoc intendebat, cum d. quorum figura prædicamenti est vna. Et dixit hoc quia res, quę sunt vnum secundum formas, quædam sunt vnum secũdum formas speciales, quędam secundum generales. Deinde dicit. Et illa, quæ sunt secundum æqualitatem, & cætera. idest, & illa dicuntur vnum, quę sunt vnum secundum proportionalitatem. sicut dicitur quod proportio rectoris ad ciuitatem, & gubernatoris ad nauem est vna.

Mẽsura dr esse prima i eẽ & i cognitione. Idẽ. 10. Meta. t. c. 3.

Idẽ i. cor. 1

Qđ vnum numero. Vna. idẽ est [illegible] in eẽ materia.

Qđ vnum specie.

* i. l. quæ diuiduntur in individua

Qđ vnum genere.

Qđ vnũ p portione.

Deinde dicit. Et ista postrema semper consequũtur prima. Et intẽdit per prima magis vniuersalia: & p postrema magis particularia. Deinde d. sicut dicimus, &c.i. quod omne, quod est vnũ numero, de necessitate erit cum eo, à quo differt in numero, vnum etiam in specie. verbi gratia quia Socra. est vnum numero, contingit vt ipse sit cum Platone vnum in forma. Deinde dicit. & quod est vnum in forma, &c.i. & prima eorum consequuntur postrema, secundum q̃ consecutio non conuertitur in istis. quod enim est vnum in specie, non est vnum in numero. vnum enim in specie ad minus dicitur vere de duobus in numero. & dixit vere: quia accidit vt vnum in specie sit vnum in numero, quando de specie non inuenitur nisi individuum. Deinde dicit. et omne, quòd dicitur vnum secundum formam, &c.i. et omnia, quæ sunt vnum secundum speciem, sunt vnum secundum genus. verbi gratia quia Socrates & Plato sunt vnum in specie, sunt vnum in genere, s. in animalitate, & non conuertitur. Deinde dicit. & omnia, quæ sunt vnum secundum æqualitatẽ, &c.i. & omnia, quæ sunt vnum secundum proportionem, sunt vnum secundum genus, & nõ cõuertitur. & hoc fuit ita, quia æqualitas non est aliquod genus. Deinde dicit. Manifestũ est igitur, &c. idest, & cùm declaratum est q̃ vnum dicitur multis modis: & multitudo opponitur vni: manifestũm est q̃ multitudo dicitur multis modis, cũ omne vnum habeat multum, cui opponitur. Deinde dedit exemplum de quibusdam prædictis, & d. quædam enim &c. verbi gratia, quia .am declaratum est q̃ vnũ eorum, de quibus dicitur hoc nomen vnum, est continuum. i. & etiam de illis, quorum materia est vna, aut genus, dicetur etiam multum de oppositis istorum. dicitur enim de his, quæ sunt nõ continua, & de illis, quorum materia est non vna pp diuisibilitatẽ materiæ, aut fm formam in specie, aut fm formas diuersas fm contrarietatem. Et hoc intendebat, cùm dixit q̃ materia eorum diuiditur secundum formam, &c.i. & illa, quæ dicuntur plura secundum materiam, quædam dicũtur quia materia eorum diuiditur in quibusdam secũdum formam specialem, et in quibusdam diuiditur secundũ formam contrariam. Deinde d. quia definitiones, &c. idest, & formæ, secundum quas diuiditur materia, sunt diuersæ: quia formæ, quæ quidditates rerum significant, sunt multæ.

.i. Phy. 60. 2. Phy. 40 2. Phy. 70. 3. Phy. 19.

7. Phy. 11. Locus hic spẽ est, ut ex textu, ut ex Alberto, aliter ipsum legente.

Quodmodis dr vnũ, tot et multa.

Caput Septimum. De Ente.

Vide Auer. in Epist. Tridu. t.

ENs dicitur, aliud secundũ accidens, aliud per se. Secũdum accidens quidem, vt iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum, ac musicum hominem: similiter dicentes vt cùm dicimus musicum ædificare, quia accidit ædificatori musico esse, aut musico ædificatori. hoc etenim hoc esse dicere significat hoc huic accidere. Ita igitur de his, quæ dicta sunt, cùm hominem dicimus musicum esse, et musicum hominem, aut album musicum, sive hunc album, hoc quidem, quoniam ambo eidem accidunt: illud vero, quoniam enti accidit. Hoc autem musicum hominem, quoniam huic musicum accidit. ita etiã dicitur album esse, quoniam cui accidit, illud est. Quæ igitur secundum accidens esse dicuntur, ita dicũtur, aut quoniam eidem enti ambo insunt, aut quoniam illud enti ineſt, aut quoniam ipsum est, cui ineſt, de quo ipsum prædicatur.

Ens

HS differt ab alijs esse aliter i vno modo, & sũt idẽ essentialiter i alio modo.

. Ens dicitur quodam modo accidẽtali. verbi gratia quòd iustus est musicus, & q̃ homo est musicus, & similiter q̃ musicus est homo. verbi gratia q̃ homo musicus ędificat. accidit enim ædificatori vt sit musicus, aut musico vt sit ædificator. accidit hoc igitur, qa est, & quia hoc accidit ei. Et similiter accidit i rebus, quas diximus. sicut homo, cũ dixerimus q̃ est musicus, & musicus q̃ est albus, & q̃ est albꝰ musicus, aut musicus est albus. Ista enim dicuntur modo accidentali, vno modo, quia vtraq; accidunt eidem enti: alio modo, quia accidit enti vt esset illa. Entia igitur, quę dicuntur modo accidentali secundum hoc dicuntur, aut quia vtraq; sunt eiusdẽ entis, aut quia est quiditas entis, aut quia est cum eo cuius est, & de quo dicitur, idem.

13 Quia ens dicitur de illo, de quo dicitur vnũ: & vnũ dicitur de illo, quod est vnum per se, & vnum per accidens: ita etiam fuit dispositio entis. & ideo incœpit primo notificare modos entis, quæ sunt entia per accidẽs, & d. Ens dicitur, &c.i. sicut dicimus q̃ illud, quòd est iustum, est musicum, s. idẽ: ista. n. identitas est per accidens: quia accidit vnum alteri, & ambo vni subiecto, quod defert musicam, & iustitiam. Hæc igitur est intẽtio vnius modi. & suum exemplũ est, quod dixit, omnis musicus est iustus. Secũdus autem modus est, sicut dicimus q̃ homo est musicus, aut q̃ musicꝰ est homo. & iste modus dicitur vnus per accidẽs, aut quia hominis musicum accidit, q̃ est rãtiuam genus: aut quia musica & humanitas accidunt sibi mutuo vnum alteri, quia sunt in vno subiecto, s. in homine, i quo existit musica per accidẽs. sicut dicimus q̃ omnis musicus est homo. sed vnum istorum inest per accidens subiecto, in quo conueniunt, & aliud essentialiter. econtra dispositioni in primo modo, in quo dicimus q̃ musicus est albus. Hoc igitur, quod dixit. Ista enim dicuntur modo accidentali, &c. est exemplum ad dicẽdum q̃ musicus est albus, & nõ ad dicendum quòd homo est musicus. Deinde congregauit ambas intentiones, et d. Entia igitur, quæ dicuntur modo accidentali, &c. & intẽdit per illa, quę ambo sunt vnius entis, sicut albus, & musicus quæ sunt vnius rei, cui accidit vt sit albus & musicus. Deinde dicit. aut qa * non, s. sicut dicimus q̃ musicus est homo. illud enim, in quo est musica accidentaliter, s. homo, idẽ est cum homine vniuersali. & similiter est, cùm dicimus q̃ homo musicus est. intẽto enim istius hominis ẽ homo, cui accidit q̃ sit musicus. Et determinandum est in eis, quæ dicũtur idem essentialiter, hoc, q̃ sunt duo essentialiter vno modo, & idem essentialiter alio modo. sicut dicimus, omnis homo est animal. homo enim essentialiter differt ab animali in vno modo, & sunt idem essentialiter alio modo.

Per se vero esse dicuntur, quæcunq; significant prædicationis figuras. quoties enim dicuntur, toties ipsum esse significant. Cùm ergo eorum, quæ prædicantur, quædam ipsum quid est significant, quædam quale, quædam quantum, quædam ad aliquid, quædam facere, aut pati, quædam vbi, quędam quando, horum cuiq; idẽ ipsum esse significat. nihil enim differt, homo conualescens est, aut homo cõualescit: & homo ambulans vel incedens est, aut homo ambulat vel incedit. similiter i alijs quoq;. Item ipsum esse, & ipsum est significat quod verum est, ipsum vero non esse, quod non verum, sed falsum similiter, tam in affirmatione, q̃ in negatione. vtputa, quòd Socrates musicus est, quoniam verum hoc est: aut quòd Socrates non albus, quoniam verum. quòd autem diameter non sit incommẽsurabilis, quoniam falsum est. Item ipsum esse, & ipsum ens, quoddam eorum, quæ dicta sunt, potentia dici posse significat, quoddam actu. videns etenim dicimus esse, & quod potentia, vt dicitur, videt, & quod actu. ipsum quoq; sciens similiter, & quod potest vti scientia, & quod iam vtitur. ac etiam quiescẽs, tum illud, cui iam inest quies, tum quod quiescere potest. Similiter autem in substantijs. etenim Mercurium in lapide dicimus esse, et lineę metietatem, ac triticum, quod nondum maturũ est. quando vero possibile, & quando non, in alijs determinandum est.

Et dicuntur entia per se omnia, quæ significant figuras prædicamentorum. sunt enim secundum numerum eorum, quæ dicũtur etiã entia. Quædam igitur prædicamenta significant quid, & quædam quale, & quædam quãtum, & quædam ad aliquid, & quædam agere, aut pati, & vbi, & quando. & significatio vniuscuiuslibet istorũ est vnius entis. non enim est differentia inter dicere q̃ homo est in sanitate, & dicere q̃ homo est sanus, aut q̃ homo ambulat, & est in ambulatione. & similiter in alijs rebus. Et etiam ens significat essentiam, & veritatem rei. quoniam cùm dixerimus aliquid esse, demonstrabimus suam veritatem: &, cùm dixerimus aliquid non esse, demonstrabimus ipsum esse non verum, sed falsum, & similiter in affirmatiua & negatiua. sicut dicimus q̃ Socrates est musicus, hoc enim est verum: & dicimus q̃ Socrates non est albus, & hoc non est verum. & sicut dicimus q̃ diameter est equalis costę, & est falsum. Et etiam quædam entia sunt potẽtia, & quædam actu. quædam enim sunt entia per visum, quia videntur: et quædam, quia habent virtutes, quę videntur. & similiter est de scitia. in eis enim est qui habet virtutem, vt vtatur scientia: & in eis qui habent vsum. & dicitur quiescẽs illud, in quo est quies, & illud, quod habet potentiam, vt quiescat etiam. Et similiter in substantia etiam. dicimus enim quòd in lapide est idolum Mercurij, & semilineæ.

14 Cùm declarauit modos entis, quod est secundum accidens, incœpit declarare secundum quot modos dicitur ens essentialiter, & d. Et dicuntur entia, &c.i. & intendit per figuras genera prædicamentorum, s. dictiones significantes genera prædicamentorum. Deinde dicit.

dicit. sunt enim secũdum numerum, &c. i. dicitur enim: ens secundum numerum, secundum quem dicũtur prædicamenta. Deinde dicit, quædam enim, &c. i. & hoc nomen ens dicitur de omnibus, de quibus dicũtur prædicamenta: quia quod significat hoc nomen ens, idem videtur cum eo, quod significant dictiones prædicamẽtorum. D. numerauit prædicamẽta, & d. Quædã igit. p̃dicamẽta significant quid, &c. i. & tacuit prædicamẽtum situs, & habitus propter abbreuiationem sermonis, aut quia latent. Deinde dicit. & significatio vniuscuiuslibet istorum, &c. i. & significatio vniuscuiuslibet nominum nouem accidẽtium cum sua significatione super illud accidens est significatio super vnum prædicamentum, s. prædicamentum substantiæ. non enim est differentia inter dicere in prædicamento qualitatis ꝙ homo est sanus, & ꝙ homo est in sanitate. Et intendebat per hoc notificare ꝙ nomen denominatiuũ non significat in propositione, cuius subiectum est substantia, & cuius prædicamentum est denominatiuum, verbi gratia Socrates est albus, substantiam & accidens, aut substantiam, in qua fit accidens. Sicut existimauit Auicen. qui, cùm vidit ꝙ hęc dictio albus significat aliquid, in quo est albedo, ꝙ primo significat subiectum, & secundo accidens. Sed est ecõuerso, primo significat accidens, secundo subiectum. accidens enim innatum est existere in subiecto. Et, si esset sicut dicit, s. ꝙ albus primo significat corpus, tunc idem esset dicere Socrates est albus, ꝙ dicere Socra. est corpus album, et idem esset dicere corpus album & album corpus: et sic in infinitum. quoniã, cùm dicimus hoc vocabulum albũ, collocabitur in eo corpus. Et, cùm d. ꝙ hoc nomen ens dicitur de decem prædicamentis, dixit, & etiam ens significat essentiam, &c. i. & hoc nomen ens etiam significat illud, quod significat dicere aliquid esse verum. Cùm enim dicimus aliquid esse, demonstramus ipsum esse verum, & quando dicimus aliquid non esse, demõstramus ipsum non esse, s. ipsum esse falsum. Deinde dicit & similiter est in affirmatiua & negatiua, &c. & intendit per ens illud, quod sonat verum aut simpliciter, aut composite, s. in quæsito singulari & composito. in propositione autem composita, sicut dicimus ꝙ Socrates est musicus, aut Socrates non est musicus: in quæstione autem simplici, sicut dicimus, vtrum Socrates sit aut non sit. & vniuersaliter hoc nomen ens nõ significat nisi verum. Deinde dicit, sicut dicimus ꝙ Socrates, &c. i. & similiter in affirmatiua, cùm demonstrabimus esse per affirmationem, in qua est hæc copula, & demõstrabimus esse ipsum verum. verbi gratia Socrates est musicus. et, cùm demõstrabimus ipsum esse per negationem, demonstrabimus ipsum non esse verum. verbi gratia Socrates non est albus. hoc enim demonstrat ꝙ dicere ipsum esse album, nõ est verum. Et hoc intendebat, cùm d. & dicere ꝙ Socrates non est albus, & hoc non est verum. i. & dicere ꝙ Socrates non est albus demonstrat ꝙ dicere ipsum esse album non est verum. Sed debes scire vniuersaliter ꝙ hoc nomen ens, quod significat essentiam rei, est aliud ab ente, quod significat verum. & ideo expositores diuersantur in quæsito simplici, s. dicere verum aliquid est in secundo Topicorum, vtrum collocetur in quæstionibus accidẽtis aut generis. Qui enim intelligit de ente illud, quod est commune decem prædicamentis, d. quod collocatur in quæstionibus generis: & qui intellexit de ente illud, quod intelligitur de vero, dixit ꝙ colloc̃atur in quæstionibus accidentis. Deinde dicit. & sicut dicimus ꝙ diameter est æqualis &c. & hoc est aliud exemplum, quo vtitur in hac intentione. i. ꝙ dicere ꝙ diameter est assymeter costę, & hoc esse verũ, significat ꝙ diameter est symeter costæ, est falsum. Et intendebat distingue-

Digressio, q̃ dicit vtrũ nomẽ denominatiuũ primo significet suũ subiectũ, an accidens. Op. Auicẽ.

Impugna. Nomẽ denominatiuũ primo signĩat accidens, secũdo subiectũ. Vide p hoc. v. Meta. 18. & 19. cõ. Sed i Physi. 25. &. 2. de Aia cõ. 8. videbis oppositum. Vide cõtra. Zim.

Documẽtũ. Ens, quod significat essẽtiam rei, est aliud ab ente, qđ significat verum.

re inter hoc nomen ens, quòd significat copulationem in intellectu, & ꝙ significat essentiam, quæ est extra intellectum. Deinde dicit. Et etiam quædam entia sunt, potentia & quædam actu. i. & dicitur hoc nomen ens, de ente, quod est actu extra animam, & de ente, quod est potentia. quædam enim dicuntur visa, quando videntur actu: & quædam dicuntur visa, quia possunt videri in actu. Et similiter sciens quãdoq; dicitur sciens, quando vtitur scientia: & talis est sciens in actu: & dicitur sciens, quando non vtitur scientia, s. sciens in potentia propinquã. Et hoc intẽdebat cùm d. & similiter est de scientia, &c. i. dicimus enim scientem illum, qui habet potentiam, qua vtitur scientia, licet non vtatur: & dicimus sciẽtem illum, qui vtitur scientia, quando vtitur illa. Deinde dicit. & dicitur quiescẽs, &c. i. & similiter quiescens dicit quiescens in actu, & est illud quod quiescit: & dicitur quiescens in potentia, illud, quod nõ quiescit, sed habet potentiam, vt quiescat. Deinde dicit. & similiter inuenitur actus & potentia in substantia, & in forma. dicimus enim ꝙ in lapide est idolum Mercurij & semilineæ. & hic fuit diminutio. & intendit ꝙ similiter inuenitur actus & potentia in substãtia, et in forma. dicimus enim ꝙ in lapide est forma Mercurij, & in potentia & actu. potentia autẽ, quia habet naturam recipiendi formam Mercurij: actu vero quia recipit illam.

Idem. 2. de anima. 54.

Caput octauum. De Substantia.

Vide Auer. in Epit. Tract. 1. Vid: contr. Zim.

SVbstantia dicuntur & simplicia corpora, vt terra, ignis, aqua, & q̃ talia sunt, & vniuersaliter corpora, & quæ ex his cõsistunt animalia, & dæmonia, ac eorum particulæ. hæc vero omnia dicuntur substantia, quoniã non dicuntur de subiecto, sed de eis cætera. Alio vero modo quodcunq; fuerit causa existentiæ, talibusque inexistens, quæ non dicuntur de subiecto, vt anima animali. Item quæcũq; particulę inexñtes sunt i talibus, definiẽtes, et quod quid significantes, quibus peremptis, totum perimitur. vt superficie, corpus, vt quidam aiunt, & linea superficies. & vniuersaliter numerus videtur quibusdam talis esse. eo etenim perempto nihil esse, & omnia terminare. Item quod quid erat esse, cuius ratio definitio est, & hoc vniuscuiusq; substantia dicitur. Accidit igitur duobus modis substãtiam dici, & ipsum vltimum subiectum, quod non dicitur de alio: & id, quod cùm quòd quid sit, etiam separabile fuerit. tale vero cuiusque forma & species.

*hoc aliqd.

Dicitur substantia corpora simplicia, sicut terra, & ignis, & similia, & vniuersaliter omnia corpora, et quod ex eis constituitur ex animalibus, et idolis, & membris istorum. omnia enim ista dicuntur substantiæ, quia non dicũtur de subiecto, sed alia dicuntur de eis. Et dicitur etiam substantia alio modo illud, quod est causa essentiæ rerum, quæ dicuntur de subiecto, sicut anima animalium. Et etiam dicitur substantia de illo, quod est subiectum animæ, & habentia definitiones, & significantia

aliquid

aliquid, et per quorum priuationem priuatur totum, sicut corpus superficiei, & sicut quidã dicunt supficies lineæ, & omnes numeri. quidam enim existimãt ꝙ istis priuatis nihil erit. Et etiam dicitur substantia illud, quod significat quid in omnibus rebus, & definitionẽ earum. & hoc est substantia cuiuslibet rei. Accidit igitur vt substãtia dicatur duobus modis: quorum vnus est vltimum subiectum, quod non dicitur de alio: alius autem, quod significat hoc demonstratum, & est distinctum à rebus, sicut forma cuiuslibet rei, et eius exẽplar.

15 Substantia. p cõtra ad primã & secũdam.

Cùm determinauit quot modis dicitur ens, & vnũ eorum, de quibus dicitur, est substantia, et substãtia dicitur multis modis, incœpit etiã diuidere illos modos, & d. Et dicitur substantia, &c. idest & substantia dicitur de omnibus corporibus simplicibus, & de compositis ex his, vt mineræ, & plantæ, & animalia, & de mẽbris istorum. Et, cùm declarauit hoc per exemplum, incœpit declarare illud per definitionem, & d. omnia enim ista, &c. & intendit necꝙ in subiecto. & ista est definitio indiuidui substantiæ. Et quasi dicat substantia dicitur primo de illo, quod non dicitur de aliquo, necꝙ est in aliquo, & alia dicuntur de eo. & hoc dicitur indiuiduum substantiæ. & hoc appellatur in prædicamentis prima substantia. Et forte intendit per hoc, quod d. de, aliquam intentionem mea, et secundum hoc iste sermo continet primas substantias, & secundas. Deinde dicit. Et dicitur etiam &c. i. et hoc dicitur substantia de illo, per quod indiuiduum substantiæ fit substantia, s. de forma, per quam fit substãtia, sicut anima in animato. et dedit exemplum de anima, quæ est forma in substantia in actu, econtra de formis simplicium. Deinde dicit. Et etiam dicitur substantia de illo, quod est subiectum animæ, verbi gratia de corpore animaliũ. et hæc est substantia modo materiæ. Deinde dicit. et habentia definitiones, et cę. i. et dicitur hoc nomen substantia etiam de definitione et in rebus habentibus definitiones. Deinde dicit. et per quorum priuationem, etc. i. et dicitur substantia de rebus, quæ sunt priores fm definitiones rebus sensibilibus, de quibus quidam opinãtur illas esse substantias rerum sensibilium, quoniam, quã do intellectus abstu'erit eas, auferentur, cum eis res sensibiles, sicut est dispositio de corpore simplici cum corpore sensibili, et de superficie cũ corpore, et de linea cũ superficie. et, quia Aristo. nõ opinatur hoc, dicit. quidã enim existimant, etc. i. et quidam appellant istas substãtias, quia existimãt ꝙ illud, per cuius priuationem fm intellectum priuatur aliquid, debet esse substãtia illius. et ideo appellauerunt istas substãtias. vnde quidam fingunt numerum esse substantiam entium. Deinde dicit. Et etiam dicitur illud substãtia, qđ significat quid, etc. i. et dicitur substantia de illo, quod datur ad interrogationẽ factã per quid in vnaquaq; rerum. et hęc est substãtia cuiuslibet rei. D. d. Accidit igit vt substãtia, etc.

Substãtia de forma.

Vid. 8. Phy 6. 0, 10. Substãtia de materia. Substãtia de definitione. Substantia ꝙ ei, quo remoto remouet substantia.

Caput Nonum. De Eodem, Diuerso, Differenti, Simili, & Dissimili.

Hęc duo sequẽta Capitula 9 & 10. Auer. nõ hãbẽt cõmẽtatores. Vide ipsum in Epit. Tractatu. 1.

EAdem vero, quædam secundum accidens dicũtur. vt album, & musicum idẽ, quoniam eidem accidunt: ac homo & musicum, quoniam alterum alteri accidit. musicus vero homo, quoniam musicum homini accidit. vtrique vero hoc, & huic vtrunque illorum. etenim homini musico & homo, & musicum idem dicitur, & his illud. Quare omnia hæc viuersaliter non dicuntur. non enim est verum dicere quòd omnis homo idẽ & musicum. vniuersalia nanque per se existunt, accidentia vero non per se, sed de singularibus simpliciter dicuntur. idem enim videtur Socrates, & Socrates musicus esse. Socrates enim non de multis. quare non dicitur omnis Socrates, sicuti omnis homo. quædam igitur ita dicuntur eadem. Quædam vero per se, sicuti et vnum. etenim quorum materia, aut specie, aut numero vna, eadem dicuntur: et quorum substantia vna. Quare patet, quòd identitas vnitas quædam essentiæ est, aut plurium, aut cùm vt pluribus vtatur. vtputa cùm dicat ipsum sibi ipsi idẽ. vtduobus enim ipso vtitur. Diuersa vero dicuntur, quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantię. & omnino diuersum dicitur opposite ad id, quod idem dicitur. Differentia vero dicuntur, quæcunq; diuersa sunt, cùm idem quid sint, modo non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuersum genus, & contraria, & quæcunq; diuersitatem in substantia habent. Similia dicuntur, & quæ idem passa sunt. & quæ plura eadem quam diuersa passa sunt. & quorum qualitas vna. ac secundum quæcunq; contrariorum alterari contingit id, quod plura his, aut magis propria habet, simile illi est. Opposite vero similibus dissimilia dicuntur.

Differentia.

Similia.

Dissimilia.

Caput Decimum. De Oppositis, Contrarijs, Diuersis, & eisdem specie.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 1.

OPposita dicuntur, contradictio, contraria, ad aliquid, priuatio & habitus, &c. a. ex quibus, & in quæ vltima. vt generationes & corruptiones, & quæcunq; susceptiuo amborum non contingit simul adesse, hęc opponi dicuntur, aut ipsa, aut ex quibus sunt. tuscũ nanq; & album simul eidem non insunt. quare ea, ex quibus sunt, opponuntur ipsis. Contraria dicũtur, quæ non possunt simul eidem adesse, cùm eorum sint, quæ secũdum genus differunt. & quæ plurimum differunt, cùm in eodem genere sint. quæue plurimum differunt, cùm in eodem susceptiuo sint. ac etiam quæ plurimum differunt, cùm eorũ sint, quæ sub eadem potentia sunt. & quorum differentia maxima, aut simpliciter, aut secundum genus, aut secundum speciem. Cętera vero contraria dicuntur, quædam, eò ꝙ talia habent: quædam, eò ꝙ susceptiua talium sunt: quędã eò ꝙ actiua aut passiua talium sunt, aut agentia, aut patientia, aut abiectiones, aut sumptio

Contraria.

nes,aut habitus,aut priuationes sunt horum, ac talium. Cùm autem vnum & ens multipliciter dicatur,necesse est,vt cætera quoq;,quæcunq; secundum hæc dicũtur,sequantur.qua re & idem, & diuersum, & contrarium vt secundum vnumquodq; prædicamentũ diuersum sit. Diuersa vero specie dicuntur, quæcunq;,cùm eiusdem sint generis,nõ sunt subalterna. & quæcunq;, cùm in eodem genere sint,differentiam habent.& quæcunq; in substantia contrarietatẽ habent. Cõtraria quoq; diuersa specie inuicẽ sunt,aut omnia,aut quæ primo dicuntur, et quorum in vltima generis specie rationes diuersæ.vt homo & equus in diuidua genere,rationes vero eorum diuersę. & quæcunq;,cùm in eadem substãtia sint,differentiam habent. Eadem vero specie sunt, quæcunq; his opposite dicuntur.

Diuersa specie.

Eadẽ specie

Caput Vndecimum. De Priori & Posteriori.

Vide Auer. in 8.phy. Tractatu.1.

PRiora,& posteriora dicũtur, vno quidẽ modo tanquam aliquo primo & principio in quoq; genere existente, quod propinquius est principio cuidam determinato, aut simpliciter & natura, aut ad aliquid, aut vbi, aut ab aliquibus. Vtputa quædam secundum locum, eò quòd propinquiora sunt alicui loco natura determinato, medio videlicet, aut vltimo, aut ad quoduis. Quod vero remotius,est posterius. Quædam secundum tempus. aliqua enim, eò quòd remotiora à nunc sunt: vt de eis,quæ facta sunt.q̃ enim in Troia fuerunt, priora sunt his, quæ apud Mediam facta sunt, quoniam remotius à nunc distant. aliqua vero,eò quòd propinquiora ipsi nunc sunt: vt de futuris. prius enim festum, quod apud Nemeam futurũ est,q̃ quod apud Delphos,quoniam propinquius ipsi nunc est, vt principio, & primo ipso nunc posito. Quædam secundum motum. quod enim propinquius primo mouente est,prius est:vt puer viro. etenim quoddam & hoc simpliciter principium est. Quædam secundum potentiam. quod enim excellit potentia, & fortius est, prius est.tale vero est,cuius electionem,vt alterum,& quod posterius est, sequatur necesse est,ita vt non mouente illo,non moueatur, & mouente moueatur. electio enim principium est.Quædam secundum ordinem, hæc vero sunt, quæcunq; ab aliquo vno determinato proportionaliter distant. vt in tripudijs qui secũdum locum obtinet, prior est eo, qui tertium tenet, & p̃cedente, q̃ nete. illic enim tripudij ductor, hic vero media principium est.Hęc itaq; hoc modo priora dicũtur. Alio vero modo, quod cognitione prius, tanq; & simpliciter prius.Horum autem aliter ea,quę secundum rationem,atq; ea, quæ secundum sensum. Secundum enim rationem vniuersalia priora,secundum vero sensum singularia. Et secundum rationem accidens toto prius. vt musicum homine musico.nõ enim erit ratio tota absq; parte.tametsi nõ contingit musicum esse,si nõ sit aliquis musicus. Item priores dicuntur passiones priorum, vt rectitudo æquitate. ista enim lineæ per se passio, hæc vero superficiei.quędam igitur ita priora & posteriora dicũtur.Quædam vero ſm naturam, & substãtiam,quęcunq; cõtingunt absq; aliis esse,ista vero sine illis minime: qua diuisione vsus est Plato. Cùm autem ipsum esse multipliciter dicatur, primo quidem subiectum est prius, propter quod substantia prior.Deinde aliter quæ ſm potentiam,& quæ ſm actum.q̃dam enim ſm potẽtiam priora sunt,quædam vero ſm actum.veluti ſm potentiam quidem dimidia q̃ tota,& particula q̃ totum, & materia q̃ substantia.ſm actum vero posterior,dissoluto etenim ſm actum erit. Quodã modo igitur omnia,quæcũq; prius & posterius dicũtur,ſm hæc dicuntur. Quædam enim secũdũ generationem contingit absq; aliis esse,vt totum partibus.quędam vero secundum corruptionem,vt pars toto. similiter etiam cætera.

Dicuntur quædam ante,& post, tanq; primum ens & principium in vnoquoq; genere, & quod est proximum alicui principio termi nato, aut modo simplici, aut naturaliter, aut modo relationis, aut vbi,aut quãdo, aut quia sunt,sicut dicimus illa, quę dicuntur ante secũdum locum, qui est proximus alicui loco terminato, verbi gratia loco medio, aut vltimo, aut naturaliter, aut casu.Et remotum dicitur post. Et etiam dicitur ante ſm tempus, aut in præterito,& est illud,quod est remotius ab instanti.sicut bella Troianorum fuerũt ante bella Medorum.& in futuro,et est illud,quod est præsenti propiquius alio modo.sicut dicimus q̃ fuit Clitus ante Hirinum, quia est propinquior præsenti.& præsenti vtitur hoc, tanquã primo,et posteriore principio.Et dicitur ante ſm motũ illud, quod est propinquius ad motorem.sicut puer, qui est ante virũ ſm motũ. & ista principia sunt modo simplici. Et dicitur ante ſm potẽtiam,vel virtutem, sicut dñs ante dominatum. dominus enim,quia est superior,in potentia dicitur ante. & etiam illud, quod est fortius, dicitur ante. & tale illud est, quod coget alterum sequi suam voluntatem, ita q̃,si illud,quod est ante,nõ mouet,nõ mouebitur illud,q̃d'est post,& si mouebit, mouebitur.et voluntas est initium hic. Et dicuntur

ante

* penultima q̃ vltima.

ante ſm ordinẽ illa,quę adunantur in se ſm relationem ad aliquid vnum,& diuersantur ſm definitionem,sicut dicimus q̃ stans est secundus in propinquitate ante tertium,et neuma, quod dicitur,i.barbatica, medium acutorum est ante medium discretorum.in illis enim est principium illud, quod stat capite, in istis est neuma,quod est medium.ista igitur dicuntur ante secũdum hunc modum. Et dicitur ante alio modo illud, quod ante per scientiam est, & dr etiã ante modo simplici.Et etiam dicitur ante ſm definitionem,& sensum. Secundum autem definitionẽ illud, quod est ante modo vniuersali. secũdum vero sensum res particulares. Et ſm definitionem vniuersaliter etiam accidens ante totũ. sicut musicus ante hoiem musicum.totũ enim non erit penitus sine parte: & cum hoc impoſe est vt musicus sit, si nõ fuerit aliquis musicus particularis. Et etiã dicuntur ante passiua,sicut res,q̃ sunt ante,sicut rectitudo et æquitas.vnum enim istorũ est passiuum lineę per se,& aliud superficiei. quædã enim dicuntur ante, & post ſm hos modos. Et quędam dicuntur naturaliter & substantialiter,& sunt illa,quæ possibile est vt sint, & nõ alia.illa autem non erunt,neq; ista. & ista diuisione vtebatur Plato. Et cùm ens igit dicitur multis modis, dicitur primo ſm subiectũ, q̃d est ante,& per quod substantia erit ante.Et dicitur alio modo,qui sunt in potẽtia,et in actu, sicut dicimus.potentia aũt est, sicut medietas est de toto,& pars de toto, & materia de substantia.actu vero,sicut illud quod est post.erit enim,postquã dissoluitur iactu quoquo modo. Omnia igitur,quæ dicuntur ante & post, secundum hos modos dicuntur. Et quædam possibile est vt sint,& non alia, sicut totum & partes.& quædam sunt possibilia vt corrumpantur,& nõ alia, sicut definitio totius & alia similiter.

16 Et vnum eorum, de quibus dicitur ante & post, est illud, quod est principium primum in vnoquoq; genere rum. verbi gratia principium in genere substãtiæ, & in alijs generibus. & vniuersaliter dicitur ante de oi primcipio terminato,& de oi,quod est proprinquius alicui, ſ.principio terminato. D.d.aut modo simplici,&c.i.et primum pricipium,de quo dicitur,& de cuius propinquo ante, aut est primum simpliciter, aut naturaliter, aut ſm relationem,aut ſm locũ, aut ſm tempus, aut secũdum suum esse. Deinde dedit exemplum de illo,q̃d est prius secundum tempus,& d. Et etiam dicitur ante ſm tempus,&c.i.& illud, quod est prius in tẽpore præterito, est illud, quod magis distat à præsenti. sicut dicitur q̃ bellum Troianum fuit ante bellum Medorum. D.dicit.& in futuro est illud, quod est præsenti propinquius, &c.i.& prius in tempore futuro est eoꝫ priori in tempore præterito . prius enim in tempore futuro est propinquius præsenti, sicut dicitur præsens in præterito : aut est remotius à præsenti, sicut Agamenon à Cæsare. Deinde dicit, & præsenti vtitur hoc, tanq; primo, & posteriore principio.i.in priori et posteriori. non enim est principiũ naturaliter, sed positione. Deinde dicit.Et dicitur ante secundum motum, &c.i. & intendit per primum motorem primã generationem hominis. puer enim est propiquior primæ generationi viro. Deide d. & ista principia sunt modo simplici, &c.i. et ista initia,in quorũ respectu dicitur pbst et ante, sunt initia simpliciter non secũdum relationem, sed alio modo. Deinde dicit . Et dicitur ante, &c.i. & dicimus q̃ dominus est ante dominatum , quia dominus est in digniori ordine. & vniuersaliter dicitur ante, illud, quod est fortius & digñ, & est illud, quod cogit illud, quod est post, vt voluntas eius cõsequatur voluntatem suã, adeo q̃, si illud, quod est prius, non moueatur, non mouebitur illud,quod est post. & initium, secundũ q̃ dicitur hoc ante & post, est voluntas. quoniam ſ. voluntas debilioris consequitur voluntatem fortioris. & hoc intendebat,cùm d.& voluntas est initium. Deinde d. Et dicuntur aut ſm ordinem, &c.i.q̃ illa, quę existunt insimul, non possunt imaginari priora & posteriora, nisi respectu alicuius posteri in eis , tanquam vnius & principium, ſ. considerãdo suum ordinem de illo, & suum ordinem adinuicem. Dicimus enim in acie hominum q̃ secundus est ante tertium in respectu primi, qui est in capite, et similiter dicimus quòd tale neuma est ante tale in respectu alicuius primi in eis neumatibus. Deinde dicit,& diuersantur secundum definitionem. idest & diuersantur secundum definitiones, & nomina in respectu illius vnius . illud enim , quod consequitur illud vnum, dicit secundum,& quod consequitur secũdum, dicitur tertium , & indifferenter, siue differant in nominibus,& definitionibus habitis, secundũ q̃ sunt aut cõuenitunt. non enim habent ante & post nisi secũdum ordinem : ordo autem non fit nisi respectu alicuius primi positi aut subintellecti. Deinde d. Et dicitur ante alio modo,& d.hoc.quia illud, quod est notius apud nos,ſ. prius in cognitione, nõ est prius in esse.et ideo iste modus est alius à prioribus modis. Deinde dicit. Et etiam dicitur ante secundum definitionem , & sensum, &c.i. & illa, quæ dicuntur ante secundum comprehensionẽ, diuersantur ab intellectu & sensu. in intellectu enim nouius est vniuersale q̃ particulare: ĩ sensu autem econuerso. Deinde dicit . Et secundum definitionem accidens etiam, &c.i. & accidens etiam prius est in definitione rerum compositarum ex substantia et accidente. definitio enim cõposita ex istis constituitur ex istis duabus partibus,ſ.substantia & accidente,& partes cuius libet sunt priores illo, quia sumũtur in ipsa definitione. verbi gratia q̃ homo & musicus sunt priores definitione hominis musici.& cum hoc homo est prior musico: musicus enim non erit nisi homo fuerit. Deinde dicit. Et etiam dicuntur ante passiua, &c.i. & dicitur q̃ passiua passionibus proprijs sunt ante passiones et accidẽtia. sicut dicitur q̃ superficies est ante hanc passionem propriã, quæ dicitur læuitas: & q̃ linea est ante rectitudinem, quę est propria passio lineæ. Deinde dicit. quędam igitur dicuntur ante & post, &c. idest, specierum igitur prioris & posterioris quædam sunt ista, quæ determinauimus. Et quædam dicuntur priora naturaliter: & sunt illa, quæ cùm fuerint, non sequitur vt posteriora sint , & si posteriora fuerint , illa erunt . & hoc intendebat, cùm dixit . & sunt illa , quæ possibile est vt sint, & non alia. Deinde dicit . & ista diuisione vtebatur Plato , et innuit quòd hæc diuisio , qua ipse vsus fuit in priori et posteriori, est quam dixit in fine prædicamentorum, scilicet quinque genera famosa, et non est dubium ex hac diuisione. Hæc dicta diminuuntur hic primum in dignitate, sicut diminuitur ex illa diuisione prius in cognitione. Deinde dicit. Et

Ordo non fit nisi respectu alicuius primi positi, aut intellecti. 1.8.8 phy. contra Thomistas.

In intellectu notũ est vniuersale q̃ particulare contra Noiales. cõsydera ĩstantiã.12. Meta.cõ.4. Vide contr. Zim.

cùm ens igitur dicitur multis modis, & cætera. ideſt, & cùm hoc nomen ens dicitur de decem prædicamentis, ens, quod eſt ſubiectum aliorũ nouem entium, eſt ante oſa entia: & ens, ex quo fit ſubſtantia, eſt etiã ante ſubſtantiã: & ſiſr ens in potentia eſt prius ente in actu. D.d. exemplum de vtroq; ente, & d. potentia autẽ eſt ſicut dimidium, quod eſt duplum in potentia. & ſimiliter pars, quæ eſt totum in potẽtia. et ſimiliter materia, q̃ eſt ſubſtantia in potẽtia. actus vero, cũ refertur huic, videbitur poſterius. & hoc cõtingit, qñ intellectus diſſoluerit compoſitum in materiam & formam, & ſciuerit ipſum componi ex his duobus. D.d. Omnia igitur, quę dicuntur ante, & poſt, &c.t. & iſti modi, quos numerauimus, determinant omnes modos prioris & poſterioris. D.d. Et quędam poſſibile eſt vt ſint, & non alia, &c.t. & priorum quędam poſſibile eſt vt ſint, & non ſint poſteriora, & quędam poſſibile eſt vt corrumpantur, & non corrũpantur poſteriora. & iſtę ſunt cauſę, ad quas conſequũtur cauſata. Et videtur tacere cõſequentia propter manifeſtationem eorum. Et intendit per totum et partes genus & ſpecies, & per partem & totum ſpeciem et genus.

Caput Duodecimum. De Potentia, & Impotẽtia.

Vide Auer. in Epit. Tra. 1.

POtentia dicitur, quædam quidem principium motus, aut tranſmutationis in altero, aut prout alterũ eſt. vt ędificatiua potentia eſt, quæ non ineſt in ędificato. ſed ars medẽdi cùm ſit potentia, inerit vtique in eo, qui ſanatur, ſed non prout ſanat. Quędam igitur oĩno principium tranſmutationis, aut motus dicit potentia in altero, aut prout alterum eſt. Quędam vero ab altero, aut prout alterum eſt: ſecũdum quam profecto quod patitur, aliquid patitur. Quandoq; igit, ſi quodcunq; patibile eſt, dicimus illud poſſe pati: quãdoq; vero non ſecũdum omnem paſſionem, ſed ſi ad melius. Item qua eius, quod bene, quippiam efficiatur, aut ſm electionem. aliquãdo enim eos, qui ſolum ambularunt, aut dixerunt, non autẽ bene, nec vt propoſuerunt, non dicimus poſſe dicere, aut ambulare. ſimiliter quoq; de pati. Item quicunq; habitus, ſm quos impaſſibilia omnino, aut immutabilia ſint, aut non facile ad deterius moueantur, potentiæ dicunt. franguntur nanq;, & conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non propter poſſe, ſed propter non poſſe, & in aliquo deficere. impaſſibilia vero à talibus ſunt, quę propter potentiam & poſſe, & aliquatenus ſe habere vix & parum patiuntur. Cùm autẽ potẽtia tot modis dicatur, potẽs quoq; vno quidem modo dicetur, quod motus, aut trãſmutationis principium habet. etenim ſedatiuum potens quid eſt in altero, aut prout alterũ eſt. Alio vero, ſi quid eius aliud talem potentiam habet. Alio vero, ſi quid ad quodcunq; tranſmutetur, ſiue in peius, ſiue in melius potentiã habeat. etenim quod corrũpitur, videtur poſſibile eſſe corumpi. aliter non corrũperetur, ſi impoſſibile eſſet. nunc autem habet quãdã diſpoſitionem, cauſam, et principium huiuſcę modi paſſionis. quandoq; enim, propterea q̃ habet, quãdoq; propterea q̃ priuatur, tale videtur eſſe. Quod ſi priuatio habitus quodam modo eſt, omnia, propterea quòd habẽt, profecto aliquid erunt. equiuoce autem dicimus ipſum ens. Quare, propterea q̃ habet habitũ quendam, & principium, poſſibile eſt. & propterea quòd habet huius priuationem, ſi poſſibile eſt priuationẽ habere. Alio autẽ modo, ppea q̃ nõ hẽt eius potentiã, aut principiũ in altero, aut pũt alterũ, corruptiuã. Itẽ hæc oſa, aut eò q̃ ſolum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eò q̃ bene. etenim inanimatis etiam talis potentia ineſt, vt inſtrumentis. aliquam enim poſſe ſonare lyram aiunt, aliquam minime, ſi non bene ſonans eſt. Impotentia vero potẽtię priuatio eſt, & quędam talis principiij oblatio, quale dixim⁹, aut omnino, aut ab eo, q̃ natura aptus eſt hẽre, aut & cũ natura aptus ſit iam habere. nõ enim ſimiliter dicẽt impoſſibile eſſe puerum generare, et virg̃ eunuchũ. Item vtriq; potentię eſt impotentia oppoſita, & ei, quę ſolum motiua, & ei, quæ bene motiua eſt. Impoſſibilia quoq; quædam ſm hanc impotentiã dicuntur, quędam alio modo, vti poſſibile, & impoſſe. impoſſe qdẽ, cuius contrarium neceſſario verum eſt. veluti diametrum commenſurabilem eſſe, impoſſibile eſt, quoniam falſum huiuſcemodi eſt, & cuius contrarium non ſolum verũ, ſed neceſſarium quoq; eſt, vt incommenſurabilis ſit. commenſurabile igitur non ſolum falſum, ſed neceſſario etiã falſum eſt. Ipſum vero poſſibile huic contrarium, cùm non ſit neceſſarium, contrariũ falſum eſſe. vt ſedere hominem poſſibile eſt. nõ enim neceſſario non ſedere falſum eſt. poſſibile itaq; vno quidẽ modo ſignificat, vt dictũ eſt, quod non neceſſario falſum eſt: alio vero, ipſum verum eſſe: alio autem, contingens verum eſſe. Metaphorice autem, quę in Geometria, potentia dicitur. Hæc igitur poſſibilia, nõ ſecundum potentiam. Quę autem dicuntur, ſm potentiam, omnia ad primam vnam dicũtur. hęc autem eſt principium trãſmutationis in altero, prout alterum eſt. cætera nanq; poſſibilia dicuntur, quędam, eò q̃ eorum aliquid talem potentiam habet: quędam, eò q̃ nõ habent: quędam, eo q̃ ſic habẽt. Similiter etiam impoſſibilia. Quare propria primæ potentiæ definitio profecto erit, principium tranſmutatiuum in altero, prout alterum eſt.

De Poſſibile.

De Impoſſibilitia.

Potentia dr̃ multis modis. Dicit̃. n. potẽtia principiũ motus, aut trãſmutationis i alio ſm q̃ eſt aliud. ſicut ars ædificandi, q̃ eſt potentia, &

& nõ eſt i eo qd' ædificat̃. ſed ars medicinæ eſt potẽtia, & eſt in eo q̃ ſanat̃, ſed nõ ſm q̃ ſanat̃. Principiũ igitur vſe tranſmutationis, & motus dr̃ potentia in alio, ſm q̃ eſt aliud. Et dicit̃ potẽtia illud, per qd' poſſibile eſt vt aliqd moueatur ab alio, aut ſm q̃ eſt aliud. Et etiã illud, per quod patitur aliqd, in quo facta eſt aliqua actio ab eo, quod agit in ipſo, & habet potentiam patiendi quod eſt bonũ, & conuenientiã ad recipiendum. Et etiã dicitur potentia, p qd' aliqd fit melius, & actio fit ſm q̃ oportet. ſicut dicuntur potentes hoies, qui poſſunt in bonitate ſermonis, et illi, qui ſermocinantur nõ ſm q̃ oportet, non dicuntur eſſe potentes. & ſiſr eſt in paſſione etiam. Et etiam dicitur potẽtia in oibus entibus, q̃bus res nõ patiũtur oĩno, nec tranſmutantur, aut q̃bus motus rerũ non erunt ad priora. omne. n. qd' frangitur, & deſtruitur, aut corrũpitur aliqua corruptione, accidit ei hoc, non quia habet potentiã, ſed quia non habet potẽtiam, aut quia diminuitur ab eo aliqua potentia. et dicuntur non tangibilia iſta, in quibus difficilis eſt tactus, aut quorũ tactus eſt equalis pp potentiam exiſtentẽ in eis: & quia ſunt potentia aliquo modo. Cùm igit̃ potentia dicatur his modis, potẽs etiã dr̃ vno modo illud, quod habet principiũ motus, aut tranſmutationis in alio, ſm q̃ eſt aliud. Et alio modo dr̃ potẽs illud, quod habet potentiã talem, q̃ alicuius eſt, qd' eſt aliud. Et etiã illud, qd' hẽt potentiã, vt trãſmutetur in aliquid, aut in peius aut in melius. quod. n. corrũpitur, exiſtimatur eſſe potens ad corrũpi. et niſi hoc eſſet, non corrũpereẽ, ſ. niſi haberet hanc potentiã. ſed tñ habet aliquã diſpoſitionẽ, & cauſam, & principiũ vt recipiat talẽ paſſionẽ. et forte exiſtimatur eſſe ſm hãc diſpoſitionẽ, quia habet aliqd, aut ga forte habet priuationẽ illius. Et cũ nõ eſſe igitur eſt eſſe aliquo modo, oĩa igit̃ hñtia aliqd ex quo, dr̃ modo æquiuocatiõis, & per qd' dr̃ potẽtia. Nõ. n. dicitur q̃ aliquid habet hanc priuationẽ niſi in tpe, in quo poſſet vt ſit illa priuatio. Et, cũ nõ habuerit potentiam illius, tũc dicetur hẽre aliqd principiũ corrũpens aliud. Et etiã oĩa iſta accidũt, quia accidit aut ſola generatio, aut nõ gñatio, aut bonitas generationis. iſta. n. potẽtia eſt i rebus inanimatis, ſ. in inſtrumẽtis. dicimus. n. q̃ qdã inſtrumẽta. v.g. illud, qd' lutina logtur, & q̃dam nõ loquunt̃, cũ nõ fuerit boni ſoni. qñ impotẽtia eſt priuatio potẽtię. Et initium, qd' eſt ſiſle dicto, aut modo vſi, aut illud, qd' habet naturã recipiẽdi generationẽ, & in tpe in quo habet naturam recipiẽdi. nõ. n. ſunt ſiſles ſermones, dicẽtes q̃ impotẽtia eſt puerũ generare, & caſtratũ. Et etiã vtraq; potentiarũ habet impotẽtiam oppoſitam i ſitu illi, quę mouet tñ, et illa p quã fit motus melior. Et ſm impotentiã dicũtur res non hẽ potentiã. & dñr res alio modo potentes, & non potẽtes. dicitur. n. impotens illud, cuius contrarium eſt verũ neceſſariũ. vt diametrũ eſſe ſymetrũ coſtę non habet potentiam, quia hoc eſt falſum. ſuum autẽ cõtrariũ nõ ſolum modo eſt verũ, ſed neceſſariũ. ſymeter igitur nõ eſt tñ falſum, ſed falſum neceſſarium. Et contrariũ huic eſt potẽs, & non eſt neceſſarium, ſed contrariũ huic eſt falſum. qñ, ſi hoiem ſedere eſt potẽtia, nõ eſt neceſſarium tñ; ergo non ſedere eſt falſum. Potentia igitur ſignificat alio modo falſum, qd' non eſt neceſſarium: et alio modo ſignificat eſſe verũ: & alio modo illud eſt poſſe vt ſit verũ. Et modus tranſumptionis in Geometria potentię. Iſta igitur dicũtur poſſe, non in potẽtia. Quæ aũt dicuntur in potentia oĩa dicuntur in reſpectu primi vnius, ſ. principij trãſmutationis in alterũ, ſm q̃ eſt alterũ. Alia. n. dicuntur potentia, quia quędam habent talem potentiam, & q̃dam non: et quędã habẽt iſtam potentiã, ſm q̃ oportet. Et ſimiliter illa, quæ non habẽt potentiam. Definitio igitur, quæ eſt primæ potẽtiæ, eſt principium tranſmutationis in alterũ, ſecundum q̃ eſt alterum.

17 Hoc cõm&ũ multa nõ ex poſita relinquit.

Deinde d. Et etiã illud per qd' patitur, &c.t. et etiã dr̃ potentia de principio, per qd' patitur aliquid ab agẽte aliquã actionẽ in eo paſſione meliorẽ et conueniẽtiorẽ ad recipiendũ illam actionem. Et d. hoc, quia patientia ab aliis quędam patiuntur ad melius: & hoc dicuntur habere potentiam, et quędã ad peius: et hoc nõ dicũtur hẽre potentiã. D.d. Et etiã dr̃ potentia &c.t. & dr̃ potẽtia de forma & habitu, p quas aliqs agit bona actione. ſicut dr̃ q̃ illi, qui bene ſermocinãtur, hñt potẽtiã in bono ſermone. bonitas. n. inuenit in potẽtijs actiuis & paſſiuis. & dicuntur habere potentiã alio modo à duobus modis narratis. hoc. n. eſt quaſi genus eorum. Sunt igitur quatuor modi, ſm quos dicit̃ hoc nomen potentia. D. induxit modum quintũ, et d. Et etiam dicitur potẽtia in oſbus entibus, &c.t. & dr̃ potentia de formis, & habitibus, qbus res nõ recipiunt paſſionem & trãſmutationẽ, & vſr non facile mouẽtur ad peius, ſ. ad corruptionẽ & diminutionem. oĩa. n. quę hanguntur & vſr quę facile tranſmutãtur ab extrinſecis, accidit eis hoc, non quia hñt potentiam, ſed quia diminuitur ab eis potentia aliqua: & iſta potentia eſt genus qualitatis, q̃ dr̃ naturalis potentia vel impotentia. D.d. & dicũtur nõ tangibilia, &c.t. & iſta, in quibus exiſtit potẽtia, & cũ dicuntur nõ tãgibilia, t. nõ potẽtia apud cõtactum, qñ difficile patiuntur ab eis: immo alia, à quibus tanguñt, magis patiuntur pp potentiã in iſtis. D.d. & quia ſunt potentia aliquo modo. t. & hoc nomen potentia dr̃ de iſtis, quia exiſtit in eis principium potẽs, t. expellens ab eis. D.d. Cùm igitur potẽtia dicatur de iſtis, &c.t. et cũ declaratum eſt q̃ potẽtia dicitur ſm iſtos modos: ergo ſubiectum potẽtiæ dicitur ſm iſtos modos. Dicitur. n. primo modo illud, quod hẽbet principiũ tranſmutationis in alio, ſm q̃ eſt aliud. D.d. Et alio modo dicti potẽs, &c.t. & dr̃ potens alio modo illud, qd' habet potentiam, qua patitur ab alio. D.d. Et etiã illud, qd' hẽt potentiam, vt trãſmutetur, &c.t. et etiã dr̃ potẽtia illud

Bonitas inuenitur in potẽtijs actiuis, et paſſiuis.

quo existit principiū, quo possibile est vt trāsmutetur ab alio in aliud, & illud aliud aut erit peius, aut melius. D.d.quod.n.corrumpitur, &c.i. et dicitur in eo, quod trāsmutatur ad peius, quod habet potentiā, qm̄, si illud quod transmutatur ad corruptionē non haberet potē tiam non transmutaretur. v.g. cp, si illud, qđ corrumpi tur, non haberet potentiam in corruptione, impossibi le esset vt corrumperetur. Et cùm ita sit, ista hñt dis positiones in se, & causas, & principia, qbus recipiūt trāsmutationem. D.d.& forte existimatur, &c.i.& illud, quod dicitur potēs, dicitur quia existimatur habere ali quam dispositionem, qua sit potēs in illud: & illud, qđ dicitur nō habere potentiā, dicitur quia existimatur ca rere dispositione, qua sit potens. D.d.Et cùm non esse est, &c.i.et, cū priuatio qua dr̄ aliquid nō habere potē tiam, dr̄ multis modis ſm equiuocationē, quia priua tio est aliquis habitus, manifestum est cp impotētia dr̄ multis modis ſm æquiuocationem, et sic̄ potētia, quæ opponitur ei. D.d. Nō.n.dr̄ cp aliquid habet hanc pri uationem, nisi, &c.i.et, cū dicimus aliquid non hr̄e po tentiam in hoc, s.aliquid carere dispositione, qua sit po tēs, hoc dicimus in tpe, in quo habet illam priuationē. v.g. cp homo non dr̄ non habere potentiā ad ambulan dum, nisi in tpe, in quo caret potētia, qua possit ambu lare. D.d. Et, cū non habuerit potentiam illius.i.qm̄ in tpe, in quo in aliquo existit priuatio potētię, in illo exi stit aliud principium, quod corrumpit illā potentiā, & quod facit priuationem. D.d. Et etiam oīa ista accidūt .i.et cōe est istis oībus, cp pp omnia ista, s. potentias & priuationes, accidit aut generatio, aut non gñatio, aut bonitas generationis. Et, quia per hoc, quod dixit, nō gñatio, intēdebat priuationem, et malitiam generatio nis, incepit declarare hoc, et dixit. ista. n. potētia est in rebus, &c.i.et dicimus non gñationē, intelligendo ma litiam. quia manifestum est in idiomate Græco cp malit ia actionis demonstratur per priuationem actionis. et hoc manifestum est non tm̄ in potentijs aīatis, sed etiā in inaīatis. instrumenta. n. quorum sont sequuntur mo dulationes hoīum, q̄dam dicūtur loqui, & q̄dam non, intelligendo non bene sonare. D.d. qm̄ impotentia est priuatio potentię.i. qm̄ malitia prouenit ex impotētia: et impotētia est priuatio potēs.e. D.d. Et initiū, qđ est fiſe dicto, &c.i.et initium, qđ est fiſe prędicto, s. de quo dr̄ potentia et impotentia, aut demōstrabit intentionē cōem oībus modis potentiarū, aut non potentiarū: aut solummodo demonstratur per hanc potentiā illud, qđ habet potentiam naturaliter, et in tpe, in quo habet po tentiam, & per non potentiā demonstratur illud, quod caret potentia in tpe, in quo caret potētia, aut de oībus de quibus dr̄ non hr̄e potentiā. hoc.n. multipliciter nar ratur. dicere. n. puerum nō habere potentiam generādi & virum perfectum castratum non habere potentiam generandi, non significat idē. D.d. Et etiam vtrāq; po tentiarum, &c.i.et hoc debet esse ita, s. cp potentię sunt tot, quot impotentię. quia omne, quod dr̄ potēs, habet oppositum, quod dr̄ impotens. v.g. cp omne habēs po tentiam aliquam potentiarū mouendi, habet oppositū proprium, qđ dr̄ impotentia, et ſm illum modum mo uendi. D.d. Et ſm hāc impotentiā dñr res non habere potentiā.i.et ſm has intentiones, quas numeramus, dr̄ potentia et impotētia in rei veritate. D.d. et dicūtur res, &c.i.et ſm transumptionem dr̄ potētia, & nō potē tia de aliis non considerandis hic, sed dñr q̄uuoce cū p̄dictis, quæ attribuuni vni rei. D. incepit numerare ista & d.dr̄.n. impotens, &c.i.& intendit per hunc ser monē cp potētia dr̄ de necessario affirmato, et nō potē tia de necessario negato, ecōtra dispositioni, & potētię et impotentię, q̄ dicuntur possibiliter. & d.dr̄.n. impo tens, &c.i.qm̄, qm̄ fuerit dictum de illo, qđ nō potest in Geometria, cp est potēs erit falsum: et suum contrariū, quod est verū, erit verū necessariū. v.g. ponere diame trū costę symetrū, hoc erit falsum et impoſe: sed suum oppositū erit verū semper. Et hoc intendebat, cū d. vt diametrum esse symetrū, &c. D.d. suū aūt contrarium .i. contrariū aūt huius propositionis, s. cp diametrū est potens, s. cp diametrū nō pōt non esse aliquod verum, sed verū est semper. D.d. symeter igitur non est tm̄ fal sum, &c.i. dicere enim diametrū esse symetrum nō est tm̄ falsum, sed falsum necessarium, nō poſe. Et, cùm de clarauit cp falsum in istis est falsum necessariū, & verū verū necessariū, incepit notificare cp econuerso est im potentia vera, & d. Et contrariū huic est potens, &c.i. & dicere potēs in rei veritate, & est illud, quod est in re bus naturalib⁹ potēs, & dicere posse est ecōuerso Geo metrię. cū. n. dixerimus in rebus aliqbus possibilibus aliquid esse & fuerit verū, tūc suū cōtrariū erit falsum, non semper, sed qđ potest esse verū. D.d. qm̄, si hoīem sedere, &c.i. qm̄, si hoīem sedere fuerit potentia, antecp̄ existet in actum, non tm̄ ipsum sedere est necessariū, sed potest transmutari. D.d. ergo nō sedere est falsum. i. & cū sedere nō est necessariū, ergo dicere de sedēte ipsum esse nō sedentē, dum sedet est falsum: sed poſe tm̄ est vt sit verū. D.d. Potentia igitur significat, &c.i. vera igit potentia est illa, quę qm̄ res, in qua potest, fuerit posita in actu qm̄ potest, erit falsum, sed nō falsum necessariū, sed falsum possibile, s. cp poſe est in verū reuerti. D.d. & alio modo significat, &c.i.& verū & falsum, quę in ueniuntur in impossibili, sunt alio modo ab eis, quę in ueniuntur in necessario. & potentia non dr̄ vere nisi in possibilibus. in Geometricis aūt dr̄ equiuoce ſm trans sumptionem. D.d. Ista igitur. i. ista autē, quę dicuntur potentia in Geometria, nō vere dñr, sed trāsumptiue. illa aūt, de quibus dr̄ hoc nomen potentia, in rei verita te, s. res mobiles, oīa dicuntur ſm similitudinē ad illud, de quo dicitur hoc nomen potētia in hoc genere princi paliter: & est principiū in re, per quod innatū est agere in aliud, aut pati sub alio ſm cp aliud. D.d. Alia. n. dñr potentia, &c.i. potentia aūt, quę dr̄ de rebus, quæ sunt generis passionis ab illo, dr̄, quia hoc accidit eis, quia ī eis existit potentia, sicut potentia vera agēs. & dicitur hoc nomen impotētia de rebus, quę sunt velocis passio nis ab alijs, quę carent potentia vera. & dr̄ potentia na turalis qñq; de eo, quod habet verā potentiā agēre, ſm cp oportet, s. in fine bonitatis. Et hoc intēdebat cū d. quędam habent istam potentiā, ſm cp oportet, et per totum hoc intendebat cp hęc noīa potentia & impoten tia, quę sunt genera qualitatis, dicuntur his modis pp hoc, cp habēt in se aliquid ex eo, de quo dicitur nomen in rei veritate, s. de potentijs agentibus in aliud, ſm cp est aliud, & patiētibus ex alio, ſm cp est aliud. D.d. De finitio igitur, quæ est, &c.i. definitio vera, quæ est pri mæ potentiæ prior oībus definitionibus eorum, de qui bus dr̄ hoc nomen potentia, est definitio, dicens cp est principiū trāsmutationis in alterum, ſm cp est alterum.

Potentia in Geometricis est trasſum, tiue, sed in res bus mobilis bꝰ repetitur vere.

Priuatio est aliquis habitus. Vide p hoc 10. Me. t. & 22. et 2. Phy. c. 6. 15. & quę ibi.

Potētię sunt tot, quot impotentię.

Caput Decimumtertium. De *Quanto.*

QVantū dicitur, qđ est in ea quę insunt diuisibile, quorū vtrunq; aut singulū vnum quid, & quōd quid aptum est esse. Multitudo igit q̄tū qd, si numerabilis est: magnitudo vero, si mēsurabilis. Dicit aūt mul titudo qdē, q̄ potētia diuisibilis est in non cōtinua: magnitudo vero, q̄ in cōtinua. Magnitudinis aūt, q̄ qdē ad vnū cōtinua ē, lōgitudo: quæ vero ad duo, latitudo: quæ autem ad tria profunditas

Vide Auer. in Epit. Tract. 1. sub ca. de accidēte. Vide cōtra dictiōes Zi. * hoc aliqđ.

profunditas est. Horum autē multitudo quidem finita numerus, longitudo vero linea, latitudo autē superficies, profunditas vero corpus est. Item alia per se quanta quędam dicūtur, alia secundum accidens. vtputa linea quidem quantum quiddam per se est, musicum vero secundum accidens. Eorum vero, quæ per se sunt; quædam secundum substantiam sunt: vt linea quantum quiddam. in definitione nanq; quod quid est dicenti, quantū quiddam ineſt. quædam passiones, & habitus huiuscemodi substantiæ sunt: vt multum & paucum, lōgum & breue, latū et strictum, profundum & humile, graue & leue, & cętera quoq; huiuscemodi. Sunt autem magnum etiam & paruum, maius & minus, tam secūdum se, q̄ ad seinuicē dicta quanti per se passiones. transferuntur autem et ad alia ista nomina. Eorum autem, quæ secundū accidens dicuntur quanta, quoddā ita dicitur, vt prædictum est, quod musicum, & album quantū est: eò cp illud, cui insunt, quātum quid est. Quædam, vt motus & tempus. Sic enim quāta quædam & cōtinua dicuntur, eò cp illa diuisibilia sunt, quorum hæc sunt passiones. dico autem nō quod mouetur, sed quo motum est. etenim quoniā illud quantum est, & motio est quanta. tempus autem, propter illam.

Dicitur quantitas illud, quod diuiditur in res, quę sunt in eo, quorū vnūquodq; aut vnū habet natura, vt sit aliqd vnū. Et dicitur multa quantitas illud, quod numeratur: et magna quantitas illud, quōd mensuratur aliqua mēsura. Et dicitur multum illud, quod diuiditur ſm numerum in rebus discretis: magnū autē est illud, quod diuiditur in rebus continuis. Et magnitudo continua ſm vnam partem est lōgitudo, & ſm duas latitudo, & ſm tres est profundum. Et multitudo ex istis rebus finitis est numerus, & lōgitudo etiam linea, & latitudo in superficie, & profundum i corpore. Et etiā quantitatum quędam dicuntur per se, & quædam per accidens. verbi gratia linea est quantitas per se, musicus autē per accidens. Et q̄titatum, quę dicūtur per se, q̄dam est substātia, sicut linea. est enim aliqua quantitas in definitione, quę significat quid sit aliqua quantitas, & quędam sunt passiones, & essentię talis substātię: sicut multū & paucū, & longū et breue, & latū & strictū, & profundū & tenue, & leue & graue, & alia silia. Et etiā magnū & paruū, & maius & minus, dicūtur esse passiones q̄titatis per se, cùm secūdū sermonē referantur. per se aūt ista sunt noīa, quæ trāsmutantur, & de alijs etiā. Quantitates aūt, quæ dicūtur per accidens, q̄dam dicunt sic, sicut dr̄ cp musicus est q̄tas, & albū etiā. illud aūt, cuius sunt, hēt aliquā q̄titatē. Et q̄dā dñr sicut motus & tempus. ista. n. dicta sunt q̄tates continuę. illa. n. quorū ista sunt passiões, diuiduntr̄. & dico nō motū, sed quo mouet. qm̄, qa illud est q̄titas, et motus ēt est q̄tas, et tēpus etiam pp motū.

Iste sermo potest esse quasi dissolutio continuę & di ſcretę q̄titatis. omne. n. quod diuiditur, diuiditur ſres, quę naturaliter sunt vnū. Et potest intelligere q̄titatē discretam, quę diuiditur in vnitates indiuisibiles natu raliter, q̄tas vero cōtinua diuiditur in vnitates, sed tm̄ recipiunt diuisionē. Et quia multa, aut sunt multa ſm vnitates discretas, aut ſm vnitates continuas, dixit. Et dicitur multa q̄titas, &c.i. & dicitur multa q̄titas oē, quod numeratur per vnū numerale: & dicitur magna q̄tas omne, quod mensuratur per mensu à continuā. D.d. Et dicitur multum, &c.i.et multum dicitur de ie bus diuisibilibus i vnitates numerales, magnitudo. n. quę est q̄titas continua, est quę diuiditur in continua. & quasi intendebat declarare cp quicquid diuiditur in indiuisibilia naturaliter est numerus. & quicquid diu ditur in res indiuisas, sed receptibiles diuisionis, est magnitudo. D. numerant magnitudines, & d. & ma gnitudo cōtinua, &c.i. magnitudo extenta in vna par te tm̄ est linea: et quę extenditur in duabus partibus est superficies: quę autem in tribus est corpus, quod hēt lō gitudinem & latitudinē et profunditatē. et accipit latī tudinē loco superficiei. qm̄ quicqd habet latitudinē ha ber lōgitudinē: et quicquid habet longitudinē & latitu dinē, est superficies. & eodē modo accepit profundū lo co corporis. D.d. Et etiā q̄titatum, &c.i. & intendit per illa, quę dñr accidentaliter, illa, quibus cōtingit mensu ratio: quia sunt in q̄titate essentialiter, s. continua. D.d. exemplū, & d. sicut linea, quę est aliqua q̄titas per se. musicus aūt & albus diuiditur per accidēs, qm̄ accidit albo & musico vt sint in continuo. D.d. Et q̄titatum, quę, &c.i.et q̄titatū, q̄ sunt essentialiter, quędā est q̄ti tas per se, & quędam est q̄titas, quę accidit quantitati quę est per se, sicut magnum & paruū, & longū et bre ue, et latū et strictum, & profundum et non profundū, et situę & priuatio situs. leue aūt & graue numerantur in accidentibus q̄titatis secunda intentione: sunt enim q̄titates naturales, sed collocantur sub accidētibus qu tatis, quia grauitas & leuitas diuiduntr̄ eadem diuisio ne, qua magnitudo diuiditur. est igitur de q̄titatibus secūdā intētione. D.d. Et etiam magnū, & paruū, &c. i. magnum & parvum, cùm accipiuntur ſm cp sunt di spositiones magnitudinis essentiales, dicuntur esse pas siones et accidentia quantitatis, et, cùm respectum vnī in respectu alterius, videntur collocari in capitulo rela tionis, relatio enim accidit quantitati & extenditur per ea mentis. D. d. per se autem, &c.i. quantitas, quæ est q̄tas per se, dicitur de continua, et de alijs. et intendit vt mihi videtur ens. Et potest intelligi de alijs accidēti bus q̄titatis. v.g. equale, et alia. D.d. Quātitates aūt, quæ dicuntur per accidens, &c.i. illa autem, quę dicun tur accidentaliter, nō dicūtur q̄titates, nisi illud, in quo sunt, sit q̄tas per se. D.d. Et q̄dā dñr sicut motus, &c. i. & q̄titatū est motus & tēpus, ista aūt sunt q̄titates per se & continuę. D. dedit causam, & d. illa enim, quorū ista sunt passiones, diuiduntur, &c.i. & ista sunt q̄ti tates, quia sunt accidētia consequētia essentialiter illa, quæ sunt quātitates per suam substantiam, i. magnitu dinē, quæ diuiditur essentialiter, et primo. motus enim consequitur magnitudinem, & diuiditur per suam di uisionem: et tempus consequitur motū. Ista igitur ſ de passionibus quanti, non de substantia quanti. Dem de dicit, & dico nō motum, &c.i. & dico cp motus tam

Differētia inter multū, & magnum.

Videſpecies magnitudi nis. vel. 6. com. 1.

Iſāc. 1. Ph. 11.

Grauitas, & leuitas, sūt ſpecialiter q̄titates secūdā intētionē. Vi de oppositū. 5. de Anima 108. & 2. de cœlo com. 2. Vide contra 7. Com. Quomō ma gnum & pau cissime, se sunt relationes, & q̄tates.

Quo motus & tēpus sūt q̄titates p te

Vide 6. Ph. 100.

passiones ꝗtitatis, non propter motum, sed propter illud, in quo est motus, s. magnitudinē, p quā est motus. D.d. qm̄ quia illud est quātitas, &c. i. quoniā illud, per quod est motus, est ꝗtitas, motus etiam erit ꝗtitas. & quia motus est ꝗtitas, tempus etiam erit ꝗtitas: consequitur enim motus spacium, & tempus cōsequitur motum. Et posuit hic motū de speciebus ꝗtitatis, qđ nō fecit in libro prędicamentorum: & illic locū, quod non fecit hic. Et forte dimisit hic locū, quia apud ipsum est de passionibus ꝗtitatis: & ideo non posuit ipsum in eis, quæ sunt quantum per suam substantiam. Motus autē non est consuetudo vt mēsuretur per suam partem, sed per suum spacium aut per tempus. & ideo non noſaut illū in prędicamēto ꝗtitatis in prędicamētis, et illic solūmodo intēdit numerare species famosas ꝗtitatis.

4. Phy. 98. 103. Documētū.

Vid de loco 6. Phy. 17.

culi, dicem⁹ ꝙ est figura sine angulo. et ista est qualitas, per quam differunt substantię. qualitas igit̄ dr̄ quoq; vno mō, sm ꝙ narrauimus, de alietate substātię. Et etiam dicitur alio modo, sicut res, quę non mouentur, & mathematica etiam, sicut numeri. dicuntur enim qualitates aliquę sicut cōpositi, & qui non sunt sm eandem dispositionem tātum, sed qui assimilantur superficiei planæ, & corpori. isti igitur sunt qualitates in quantitatibus, vel quantitates in qualitatibus, & vniuersaliter ꝗtitas quę est i substātia. substātia enim cuiuslibet illud, qđ est, est semel. verbi gratia sex nō ē bis tres, sed semel sex. Et etiam omnes passiones mobiles, sicut caliditas & frigiditas, & albedo & nigredo, & leuitas & grauitas, & omnia, de q̄bus dicuntur, & omnia, per quorum trāsmutationem trāsmutantur corpora. & quę attribuuntur studiositati & prauitati, & vniuersaliter bono & malo. Qualitas igitur ferè dicit̄ duobus modis, quorum vnus est verus. quale igit̄ primū differt à substantia. & qualitas, quę est in hoibus, est pars earū. sunt enim aliquæ trāsmutationes substātiarū immobiliū, sm ꝙ sunt immobiles. passiua igit̄ sunt res mobiles, secūdum ꝙ sunt mobiles, & modi motuum. Et studiositas & prauitas sunt aliqua pars passiuorum, quia significant differentias motus & actionis, & per illas agunt aut patiūtur motu bono aut malo illa, quæ sunt i motu. Quoniam istorum, quę habent potentiam vt moueātur aliquo motu, aut vt agāt aliqua actione, est bonum: et quod eorum mouetur econtrario, est malum. Et in maiori parte bonum & malū significant qualitatē in aiatis, et istorū in maiori parte in eis, quæ habent voluntatē.

Vide Auer. in Epit. Tra. 1. sub ca. de Accidēte

Sex semel sex sunt.

Caput Decimumquartum. De Quali.

QVale dicit̄ vno modo differentia substantię. vtputa quale aīal homo, quoniam bipes, equus vero quadrupes. & circulus qualis quędā figura, quoniā absq; angulis est, tanq̄ differentia, quę secundū substātiam, qualitas sit. vno itaq; modo qualitas dicitur substantię differētia. Alio, vt immobilia, & mathematica, veluti numeri quales quidam sunt. vt qui compositi: et non solum, qui ad vnum sunt, sed hi, quorum imitatio superficies et solidum. hi aūt sunt, qui quoties quāti aut quoties quanti quoties. & omnino quod in substantia, præter ꝗtum existit. substantia nāq; cuiusq; est quod semel, vtputa ipsorum sex, nō qui bis, vel ter, sed qui semel. sex enim semel sex sunt. Item quæcūq; substantiarum, quę mouentur passiones, vt caliditas & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, et quęcunq; similia, sm quæ dicūtur alterari corpora, ipsis mutatis. Item, sm virtutem & malitiam, & omnino bonum & malum. Ferè itaq; secundum duos modos dici possit ipsum quale, et horum vnum maxime proprium. prima etenim qualitas substantię differentia est. huius autē pars, & quæ in numeris qualitas est. etenim differentia quædam substātiarum est. sed non aut eorū, quę mouentur, aut non, put mouentur. hæc autem passiones eorum, quæ mouentur, prout mouētur sunt, & motuū differentię. Virtus autem, & malitia passionum quędam partes sunt. differētias enim motus, & actionis qualsdam manifestant sm quas bene, vel male agūt, aut patiuntur ea, quæ in motu sunt. Quod enim hoc modo potest mouere, aut agere, bonum: quod vero illo modo & cōtrario, prauum. Maxime autem bonum et malum significāt qualitatem in illis, quę aiata sunt, & in illis maxime, quę habent electionē.

Vide Auer. in Epit. Tra. 1. sub ca. de Accidēte

Qualitas dicitur vno modo illud, per quod differt substātia. sicut dicimus ꝙ homo est animal quale, & equus dicitur sic etiam. & si quę situm fuerit à nobis quę est qualitas figurę circuli, dicem⁹ ꝙ est figura sine angulo. et ista est qualitas, per quam differunt substantię. qualitas igit̄ dr̄ quoq; vno mō, sm ꝙ narrauimus, de alietate substātię. Et etiam dicitur alio modo, sicut res, quę non mouentur, & mathematica etiam, sicut numeri. dicuntur enim qualitates aliquę sicut cōpositi, & qui non sunt sm eandem dispositionem tātum, sed qui assimilantur superficiei planæ, & corpori. isti igitur sunt qualitates in quantitatibus, vel quantitates in qualitatibus, & vniuersaliter ꝗtitas quę est i substātia. substātia enim cuiuslibet illud, qđ est, est semel. verbi gratia sex nō ē bis tres, sed semel sex. Et etiam omnes passiones mobiles, sicut caliditas & frigiditas, & albedo & nigredo, & leuitas & grauitas, & omnia, de q̄bus dicuntur, & omnia, per quorum trāsmutationem trāsmutantur corpora. & quę attribuuntur studiositati & prauitati, & vniuersaliter bono & malo. Qualitas igitur ferè dicit̄ duobus modis, quorum vnus est verus. quale igit̄ primū differt à substantia. & qualitas, quę est in hoibus, est pars earū. sunt enim aliquæ trāsmutationes substātiarū immobiliū, sm ꝙ sunt immobiles. passiua igit̄ sunt res mobiles, secūdum ꝙ sunt mobiles, & modi motuum. Et studiositas & prauitas sunt aliqua pars passiuorum, quia significant differentias motus & actionis, & per illas agunt aut patiūtur motu bono aut malo illa, quæ sunt i motu. Quoniam istorum, quę habent potentiam vt moueātur aliquo motu, aut vt agāt aliqua actione, est bonum: et quod eorum mouetur econtrario, est malum. Et in maiori parte bonum & malū significant qualitatē in aiatis, et istorū in maiori parte in eis, quæ habent voluntatē.

Non intendit hic de speciebus quantitatis & qualitatis, secundum ꝙ sunt prædicamenta, sed solummodo intendit numerare intentiones, quas significant hæ dictiones quantitas & qualitas. et ideo incœpit hic à qualitate, quæ est substantia, &c. d. Qualitas dicitur, &c. i. & qualitas, quæ dicitur modo primo, est illa, quæ dicitur de illo, secundum ꝙ differunt substantiæ adinuicē, s. de generibus, & speciebus substantialibus. verbi gratia quoniam homo differt à plantis per animalitatem: animalitas igitur in eo est qualitas. et similiter in equo: quoniam animalitas est in eo qualitas. et in hoc genere concluduntur vniuersaliter omnes differentiæ substantiales vltimæ, s. differentiæ specierum vltimarum, sed non vltimæ, s. differentiæ generū substantiales. Deinde dicit. &, si quæstum fuerit à nobis, &c. i. & secundū intentionem propinquam, qua hic dicitur qualitas, cōstās circa ꝗtitatē, sm ꝙ est ꝗtitas: qm̄ per illā differūt quantitates in suis substantijs. v. g. ꝙ, si quæstitū fuerit à nobis quam figuram habet circulus, aut quæ est figura circuli, dicemus figura non habens angulum. & hęc vox, nō habēs angulū, est differētia substātialis figurę. Et hoc intendebat, cū d. et ista est qualitas, per quā differunt substantiæ. & intendit substantiam quantitatū, non illud, quod est substantia simpliciter. & suppositum hoc

19 Documenti

5. Phy. 18.

Quinto Phy sico. 18.

Vide. 7. Ph. 18.

hoc in hoc genere, quia ista sunt de suis substātijs, quasi formæ substantiales de substantijs. Deinde dicit. qualitas igitur, &c. i. &, cùm ita sit, sicut narrauimus, ergo qualitas dicitur de illo, secundum ꝙ differūt res in suis substantijs, s. de formis suis. D. d. Et etiā dicitur alio modo. i. & dicit quale de illo, secūdum ꝙ differunt etiā entia immobilia, s. quæ non existūt in materia, aut verbis tantum, aut sermone & esse, sicut quidam opinantur mathematica esse substantias abstractas. Deinde dicit. sicut numeri, &c. i. sicut numeri, qui dicuntur in Arithmetica compositi non primi. numerorum enim compositorum, quidam sunt, qui assimilantur superficiei circulari, & quidam corporali, & quidā corporeo. & ideo Arithmetici solent dicere, iste numerus est superficialis, & iste solidus. Deinde dicit. isti igitur sunt qualitates in quātitatib⁹, &c. i. & isti numeri aut est dicendum ꝙ substantiæ eorum sunt qualitates in quantitatibus, aut quantitates multiplicatæ per qualitates. Deinde dicit. vniuersaliter quantitas, quæ est in substātia. substantia enim cuiuslibet est illud quod est semel. verbi gratia sex, &c. i. sed vniuersaliter apparet ꝙ omne, quod est de quantitate discreta, tanquam substātia & forma, est vnicum in quantitate, non ꝗtitas in qualitate. sicut sex, cuius substantia est vnicum sex, nō tres binarij. Deinde d. Et etiam oēspassiones, &c. i. et dicitur qualitas etiam aliō modo de omnibus passionibus, de quibus est transmutatio motus, verbi gratia colore frigore, albedine, nigredine, et omnibus rebus attributis istis, per quas transmutantur corpora, in quibus incuitur motus. Et d. hoc, quia qualitates, per quas differunt corpora, et quātitates in suis substantijs, nō pertinent motui, neq; per illas mouētur corpora, vt declaratum est in Septimo Phy. D.d. Et quæ attribuuntur studiositati, et. i. dicuntur qualitates de formis, quæ sunt in animatis, quæ attribuuntur studiositati aut prauitati, aut malo aut bono. D.d. Qualitas igitur ferè, et c. et intendit per duos modos, qualitates, q̄bus pertinet motus: et qualitates, quibus non pertinet. D.d. et istorum modorum, quorum vnus est verus. et intendit qualitates substantiales, in quibus non est motus. D.d. quale igitur primum, etc. i. per quod differūt entia in suis substantijs. Deinde dicit. et qualitas, quæ est in hominibus, est pars, etc. i. ꝙ qualitates, q̄ sunt i animatis, sunt de qualitatibus, in quibus nō est motus. Deinde exposuit hoc, et d. sunt. n. aliquę trāsmutationes, etc. i. et causa, propter quam studiosiras et prauitas concluduntur in qualitatibus, est, quia sunt passiones, et formæ substantiæ immobilis essentialiter, s. animæ. Deinde dicit. Et studiosiras et prauitas, etc. i. et studiosiras et prauitas quoquo modo intrant qualitates, et in qualitatibus et in quibus est motus, quæ consequuntur differentias motus, qui est in corporibus, s. alterationis verę, quam consequitur studiositas et prauitas. ex eis enim mutatur motus animatorū, aut ad melius aut ad peius, aut ad studiosum aut ad prauū. D.d. et per illas agunt aut patiuntur, etc. i. et istas differentias patiuntur ad peius, aut agunt ad melius res animatæ, in quibus est motus. Et hoc intēdebat, cùm d. Quoniam istorum, quę habēt potentiam vt moueantur, etc. i. quoniam formarū animatarum illa, per quam homo potest moueri voluntatę à voluntate et intellectu motu ad aliquod bonum, est passio, quę est bona: et illa, per quam nō potest hoc, sed paritur à voluntate, et mouetur ab eo, est malum. D.d. Et in maiori parte bonum et malū significāt, etc. et hoc manifestum est. quoniam hæc nomina bonū et malum non dicūtur simpliciter in maiori parte, nisi de accidentibus prouenientibus à formis, quæ sunt in animatis, et præcipue in animatis rationabilibus. et quandoq; dicitur bonum et non bonum de actionibus eius, quod non est rationabile, sed raro. Arist. etiam nō vi detur hic numerare i qualitate genus, quod dicitur sm potentiam et impotentiā naturalem. ista enim sunt propter præparationes, et actiones potentiæ, non qualitates in actu. et istę præparationes consequuntur qualitates substantiales. et inquantum sunt potentiæ, numerantur eas inter potentias: et inquantum sunt præparationes sunt priuationes * nō est perscrutatus de eis Septimo Phy si. vtrum in eis sit motus, aut non. et nota hoc, quia melius est.

Bonū & malū nō differūt pīs, et i maiori pte, nisi de accēsitibus p̄ uenientibus a formis, q̄ sūt in aiatis, sed oppositū vī velle philosophus 6. Me. e cō. 8. Vide con. Zim.

Documentū

Vide. 7. Phy sico. 20.

Caput Decimumquintum. De Ad aliquid

ADaliquid dicuntur quædam, vt duplū ad dimidiam, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad multiplicati partem, & excedens ad excessum. Quædam, vt calefactiuum ad calefactibile, & sectiuum ad secabile, & omnino actiuum ad passiuū. Quædam, vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, et sensibile ad sensum. Dicuntur autem prima quidem secundum numerum, aut simpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnum. vtputa duplum quidem ad vnum numerus determinatus. multiplex vero secundum numerum ad vnum, non tamen determinatum, vt hunc vel hunc. sex quialterum vero ad subsex quialterum secundum numerum ad numerum determinatum. superpartiens autem ad suppartientem secundum indeterminatū, sicuti multiplex ad vnum. excedens aūt ad excessum, omnino indeterminatum secundum numerum. numerus enim cō mensurabilis, secūdum vero incommensurabilem numerum dicitur. excedēs enim ad excessum tantum est, & vltra. hoc vero indeterminatum est, quodcunq; enim contingit, est aut æquale, aut non æquale. Hæc itaq; ad aliquid omnia secūdum numerum dicuntur, & numeri passiones sunt. Et adhuc æquale, simile, & idem secundum alium modum. sm vnū etenim omnia dicuntur. Eadē enim sunt, quorum substantia vna. Similia vero, quorū qualitas vna. Æqualia autem, quorum quantitas vna. ipsum vero vnum numeri principium, & mensura. vnde hæc omnia ad aliquid dicūtur, secundum numerum quidem, nō tamen eodem modo. Actiua vero, & passiua secundum actiuam & passiuam potentiam, & potētiarum actiones. vtputa calefactiuum ad calefactibile, quoniam possiunt. & rursus calefaciens ad id, quod calefit, & secans ad id, quod secatur, vt agētia. Eorum autē, quę sm numerū sunt, nō sunt actiones, nisi quēadmodū in alijs dictū est, sed sm motū actiōes nō existūt. Eorum vero, quæ secundum potentiam, etiā secundum tempora iam dicuntur ad aliquid. veluti quod fecit, ad id, quod factum est: et id, quod facturum est, ad id, quod faciēdum est.

Vide Auer. in Epit. Tra. 1. sub ca. de Accidēte

sic enim pater quoq; filij pater dicitur. hoc. n. fecit, at illud passum quid est. Item quędam secundum priuationem potentiæ, vt impossibile: & quęcunq; ita dicũtur, vt inuisibile. Quæcunq; igitur secundum numerum, & potentiam ad aliquid dicũtur, cuncta sunt ad aliqd, eò q; ipsum, quod est alterius, dicitur ipsum, quod est, sed non eò quòd aliud ad illud. Mẽsurabile autem, & scibile, & intelligibile, eò q; aliud ad illud dicitur. Nam intelligibile significat quòd eius est intellectus. Non est autem intellectus ad illud, cuius intellectus est. idem enim profecto bis dictum esset. similiter & visus cuiusdam est visus, nõ cuius est visus (etsi verum est hoc dicere) sed ad colorem, aut aliquid aliud tale. illo vero modo bis idem diceretur, quòd visus est, cuius est visus. Eorũ igitur, quæ per se ad aliquid dicuntur, quædam ita dicuntur, quædam si genera eorum talia sunt. vt puta Medendi ars eorum est, quæ ad aliquid sunt, qm̃ genus eius scięt̃ia videtur eorum esse, quæ ad aliquid sunt. Item secũdum, quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habẽt. vt æqualitas, quoniam ipsum ęquale: & similitudo, quoniam & ipsum simile. Aliqua vero secundum accidens dicuntur. vt homo aliquid, quoniam accidit ei duplo esse. hoc autem eorum est, quæ ad aliquid sunt. aut album, si eidem accidit duplo, & albo esse.

Quædam dicuntur relatiua, sicut duplum ad dimidium, & triplum ad subtriplũ, & omne quod multiplicatur multotiẽs ad alterum, & nõ omne quod multiplicatur multotiens, et est sicut quod est superius ad illud, quod est magis superius. Et quoddam dicitur, sicut calefaciens ad calefactum, & abscindens ad abscissum, & omne agens ad patiens. Et quędã, sicut mensuratũ ad mensurã, & scitũ ad scientiam, & sensatum ad sensum. Primum autẽ relatiuorum dicitur modo numeri, aut illud, quod est modo simplici, aut terminat̃, & per illud refertur ad illa, aut ad vnũ. sicut duplũ ad vnum, quod est numerus terminatus. numerus autem multiplex non est relatiuũ ad vnũ terminatum sicut istud. & istud terminatũ ex simplicibus est ante duplum. multiplex autẽ superpartiens non est terminatum. totum. n. et dimidium ad totum dimidium, et numerus ad numerum est terminatum. totum autẽ & pars ad diminutum in parte non est terminatum, sicut multiplex ad vnũ. superius autẽ ad magis superius modo vniuersali non est terminatum sm numerum. numerus enim est æqualis. & ista dicuntur sm numerũ nõ ęqualem. & superius ad magis superius, sicut illud ad illud non terminatum, quia est vnum duorum, quod ex eis comprehenditur, aut æquale, aut non æquale. Omnia igitur ista relatiua dicuntur per numerum, & per accidentia numeri etiam. Et dicitur etiam alio modo equale, & simile, & idem. sunt igitur eadem. omnia enim ista dicuntur secũdum vnum modum, quia conueniunt in aliquo. Sunt quædam igitur eadem, quia substantia eorum est vna. Et similia, quorum qualitas est vna. Et æqualia, quorum quantitas est vna. Et vnum est principium numerorum, & mensura eorum. omnia igitur ista dicuntur relatiua, sed nõ eodem modo. Actiua autem & passiua per potentiã actiuam & passiuam, & actionem potentiarum. sicut calefactiuum ad illud, quod calefacit, quia potest. etiam calefaciẽs ad illud, quod calefacit, & abscindens ad illud, quod abscinditur. Secundum autem modũ numeri nõ habẽt actiones, nisi secundũ modum dictum in alijs. actiones enim quæ non sunt per motũ, non habent. Et dicũtur relatiua illa, quæ sunt secundum tempus. vt agens ad patiens: & illud, quod aget, ad illud quod patietur. et sic dicitur pater est pater filij. pater etiam: quoddã enim est agens & patiens etiam. Et etiã quod dam dicitur de eo, quod caret potentia. sicut illud, quòd non habet potentiã. et omnia, quę dicuntur similia, sicut non terminatũ. Oia igitur relatiua, quę dicũtur modo numeri & potentię, sunt relatiua, quia essentia eorũ dicitur ad aliqd, & nõ quia illud aliud dr̃ ad illa. Mẽsuratũ aũt, & intellectũ, & scitũ dicĩt relatiuũ, quia ad illud dicit aliud aliqd. Intellectus enim significat habere intellectũ. Et intellectus nõ est relatiu⁹ ad illud, qd̃ est intellect⁹. qm̃, si hoc dicat̃, tũc idẽ diceẽ bis. et sit̃, si visus ẽ visus ad aliqd, nõ est visus illius, qd̃ est. & si iste sermo ẽ verus, sed dr̃ respectu coloris, aut aliud aliqd tale. sm hoc aũt idẽ diceẽ bis, aut illud, cui⁹ est visus. Et relatiuorum, q̃ dicuntur per se, q̃dã dr̃ hoc mõ, et q̃dã dicunt̃ quia sunt gña talia. sicut Medicina, q̃ est relatiua, qa suũ genus, qd̃ est scia, existimat̃ esse relatiuũ, & etiã oia, q̃ sũt in eis. Et dr̃ relatiuũ, sicut ęqualitas, qa ęquale, & cõsimilia pp sit̃ similitudinẽ. Et relatiuorũ est qd̃ dicit̃ modo accidentali. sicut homo, qui est relatiuus, quia accidit ei esse duplum alicuius. et hoc est relatiuorum. et similiter album accidit eidem vt sit duplum, & album etiam.

Idest, q̃ vna specierum relationis terminatę est sicut duplũ & dimidiũ, & oẽs, qui multiplicantur per numerũ, productũ, cũ numerus, productus sit multiplex ad illos duos numeros ductos vnũ in alterũ sm vnitates vtriusq; eorũ. D. dicit, qd̃ multiplicat̃ multotiens, est, &c. i. q̃ relatio numeroꝝ multiplicatorũ est relatio terminata: & relatio numeri superioris ad magis supius est relatio non terminata, sicut relatio pauci ad multũ.

D.d.

D.d. Et quoddam sicut calefaciens, &c. i. & quoddam relatiuorum est in potentijs actiuis & passiuis, sicut calefaciens. non enim acquirit hanc dispositionem nisi in respectu illius quod calefacit. & similiter abscindẽs ad abscissum, & vniuersaliter agens ad patiens, & d. sicut mensura ad mensuratum, &c. Et, cùm dixit istos tres modos relatiuorum, d. Primum autem relatiuorũ, etc. ideſt, & relatiuorum existentium in numeris quædam sunt, quibus relatio est terminata. v. g. q̃ duplũ est duplum dimidij, & q̃ duo est duplum vnius, & tria triplex vnius. & sic̃ alij modi numerorum attributorum ad vnum. & hoc intẽdebat, cùm d. & per illud refertur ad illa, aut ad vnum. qm̃ relatio terminata est, sicut diximus eẽ duo, tria, quatuor, quinq;. omnia. n. ista sunt multiplicatiua vnius multiplicatione terminata. D. dedit exemplum de non terminato, & d. numerus autẽ multiplex, &c. i. & intendit q̃, cùm aliquis dixerit iste numerus est multiplex, hoc non dicetur in respectu alicuius numeri terminati, nisi determinet multiplicationem. v. g. vt dicat quadruplum aut sexcuplum. D. d. & istud determinatũ ex simplicibus est ante duplũ, i. quòd numerus terminatus, qui est dimidium, est ante duplum in ordine numerorum, & vterq; est terminatus. D. d. multiplex autem superpartiens non est terminatum. & intendit nisi numeretur numerus multiplicis, & numerus superpartientis. D. d. totum enim & dimidium, &c. i. proportio. n. & dimidium, &c. i. proportio. n. totius ad totũ & dimidiũ est, pportio terminata: et sic̃ talis numerus ad talẽ numerũ. D. d. totũ aũt & pars, &c. i. pportio. n. totius ad partem, et illius partis ad magis diminutũ nõ est proportio terminata, sicut dicimus iste numerus est multiplex ad vnum sine determinatione. D. d. superius aũt, &c. i. dicere aũt q̃ iste est suptor isto, & iste suptor alio, est proportio non terminata. quia isti excedunt se sm numeros & non æquales: & illud est terminatum ex eis, quia succedit per numeros æquales: isti autem possunt excedere se sm numeros æquales & non æquales. D. d. Omnia igitur ista relatiua, &c. i. omnia igitur ista relatiua, quę numeri vnius sunt relatiua, aut quia sunt ipsius numeri, aut quia sunt in accidentibus numeri, & accidentia numeri sunt minus & plus, & addens & diminuens, & æquale & inæquale, & similia. D. d. Et dicitur etiam alio modo, &c. i. & dicuntur etiam relatiua alio modo de æquali in quantitate, & simili in qualitate, & de eodem in substantia. D. d. omnia. n. ista, &c. i. & proprię est istis tribus generibus relatiuorum, quia proportio in eis est eadem in vtroq; extremo. similium. n. vtrunque est simile alij, & similiter æqualia. & hoc intendebat, cùm d. quia conueniunt in aliquo, econtra in alijs speciebus relationis. D. d. Et vnum est principium numerorum, &c. i. & vnum, sm q̃ est principium numerorum, & mensura eorum, concluditur etiam in relatiuis, quæ sunt in numero. D. d. omnia igitur, &c. i. qa eorum est quædam, cuius ratio est terminata, & quædam cuius est opposita, & quædam cuius est communis in vnitate, & quædam in accidentibus numerorũ, & quędam est in substantia numerorum. D. d. Actiua autem, & passiua, &c. i. relatiua autem, collocata in genere actionis et passionis, sunt relatiua per potẽtias existentes in eis. & intendit q̃ non sunt sicut numerus, in numero. n. nõ est actio neq; passio. & ideo d. Secundũ aũt modũ numeri non hñt actiones, &c. i. relatiua autem, quæ sunt in numeris, non habent actiones neque passiones, et accidentia existentia in rebus mobilibus. D. d. Et dicuntur relatiua, &c. i. & relatiuorũ quędam sunt, quæ non sunt relatiua nisi in terminatis temporibus, sicut res actiuæ, & passiuæ, quæ appropriant̃ temporibus terminatis, sicut quod agit i aliquo tempore, & non agit in alio: & sicut agit quod est in præterito, et agit quod est in præsenti. D. d. & sic dicitur pr̃, &c. i. quia pater & filius sunt de genere agentis & patientis, in quo non inuenitur actio & passio nisi in tempore terminato. vir. n. & mulier non generant in qualibet ętate, sed in temporibus vitę determinatis. D. d. Omnia igitur relatiua, &c. i. omnia igitur relatiua, quæ sunt in numeris, et potentijs, sunt relatiua, qa essentia vtriusq; eorum collocatur in relatione eodem ordine, non quia alter⁹ intrat in relationẽ p se, & alter⁹ nõ in relatione p se: sed qm̃ alter⁹ accidit ei, s. illud, quod est relatiuum p se, & accẽs altertius, pp quod fuit relatiuũ. D. d. Men suratum aũt, & intellectum, &c. i. quod autẽ est de modo relatiuorum, sicut intellectum & scitum sensatum dicitur esse relatiuum, quia illud, quod est relatiuũ per suam substantiam, accidit ei, scilicet intellectus, qui est in sua substantia relatiuus, cùm accidit ei quod fuit relatiuum intellecti, accidit intellecto, quod fuit relatiuũ: non quia relatio est in substantia intellecti, sicut est in substantia intellectus, sed quia relatio accidit ei. hoc igitur intendit, cùm d. talia esse relatiua, s. quia aliud relatiuum per suam substantiã prędicatur de illis. Et quasi d. qa relatio est duobus modis, s. aut relatio in substantia vtriusq; relatiui, aut relatio i substãtia alterius tũ, & in altero propter istud. Et, cùm induxit hos duos modos relationis, incœpit declarare naturam secundi modi, & d. Intellectus. n. significat, &c. i. & intellectus non refertur ad intelligentem, sed ad intellectum, qm̃, si ita esset, tunc intellectus constitueretur per intelligentem, sed vr̃ esse econuerso: ex quo consequereť q̃ illud, quod constituit̃ per aliquid, constituat illud, s. qa contingit vt causa cõstitueretur p cãtum. & sic idẽ esset in respectu eiusdẽ causa & cãtum insit̃. & hoc intẽdebat, cũ d. tunc idẽ dicet̃ bis, & tunc idẽ erit cã & cãtum eiusdem. D. d. & si sit̃ si visus, &c. i. v. g. qm̃, si visus fuerit relatiuus ad visum, videns nõ est relatiuus ad visum. D. d. & si iste sermo, &c. i. & si sermo dicẽs q̃ visus nõ est relatiuus ad visum, sic visus erit relatiuus ad aliud, aut ad colorẽ, aut ad aliqd sit̃e. D. d. sm aũt hoc idem dicet̃ bis. s. si aũt posuerimus visum esse sm relationem ad visum, continget idem esse duo opposita sm cãm et causatũ, i. si posuerimus q̃ visus non est visus, nisi per visum, non p rem visam. D. d. Et relatiuor⁹, quæ dñr p se, &c. i. & relatiuor⁹, quę dñr p se, quędã sunt hmõi. & quædã existimant̃ collocari in eis, qa genus collocat̃ in eis. v. g. Medicina, quæ existimat̃ esse huius spẽi relatiuor⁹, quia suũ genus est huius spẽi, s. scia. & existimat̃ q̃ illud, cuius genus est relatiuum, est etiã relatiuum. Sed ista existimatio accidit sm hoc, q̃ scia est modi relatiuor⁹, quæ referunt̃ adinuicem, propter hoc, q̃ conueniunt in eodẽ, sicut æquale & sit̃. æqualia enim sunt relatiua, qa cõueniunt in eodẽ. & qa existimat̃ q̃ scia est hmõi, quia est idem, in quo cõueniunt scients & scitũ, continget vt Medicus sit ex hoc mõ relatiuorũ. Et intẽdebat p hoc declarare cãm, propter quã accidit q̃ aliquod genus sit relatiuum, & sua spẽs non sit relatiua. & causa in hoc est, q̃ nõ est genus in rei veritate. scientia. n. non est genus Medicinæ in rei veritate, nisi scientia diceretur sm relationẽ ad scientem, & Medicina ad Medicum. tunc. n. scientia esset genus Medicinæ, & sciens genus Medici. D. d. Et relatiuorum est, quod dicitur mo̊do accidentali, etc. i. q̃ quando homini accidit vt sit duplum ad aliquid, accidit ei vt sit relatiuum, sicut accidit ei vt sit album. homo enim secundum quòd homo non est duplum, neq; album.

Expõ primi modi.

Expõ modi istius primo.

In numero fit actio, neq; passio. Vide 4. Ph. 74.

Expõ tertij modi.

Relatio est duobus modis.

Expõ secundi modi.

Documẽtũ.

Modi 1pro. pri.

Caput Decimumsextum. De Perfecto.

PErfectum dicitur vno quidẽ modo, extra quod non est vllam accipere particulam,

Vide Auer. in 8 pti. Tr. primo.

Iam.vtputa tempus ipsum,vniuscuiusq; perfectum est, extra quod non est vllum accipere tempus, quod pars huius temporis sit.Et quod ſm virtutem,& quod est eius, quod bene, non habēs excessum ad genus.vt plectus musicus,et perfectus tibicen, cū ſm propriæ virtutis ſpeciem in nullo deficiant. Ita etiam in malis transferentes dicimus calumniatorē perfectum,& furem perfectum, quoniā etiā bonos eos appellamus, vtputa furē bonum, & calumniatorem bonū. Virtus quoq; quędam perfectio est. vnumquodq; nanq; tunc pertectum est, cunctaq; ſubstantia tunc perfecta,cùm ſecundum ſpeciem proprię virtutis nulla desit particula magnitudinis naturalis. Item,quibus finis ſtudioſus est,ea perfecta dicūtur. etenim ſm quod habent finem,perfecta dicuntur. Quare cùm finis vltimorum quippiam est,ad praua quoq; transferentes, dicimus perfecte interemptum esse,& perfecte corruptum esse, cùm nil corruptionis, aut mali desit, ſed in vltimo ſit.propter quod et mors metaphorice dr̄ finis,qm̄ ultima.finis aūt & quod cuius gr̄a,vltimū. Quęcunq; igit̄ per ſe perfecta dr̄,toties dr̄. Quædā, eò q ſm bene in nullo deficiunt,nec hn̄t in aliquo genere excessum, nec est quicq; extra. Quędā,eò q oino i vnoquoq; gn̄e excessum non hn̄t,nec quicq; est extra. Cętera vero iam ſm ipſa,eò q aut tale faciunt,aut habent, aut conueniunt, aut tali aut aliquo alio modo ad ea, quæ primo dicta ſunt,perfecta dicuntur.

Nota Ale dari primo istud nem virtutis. rem.10. bonus &c. 15.

Perfectum dicitur vno modo illud, quod impoſſibile est habere aliquam partem omnino extra illud.ſicut tempus. tempus enim perfectū cuiuslibet rei est illud, quod impoſſe est vt extra illud ſit aliquod tempus, quod ſit pars iſtius tēporis. Et ſiſr illud,quod habet ſtudioſitatem, & quod dicitur modo bonitatis,quādo nullam habet dignitatem ſuper genus.ſicut dicitur medicus perfectus, & muſicus perfectus,cùm nō habuerint diminutionem in modo ſtudioſitatis proprię.Et ſecundum hunc modum dicimus in rebus turpibus ſm tranſumptionem ſermonis. dicimus enim mēdacem perfectum, & latronem perfectum,quia vocamus eos nomine bonitatis. & etiam ſicut dicimus q iſte est bonus latro, & bonus mendax. Vnumquodq; igitur omnium rerum perfectarum,& omnes ſubſtantiæ dicuntur perfecta, qñ non diminuitur in modo ſtudioſitatis ſuæ aliqua pars omnino. Et etiam dicuntur perfecta illa, quæ habent perfectionem nobilem. ſunt. n. perfecta per ſuam perfectionem. Perfectio igitur est aliqs finis per ſuam tranſumptionem à rebus mutis.& dicitur q aliquis corrumpitur perfecta corruptione,& deſtruit̄ perfecta deſtructione,quando de corruptione nihil diminuitur, ſed est valde malum.& ideo dr̄ corruptio mō trāſumptionis perfectio,quia vtraq; est finis. perfectio igitur, & illud, propter quod fit aliquid,ſunt fines.Et quę dicuntur perfecta per ſe ſm hos modos dicūtur. Quædam, qa non diminuitur aliquid ab eis de bonitate, neq; in eis est magis etiam,& nihil inuenitur extra illa.Et quædā modo vniuerſali,ita q in eis non est nobilitas i vnoquoq; generum, & quibus nihil est extra. Alij aūt modi ſm hunc modū, aut quia agunt aliquid tale, aut quia habent, aut quia æquabuntur, aut quia dicuntur aliqua alia proportione, quæ attribuitur ad illa, quæ dicuntur perfecta primo modo.

Ideſt,Perfectum dicitur multis modis,quorū vnus. eſt,illa, quorum nulla pars ſua diminuit̄,ſed est totum. totum enim est illud, cuius nulla pars inuenitur extra: et quod nō est totū,est illud,cuius aliqua pars est extra illud. D.dedit exemplum de rebus,quæ dicūtur perfectę hoc modo,& d. ſicut tempus, &c.i. ſicut tempora permanentiæ entium naturalū,quæ dicuntur menſuræ eſſentiæ vitæ.tempus.n.vitæ perfectum in vnoquoq; ente est illud, extra quod nō inuenitur tempus, quod ſit pars illius tēporis.Et ſm hūc modum dicitur mundus eſſe perfectus.et ſm hunc modum dicitur homo perfectus,quando nullum membrum est extra illum,i.quando non habuerit aliquod membrum diminutum.& ſm hunc modum dicitur corpus eſſe perfectū, quia nulla dimenſio inuentur extra illud, ſ. dimenſio quarta,& vniuerſaliter dimenſio illa est perfectio ſm quantitatem. D.induxit perfectionem etiam ſm qualitatem,Et d.& ſimiliter illud, quod habet ſtudioſitatem, &c.i.& dicitur etiam perfectum ſm qualitatē, quando nihil diminuitur ab eo in modo ſtudioſitatis ſuæ:& quando nihil inuenitur dignius eo in ſuo genere. medicus.n.pfectus est ille, à quo nihil diminuit̄ ex eis,quæ pertinent ad actionem medicinæ, & quo nullus medicus est perfectior. D.d. Et ſm hunc modum dicimus in rebus turpibus.i. & hoc modo ſonat hoc nomen perfectum in rebus prauis ſm trāſumptionem. ſicut dicimus iſte est mendax perfectus,cùm fuerit in ſummo mendacij.& iſte latro perfectus,cū fuerit in ſummo latrocinij. D.d.quia vocamus eos,&c.i.& hoc nomen perfectio tranſumptum est ad iſtos, quia hoc nomen bonitas tranſumit̄ ad eos:ergo magis tranſumitur ad eos hoc nomen perfectio. Et cùm induxit hæc duo genera perfectionis,dixit Vnumquodq; igit̄ omnium rerum perfectarum,&c.i. omne igitur,quod perfectum dicit̄ in ſubſtantia,dicitur perfectum qñ nihil diminuitur in ſua ſtudioſitate propria & in ſuis partibus naturalibus.perfectio.n. ſubſtantiæ prouenit ex perfectione in magnitudine & in qualitate. D. induxit alium modum perfectionis,& d.Et etiam dicuntur perfecta,&c.i.& dicitur omne perfectum habens finē ſtudioſum, illa.n.dicuntur perfecta, quæ habent finem perfectū. D.d.Perfectio igitur est aliquis finis,&c.i. & quia perfectio est finis,& finis est pfectus, ideo vtū tranſumptione in rebus, quæ ſunt valde prauæ. & ſic dicitur,iſte deſtruitur deſtructione perfecta, qñ venerit ad finem deſtructionis. D.d.& ideo dicitur corruptio,&c.i.& hoc modo dicitur corruptio,quę est contraria generationi perfecta tranſumptione, qa vtraq; est finis.

2 t Primus modus.

Secundus.

Prio Cœ. 4.

Perfectio ſubę prouēit ex pfectione i magnitudine,& i qualitate.

5. Phyſ. 83. est finis. D.d.perfectio igit̄,et illud, propter qd̄,&c.i. perfectio igitur alicuius,& illud propter quod aliquid ſit, vtrunq; est finis.& ideo dicitur de eis hoc nomen perfectio. D.d.Et quæ dicūtur perfecta per ſe,&c.i. illa igitur,quæ dicuntur perfecta per ſe, ſunt à quibus nihil diminuitur in bonitate,& quibus nihil est nobilius in illo genere, ſed ſunt in ſummo nobilitatis per ſe. Et dixit hoc, quia iſta ſunt pfecta in qualitate, et quantitate primo,& eſſentialiter. D.d.& quædam modo vniuerſali, &c.i. definitio eorū vniuerſaliter est talis. perfecta ſunt illa, quoꝝ nihil inuenitur in eis, per quod dicuntur imperfecta in eis, aut extrinſecum. & iſta est diſpoſitio primi principij, ſ.Dei. Et forte ſtelligit̄ per hoc,quod dixit,et quibus nihil est extra.i.& à quibus nihil diminuitur ex eis,quę ſunt. Et hoc pōt ſtelligi p hoc,quod dixit,ita q in eis non est nobilitas in vnoquoq; generum,i.quando de eis non diminuitur nobilitas ex eo, quod inuenitur in vnoquoq; generū. D.d. Alij autem modi,&c.i.alij autem,de quibus hoc nomē perfectio dicitur,dicuntur perfecta, aut qa agunt illa,quæ ſunt perfecta per ſe,aut quia in eis est aliquid iſtorum perfectorum,aut quia aſſimilantur eis,aut qa attribuuntur eis aliquo modo attributionis.

Diſpō primi principij est ſimplr perfecta. Idē.5.de Aia l.5.c. in ſolone.5. q. & c. 14. &. 12.Met. 37.

*Extremū.

Caput Decimum ſeptimum. De Termino.

TErminus dicitur, quod vltimū cuiuslibet est,extra quod nihil est accipere primū, et intra quod omnia primum. Et quod magnitudinis forma, aut magnitudinem habētis.Et cuiuslibet finis.tale vero est,ad quod motus & actus, & non à quo. quandoq; autem ambo,et à quo,et ad quod.Et cuius cā.Et ſubſtātia vniuscuiuslibet,ac quod quid erat eſſe vnicuiuslibet.cognitionis eni hoc terminus est.quòd ſi cognitionis, rei quoque est. Quare patet q quoties dicitur principium, toties etiā terminus,& adhuc amplius.principiū nanq; terminus quidā: ſed nō oīs terminus principiū.

Dicitur finis illud, quod est vltimū vniuscuiuslibet rerum,& à quo nihil extra inuenitur vt ſit primum, & quod est primū, & omnes partes eius ſunt intra. Et quod est forma magnitudinis, aut habens magnitudinē.Et complemētū cuiuslibet rei.& ſicut illud, ad quod est motus,& non illud ex quo est motus. Et forte vtrūq;, et illud ex quo, et illud ad quod. Et etiā illud,propter quod.Et ſubſtātia vniuscuiuslibet rerum,& etiam quod ſignificat eſſentiam cuiuslibet, hæc enim est finis cognitionis.& quod est cognitionis,est etiam rei. Declaratum est igitur q ſm numerū modorum principij dicitur etiam finis, & magis etiam. principium.n.est aliquis finis:& hoc in vtroque non dicitur ſemper omnibus modis.

2 2 Prio Cœ. 18

Ideſt,finis autem dicitur multis modis.dicitur.n. finis de vltimo magnitudinis.v.g. q ſuperficies ſunt ultima corporis, & lineæ ſunt vltima ſuperficierum, & puncta ſunt fines linearum. D.d.& à quo nihil extra inuenitur,i.& dicitur primum de illo,extra quod nihil est, ita q ſit primum rei collatæ in eo. ſicut dicimus q orbis,& omnes partes eius ſunt intra ipſum, & q orbis ſtellatus est finis corporum, quæ ſunt intra, qm̄ extra ipſum nihil est, & ſimiliter cutis animalis cū partibus animalis. D.d.Et quod est forma, &c.i.& dr̄ q forma est finis eius * quod est finis compoſiti ex ſubiecto et forma.ſicut dicimus q forma hominis est finis ſuæ materiæ,& finis hominis, qui componitur ex materia & forma. D.d.Et complemētum cuiuslibet rei,&c.i.& finis etiam dicitur de illo, ad quod cùm generata peruenerint, ceſſat motus generationis, non illud, à quo ſcepit iſte motus. Dein. d.& forte vtrunque,&c.i.& forte hoc nomen finis dicitur de fine,& principio motus. D.d. Et etiam illud, ꝓpter quod,&c. & dicuntur finis,& cauſa propter quid. cōplementum enim est finis illius, quod est ante complementum. Et dicitur finis etiam de quiditate & ſubſtantia rei, & de ſermone,qui ſignifiēat ſubſtantiam vniuscuiusq; rei. Definitio.n.est finis in cognitione,& eſſe. quod.n. est finis in cognitione,est finis in eſſe. & hoc intendebat, cùm dixit,& quod est cognitionis est etiam rei. D.d. Declaratum est igitur,&c.i.declaratum est igit̄ q ſm numerum intentionum,de quibus dicitur principium, dicitur etiam hoc nomen finis.principium enim est aliquis finis.& cum hoc dicit̄ modo vniuerſaliori eo, qđ dicitur principium. D.d.& hoc in vtroq;,&c. & intendit, vt mihi videtur, q vtrunq; iſtorum nominum non ſignificat communiter omnes intentiones,de quibus dicitur, ſed ſecundum mutationem.

Secundo de Aia. 17. & 18.4. Phyſ. 14.

* a.l. qđ cōtinet cōpoſitum

Definitio est finis i cognitiōe. vide oppoſitū. 1. de Aia te.c.xi. vbi dr̄ q est principium. Vide comm. Zim.

Caput Decimum octauum. De Secundum quod.

SEcundum quod multipliciter dicit̄. Vno modo,forma & ſubſtantia cuiuslibet rei, vt ſm quod bonus,ipſum bonum. Alio, in quo primo fieri aptū est,vt color i ſuperficie. Quod igitur primo dictum est ſm quod ipſa forma est.ſecundo vero,tanq; cuiuslibet materia,& primum cuiuslibet ſubiectū. Et omnino ipſum ſm quod, toties dictū erit, quoties dicitur cauſa. ſecundum quod.n.venit,aut qua cauſa venit dicitur.& ſm quod paralogizatum, ſiue ſyllogizatum est,& quæ ſyllogiſmi,ſiue paralogiſmi cauſa est.Item ſm quod dicitur, quod ſecundum poſitionem est.ſm quod ſtetit,aut ſecundū quod vadit.etenim hæc omnia poſitionem & locū ſignificant. Quare & ſm ſe multiplicit̄ vt dicatur neceſſe est. Vno nāq; modo ſm ſe est qđ erat eſſe cuiuslibet. vt Callias, & quod quid erat eſſe Callię. Alio vero, quęcunq; in eo quod qd est inſunt. vtputa Callias ſm ſe animal est. in ratione enim animal ineſt.Callias enim quoddam animal est.Item ſi i ſeipſo primo ſuſcepit, aut in aliquo ſui.vtputa ſuperficies alba ſecundum ſe,& homo ſecundum ſe viuens.anima nanq; pars quædam hominis est, in qua prima ipſum viuere est.Item cuius non est aliqua alia cauſa. hominis nanq; multæ cauſę ſunt,animal, bipes.attamen ſecundum ſe homo est homo. Item quæcunq; ſoli, prout ſoli inſunt.quare quod ſeparatum est ſecundum ſe est.

Vide Auer. in 8pn. Tra. 1.cap.9.de ſubſtantia.

* a.l coloratum.

Quod est per ſe dicitur multis modis. Vno modo dicitur forma & ſubſtantia cuiuslibet rei.ſicut dicitur per ſe bonum illud, quod eſt

Ter.com.

bonum. Et alio modo illud, in quo est aliquid primo naturaliter, vt color in superficie. Illud igitur, quod primo dicit̃ per se, est illud, quod dicitur per formam. et dicitur secundo modo materia, & subiectū cuiuslibet. Et vniuersaliter illud, quod est per se, & causa æqualia sunt in essentia. dicitur. n. ad quam essentiam facit hoc, & dicitur quare fecit hoc. & etiã dicitur ad quam essentiam non cõcludit veram conclusionem, & dicitur quæ est causa verę conclusionis, aut nõ veræ. Et etiam dicitur per se illud, quod est situm per se, sicut stans, aut ambulans. omnia. n. ista significant locum aut situm. Manifestum est igitur ꝙ illud, quod est per se dicitur multis modis. Primo. n. dicitur per se illud, quod significat quiditatem cuiuslibet rei sicut dicitur ꝙ Callias est per se. i sua definitione. n. est viuus, & Callias est aliquod viuum. Et etiam alio modo est, cùm in aliquo apparuerit primo. sicut superficies, quæ est alba per se, & homo est viuus per se, quia anima est aliqua pars hominis, & in ea est vita, propria. Et etiam illud, quod nõ habet aliam causam. causæ. n. hominis sunt multæ, & viuus, & bipes. sed causa eius per se ſm ꝙ est homo est homo. Et etiã quę sunt eiusdem, [2] s. humanitas. est. n. humanitas sicut generans per se.

[2] Iste locus ẽ supectus, tũ ex textu fidei, tum ex eõ nẽta. ex. positione.

23 Primus modus. Ideſt ꝙ vnus modorũ, ſm quos dicitur aliquid esse per se, est forma & subſtantia. dicimus. n. ꝙ aliqd existit per se. v. g. dicimus. n. ꝙ aliquid est bonum per se, cum fuerit bonum per suam formam, et per suam subſtantiã. D.d. Et alio modo, &c. t. & dicitur alio modo ꝙ aliquid existit in aliquo per se, cum fuerit in eo fine medio. v. g. cùm dicimus colorem existere in superficie per se, & in corpore non per se. in superficie. n. existit primo per se, & secũdo in corpore. D.d. Illud igitur, quod primo dicitur per se &c. t. illud igit̃, quod dicitur per se, dicitur duobus modis: quorum vnus est & primus illud, quod dicitur ſm suam formã, & alius ſm suam materiam, i. primũ subiectum formæ cuiuslibet rei. sicut dicimus ꝙ scamnum est lignum per se, et idolum est per se æs, & homo est viuus per se, & vniuersaliter omne compositum est per se per suam materiam & formam. & omne, quod est i aliquo per se, aut est per se per materiam eius, aut per formam, aut per vtrunque. D.d. Et vniuersaliter illud, quod est per se, &c. t. ꝙ causæ sunt in re per se, & quæ sunt in re per se sunt causæ: significant igitur eandem naturam. v. g. quia dicitur ad cuius essentiam fecit Polycletus hoc, sicut dicimus ad cuius causam fecit hoc. i vtroq; enim loco quæritur causa. & iste modus visus est in Arabico multis. D.d. aliud exemplum, & dixit. Et ẽ dĩ, &c. t. & exemplum in vtendo essentia loco causæ, & causa loco essentiæ est, cum quæritur quare iste syllogismus non concludit veram conclusionem, aut ad cuius essentiam concludit verum conclusionem. hoc. n. idem est cum hoc, quod quæritur, qua de causa iste syllogismus non concludit veram conclusionem, aut concludit veram conclusionem. D.d. Et etiam dicitur per se, &c. ideſt, & dicitur per se omne quod est in prædicamento situs. v. g. ambulans et stans, dicuntur. n. habere situm per se in loco. D.d. Manifestũ est igitur ꝙ illud, quod per se est, dicitur multis modis. Vno. n. modo dicitur ꝑ se, quod significat quiditatem cuiuslibet rei. sicut dicimus quod Callias est per se viuus. & vniuersaliter illud, quod est per se, dicitur multis modis: quorꝝ vnus est illud, quod primo diximus, & est acceptus i sua substãtia rei scilicet aut genus, aut differẽtia, aut definitio, quæ fit ex ambobus. sicut dicimus ꝙ sermo est vnus per se, quia vnum accipitur in sua definitione, & demonstrat suam quiditatem. D.d. Et etiam alio modo, &c. t. & dicitur per se etiam de prædicabilibus de subiecto propter naturam subiecti sine aliquo mediante. sicut dicimus ꝙ superficies est alba per se, i. primo & sine medio. corpus enim non est album nisi per superficiem. & hoc est quod dixit, et hemo, quia anima, &c. est exẽplum huius, quod dixit: qm̃ in aliquo apparuerit sicut hoc, quod diximus. Et hoc quod dixit, sicut superficies quæ est alba, est exemplum huius, quod dixit, aut est in aliquo, &c. t. ꝙ res habent causas, quę dicuntur existere in illis rebus per se, licet attribuant eis propter alias causas. sicut dicimus ꝙ hõ est viuus per se, quia est viuus propter animã, & est animatum per se, non propter alũ. Et similiter oẽ, quod existit in aliquo per se, aut existit in eo tãquam accidens, aut tanq̃ substantia, & vtrunq; istorum, aut per medium, aut sine medio. substantia cũ medio, aut per medium est, vt homo viuus: & accidens per medium, vt corpus colorarum: & substantia sine medio * rationale: & accidẽs sine medio superficies colorata. D.d. Et etiam illud, quod non habet aliam cãm, etc. t. et ẽt dĩ aliqd existere per se illud, quod nõ habet cãm, propter quã existat, nisi per se si aliquid est tale. homo. n. & similia non existunt nisi per suas causas, quia habent multas causas. D.d. sed causa eius per se, &c. t. & quamuis existat homo per plures causas, tamen causa eius, qua existit per se, est humanitas. D.d. Et etiam quæ sunt, &c. & vsq; omne, quod existit in aliquo ſm ꝙ est, & illud in quo existit, sunt unum essentialiter non accidentaliter, sicut color in superficie. dicitur enim existere per se, sicut dicimus ꝙ superficies est colorata. dicere autẽ ꝙ homo est coloratus non dicitur ita, quòd sit et per se.

Septio Met. 21. &. 41.

De ꝓdicabilibꝰ inhęrentibus.

Oẽ, qđ existit in aliq̃ ꝑ se, aut existit in eo tanq̃ substãtia, aut tanq̃ accidẽs. & vtrunque istorum aut existit cum medio, aut sine medio. * al. hõ rõnalis. De illo, qđ non hꝫ causam.

Caput Decimumnonum. De Dispositione.

Dispositio dicitur ordo partes habentis, aut secundum locum, aut secundũ potentiam, aut secundum formam. positionem enim quandam esse oportet, sicut ipsum etiã dispositionis nomen significat.

Situs autem dicitur in habente partes ſm ordinem partium, aut ſm locum, aut ſm potentiam, aut ſm formam. debet. n. habere situ aliquem, sicut sonat hoc nomen situatum.

24 Quõ sitꝰ vt ẽ prædicamẽtum distinguitur a situ vt est differẽtia quanti.

Dixit. Situs inuenitur in omni habente partes, aut ꝙ ordinem partium in loco: & iste est situs, qui est prædicamentum. Aut per ordinationem partium rei adinuicem: & iste situs est vna differẽtiarum quanti, ſm ꝙ dictum est in prædicamentis ꝙ quantum aliud habet positionem, aliud non habet positionem, & ꝙ partes rei distinguũtur ab inuicem. Aut ſm formam. & hoc est in rebus compositis ex partibus diuersis ſm formã, aut * in magnitudine sicut in * magnitudine partiũ lineæ, & corporis, & vniuersaliter corporum consimilium partium. & istæ partes non sunt distinctæ in hac dispositione nisi potentia, actu autem non. Et ideo dixit, aut ſm potentiam, aut secundum formam. et quasi intendebat ꝙ situs dicitur in habẽte partes secundum ordinẽ partiũ, aut i loco, aut adinuicẽ. & hoc est, qñ distinguuntur partes, aut ſm potẽtiam, aut ſm formam.

* a. l. ſm imaginationem. * a l. imaginatione.

Caput

Caput Vigesimũm. De Habitu.

Habitus autem dicitur vno modo, tanq̃ quidã habentis, et habiti actus, sicuti actio quædam aut motus. nam cùm hoc quidem efficit, illud vero fit, est media effectio. ita & habentis vestem & vestis habitæ est medius habitus. Hunc itaq; habitum, quòd non contingit habere manifestum est. in infinitũ enim progrederetur, si habiti esset habitum habere. Alio modo habitus dicit̃ dispositio, ſm quam bene vel male disponitur dispositũ, & aut secundum se, aut ad aliud. vt sanitas quidã habitus est. dispositio etenim talis est. Itẽ habitus dicit̃, si particula talis dispositionis sit. quare ptiũ quoq; virtus quidã habitus est.

Dispositio dicitur vno modo, quasi aliqua actio eius cuiꝰ est, sicut aliqua ars aut motus. cùm. n. aliquid agit, & aliud patitur, passio est inter ea. & similiter inter vestiens, & vestitum est dispositio. Manifestum est enim ꝙ impossibile est ꝙ ista dispositio sit alterius. Et dicitur dispositio alio modo ſm positionẽ, & est ſm quã positio rei aut est bona, aut est mala, aut p se, aut in respectu alicuius. vt sanitas. est. n. aliqua dispositio, quia talis ſm vnam dispositionẽ. Et dicitur etiam dispositio, cùm fuerit pars alicuius, quod dicitur ſm positionẽ tali modo. & ideo bonitas ptium est aliqua dispõ.

25 Primus modus. Prio de Gener. 55.

Dispositio dicitur multis modis. dicitur enim de actione agentis alicuius in aliquo patiente, sicut aliqua ars aut aliquis motus. ver. gra. ꝙ cùm aliquid egerit in aliquid aliquam actionem, & illud aliquid patiatur ab eo, illud, quod fit inter ea, dispositio dicitur: sed in respectu agẽtis dicitur actio, & in respectu patientis dicitur passio. D.d. edit exemplum, & dixit. & similiter inter vestiens, &c. t. & dicitur hoc etiam in dispositione, quæ fit inter vestiens & vestitum, quæ dicitur vestio. D.d. Et dicit dispositio alio modo, &c. t. & dicitur dispositio alio modo de illo, quod fit ex cõpositione, & est dispositio, ex qua compositio rei est, aut bona, aut mala. sicut sanitas, quę est dispositio istarum dispositionum. est enim dispositio facta ex compositione membrorum, & humorum. D.d. aut per se, &c. t. & dixit hoc, quia dispositiones, quæ sunt ex compositione partium rei, sunt bonæ aut malæ in se, aut respectu alterius dispositionis. ut sanitas Socratis in respectu sanitatis Platonis. Et vocauit compositionem positionem, quia compositio est in positione partium adinuicem. [2] D.d. Et dicitur etiam dispositio, &c. ideſt et dicitur dispositio de dispositione, qua positio totius aut partis est bona aut mala. et ideo bonitas partium in composito est aliqua dispositio. et intendit ꝙ dispositio bona aut mala, aut erit ex positione omnium partium adinuicem, aut in vna parte respectu totius.

Sanitas ẽ dispõ facta ex cõpõne mẽbrorũ, & humorũ. 1dẽ. 7. Ih. 17.

Cõpõ ẽ i positione ptius adinuicẽ. Vide de oppositũ 1. de Gener. tex. cõ. 85. Vide cõtra. Zim. 2 Tertius.

Caput Vigesimumprimum. De Passione.

Passio dicitur vno quidem modo qualitas, secundum quam alterari contingit. vt album & nigrum, dulce & amarũ, grauitas & leuitas, & quæcunq; alia similia. Alio vero horũ actiones, & tã alterationes. Itẽ harũ magis, quæ noxiæ alterationes, & motus, & maxime quæ tristes & noxiæ sunt. Itẽ calamitatum & tristium magnitudines passiones dĩr.

Passio dicitur vno modo qualitas, qua possibile est transmutari album & nigrum, & dulce & amarum, & graue & leue, & alia. Et alio modo transmutationes, & actiones istorum. Et etiam dicitur magis specierum nocentes transmutationes & motus, & maxime nociui, & maxime contristantes. Occasiones autem maxime delectabiles et contristabiles dicuntur passiones.

26 Primus modus.

Passio dicitur vno modo de potentia, qua aliquid transmutatur de contrario in contrarium, vt de albedine in nigredinem, & de amaritudine in dulcedinem.

Nono Met. 14. 16.

Potentia. n. qua aliqua transmutantur admiscem, dicitur potentia passiua: & ista est materia passiui. sicut cùm aliquid trãsmutatur ad nigredinem de albedine, & de nigredine ad albedinem: & de dulcedine in amaritudinem, & de grauitate in leuitatem. D.d. Et alio modo, etc. t. et etiam dicuntur passiua ipsa accidentia, quæ recipit prima materia, s. caliditas et frigiditas.

Secundus modus.

Tertius.

D.d. Et etiam dicitur magis, etc. t. et magis dicitur hoc nomen passio in istis modis in eis, quę sunt nocitiua et contristantia animalium, aut delectabilia, s. tangibilia. et ideo dixit. Occasiones enim maxime, etc. t. et ideo dicitur illud, quod accidit ex occasionibus maximis contristabilibus, et illud, quod accidit delectabilibus maximis in maiori parte passiones.

Caput Vigesimumsecundum. De Priuatione.

Vide Auer. in Epit. 1. pr. mo.

Priuatio dicitur vno modo, si nõ habeat aliquid eorum, quę apta sunt haberi, etiã si ipsum non sit natura aptum habere. vt planta dicitur oculis priuari. Alio modo, si eũ aut ipsum, aut genus eius aptum habere sit, non habeat. vt puta aliter cæcus homo visu priuatur, & aliter talpa: hæc quidem ſm genus, ille vero ſm se. Item si cùm aptum sit, & quando sit aptum habere, non habeat. cæcitas nanq; priuatio quædam est. cæcus autem nõ secundum omnem ætatẽ, sed si, in qua aptus est habere, non habet. Similiter si in quo, & secundum quod, & ad quod, & quemadmodũ natura aptus sit, non habeat. Item violenta cuiuscq; ablatio priuatio dicitur. Et quoties negationes ab IN, vel simili negatione incipientes dicuntur, toties etiam priuationes dicentur. Inæquale nanq; dicitur, eò ꝙ non habeat æqualitatem, aptum existens habere. inuisibile verò, eò ꝙ nõ habeat omnino colorem, et quoꝺ exigue. & impes, eò ꝙ & non habeat omnino pedes, & quod debiles. Item cùm parum quid habeat. vt cùm dicimus exiſſem, hoc autem est, eò ꝙ exile quiddam habet. Itẽ, cùm non facile, aut non bene. vt insecabile, non solum eò ꝙ non secetur, sed etiam eò ꝙ non facile, nec bene. Item, cùm omnino non habeat. cæcus nanq; dicit̃ non qui vnoculus

* innuleo - sum.

cli,

est,sed q vtriusq; oculi visu caret. Quare non omnis,bonus vel malus, aut iustus vel iniustus,sed etiam intermedium est.

Priuatio dicit vno modo,cùm aliquid non habuerit illud,in cuius natura est esse in aliquo, licet ipsum non habeat illam naturam. v.g.qm̃ dicitur q plantæ carent sensu. Et alio modo,cū non habuerit illud, quod debet habere per suam naturam. vt homo cęcus. modus enim carẽdi visu in homine alius est à modo carendi visu in talpa. hęc.n.est priuatio secundum genus: hoc autem per se. Et etiam, cùm hoc fuerit in sua natura,et in tempore in quo debet habere,aut nō habere. cæcitas.n.est aliqua priuatio. cæcus.n.non est in omni,sed in tempore,in quo debet habere visum. Et similiter si fuerit per se,aut refertur ad aliquid. Et etiam abstractio,quæ fit violente in vnaquaq; rerum,dicitur priuatio. Secundum igitur numerum modorum,qui fuerit per negationem,erit numerus modorum priuationis etiam. Dicitur enim non æquale illud, in cuius natura non est. et dicitur nō visibile,quod non habet colorem omnino. et dicitur nō habens pedem,qui non habet pedem omnino, & quia est claudum,& etiam quia parum ambulat,sicut dicitur non habere potentiam illud;quod est debile. Et etiam illud, quod non est facile,aut illud quod nō est aptabile, vt nō abscindibile. nō enim dicitur illud, quod omnino non abscinditur, sed illud quod non facile abscinditur,aut illud,quod nō bene abscinditur. Et etiã illud,quod non habet oīno. non enim dicitur cęcus,qui habet vnum oculum, sed illud,quod nō habet visum in vtroq; oculo. Et ideo dicit non omne,bonũ aut malum, aut iustum aut iniustum,sed inter hæc.

27 Idest Priuatio dicitur multis modis. Dicitur enim quando aliquid caruerit aliquo, in cuius natura est vt sit in alio, non in illo neq; in suo genere. sicut dicitur q plantæ carent aliquo,quod animalia habent naturam habendi,s.sensu. D.d. Et alio modo,&c.t.& videtur aliquid carere hoc,qñ caret aliquo, quod innatum est inueniri in sua specie. sicut cęcitas in homine. & hoc est illud,quod innatum est inueniri in aliquo per se, aut quod innatum est inueniri in suo genere. sicut cæcitas talpæ. est.n. priuatio alicuius,quod innatum est inueniri in animali,quod est genus talpæ. Et,quia aliquid carere illo,quod naturaliter debet nabere,est duobus modis,s. aut in tempore in quo natum est habere, aut in tempore in quo non natum est habere, incœpit distinguere hoc,et d. Et etiam, cùm hoc fuerit,&c.t. et aliquid carere illo,quod naturaliter debet habere, aut est in tempore, in quo debet, aut in tempore, in quo non debet habere. v.g. quia cæcitas est priuatio visus animali, quod naturaliter habet visum: sed nō dicitur cæcum, nisi in tempore, in quo debet habere visum. v.g. q catulus non dicitur cæcus, qñ nascitur, licet non videat tunc. catulus autem, carẽs visu post hoc tempus, dicetur cæcus. D.d. Et similiter,&c.t.& hoc contingit in eo, quod caret aliquo, quod innatum est inueniri in specie eius, aut in genere eius, quod non habet naturam vt inueniatur in illo, sm quod illud, quod innatum est inueniri in genere alicuius, aut est innatum inueniri in aliquo tempore, aut in quolibet tempore. v.g. q talpa caret illo, quod innatum est inuenirt in canibus in aliquo tempore, & in homine in qualibet ætate. D.d. Et etiam abstractio, &c.t. et etiam dicitur priuatio oē, quod caret aliquo, non tantum naturaliter, sed violenter. ver.g. qñ lapis violenter non mouetur ad inferius. D.d. Secundum igitur numerum modorum, &c.t. & numerus modorum priuationis inuenitur sm numerũ modorum intentionum, quæ significantur per nomina priuatiua, vel infinita. D.d. Dicitur.n. non æquale, &c.t. dicitur enim non tale illud, quod caret aliquo, quod nō habet naturaliter. v.g. dicere q color est non æquàlis, quia non habet naturam habendi equale, aut priuationẽ æqualis. aut dicere non visibile, in eo quod non habet colorem. quod enim caret colore nō est natum videri, quemadmodũ quod caret quantitate non est natum esse æquale, aut inæquale. D.d. & dr̃ non habens pedem, &c.t.& priuatio eius, quod debet naturaliter haberi, inuenitur tribus modis, aut priuatio pura, sicut in eo, quod non habet pedem oīno: et alius, sicut in eo qui habet pedem tortuosum, ita q male ambulat: tertius, sicut dicitur in eo quod habet pedem debilem. D.d. Et etiam illud, quod non est facile, &c.t. sicut dicimus non abscindibile. nō enim dicitur illud, quod non est impossibile abscindi tm̃, sed etiam illud quod difficile abscinditur, aut illud quod male abscinditur. D.d. Et etiam illud, quod non habet oīno, &c. idest & etiam priuatio non dicitur nisi de illo, quod caret aliquo sm totum non sm partem. nō.n. dicitur cæcus ille qui habet vnum oculum. D.d. Et ideo non dicitur, &c.t.& ideo priuatio; & habitus non diuidunt verum & falsum in omnibus rebus. falsant enim insimul in medijs. v.g. qm̃ non omnis homo est aut malus aut bonus, homo[2] enim non ciuilis neq; dicitur bonus neq; malus, & similiter iustus aut iniustus. Et quasi intendebat declarare causam in hoc, quòd priuatio, & habitus diuidũt verum & falsum in subiecto proprio. verbi gratia quòd iustitia & iniustitia diuidũt verum vel falsum in homine ciuili.

2. de Anima 66.

Priuatio sm̃æ aptę hñ Ethic. mõis. Idē. 2. d Aia 101.120. &. 3. Phys. 34.

Priuatio, & habet nō diuidũt verũ, & falsum in oībus rebus. a Idē. x. Met. cō 16.

Priuatio, & habet diuidũt verũ, & falsum in subiecto proprio. Vide 3. h 24. & 2. Phy 109. & 1. Cœli. 129. &. 10. Meta. 16.

Carere aliquo apto habere duobus modis.

Caput Vigesimumtertium. De Habere.

circa vnum quid, & quoddam genus circunſcribentes, de eo tractant, ſed non de ente ſim pliciter, nec prout ens eſt, neq; ipſius quid eſt vllam rationem faciunt: ſed ex hoc, quædam ſenſu illud manifeſtum facientes, quędā ſuppoſitione ipſum quid eſt accipientes, conſequenter ea, quę p ſe generi inſunt, circa quod ſunt, aut magis neceſſario, aut debilius demonſtrant. Quare manifeſtū eſt non eſſe demonſtrationem ſubſtantiæ, ipſiuſue quid eſt ex ipſa inductione, ſed alium aliquem manifeſtatiōis modum. Similiter autem nec ſi eſt, aut non eſt genus, circa quod tractant, quicq̄ dicunt, eò q eiuſdem mētis eſt & ipſum quid eſt manifeſtare, & ſi eſt hoc. Cùm autem Naturalis etiam circa quoddam entis genus ſcia ſit (etenim circa talem ſubſtantiam eſt, in qua principium eſt motus, & ſtatus, qui in ea eſt) patet q nec actiua, nec factiua eſt. Factiuarū etenim in faciente principium eſt, aut intellectus, aut ars, aut aliqua potentia. actiuarū vero in agente electio. idem enim agibile & eligibile. Quare, ſi omnis itellectus, aut actiuus, aut factiuus, aut ſpeculatiuus eſt, Naturalis ſpeculatiua quædam profecto eſt. ſed ſpeculatiua circa tale ens, quod poſſibile moueri, & circa ſubſtātiam ſecundum rationem vtplurimum inſeparabilem ſolum eſt.

Manifeſtum eſt q principia, & cauſæ entium ſunt quæſita, ſm q ſunt entia ſimpliciter. Aliqua enim eſt cauſa ſanitatis, et infirmitatis. & res exercitabiles habent principia, & elementa, & cauſas. & vlr omnis ſcientia cogitatiua habet principia, aut ſm finē perſcrutationis, aut ſm perſcrutationem ſimplicem. Et quía vnaquæq; iſtarū cōtinet aliquod ens, & aliquod genus, ideo vtitur illo: & non vtiī, & quęrit ens vle, neq; ſm eſt ens, neq; aliqua earū perſcrutatur per quod eſt omnino: ſed quædam ſm hanc intētionem affirmat quod eſt ſenſu, & quędam affirmat ſm poſitionem, & ſm hunc modum demonſtrant, & declarant quæ ſunt per ſe generis, ſub quo continetur, aut neceſſario, aut facilius. Et ideo manifeſtum eſt ex ſequentibus q ſubſtātia non habet demonſtrationem, & ſi non cuius eſt, ſed aliam ſignificationem quoquo modo. Et ideo non narratur omnino ſi genus, quo vtitur, eſt, aut ſi non eſt. in vna enim cogitatione declaratur quid ſit, & vtrum ſit. Et, cùm ſcientia Naturalis eſt etiam alicuius generis entis (continet enim ſubſtātiam, in qua eſt principiū motus, & quietis) manifeſtum eſt quòd non eſt actiua, neque artificialis. Principium enim rerum actiuarum eſt in agente, aut intellectus, aut ars, aut aliqua virtus. & principiū artis eſt in artibus. ſcilicet voluntas. artificiatum enim et voluntatum fuit idem. Omnis igitur cogitatio agens et ſpeculans habet aliquam conſyderationem. et ipſa perſcrutatur de ente quod ipoſſibile eſt moueri, et de ſubſtantia, quæ in maiori parte eſt quaſi definitio non abſtracta.

1 Bas prio di uidit i ens p ſe, & in ens p accſs. Vi de oppoſitū Ph. c. 6. & 8. Meta. t. c. 14. ſect. 1. Th. 8. Vide contrad. Zim. Scia illa nō conſyderat entia partculari Idem t. 1 hy tt. & 4. th' primo. Conſyderatio de omnibus ducbus modis.

VIa in hoc tractatu intendit perſcrutari ſter ſpecies entis de ente, quod eſt per accidens, cū ens primo in hæc duo diuidatur, ſ. in ens quod eſt per ſe, & ens quod eſt per accidens, incœpit rememoratione facere de illo, quod declaratum eſt in tractatu tertio, ſ. q ſcia ſcientia habet conſyderare de omnibus ſpecibus entium, ſm q ſunt entia, & dat ſuper hoc teſtimonia, & d. Manifeſtū eſt q principia, &c. i. manifeſtum eſt q tam declaratur ſcientiam eſſe perſcrutantem de ente ſm q eſt ens, & de principijs entium, & cauſis eorum, & de ente, non ſecundum q ens eſt tale ens. Cùm enim ſint entia diuerſis modis, manifeſtum eſt quòd conſyderatio de eis eſt duobus modis: aut conſyderatio de vnoquoq; illorum ſecundum proprios modos habitos: aut conſyderatio de eis ſecundum illud, in quo conueniunt, ſ. inquantum ſunt entia. Et, cùm poſuit quòd neceſſe eſt vt ens ſimpliciter habeat cauſas ſimplices, incœpit declarare hoc, & d. Aliqua enim cauſa, &c. ideſt ex perſcrutationem ſcientiarum, & per hoc, quod cognouimus, quòd ſcire aliquid conſtat ex ſcientia cauſarum, apparet quòd omnis ſcientia, & omnis ars habeat cauſas, de quibus perſcrutetur. ſed hęc eſt ſcientia perſcrutans de ente ſimpliciter: ergo habet perſcrutari de cauſis eius ſimplicibus. Et intendit per res exercitabiles ſcientias Mathematicas: & per ſcientiam a cogitatiuam ſcientiam ſpeculatiuam: et per perſcrutationem ſimplicem, illam, quæ non eſt valde certa. b ſcientiæ enim diuerſantur in hoc ſecundum diuerſitatem naturæ ſubie ſç. Et poteſt intelligi quòd quædam ſcientiæ perſcrutantur de cauſis reſpectu alicuius, & quædam de cauſis ſimpliciter. & iſta eſt intentio expoſita magis conueniens. Et, cùm declarauit his duabus propoſitionibus quòd ſcientia conſyderans de ente ſimplici, habet conſyderare cauſas, incœpit declarare etiam aliquam ſcientiam eſſe conſyderantem de ente ſimplici. hoc enim poſitum fuit in prædicta argumentatione, & d. Et quia vnaquæq; iſtarū, &c. ideſt & quia apparet q nulla ſcientiarum particularium, ſcilicet quæ propriè conſyderant de aliquo genere, perſcrutetur de ente ſecundum quòd eſt ens, manifeſtum eſt aliquam ſcientiam eſſe perſcrutantem de ente ſimplici. D.d. ſed quædam, &c. i. ſed quędam ſcientiarum perſcrutantur de ente proprio, ponendo illud eſſe ſub ſenſu: ex quædam perſcrutantur de ente, concedendo illud eſſe, vt Arithmeticus, qui ponit vnum eſſe. D.d. et ſic ſimilitudum hunc modum demonſtrant, &c. ideſt & demonſtratio, qua ipſi vtuntur in ſingulis artibus, eſt rerum eſſentialium exiſtentium in illo genere, ſub quo continentur: & demonſtratio, quę fit in talibus artibus, conſtat aut ex neceſſarijs propoſitionibus, aut in maiori parte. & hoc intendebat, cùm d. aut facilius. D.d. Et ideo manifeſtum eſt, &c. i. & quia demonſtrationes non fiunt niſi ad res eſſentiales exiſtentes in illo genere, de quo conſyderat illa ars, non ad genus ipſius artis, neque ad ſpeciem eius, vſum eſt quòd ſubſtantiæ non hñt demonſtrationē, demōſtratio. n. eſt de talibus ad accñta: ſubſtantia autē non habet ſubſtantiā ideo ſubę non hñt demōſtrationes, quæ ſunt definitiones

Demō non fit ad genus ipſius artis, neq; ad ſpēs eius. Idem 2. de Arc 27. Vide Auer. op poſitum de ſ. e. Cap. 10. 11. Vide con. Zim.

transmutatę in ſitu: ſed hoc tantum reperietur in accidentibus. ſic autem intelligendum eſt hoc, quod dixit, ꝙ ſubſtantia non habet demonſtrationem, neq; illud quod eſt ſubſtantia, i. ſimplicem demonſtrationē, quę reddit cauſam, & eſſe inſimul. D.d. ſed alia ſignificationem quoquo modo, t. ſed ſubſtantia habet aliam ſignificationē à modo demōſtratiuo, ex quo ſigñatur quid ſit aut ſuū eſſe. Et ſorte innuit poſteriora in ſcientijs Naturalibus, & non poſſunt ſciri ſubſtantię rerum niſi ex poſterioribus, t. ex accñtibus. & iſti modi demonſtrationum dicuntur ſigna. Et forte innuit per aliam ſignificationem vtā diuiſionis, & compōnis, aut omnia iſta. plures enim definitiones ſubſtantiarum ſciuntur in his tribus viis. D.d. Et ideo non narratur omnino, & c.t. & ideo nulla ſcientia poteſt demonſtrare aliquam ſpeciem illius generis, de quo cōſyderat, utrum ſit aut non. Eiuſdem, n. ſcientiæ eſt ſcire aliquid eſſe, & quid ſit, qđ ſit per ſimplicē demonſtrationem. Et, cū declarauit ꝙ aliqua ſcientia debet eſſe, quæ perſcrutetur de ente ſimpliciter, incœpit declarare ꝙ iſta ſcientia non eſt ſcientia Naturalis, et prius ꝙ ſcientia Naturalis non eſt operatiua, & d. Et, cùm ſcientia Naturalis eſt alicuius generis, & c.i. Et cùm ſcientia Naturalis eſt in oibus rebus naturalibus mobilibus et deſcendentibus, manifeſtum eſt ꝙ ſcientia Naturalis eſt nō operatiua. D.d. cauſam in hoc, & d. Principium. n. rerum actuarum, & c.t. principium rerum factarum à nobis eſt in agente, ſ. aut intellectu, aut in arte, aut in alijs potentijs ſimilibus arti: & in nobis non eſt potentia, aut principium faciens naturalia. D. incœpit exponere hoc, & d. & principium artis, & c.t. & eſt manifeſtum ꝙ primum principium rerum artificiatarum, quod eſt in nobis, ſ. in artifice, eſt volūtas: artificiatum. n. & voluntas idē ſunt in forma. Et intendebat ipſe per hoc ꝙ illa, quorum principium eſt voluntas, ſunt alia ab illis, quorum principium eſt natura, & ꝙ ſcientiæ iſtarum ſunt diuerſæ. D.d. Omnis igitur cogitatio, t. omnes igitur cogitationes agentes & operantes, & quę vtuntur argumentatione, ſunt arguentes ſm aliquid, non arguentes ſimpliciter, cum ſcientia in eis non ſit niſi propter opus. & per hunc ſermonem videtur quaſi dare differentiam inter ſcientias ſpeculatiuas & operatiuas: & ſi tantum det exemplum de ſcientia Naturali. D.d. & ipſa perſcrutatur, & c.t. & intendit ſcientiam Naturalem. & intendit per hoc, quod dixit, formam & aïam: ſunt. n. immobiles eſſentialiter: & plures partium eius animę non ſunt abſtractę per definitionem. Et dixit in maiori parte propter intellectū. Et ſi fuerit lęctius iſte locus, & de ſubſtantia, quę impoſſibile eſt moueri, addito illo aduerbio, non, tunc poterimus intelligere ex eo omnia, de quibus cōſyderat ſcientia Naturalis. ſed i omnibus libris, à quibus correximus iſtum librum, quem gloſamus, inuenimus ſine non.

Oportet autem vt non lateat, quomodo ipſum quid erat eē, & ratio ſit. nam abſq; hoc quærere, nihil eſt facere. Eorū igitur quæ definiuntē, & ipſorum quid eſt, quædam quidem ita ſunt, vt ipſum ſimum, quædam, vt ipſum concauum. differunt autem hæc, quoniam ſimum quidem vnà acceptum eſt cum materia: eſt enim ſimum concauus naſus, cōcauitas vero abſq; materia ſenſibili. Si cuncta igitur naturalia ita, vt ſimum dicuntur, vt naſus, oculus, facies, caro, os, omnino animal: foliū, radix, cortex, omnino planta (nullius enim eorū ratio abſq; motu, ſed ſemper habet materiam) manifeſtum eſt quomodo in naturalibus oportet ipſum qd eſt quærere, & definire. & cur etiam de quadam anima ſpeculari Naturalis eſt, quæcunq; non ſine materia. Quòd igitur Naturalis ſpeculatiua eſt, 'ex his patet. ſed & Mathematica ſpeculatiua eſt. verum ſi immobilium & ſeparabilium, adhuc non eſt manifeſtum. ꝙ autem aliqua mathematica, prout immobilia, & prout ſeparabilia ſunt ſpeculatur, dilucidum eſt. Quòd ſi ꝙ pium eſt immobile, & perpetuum, & ſeparabile, patet quòd ſpeculatiuæ eſt cognoſcere, & non Naturalis: de mobilibus nanq; qbuſdā Naturalis eſt, nec Mathematicæ, ſed prioris ambabus. etenim circa inſeparabilia quidem, ſed non immobilia. ipſius vero Mathematicæ nonnullæ ſunt circa immobilia quidem, non tamen ſeparabilia fortaſſe, ſed vt materia. Prima vero etiam circa ſeparabilia et immobilia. Neceſſe autem eſt omnes quidem cauſas perpetuas eē, maxime vero has. hæ etenim cauſæ manifeſtius diuinorū ſunt. Quare tres vtiq; erunt ſpeculatiuæ Philoſophiæ, Mathematica, Naturalis, Theologia. Manifeſtum eſt enim ꝙ, ſicubi diuinum exiſtit, in tali natura exiſtit. et honorabiliſſimam oportet circa honorabiliſſimum genus eſſe. ſpeculatiuæ itaq; aliis ſcientijs præponendæ ſunt, hæc vero ſpeculatiuis.

Et oportet nos non ignorare illud, quod ſignificat aliquid, quid ſit ſm eſſentiam & definitionem, qualiter eſt, quaſi quęrere abſque hoc, eſt facere nihil. Illa aūt, quæ determinant & ſignificant quid, quędam ſunt ſicut ſimus, & quædā ſicut profundum. & dīa etiam eſt, quia quædam accipiuntur cum materia, profundum autem non. ſimus enim eſt profundum in naſo: profunditas autem eſt ſine materia ſenſibili. Et omnia naturalia dicuntur modo ſimili illi, quo dicitur ſimus, vt manus, & oculus, & naſus, & caro, & os, et totum animal: & folia, & radices, & tota planta. definitio enim non fit in aliquo iſtorum ſine motu. manifeſtum eſt igitur ꝙ in rebus naturalibus quæritur quid ſit materia, & determinatur, et quare ſit etiam. Naturalis enim habet conſyderare de aliqua forma, ſ. illa, quę eſt non ſine materia. Manifeſtum eſt igitur ex hoc ꝙ ſcia Naturalis eſt aliqua ſcientiarum ſpeculatiuarum. & etiam ſcientia Mathematica eſt ſcientiarum ſpeculatiuarum. ſed manifeſtum non eſt ſi ſcientia rerum, quæ non mouentur, eſt abſtracta etiam. & ſi ſit manifeſtum ꝙ quædam mathematica, non mouentur, & ſunt abſtracta. Et ſi aliquid ſit ſempiternum non mobile, aut abſtractum etiam, manifeſtū eſt etiam, ꝙ

Vide. 1. de Aïa. xj.

Pres definitiones ſubſtantiarum ſciuntur his tribus viis, ſ. via diuiſionis, & cōpōnis, & demōſtrationis ſigni. Idē. 2. Phyſ. c. 2. & 1. de Anima com. 5.

a Eiuſdē ſcię ē ſcire aliqd eſſe, & quid ſit. Vide inſtantiā in. 2. Phyſ. c. 26. Vide cōtra. Zim.

Artificiatus & voluntas idem ſunt in forma.

Vide. 2. Meta. tex. cō. 5.

Eorum quæ definiūtur, et quorū qdē, quędam ſunt vt ſimū, quędā, vt concauū. Idem. 2. Phy. 19. & 5. de Aïa. 15. & 7. Meta. 14. Vide duas cōtra. Zim.

Idē. 1. Met. t. cō. 1. &c. Met. c. 1. t. 2. Phy. 18. & 1. de Anima 17. et. 2. Phy. 71.

Scięrum ſpeculatiuarū diuiſio.

Honorabiliſſimarū ſcięrū oportet eſſe circa honoratiſſimū genꝰ eſſe. Idem vt de Anima primo.

Idem. 2. Phyſico. 21.

Cōſyderatio Naturalis eſt de formis naturalibus prima intentiōe, et de materia pp formā.

etiam ꝙ cognitio eius erit in aliqua ſcięntia ſpeculatiua alia à Naturali. ſcientia enim Naturalis eſt rerum mobiliū. neq; Mathematica, ſed illa, quæ eſt ante omnes iſtas. ſcięntia enim Naturalis eſt rerum inſeparabiliū, ſed non immobilium. Et Mathematicarum quædam ſunt rerum immobilium, ſed non videtur abſtractæ, ſed quaſi in materia. Prima autem ſcięntia erit rerum abſtractarum, & quæ non mouentur. Vnde neceſſe vt omnia ſint æterna, & maxime iſta. quoniam iſta ſunt cauſæ rerum apparentium ex diuinis. Modi igitur Philoſophiæ eſſentiales ſunt tres, Mathematicus, Naturalis, & Diuinus. Nullus enim ignorat ꝙ, ſi diuinus eſt, ꝙ eſt in tali natura. & ſcientia nobilis debet eſſe nobilis generis. aliæ enim ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt valde bonæ. ſed iſta ſcientia eſt melior omnibus ſcientijs ſpeculatiuis.

2 Quia diuerſitas artium fit per diuerſitatē modi terminorum vtendorum, incœpit declarare hoc, & d. Et oportet, & c.i. & oportet nos nō ignorare modū vtēdi definitionibus ſignificātibus quid, qualiter eſt ille modus in vnaquaq; arte, & in hac arte. quærere enim aliquid ſcire, hoc non determinato, eſt quaſi non quęrere. Deinde dixit. Pla autem, quæ determinat, & c.t. & via ad ſciendum hoc eſt, vt primo ſciamus ꝙ definitiones ſunt duobus modis, aut ſicut definitio ſimitatis, aut ſicut definitio profunditatis. Deinde dicit. & differentia etiam, & c.t. & iſtæ duæ definitiones differunt: quia definitio ſimitatis eſt cum materia ſenſibili: profunditatis autem eſt ſine materia ſenſibili. dicimus enim in definitione ſimitatis, ꝙ eſt profunditas in naſo: & accipitur naſus, quòd eſt aliquid ſenſibile, in definitione. et dicimus ꝙ profunditas eſt demiſſio in ſuperficie, in qua nō apparet materia ſenſibilis: ſed, ſi apparuerit, erit intelligibilis. Deinde dicit. Et omnia naturalia, & cæ. i. & in definitionibus omnium rerum naturaliū apparet materia, ſicut in definitione ſimitatis. & hoc eſt i omnibus membris aïalium, ſicut in definitione naſi, & oculi, & faciei, & carnis, & oſſis, & vniuerſaliter conſimilium, & non conſimilium, & in toto aïali: et ſimiliter in omnibus partibus plātę, & in tota planta. nullum enim iſtorum habet definitionem abſq; eo, ꝙ illa definitio accipiat aliquod tranſmutabile. Deinde dicit. manifeſtum eſt igitur ꝙ i rebus naturalibus, & c.t. &, cùm definitiones rerum naturaliū non poſſint fieri ſine materia & forma, manifeſtum eſt ꝙ oportet Naturalem quærere de materia rerum naturalium notificando quid ſit, & quærere ſecūdum quod eſt illud, propter quod eſt materia, ſ. forma. Deinde dicit. Naturalis enim habet cō ſyderare, & c.i. Naturalis enim habet cōſyderare de aliqua forma, ſ. de illa, quæ impoſſibilis eſt reperiri abſq; materia. Et intendebat ꝙ Naturalis habet conſyderare in vtroq;, ſ. de forma, quæ eſt in materia, & de materia propter conſyderationem de compoſito: ſed conſyderatio eius de formis naturalibus eſt prima intentione, & de materia propter formam. Deinde dicit. Manifeſtum eſt igitur, & c.i. ex hoc apparet, ꝙ ſcientia Naturalis eſt ſpeculatiua, non operatiua. & cùm in definitionibus rerum naturalium apparet natura, ſicut in definitionibus rerum voluntariarum apparet voluntas: & etiam eſt manifeſtū ꝙ ſcientia Mathematica eſt ſpeculatiua, & ꝙ eſt ſcientia rerum immobilium: ſed non eſt manifeſtum per ſe, vtrum illa immobilia, de quibus Mathematicus cōſyderat, ſint abſtracta à materia, aut ſint in materia. Deinde dicit. & ſi ſit manifeſtum, & c.i. & ſi ſimiliter fuerit declaratum ꝙ quædam mathematica ſunt abſtracta ſecundum definitionem & eſſe, aut alia natura ſit abſtracta, tunc cōſyderatio de eis nō erit Naturalis ſcientiæ, neq; mathematicæ. Scientia. n. Naturalis conſyderat de rebus mobilibus, Mathematica autem de rebus abſtractis ſm definitionē, non ſm eſſe. ſed conſyderatio de abſtractis naturis eſt ſcientiæ altioris iſtis. & hoc intēdebat cùm d. ſcientia enim Naturalis, & ęę. t. & ſcientia rerum abſtractarum eſt alia à ſcientia Naturali, & à Mathematica: quia ſcientia Naturalis conſyderat de rebus non abſtractis, & cum hoc non immobilibus. Mathematicarum autem licet quędam conſyderēt de immobilibus, ſicut Geometria, & Arithmetica, tamen viſum eſt ꝙ illa, de quibus conſyderat, nō ſunt abſtracta à materia, immo coexiſtentia in materia: etſi materia non appareat eſſe in definitionibus eorum. Deinde dicit. Prima autem ſcientia, & c. i. & cùm res abſtractæ ſint priores in eſſe non abſtractis, neceſſe eſt vt prima ſcientia in eſſe ſit ſcientia rerū abſtractarum. Deinde d. & quæ non mouētur, & cæ. & intendit ꝙ res immobiles neceſſe eſt vt ſint æternæ magis ꝙ æternæ mobiles diuinæ, ſ. corpora cœleſtia. ſunt enim cauſæ iſtorum, ſ. ꝙ ſubſtantia abſtracta eſt cauſa corporum cœleſtium. Deinde dicit. Modi igitur Philoſophię, & c.t. manifeſtum eſt igitur ex hoc ſcimone, ꝙ modi Philoſophię ſpeculatiuę ſunt tres, ſ. ſcientia rerum mathematicarum, & naturalium, & diuinarū, ſ. ſubſtantiarū, in quarum definitione accipitur Deus. & intendebat ꝙ, quemadmodum naturalia ſunt illa, in quorum definitione accipitur natura, ita diuina ſunt illa, in quorum definitione accipitur Deus: & voluntaria ſunt illa, in quorum definitione accipitur voluntas. Deinde dicit. Nullus enim ignorat & c.t. nō enim latet aliquem ꝙ, ſi eſt ſcięntia Diuina, quin ſit in tali natura, ſ. abſtracta. Deinde dicit. & ſcientia nobilis, & c.t. & cùm manifeſtum eſt per ſe ꝙ ſcientia nobilior eſt generis nobiliorꝭ: & ſcia Diuina eſt ſcientia nobilior: ergo eſt nobiliorꝭ. Omnes enim ſcientiæ, licet ſint nobiles, tamen ſcientia Dei eſt nobilior illius, cuius ſubiectum eſt nobilius omnibus ſubiectis.

Dubitauerit etenim aliquis, vtrum prima Philoſophia vniuerſalis ſit, an circa aliquod genus, & vnam naturam. Nō enim idem modus eſt atq; in Mathematicis, ſed Geometria quidem, & Aſtrologia circa quandam naturam ſunt, illa vero vniuerſaliter omnibus cōmunis eſt. Si igitur non eſt aliqua alia ſubſtantia præter eas, quæ natura conſiſtunt, Naturalis profecto prima ſcientia eſt. Quòd ſi eſt aliqua ſubſtantia immobilis, hæc prior, & Philoſophia prima, & vniuerſalis ſic, quòd prima.

Et dignum eſt quęrere vtrum prima Philoſophia ſit vniuerſalis, aut alicuius generis, aut vnius naturæ. Non enim eſt vna ſpecies, neq; in ſcientijs Mathematicis etiam, ſed Geometria, & Aſtrologia ſunt alicuius naturæ, & ſciētia vniuerſalis eſt communis omnibus. Si igitur non fuerit ſubſtantia aliqua alia à ſubſtantijs exiſtentibus natura, tunc prima ſcięntia eſt Naturalis. Et ſi aliqua ſubſtantia immobilis fuerit, illa erit primum, & ſcientia eius erit prima Philoſophia, vniuerſalis etiam.

Quare diuerſitas quædam. Vide. 12. Met. cō. 44. & 1. Meta. 19. & 2. col. 5. & 2. Phyſ. 18.

In definitione diuinæ ſumit cū & naturalem naturę et voluntatem voluntas.

Niſi 7 et aliqua ſubſtantia præter naturalis. Naturalis ſcia eſſet prima.

Iam,

Ideſt, Et rectum eſt quærere, poſtq̃ declarauit talem ſcientiam eſſe, quæ dicitur prima Philoſophia, vtrum iſta ſcientia ſit vniuerſalis pluribus generibus, aut eiuſdem generis, aut eiuſdem naturæ. Deinde d. Non eſt enim vna ſpecies. t. apparet enim q̃ Mathematica non eſt vnius generis, ſed diuerſorum generũ. Geometria enim eſt naturæ diuerſæ à natura, cuius eſt Aſtrologia & vtraq; eſt Mathematica. Deinde dicit. & ſcientia vniuerſalis communis eſt omnibus. t. ſed, ſi ſcientia iſta fuerit vniuerſalis, dignius vt ſit cõmunis omnibus entibus. Deinde dicit. Si igitur non fuerit, &c. i. & manifeſtum eſt, q̃ ſi non eſſet hic alia ſubſtantia à ſenſibili, q̃ non eſſet ſcientia prior Naturali. Deinde dicit. Et ſi aliqua ſubſtantia mobilis, &c. i. & manifeſtum eſt q̃, ſi aliqua ſubſtantia immobilis eſt, q̃ iſta ſubſtantia eſt prima, & q̃ ſcientia iſtius eſt ſcięntia vniuerſalis, & Philoſophia prima. Et dixit in eſſe, quia ordo addiſcendi iſtam ſcientiam eſt poſterius, & ideo diſcimus eam poſt Phyſicam.

Scia Diuina eſt poſterior via doctrinę, ſed eſt prima ſm naturam. Vide p hoc. 4 Met. cõ. 4 &. 7. huj⁹ cõ. 19.

Et de ente prout ens eſt, ac quid eſt, & quæ ei inſunt, prout ens eſt, ſpeculari huius eſt.

Summa ſecunda. Declarantur quædam entis ſpecies, quæ ab hac ſciętia ſecluduntur.

Caput Primum. Dari ens per accidẽs, quidq; illud ſit.

Sed cùm ens illud, quod ſimpliciter dicitur, multipliciter dicatur, quorum vnum quidem erat, q̃d ſecundum accidens, aliud vero, quod vt verum, & nõ ens vt falſum: præter hæc autem ſunt prædicationis figurę, vt quid, quale, quantum, vbi, quando, et ſi quid aliud hoc modo ſignificat: item prẽter hæc omnia, quod potentia, & actu: cùm itaq; ens multipliciter dicatur, primo de eo, quod ſecundum accidens eſt, dicendum, quod nulla circa illud ſpeculatio eſt. Signum autem, q̃ nulli ſcientiæ curæ eſt illud, neq; actiuæ, neq; factiuæ, neq; ſpeculatiuæ. Nec enim qui facit domum, facit ſimul quę accidũt domui factę. infinita nanq; ſunt. quibuſdam enim delectabilem, quibuſdam noxiam, quibuſdam vtilẽ nihil prohibet factam eſſe, &, vt ita dicam, ob eas res omnes eſſe aliam, quarum nullius factiua eſt ędificatiua ſimili modo, Nec Geometra ea, quę ita figuris accidunt, ſpeculatur, nec ſi diuerſus triangulus duos rectos habens. & hoc rationabiliter contingit. nam quaſi nomine ſolum ipſum accidens eſt. Quare Plato nõ male quodã modo circa Sophiſticam ipſum non ens applicuit. Sophiſtarum etenim rationes circa accidens, vt ita dicam, maxime omnium ſunt. vtrum diuerſum an idem muſicũ & grammaticum, & muſicus Coriſcus ac Coriſcus. & ſi omne, quod eſt, non autem ſemper factum eſt. quare ſi muſicus exiſtens grãmaticus factus eſt, & grammaticus exiſtens muſicus, & quæcunq; aliæ orationum tales ſunt. Videtur etenim accidens propinquum quiddam eſſe non enti. hoc autem ex his eriã orationibus manifeſtum eſt. eorum etenim, quæ alio modo ſe habent, eſt generatio & corruptio: eorum autem, quæ ſecundum accidens, non eſt.

Et quia habet conſyderationem de ente, ſe cũdum quòd eſt ens, & quid ſit. Sed cùm ens, qd'dr̃ ſimpliciter, dicitur multis modis, quorum vnus, vt diximus, dicitur per accidens, et vnus dicitur quaſi verum, & nõ ens quaſi falſum: & alijs modis ab iſtis modis figurarum prædicamentorum, ſicut hoc, & quantum, & vbi, & quando: & etiam præter omnia iſta qd' dicitur potentia & actu: & cũ ens dicatur multis modis, d: eam⁹ primo de illo, quod dicitur per accidens. nulla enim ſcientia ſpeculatiua vtitur tali modo. Et ſignum eius eſt, q̃ nulla ſcientia perſcrutatur de hoc, neq; actiua, neq; artificialis. Ædificator enim non facit omnia, quæ accidunt cum artificio domus, quæ ſunt infinita. nõ. n. facit, vt domus adiuuet vni, & noceat alij, & vniuerſaliter vt ſit alijs modis, qui nõ ſunt facti à nobis. Et ſimiliter Geometria etiam non conſyderat de rebus, quæ accidunt figuris tali modo, neq; ſi triãgulus alius, & triãgulus habet duos rectos angulos alios. et ſi conueniant in definitione. accidens enim eſt quaſi aliquod nomen tantum. Et ideo nõ malefecit Plato quoquo modo, quando ordinauit Sophiſticum ſub eo, quod non eſt. ſermones enim Sophiſtici in maiori parte ſunt in eò q̃ conueniunt accidẽti. ſicut illud, quod dicitur q̃ eſt omnia, & non eſt. muſicus enim & grammaticus ſunt idem, & nauta & muſicus ſunt idem, & omne, quod eſt non ſecundum quòd dicitur de eo. ſicut ille, qui fuit muſicus, & fit grammaticus: aut ille, qui fuit grãmaticus, & fit muſicus: & omnes alij ſermones ſimiles iſtis. Accidens enim videtur propè illud, quod non eſt quoquo modo. & hoc manifeſtum eſt ex ſermonib⁹ exemplaribus. res enim, quæ ſunt alio modo, habent generationem & corruptionem: quæ autẽ ſunt modo accidentali, non habent hoc.

4

Ideſt, & quia declaratum eſt q̃ iſta ſcientia habet cõſyderare de ente ſecundum q̃ eſt ens, ſ. quid ſit, & quæ ſunt res exiſtentes in eo, ſecundum q̃ eſt ens, manifeſtum eſt q̃ dominus huius ſcientię debet primo incipere, & ſcire de ente. Deinde dicit. Sed cùm ens, quod dicitur, &c. t. tam declaratum eſt q̃ ens ſimpliciter diuiditur in prima diuiſione in ens per accidens, & ens per ſe. Prima enim diuiſio eſt talis, aut eſſe, aut non eſſe, qd̃ eſt falſum & poſſibile, aut eſſentialiter, aut accidentaliter: quod autem eſt eſſentialiter, diuiditur in decẽ prædicamenta. Deinde incœpit numerare decem genera prædicamentorum, & d. ſicut hoc, &c æ. t. verbi gratia quod dicitur de ſubſtantia, & quanto, & quali, & vbi, & quãdo, & alijs prædicamẽtis. Et intendit q̃, qa hoc nomẽ ens dicitur de omnibus, oportet artificem huius ſcientiæ conſyderare de omnibus, & attribuere illa ad primum ens, quod eſt cauſa in omnibus entibus. D. d. et etiam præter omnia iſta, &c. i. et ens etiam diuiditur præter iſtam diuiſionem in potentiam & actum. D. d. et cũm ens dicatur, &c. Deinde d. cauſam, propter quã incœpit conſyderare de ente, quod eſt per accidens, & d. nulla enim ſcientia, &c. i. et incipiemus loqui de hoc ente, ad demonſtrandum q̃ iſta ſcientia non conſyderat de illo, niſi ne noceat in cognitione entis, quod eſt eſſentialiter. & tale debet præponi vt præmuniatur homo ab illo. Deide dicit. Et ſignum eius, &c æ. t. et ſignum, q̃ artifex huius artis non habet cõſyderare de ente per accidens, eſt quòd nulla ars cõſyderat de illo, neq; ſpeculatiua, neq; operatiua. Ædificator enim, cũ facit domum, non conſyderat facere in ea omnia accidentia infinita. verbi gratia vt ſit domus fortunata habitatoris & vtilis. hæc enim accidũt caſu. nec etiam vt ſit infortunata et nocẽs. hoc enim accidunt malo caſu, & alia ſimilia infinita, quod enim eſt infinitum non eſt determinatum. D. d. et vniuerſaliter, &c. i. et vniuerſaliter Ædificator non facit domum vtilem aut nocentem, aut alijs modis rerum contingentium domui. Et ſimiliter Geometer non cõſyderat de rebus, quę exiſtũt in figuris per accidens. nõn enim conſyderat in figura habẽte tres angulos, vtrum accidat et vt in ea ſint tres alij anguli. neq; etiam conſyderat vtrum accidat illi vt in ea ſint anguli, alij à tribus æqualibus duobus rectis, et tres æquales duobus rectis. et hoc accidit triangulis, ſecundum q̃ ſunt ex ligno et cupro, aut aliqua alia materia. Deinde d. et ſi conueniant in definitione. Poteſt intelligi ſic. & ſi anguli accidentes triangulo conuenĩat in definitione cum angulis, qui ſunt eſſentialiter in triãgulo in eſſendo æquales duobus rectis. Et poteſt intelligi ſic. et ſi illud, quod eſt per accidens, conueniat cum eo, qd̃ eſt eſſentialiter in definitione. & ideo dixit poſt. accidens enim eſt quaſi aliquod nomen tãtum. i. quod enim eſt per accidens in rei veritate, eſt nomen ziferæ, .t. ſine aliqua ſignificatione. Deinde dicit. Et ideo non male fecit, &c. t. cùm Plato poſuit ſermonem ſophiſticum in eo, quod eſt non ens, non male fecit, & non poſuit ipſum in ente. et cauſa fuit in hoc, q̃ ſermo Sophiſtæ in maiori parte eſt per accidens. Deinde dicit. ſicut illud, quod dicitur, &c. i. quoniam illud, quod dicitur eſſe idem per accidẽs, eſt illud, quod recipit quodlibet, et ſuũ diuerſum vno modo: ſicut accidit homini vt recipiat albedinem et muſicam, et nauigatoriam, et alia infinita. talia enim dicuntur idem per accidens, ſicut dicimus q̃ muſicus eſt albus, et eſt nauigator. Et hoc intẽdebat, cùm d. muſicus enim et grammaticus. i. verbi gratia vt aliquis homo ſit muſicus et grammaticus. dicetur enim q̃ grammaticus & muſicus idem ſunt, ſed per accidens. et ſimiliter nauigator et muſicus dicũtur idem per accidens, quando aliquis homo fuerit nautgator et muſicus. et ſimiliter dicitur q̃ homo, qui recipit nautigatoriam, eſt idem cum nautigatore, ſed per accidens. Deinde d. et omne, quod eſt, &c. i. et omne, quod dicitur eſſe idem per accidens, non dicitur ſemper neq; in maiori parte. ſicut dicitur q̃ grammaticus eſt muſicus, aut efficitur muſicus, aut muſicus eſt grammaticꝰ, aut muſicus efficitur grammaticus. D. d. et omnes alij ſermones, &c. i. et ſimiliter omne prædicabile accidentale. Plato enim poſuit eum in non ente. quia quod eſt propter accidens, propè videtur ei quod nõ eſt, cùm raro accidat. et hoc intẽdebat, cùm d. Accidens enim videtur propè, &c. i. illi, quod eſt non ens aliquo modo. Deinde d. & hoc manifeſtũ eſt, &c. t. et numerare ea, q̃ ſunt per accidens ſub non ente, apparet ex rebus, quæ inducuntur. Exiſtentes enim res eſſentialiter ſunt illæ, quæ habent aliquam ſpeciem, in quarũ individuis exiſtet generatio & corruptio. illa autem, quę ſunt per accidens, nullam habent ſpeciem: vnde neq; generationẽ neq; corruptionem. & intendebat q̃ nulla ſpecies inuenitur per accidens.

Dñs huiꝰ ſ. ſcientiæ primo debet conſyderare de ente.

Ens prima fuit diuiſione diuiditur in ens p ſe & in ens per accidens. Idem. c. Metaphy. 13.

Quod eſt infinitũ nõ eſt determinatum. Idẽ. 2. Phy. 40. & 50. et. 5. Meçõ. vltimo.

Vide primo Phy. 21.

Idem fecũdo Phy. 48.

Illud, qđ eſt g accẽs, ppe vẽ ei qđ nõ eſt, ideo Plato poſuit illꝫ i nõ ente. Vide p hoc. 2. Ph. 16. et 51.

Nulla ſpẽs inuenitur p accidẽs. Idẽ. 7. Met. cõ. 22.

Attamen dicendum eſt amplius de accidẽte, quoad poſſibile eſt, quæ nam eius natura ſit, & ob quam cauſam eſt. ſimul autem patebit, & cur eius ſcientia non eſt. Cùm igitur in entibus ſint quędam ſemper ſimiliter ſe habẽtia, & ex neceſſitate, non ea, quæ ſecundum vim dicitur, ſed quam dicimus, eò quòd non contingit aliter, quædam ex neceſſitate quidẽ non ſunt, nec ſemper, ſed vtplurimum, hoc principium & huius cauſa eſt, vt accidens ſit. Quodcunq; enim non ſemper, neq; vtplurimum eſt, hoc dicimus accidens eſſe. vt puta, ſi ſub cane tempeſtas & frigus factũ fuerit, hoc dicimus accidiſſe, non ſi æſtus aut calor. quoniam hoc quidem ſemper, aut vtplurimum, illud vero non. hominem quoq; album eſſe accidit: nec enim ſemper, nec vtplurimum. animal vero nõ ſecundum accidens. & Fabrum ſanitatem feciſſe, accidens eſt. quoniam non eſt aptus ad ſanitatem faciendam Faber, ſed Medicus, verum accidit Fabrum eſſe Medicum. Cocus etiam voluptati intentus facit quicquam ſalubre, ſed non ſecundum pulmẽtariam. vnde dicimus quòd accidit, & quodã modo quidem facit, ſimpliciter vero minime. Illorum etenim alię quandoq; factiuæ potentiæ ſunt, horum vero nulla ars, nullaq; potentia determinata eſt. eorum enim, quæ ſecundum accidens aut ſunt, aut fiunt, cauſa quoq; ſecundum accidens eſt. Quare cùm non omnia ex neceſſitate, et ſemper, aut ſint, aut fiant, ſed multa vtplurimum, neceſſe eſt eſſe, quod ſecundum accidens eſt. vtputa nec ſemper, nec vtplurimum albus muſicus eſt. cùm autẽ aliquando fiat, ſecundum accidens erit. quòd ſi non, cuncta ex neceſſitate erunt. Quare materia erit cauſa cõtingens eius, quod aliter accidit, quàm illud, quod vtplurimum eſt. Principium autem hoc ſumendum eſt, vtrum nihil eſt, quod nec ſemper, nec vtplurimum, an hoc impoſſibile. Præter hæc igitur aliquid eſt, quod vtcunq; contingit, et ſecundũ accidens. Sed vtrum, quod vtplurimum, quodue ſemper nulli ineſt, an aliqua ſunt ſempiterna, de his ſanè poſterius conſyderandum eſt.

Sed tamen loquamur de accidente, ſecundũ q̃ poſſibile eſt in ſua natura, & qua de cauſa ſit. & videtur q̃ cum hoc declarabitur quare non habet ſcientiam fixam. Et cùm in rebus ſint quędam, quæ ſemper ſunt in eadem diſpoſitione, & ſunt neceſſariq; etiam, nõ illa,

quæ

quæ dicuntur violente, sed quæ dicuntur de illis, quæ impossibile est vt sint alio modo, & quędam non sunt necessaria neq; semper, sed sunt in maiori parte, & hoc est initium, & causa essendi per accidens. Illud enim, quod non est semper, neq; in maiori parte, vocetur accidens. sicut pluuia apud ascensum canis. hoc enim accidit, quia nũquam fuit, neq; in maiori parte. & accidit vt homo fuit albus, sed non semper, neq; in maiori parte. & Ædificator & Medicus curat, nõ in eo q̃ ædificator, sed per accidẽs. & Cocus potest facere terculum vtile, sed non est scientiæ coquendi, & ideo dicitur q̃ accidit. Secundum igitur hanc dispositionem forte virtutes agentes erunt aliæ, & ista non habẽt artem, neq; virtutem terminatam. causa enim eorum, quæ sunt aut erunt per accidens, est etiam per accidẽs. Et cùm nõ omnia sunt necessario semper, sed pluries, & in maiori parte, tunc necesse vt illud, quod est per accidens, fit sicut album. nõ enim semper est musicus, neq; in maiori parte. & cùm sit in aliquo tempore, est per accidẽs. & si non, omnia erunt necessaria. & tunc accidens habebit aliquã causam in maiori parte, & oportet accipere hoc primo possibilitatem alio modo. Et oportet primo, si aliud non fuerit Album in Græco. principium eorum æternum. de istis perscrutabitur post.

5 Dicit, & licet illud, quod est per accidens, non contineatur sub cognitione, tamen loquamur de eo secundum q̃ est possibile in sua natura, & notificemus causam, propter quam est. videtur enim q̃ ex hoc declarabitur, quare non continet sub cognitione, & quare nulla ars perscrutatur de causa eius. Deinde incœpit loqui in eo, et d. et cum in rebus, &c. i. et cùm in rebus sint aliqua, quæ semper sunt in eadem dispositione, s. necessaria & non necessaria, quæ dicuntur de rebus patientibus violentiam, sed quæ dicuntur de rebus, quę impossibile est vt sint aho modo ab eo, quo sunt. Deinde dicit. et quædam non sunt necessaria, &c. i. et cùm rerum quædam non sunt necessaria in esse, et quędam habent esse in maiori parte tẽporis, et tunc istud genus est causa eius, quod est per accidens. quando enim in eis, quæ sunt in maiori parte, nõ fiet illud, quod innatum est fieri in maiori parte, fiet illud quod est per accidẽs. et ideo si omnia essent necessaria, nihil esset per accidẽs. Et cũ narrauit q̃ causa eius, quod est per accidens, est aliqua esse in maiori parte: quoniam, si aliqua fuerint in maiori parte, aliqua erunt in minori, d. Illud enim, quod non est semper, &c. & dicit hoc, quia ex ascensu canis sequitur abscessio pluuiæ essentialiter. et non hoc esset necessarium, si esset pluuia in eo in minori tempore. et ideo qui non concedit aliquid esse per accidẽs, continget ei vt omnia facta sint necessaria in fiendo. Deinde dicit. et accidit vt homo fuit albus, &c. i. et ex hoc accidit homini q̃ fuit albus et q̃ non fuit, et q̃ album fuit multa Infinita, verbi gratia musicus & ędificator, et medicus, et alia. Deinde dicit, et Ædificator, et Medicus, &c̃. i. verbi gratia q̃ accidit Ædificatori medicari non in eo q̃ Ædificator, sed quia accidit ei q̃ fuit Medicus. et similiter Cocus potest facere terculum vtile, sed tamen per accidens. Cocus enim facit delectabile ferculũ, Medicus autẽ vtile. Deinde dicit. Secundum igitur hanc dispositionem, &c. i. secũdum igitur hunc modum virtutes actiuę, et artes habẽt alias operationes ab eis, propter quas sunt. Deinde d. et ista non habent artem, &c. i. et ista, quæ sunt per accidens, non habent artem agẽtem, neq; virtutem terminatam, à qua prouenĩat. Causæ enim eorum, quæ fiunt per accidens, sunt etiam per accidens, scil: cet quæcunq; causa sit: immo causę infinitæ. Deinde dicit. Et cùm non omnia, &c. i. et cùm manifestum est q̃ nõ omnia sunt necessaria, sed plura sint in maiori parte, necesse est vt illa, quæ fiũt per accidẽs, fiant in maiori parte, ex quo illa, quæ sunt in maiori parte, sunt necessaria. et si non, omnia essent necessaria. et ista sunt sicut album esse musicum. accidit enim albo q̃ fuit musicus non necessario, neque in maiori parte. Deinde dicit. cùm sit in aliquo tempore, &c. i. et si illud qd̃ est per accidens, non fuerit, tunc omnia entia erunt necessaria: et tunc qd̃ fit per accidens, habebit causam aliam à causa possibili, quod est in maiori parte. Et dixit hoc, quia causa eius, quod est per accidens, est causa possibilis, quod est in maiori parte. Et dixit hoc, quando ex ea non prouenit aliqua actio habenda naturaliter, sed alia actio, vt dictum est in Phy sicis. Deinde dicit. et oportet accipere hoc primo, &c. i. oportet accipere q̃ causa eius, quod est per accidens, est causa rerum, quę sunt in maiori parte. nulla enim est alia causa, quę potest accipi pro causa eius, quod est per accidens, præter istam.

Quòd autem non est accidentis scięntia patet. Omnis enim scięntia eius est, quod aut semper, aut vtplurimum est. quomodo enim discet, aut alium docebit? oportet enim vt determinentur, aut per semper, aut per vtplurimũ. vtputa febricitãti proficuum melicratum est vtplurimum. Quod vero præter hoc est, non habebit dicere quando non, vt in nouilunio. nam etiã in nouilunio aut semper, aut vtplurimum; accidens vero præter hæc est.

Quoniam autem accidens non habet scięntiam permanentem manifestum est. Omnis enim scientia permanẽs aut est illius quod est semper, aut illius quod est ī maiori parte. quomodo enim potest doceri, aut addisci, qd̃ non est ita? quoniam quod determinatur oportet vt sit semper, aut in maiori parte. verbi gratia q̃ syrupus talis adiuuat febricitantes in maiori parte. Et impossibile est vt aliud dicatur in alio tempore. vt nouitas mensis, quæ est semper, aut in maiori parte.

Cùm declarauit quod illud, quod est per accidens, non habet naturam terminatam, cùm non habeat causam terminatã, incœpit declarare q̃ nõ habet etiã scientiam, & d. Quoniam autem, &c. et d. scientiam permanentem, quia illud, quod est per accidens, fertur quando accidit, sed non permanenter. quia scientia non est permanens in scito nisi per causam. et dicere est permanẽtiam iudicare, q̃ cùm causa fuerit, erit causatum, aut de necessitate, aut in maiori parte. et ideo in hoc genere impossibile est aliquam cognitionem esse. Et hoc, qd̃ d. q̃ scientia permanens non est nisi rerum necessariarum, aut earum, quæ sunt in maiori parte, manifestum est per se. et q̃ impossibile est addisci, aut scirī quod nõ est alterius istarum duarum dispositionum, quoniam, sicut

Causę eorũ, q̃ fiũt p accidẽs, sunt per accidẽs & in infinitę. Idē. 2. Phy. 50. 52. & 53.

Causa rerũ, q̃ fiũt p accidẽs est causa rerũ quæ sunt in maiori pte. & nulla alia. Vide. 2 hu. fico. cõ 48.

Scia non est permanẽs in scito nisi per causam.

Idē. 1. Posterio. 22. cõ. 11.

Si ista essent necessaria, nihil esset per accidens.

sicut dixit, omne, quod definitur, aut disponitur aliqua dispositione, aut illa dispositio erit et necessaria, aut in maiori pte. sicut dicimus q̃ syrupus acetosus adiuuat febricitantes, quia adiuuat eos in maiori parte. & si cõtingenter adiuuaret eos, aut in minori parte, non haberemus scientiam permanentem in eo. Deinde d. Et impossibile est vt aliud dicatur, &c. ita accidit in Luna. et intendit q̃ nouitas mensis est necessaria non in maiori parte, sed illud, quod est per accidens, neq; est necessarium, neq; in maiori parte.

Quid itaque accidens est, & ob quam causam, & quod non est eius scientia, dictum est. Quòd autem sint principia & causæ generabiles, & corruptibiles, absq; eò quòd generẽtur, & corrumpãtur, manifestum est. Etenim si non hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius, quòd generatur, & corrumpitur non secundum accidens causam aliquam necesse sit esse. Vtrum enim erit hoc, an nõ? Si hoc, fiet. sin vero nõ, minime. hoc vero, si aliud. & hoc modo videlicet (tempore semper dempto à tempore finito) deuenies vsq; ad nunc. quare hic morietur ęgritudine, aut vi, si exierit, hoc autem, si aliud. & sic deueniet ad id, quod nunc est, aut aliquid eorum, quæ facta sunt. vtputa, si sitierit. hoc vero, si comederit acria. hoc vero aut est, aut non. quare necessario morietur, aut non morietur. Similiter & siquis ad iam facta ascẽderit, eadem ratio est. iam enim hoc in aliquo est. dico autem quod factum est. ex necessitate ergo erunt omnia futura, vt morivientem. iam enim aliquid factum est, vtputa contraria in eodem corpore. sed si ægritudine aut vi, nondum, sed si hoc factum fuerit. Patet igitur quòd vsq; ad aliquod vadit principium: hoc vero non amplius ad aliud. erit igitur hoc eius, quod vtcunq; contingit, causa q̃ generationis eius nulla. Sed in quale principium, & qualem causam talis reductio est,

Dictum est igitur quid est accidẽs, & quid causa accidentis, & q̃ nullam habet scientiam permanentem. Quoniam autem principia, & causę sunt generabilia & corruptibilia, etiã absque eo quòd generentur aut corrumpantur, manifestum est. Quoniam, si hoc nõ fuerit, tunc omnia erunt necessaria. quoniam, si illud quod generatur & corrumpitur non habuerit aliquam causam modo accidentali, tũc erit necessariũ. Sicut dicimus vtrum erit hoc aut non erit: hoc enim erit, si erit hoc. & si nõ, non. & hoc, si fuerit aliquid, & secundum hãc dispositionem. & manifestum est quòd semper diminuitur tempus ex tempore finito. & similiter peruenit ad illud, quod est in instanti. sicut dicimus quòd si Socrates exierit, morietur aut infirmitate, aut violẽtia. & hoc erit, si aliud fuerit. et sic peruenietur ad illud, quod est instans, aut ad aliquid eorum, quę fuerint. vt tale comestũ iducit sitim. et hoc, si comederit calida. & hoc aũt erit, aut nõ. ergo morietur necessario. Et similiter, si aliquis ordinauerit, & dixerit illa, quæ iam facta sunt, sermo de eis erit talis, & habent essentiam existentem. dico illa, quæ iam fuerint essentia eorum, & cognitio eorum, & generatio eorum. erunt igitur necessario omnia generabilia, sicut mors viuĩ, quia iam præcessit. fit enim idẽ, sicut contraria sunt eadem, quia sunt eiusdem, sed non sine infirmitate, aut violentia, nisi hoc sit. Manifestum est igitur quòd accedit ad aliquod principium: & hoc non accedit ad aliud. & accedet ad illud, quod comprehenditur casu, & nõ est causa motus omnino. Sed finis, qui est talis, erit ad principium habens qualitatem, et causam habentem qualitatem.

Idest, quoniã aut oportet ex hoc huc esse causas, quæ generantur, deinde corrumpuntur absq; eo q̃ generet alia, aut alia corrumpant, manifestum est. Deinde dicit, causam in hoc, & d. Quoniã, si hoc non fuerit, &c. i. quoniam si fuerit necessarium vt omnis causa generabilis sit generans aut corrumpens, continget vt omnia fiant necessaria. Deide dicit. quoniam si illud, quod generatur, &c. i. quoniam, si illud, quod est generãdũ, non habuit causam accidentalem, sed omnem causam sequitur causatum necessario, tunc omnia quæ fiunt, fiunt necessario: & sic auferetur natura possibilitatis. Deide dicit. Sicut diximus vtrum erit, &c. i. quoniam si omnia fuerint necessario, tunc continget vt sermo de eentis, vtrum hoc erit in futuro, aut nõ erit, alterum eorum erit necessarium, et alterum impossibile, & continget vt causa illius generandi sit causa generata necessario, &, cùm fuerit erit creatum necessario. & hoc intendebat, cùm d. quòd erit hoc, si fuerit hoc. et si non, non. Deinde dicit. & hoc si fuerit, & secundum hanc dispositionem. i. & continget etiã vt à causa eius sit causatum necessario, si fuerint generata, vt sit secundum hanc dispositionem, s. vt sit necessario à sua causa, & sua causa ab alia, et hoc peruenit necessario ad aliam causam necessariam in esse. tales enim causę non procedunt in infinitum. Deinde dicit. & manifestum est q̃ tempus diminuitur, &c. i. q̃ tempus, in quo fit causa et causa in tẽpore terminato futuro, diminuitur ex illo tempore, & diminuitur etiam ex tempore residuo tẽpus, in quo fit causa causæ, donec perueniatur ad instans præsens, in quo est prima causa eius, quod est fiendum. Deinde dicit exemplum in hoc, & d. sicut dicimus q̃, si Socrates exierit, etc. i. verbi gratia q̃, si fuerit necessarium q̃ Socrates moriatur, si vulnerei, vt si infirmei q̃ moriatur. & si hoc fuerit, infirmabitur necessario, donec perueniatur ad causam existentem in præsenti. verbi gratia q̃, si patiatur sitim, patietur calorẽ necessario. et, si patiatur calorem, patietur febrem. &, si febrẽ patietur morietur. & si materia exierit, patietur sitim necessario. Deinde dicit. vt tale comestum, &c. i. & si patiatur sitim, necessario comedit aliquod calidũ. & sic comedere illud calidum erit necessarium, & illa consequẽtia erunt necessario. contingeret enim ex positione eorum, quæ fiunt in futuro, esse necessario, s. alterum duorum oppositorum, vt sint etiam facta necessario, & vt consecutio eorum adinuicem sit necessaria. Deinde dicit. & hoc aut erit, aut nõ. & innuit aut causam, aut causatum, s. q̃ vtrunq; erit necessario. Deinde d. ergo morietur necessario. i. & si istæ causæ fuerint huius dispositionis,

fionis, necesse est vt exeat, & moriat necessario. D.d. Et similiter, si aliquis ordinauerit, &c.i. et similiter contingit vt omne quod fit, antequam fiat, ꝙ fuit necessarium vt fieret, ita ꝙ omnia futura, & omnia præterita fuerint necessaria. & hoc est cõtra intellectũ & sensum. Deinde dicit. & habent essentiam existentem. i. contingit vt omnia facta habeant essentiam aliquam existentem, ex quo continget exitus eorum in actum necessario. vt dicitur in exemplis legalibus, quia omnia fiẽda sunt scripta in tabula, & quod est scriptum in illa tabula, exibit in actum, & ideo exposuit hoc, & d. dico illa, &c. i. continget vt naturę rerum faciãt eas generari necessario, quẽadmodũ natura generabilũ facit ea corrũpi. & ideo d. erunt igitur necessario omnia generabilia, &c. i. continget igitur secũdum hanc positionem vt naturæ & substantiæ rerum, ex quibus generabilia generantur, faciãt eas generari: quemadmodum cùm generantur, faciunt eas corrumpi, vt viuus corrumpitur. Deinde dicit. fit enim idem, &c. i. et est necesse vt generatum corrumpatur necessario, quia antequam corrũpatur, fuit necessarium vt componeretur, & fieret idẽ ex contrariis. & fuit idem, quia cõtraria fiunt in eo, scilicet formæ. & sic necessario corrumpitur, sed non sine infirmitate & violentia, sed corrumpitur si aliqua infirmitas fuerit, aut violentia: quarum altera, s. infirmitas est naturaliter & de necessitate, & altera per accidens, s. violentia. Deinde dicit. Manifestum est igitur, &c. i. declaratum est igitur ex hoc, ꝙ omne, quod generatur & corrũpitur, habet causas, & ꝙ illæ causę perueniunt ad primam causam, sed tamen differũt, quia corruptio fit de necessitate, generatio autem non. & si hoc esset, omnia essent accidentia necessario. & si hoc esset, tunc generatio esset in substantia rerum, in quibus est generatio, sicut corruptio existit in substãtijs eorum. D.d. & accedet ad illud, quod comprehenditur casu. i. quod autẽ ex istis causis prouenit ad illud, quod fit casu, non est causa alicuius motus naturalis omnino, i. ꝙ omne, quod fit casu, non est causa alicuius speciei entiũ. Deinde dicit. Sed finis, qui est, &c. i. sed qđ fit casu, fit à principio habẽte naturã terminatam et causam terminatã. qđ. n. est accidentaliter, accidit illi, qđ est essentialiter.

Corruptio fit de necessitate, nõ autem generatio.

Vtrũ vt ad materiam, an vt ad cuius gratia, an vt ad mouens, maxime consyderandũ est. De eo itaque, quod secundum accidens est, dimittatur: determinatum enim sufficiẽter est.

Caput Secundum. De ente uero, & falso: omittendumq; esse ens per accidẽs, uerumq; ac falsum: ac de ente ut ens est consyderandas esse causas, ac principia.

QVod autem tanquam verum ens, & non ens vt falsum, quoniam circa cõpositionem, & diuisionem est, et omnino circa partitionem contradictionis. verum etenim affirmationem in compositis habet, negationem vero in diuisis, falsum vero huius partitionis contradictionem. Quo aũt modo qđ simul, aut qđ separatim est intelligere accidit, alia ratio est. dico aũt ꝙ simul, & ꝙ separatim, vt non cõsequenter, sed vnum qđ fiat. Non enim est falsum, & verum in rebus (vt quod bonum verum, quod vero malum falsum) sed in mente. quæ vero circa simplicia & circa ea, quæ quid sunt, non quidem sunt in mente. Quæcunq; igit̃ speculari oportet circa id, quod ita ens & non ens est, posterius perscrutandum est. Cùm autem compositio, & diuisio in mente, nõ in rebus sit: quod autẽ ita est, diuersum à proprie dictis, ens est: aut enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut si quid aliud copulat, aut diuidit mens: quod quidem tanquã accidens, & vt verum ens, omittendum est. causa enim illius quidem determinata, huius vero, mẽtis aliqua passio. & ambo circa reliquũ entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod hæc quidem prætereantur, consyderãdę autem sunt ipsius entis causæ, & principia, prout ens est. Manifestum autẽ est in his, quæ determinauimus de eo, quoties vnumquodq; dicitur, quòd ens multipliciter dicitur.

Et oportet nos perscrutari multum, vtrum sit quasi peruenies ad materiam, aut ad aliud ꝓpter quid, aut ad illud, cuius est motus. Dimittamus igitur loqui de ente accidẽtali: nam sufficit ꝙ determinatum est de eo. Et loquamur de vero ente, quod non est sicut falsum. est enim in compositione & diuisione, & vniuersaliter in diuisione contradictoriorũ. quia habet affirmationem, secundum quod est verum, & secundum quòd est compositum habet negationem aliquam, & secundum ꝙ est diuisum habet falsitatem istius diuisionis, quę est contradictoria. Quomodo autem accidit intelligi simul, & prius, habet alium sermonem. & dico simul & prius, ne aliquid sit post aliquid, sed vt sit idem. Verũ enim & falsum non sunt in rebus, sicut bonum & malum vt verum sit sicut bonum, & falsum sicut malum, sed sunt in cognitione. & nulla cognitio est de simplicibus, aut de illo quod est. Omnia igitur perscrutanda de ente, quod est huiusmodi, & de eo, qđ non est, dicenda sunt post. Et cùm in cognitione est aut compositio, aut diuisio, non in rebus, quod est aliud secũdum hunc modum: ex rebus enim, quæ sunt in rei veritate, est illud quod significat aut quid, aut quale, aut quãtum, aut quod copulatur cum alio, & cogitatio diuidit illud: dimittamus ergo ens, quod est quasi accidens, & quod est quasi verum. causa enim vnius eorum nõ habet definitionem, & causa alterius est cognitio. & vtrunque est in genere diminuto generum entis, & non sunt ex eis, quæ significant esse entis. Et ideo dimittatur, & perscrutetur. Album in exemplari. Iam declarauimus, vbi diximus quòd vnaquæq; rerum dicitur multis modis. quoddam enim significat quid. Album in exemplari.

Modo

Modo narrat quid perscrutandum est de causa, ad quam ascendunt omnes causæ, quæ sunt accidentales, aut essẽtiales, & d. Et oportet nos, &c. i. & oportet nos multum perscrutari de causa accidentali, vtrum reducatur ad causam materialem, vel finalem, vel agẽtem. & ipse iam declarauit in Secundo Physicorum ꝙ reducitur ad causam agentem. & forte propter hoc dimisit hic loqui de illo. Et cum iam declarauit quòd in hoc ente, quod est per accidens, non consyderat ista ars, d. Dimittamus igitur, et cætera. ideſt, quia iam determinauimus de natura eius, quod sufficit. Deinde dicit. Et loquamur de vero ente. ideſt, & cùm iam locuti fuerimus de ente accidentali, loquamur de ente veridicanti, secundum quòd est veridicans. et hoc est illud, quod est in anima. hæc enim entia facta sunt ab intellectu, quando diuidit entia abinuicem, aut ponit ea adinuicem. hoc igitur ens est vnum genus generum entium, & est vniuersaliter istud ens tantum in affirmatione aut negatione. Deinde dicit. quia habet affirmationem, & cæte. ideſt, vera enim affirmatiua significat compositionem in entibus, & vera negatiua diuisionem. Et quia idem ens impossibile est quòd sit compositum & diuisum insimul, ideo, si affirmatiua fuerit vera, negatiua erit falsa. et quasi dicat affirmatiua autẽ quia est vera, est ens in compositione, quasi haberet negatiuam, cuius falsitas existit in diuisione. quoniam, cũ affirmatiua est vera per compositionem, negatiua est falsa per diuisionem. & similiter, quando negatiua est vera per diuisionem, affirmatiua est falsa per compositionem. Deinde d. Quomodo autẽ accidit simul, &c. & intendebat per hunc sermonem declarare diuersitatem duorum entium, scilicet entis quod est intellectus, & entis quod est extra intellectum. Quod enim est in anima, cõtingit vt recipiat duo opposita insimul. quod autẽ est extra animam, non. et quasi dicat quoquomodo aũt accidit quòd anima intelligit duo opposita insimul, quod non potest esse extra animam, quia materia recipit contraria successiue, loquẽdum est de eo in alio loco, & intuit librum de Anima. Deinde dicit in hoc causam, & d. Verum enim & falsum, & cæter. ideſt, & causa in hoc, qđ intellectus comprehendit insimul duo opposita etiam, quia natura primorum oppositorum in intellectu, scilicet veri & falsi non est natura primorum oppositorum extra animam, scilicet boni et mali. veritamen verum & falsum sunt in cognitione, & bonum & malum sunt in materia: & nullũ [a] entium, quæ sunt in cognitione, dicitur esse simpliciter secundum ꝙ est extra animam. Deinde dicit. Omnia igitur perscrutanda, &c. i. & omnia perscrutanda, vtrum sint de ente in cognitione, aut de ente extra animam, dicẽda sunt vbi [b] perscrutabitur de vniuersalibus, & numeris, & alijs similibus. Deinde d. Et cùm in cognitione, &cæt. ideſt, & cùm illud, quod est in cognitione ex hoc ente, est compositio aut diuisio, absq; eo ꝙ sit extra animã ens, quod differt ab isto, quod est in re, est illud, quod significat aut quid, aut quale, aut quãtum, aut aliquod continuum cum alio. & hæc sunt cætera prædicamenta. Deinde d. & cogitato diuidit illud, &c. & forte intendit per hoc illud, quod est præter prædicamentum substantiæ. & forte intendit prædicamenta, quæ communiter habent compositionem. ista enim existimantur, quòd nisi anima esset, non essent. Deinde dicit. dimittamus ergo ens, & cætera. ideſt, dimittamus igitur perscrutari perscrutationem de ente, quod est per accidens, & de ente, quod est veridicans, scilicet quod est in anima. Ens enim, quod est per accidens, non habet causam terminatam: et quod est veridicans, non habet etiam causam nisi animam. & ideo vtrunque numeratur in genere entis diminuti. & ideo perscrutandum est de ente perfecto, quod est ens extra animam. Deinde dicit. Iam declarauimus, & cætera. ideſt, & determinauimus, vbi locuti sumus quædam de eis, quæ significant multis modis, quòd ens dicitur multis modis. quoddam enim dicitur secundum quid, scilicet de substantia, quoddam de qualitate, quoddam de quantitate, quoddam de copulationibus istorum cum alijs.

Sẽdo physi. tex. cõ. 98. & com. 81.

de Anima tex. cõ. 21.

Quod est in aĩa, cõtingit vt recipiat duo opposita simul. Sed aut' oppos um vide. 4. huius tex tu. cõ. 9. Vide con. Zim. Verũ & falsum sunt i cognitione, & bonũ et malum est i materia. Vide op positũ. 5. de Aĩa. 30. vbi est q̃ ens in intellectu est bonũ simplr & ens extra eam est bonum i respectu. Vide cõ tradt. Zim. Idem 1. de Aĩa. 18. 19. & Septimo Met. 46. 47 & 50.

c. Met. tex. com. 1.


ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEPTIMVS, *cum Auer. Commen.*

SVMMÆ LIBRI.

In Prima proponit de Substantia agendum esse, cùm sit primum entium.

In Secunda agit de ipsa substantia.

Summæ Primæ Caput Primum. Substantiam multis modis entium omnium primum esse.



NIsto tractatu perscrutatur de speciebus entis, de quibus intendit perscrutari in hac scientia. Ista enim scientia dividitur in tres partes primas. Prima est de diuisione entis in substantiam, & accidens. Secũda de diuisione entis in potentiam, & actum. Tertia de diuisione entis in vnum, & multa. Et iste tractatus est primus eorum, in quibus perscrutatur de substantia. Et, quia substãtia alia est separabilis & abstracta, alia inseparabilis, perscrutat in hoc tractatu, & in sequenti de substantijs inseparabilibus, & non denumero eorum. Deinde in Nono tractatu perscrutatur de potentia et actu. Deinde in Decimo de vno & pluribus. Et post in tractatu Vndecimo de substantijs separabilibus, & cuiusmodi esse habent, & quot sunt. Deinde in Duodecimo & Tertiodecimo perscrutabitur de eis, quæ dixerunt Antiqui de naturis separabilium substantiarum. Tractatus autem præcedẽtes hunc tractatum sunt quasi præparatorij ad hoc, qđ intendit dicere in istis. Et incœpit in hoc tractatu dicere Ens dicitur multis modis, &c.



ENs multipliciter dicitur, quẽ admodum in his, quę de quibus prius diuisimus, significat enim aliud quidem quid est, & quòd quid, aliud vero qđ quale, aut quantum, aut singula aliorũ, q̃ ita prędicantur.

[a] a. l. eo qđ multipliciter

[b] hoc aliqđ. Vide Auer. i Epilo. Tract. 2.

Ens dicitur multis modis, vt prius diximus in sermone, in quo diximus quot modis dicitur aliquid. quoddam enim significat quid est aliquid, & ꝙ est hoc, & quoddam significat ꝙ est quale, aut quantum, aut aliud eorum, quæ prædicantur in sermone sm hunc modum.



DIcit. &, cùm sit declaratum ꝙ hoc nomen ens dicitur multis modis, vt dictum est in tractatu, in quo declarauimus nomina vsitata in hac scientia, ille enim distinximus quòd hoc nomẽ ens quandoq; significat quidditatẽ substantiæ

stantiæ demonstratæ, & quandoque ipsam substantiam demonstratam, & quandoq; aliquod accidens in istis substantijs, aut quantitatem, aut qualitatem, aut aliud eorum, quæ prædicantur de substantijs non prædicatione declarante substantias eorum, nec in responsione ad qd est hæc substantia demonstrata. Et hoc intendebat, cùm d. & quoddam significat, & cæt. idest, & hoc nomen ens quandoq; significat in substantijs qualitatem, aut quantitatem, aut aliud accidentium prædicabilium de eis: non ita quòd declaret substantiam, sed prædicantur secundum quale, aut quantum, aut vbi, aut quando, aut alio modo.

Vide supra 4. huius t. c. 2. & infra t. 14. & 16. huius & 12. 2. talitter entis

Cùm autem ens tot ies dicatur, patet primũ horum ens esse ipsum quid est, quodque substantiam significat. cùm enim dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem. cùm autem quid est, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem aut deum. Cætera vero entia dicuntur, eo quòd vere entia quædam sunt quãtitates, quædam qualitates, quędam passiones, quædam aliquid aliud tale.

Et, cùm ens dicitur multis modis, manifestum est quod primum ens istorum est illud, quod significat quid, & hoc est illud, quod significat substantiam. quoniam, cùm dicimus de aliquo quale est, dicimus aut bonum, aut malum, & non dicimus homo. &, cùm interrogatur quid est, non dicimus album, aut tricubitum, sed homo, aut deus. Et alia dicuntur entia, ga sunt entis, quod est huiusmodi, quædam quantitates, & quædã qualitates, & quædam passiua, & quædam aliud tale.

2 Cum declarauit quòd hoc nomen ens significat substantiam, & accidentia substantiæ, quæ sunt nouẽ prædicamenta, intendit declarare q̃ hoc nomen ens principaliter, & simpliciter significat prædicamentum substantiæ, & secũdario & determinate, scilicet relatiue ad substantiam alia prædicamenta accidentium, quæ non dicuntur esse, nisi quia accidunt enti, quod est ens per se, scilicet substantiæ. Et d. Et, cùm ens dicitur, &c. t. &, cùm declaratum est quod hoc nomen ens dicitur de generibus prædicamentorum, manifestum est quod primum, de quo dicitur hoc nomen simpliciter, & principaliter, est illud, quod dicitur in respõsione ad quid est hoc indiuiduum demonstratum per se existens. & ista interrogatio est de substantia. Deinde incœpit declarare hoc ex modo interrogandi, & respondendi, & d. quoniam, cùm dicimus de aliquo, &c. t. & signũ eius, quòd illud, de quo interrogatur per hoc nomen quid indiuiduus substantiæ, est dignius hoc nomine ens, est, quoniam, si interrogatur per alia nomina interrogãtia de indiuiduis substantiæ, non respondetur per aliquid determinans quidditatem eius, verbi gratia quoniam, quæ homo, interrogatur qualis est istud demonstratũ, aut eiusmodi, respondemus bonum aut malum, calidum aut frigidum & non respõdemus ipsum esse hominem aut orbem, quo interrogabatur per deum. Et cùm hoc interrogatur quid est, & id indiuiduum existens, quod dicitur substantia, respondemus ad hoc per aliquid extra essentiam eius, verbi gratia album, aut calidum, aut tricubitum sed homo, aut orbis. Et intẽdebat per hoc quòd prædicabilia quæ declarant quidditatem indiuidui substantiæ demonstratæ, sunt digniora hoc nomine ens, quàm prædicabilia aliorum accidentium, cũ nunquam notificent quidditatem substantię, & ideo qd declarat quidditatem indiuidui substantiæ est substantia. In hoc ergo capitulo intendit declarare q̃ quidditas indiuidui substantię est prior in esse quidditatibus accidentium. indiuiduum enim substãtię prius esse alijs indiuiduis accidentium manifestum est per se. Et scien-dum est q̃ ista declaratio est logica. & plures demonstrationes in hac scientia sunt logicę, s. quoniam propositiones et sunt acceptæ à Dialectica. Dialectica enim vsitatur duobus modis. vno modo, secundum q̃ est instrumentum: & sic vsitatur in scientijs alijs. & alio modo, vt accipitur illud, quod declaratum est in illa à alijs scientijs, secũdum q̃ accipitur. & sm q̃ accipitur illud, quod declaratum est in aliqua scientia speculatiua ad aliam scientiam, est cùm ista consyderat de ente simpliciter. & propositiones dialecticæ sunt entis simpliciter, sicut definitiões et descriptiones, et alia dicta in eis.

In diuidua substãtiarum est alius diuiduus à dentũ. Id fra t. c. 4.

Sedm. Dialecticã vsitat. vide idem Phy. c. 8. Ph. 2. Me. & in rum ca.

Vnde dubitauerit aliquis, vtrũ ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & vnũquodq; horum ens an non ens est, similiter & de quocunq; cęterorum similium. nihil enim horum est per se natura aptũ, neq; possibile à substantia separari: sed magis, siquidem ambulans entium aliquid: & sedens, & sanum. hæc autem magis entia apparẽt, quoniam subiectum eis determinatum est. hoc autem substantia, & singulare est, quod in tali prædicatione appareret. bonum enim, aut sedens absq; hoc non dicitur. patet igitur quòd propter hanc illorum quoq; singula sunt.

Et ideo quęret aliquis vtrum ambulatio, et sanitas, & sessio quęlibet significet ens, aut nõ ens, & similiter in vnoquoq; talium. quoniã nullum eorum est existẽs per se, nec potest separari à substantia. sed, si ambulans fuerit de entibus, & sedens, & sanus, ista sunt digniora, vt sint entia vt videtur, quoniam subiectum eorum est aliquod terminatum. & hoc est de substantijs, quæ sunt vniuscuiusq; particularium, & hæc significant categoriæ, quæ sunt tales. sedens enim, & stans non dicuntur sine hoc. manifestum est igitur quòd hæc est causa essentię cuiuslibet illorum, & illa sunt propter istam.

3 Cùm posuit q̃ ens in rei veritate est substantia, & in hoc conueniunt omnes Antiqui, quorum plures propter hoc, quod opinabantur q̃ substantia est ens in rei veritate, dubitabant vtrũ accidẽtia sint entia, aut non, d. Et tõ q̃ret, &c. t. et tõ dignũ est vt q opinatur hoc de substantia, dubitet in oĩbus accidentibus, verbi gratia ambulatione, & sanitate, & sessione, vtrũ dicantur esse simpliciter, aut non, & hoc dignum est dubitare, cùm nullum eorũ existat per se, aut possit separari à substantia, & q̃ ens est illud, quod per se est. Deinde dicit, sed si ambulans, &c. t. sed, si concesserimus quòd hoc nomen ens significat ista, tunc substantia est dignior vt significetur hoc nomine ens, secundum q̃ appareret sensus, s. quoniam est manifestior apud sensum. D. d. causam in hoc, & d. quoniam subiectum, &c. t. quoniã subiecta quidditatum substantiarum, & vniuersaliorum earum sunt indiuidua substantiæ, quæ sunt terminata per se, s. quoniã sunt terminata à loeis & superficiebus: & quiditas est pars istius substantiæ, quæ sunt indiuidua substantiarum particularium, & secundũ hæc quo dicitur prædicamentum substantiæ. & d. quoniam subiectum eorum, &c. intendebat à quiditate substantiarum vniuersaliorum earum. Et cùm d. est aliquod terminatum, &c. intendebat indiuidua substantiæ quæ sunt terminata, quia sunt corpora existentia per se. Deinde dicit, & hoc est de substantijs, &c. q. innuit per hoc quiditates, & quasi d. & ista sunt substantiæ, quia sunt partes substantiarum, quæ sunt substantiæ in rei veritate, s. particularium. Deinde d. & hęc significãt, &c. t. & ista vniuersalia, quæ sunt substantiæ, significant prędicamentum substantiæ. Deinde dicit. sedens enim, et stans, &c. t. & causa in hoc est, quoniam accidẽtia, verbi gratia stans & sedẽs, non dicũtur esse entia sine istis, & accepit hoc nomen denominatiuũ pro accidẽte tm. Deinde dicit. manifestum est igitur, &c. & cùm hoc declaratũ sit de substãtijs, manifestũ est q̃ substãtiæ sunt causæ essentię accidentiũ. & accidẽtia non sunt nisi pp substantias. & hoc necessarium est, quoniã, cùm declaratum est q̃ nomen ens dicitur de decem prędicamentis, & dignius de substantijs: & est declaratum q̃, cùm plura communicant in eodem nomine, et quoddam dignius quibusdã, illud quod est dignius illo nomine, est causa cęterorum: & dispositio cęterorum ad causalitatem est sicut dispositio illorum cũ illo nomine. ex istis igitur propositionibus cõcluditur quòd substantia est causa cęterorum prædicamẽtorum.

Cũ plura cõueniãt in vno nomine, & qdã est dignius quibusdam, dignius est sem per causa cæterorũ. Vide 18. 2. Meta. t. c. 4. & hic infra te. c. 7. & 8. Meta. com. 7. Vide Auer. Epit. Tractatu. 2.

Quare quod primo est ens, et non aliquod ens, sed simpliciter ens, substantia. Multis igitur modis primum dicitur, attamen substantia & ratione, & cognitione, & tempore, et natura omnium primum est. aliorum enim quę prædicantur, nullum est separabile, sed hęc sola. Ratione quoq; hoc primũ. necesse est enim in cuiusq; ratione inesse rationem substantię. Scire etiam tunc putamus vnumquodq; magis, cùm quid est homo, aut ignis sciamus, q̃ quale, aut quãtum, aut vbi. nam & horum ipsorum tunc vnumquodq; scimus, cùm quid est ipsum quale, aut ipsum quãtum sciamus.

Ens igitur, quod est principale, non illud, quod est aliquod ens, sed ens, quod est simpliciter, est substantia. Et primum dicitur multis modis, sed substantia est prima omnium rerũ definitione, & cognitione, & tempore. nullũ enim aliorum prædicamentorum est separabile. & istud solum est separabile. Et est etiam prima sm definitionem. necessarium est enim vt definitio substantię accipiatur in definitione cuiuslibet rei. Et nos videmus etiam q̃ scimus quodlibet magis, quando scimus ipsum quid sit. verbi gratia quando scimus hominẽ esse ignem magis, q̃ cùm scimus ipsum esse quale, aut quantum, aut vbi. & etiam vnumquodq; istorum non scitur, nisi quando scitur quid est, aut quale, aut quantum.

4 Et, cùm sit declaratum q̃ quiditates accidẽtium posteriorantur quiditatibus substantiarũ, sm q̃ causata posteriorantur causis, manifestum est q̃ ens, quod est principale & quod est prius et simpliciter, est substantia, non illud, quod est aliquod ens; s. nõ simpliciter nec principaliter. Et hoc intendebat, cùm d. Ens igitur, qd est, &c. t. ens ergo, quod principaliter & simpliciter est ens, est substãtia, non illud, quod est aliquod ens, s. nec principaliter nec simpliciter. & est in verbis eius ordo posterior. Et, cùm narrauit q̃ substantia est prior cęteris prędicamentis, & hoc intendebat per principale. & primum dicitur multis modis, incœpit declarare quot modis præcedat substantia accidentia, & d. Et primũ dicitur multis modis. s. et primum, quod est prius, dicitur multipliciter. et substantia est primũ oĩum sm definitionem, et cognitionem, & sm tempus. D. dedit causam in hoc, & d. nullum enim prędicamentum, &c. t. et substantia est prior his tribus modis: quoniã nullũ accidẽtium est separabile, et ipsa sola est separabilis. et hoc intendebat cùm d. de substãtia. Et dixit hoc, quia declaratum est q̃ vniuersalia accidentiũ sunt illa, quæ dicũtur in subiecto. Et, cùm dixit eam esse primam sm definitionem, dedit modũ, et d. Et est etiam prima sm definitionẽ, &c. t. & diximus q̃ substantia est prior definitione cuiuslibet accidentium: quoniã necesse est vt substantia accipiatur in definitione cuiuslibet accidentium. quoniam partes definitionum sunt illa, per quæ constituitur res: et quia accidẽtia constituũtur per substantias, necesse fuit vt acciptãtur in definitionibus eorum: et in definitionibus substantiarũ non accipitur aliquid extra suã naturã, cũ causę suę accipiãtur in suis definitionibus, q̃ fuit substantiæ. Et, cũ narrauit q̃ substantia est prior aliis accidẽtibus cognitione, dedit modum, et d. Et nos videmus, &c. t. et signũ eius, q̃ substãtia apud nos est manifestior accidentibus, s. vna substãtię q̃ vna accidentium, est s. q̃ scire indiuiduũ substãtię per sua vna substãtialia est perfectius q̃ scire illud per vna accidẽtũ. v. g. q̃, cũ volumus scire hoẽm, et scimus ipsum esse aliquã naturã substantialẽ, v. g. scire ipsum ignẽ, per hoc pdicabile substantiale erit perfectius, q̃ scire ipsum esse q̃tum, aut quale, aut vbi, aut aliud pdicabilium accidentiũ. Et intendebat q̃ nõ sunt accidẽtia q̃sita per se, sed sm q̃ sunt dispositiones substãtię demõstratę. et primũ q̃situ est substãtia demõstrata. Et quia scire substantiã hanc p suas dispositiones substantiales est perfectius q̃ scire eã p suas dispositiones accidentales, necesse est vt dispositiones substãtiales sint manifestiores dispositionibus accidentalibus. D. d. altũ modum, ex quo declarat q̃ scire aliqd per qd est, est manifestius q̃ scire ipsum per aliquid consequẽs, siue fuerit substantia siue accidens, et d. et etiã vnũquodq; istorũ non scitur, &c. t. et signũ eius, q̃ scire indiuidua substãtiæ per quid est, manifestiꝰ est q̃ scire ipsa per quale, aut q̃tum, est q̃ nos videmus q̃ nõ scimus vnũquodq; istorũ accidentiũ, donec sciamus illud accidens quid sit, aut quale, aut q̃tum. Et substantia est prior tẽpore. quia si non dẽs sit post corpus, in quo est, manifestũ est q̃ illud corpus præcedit ipsum secundum tempus: et, si fuerit ex accidentibus inseparabilibus à re, in qua fit, tunc substantia subiecta ad illam rem præcedet illam rem, & accidentia consequẽtia ipsam. verbi gratia quoniam subiectum, ex quo generatur ignis, est prius forma, & calore ignis.

Nullũ prędicamẽtum est separabile p ter substãtiã. Idem. t. Ph. 14. 19.

Partes definitionis sunt illa p quę cõstituitur res. 18. 2. Meta. t. c. 5. & t. de aia. cõ. 1.

Documẽtũ

Quoniã substantiæ prę accidentia prędicãtur.

Quod quoq; tam olim, quàm nunc, et semper quæritur, semperq; dubitatur quidnam ipsum ens sit, hoc est quænam substantia est. hoc enim quidam vnum aiunt esse, quidã plura quàm vnum: & quidam finita, quidam vero infinita. Quare nobis quoque maxime, & primum, & solũ, vt ita dicam, de ente hoc pacto quidnam sit speculandum est.

Primũ documentum.

Caput Secundum. Quæ manifestissime uidentur esse substantiæ: & an ea sola substantiæ sint, uel alia etiam, multorum opiniones.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 2.

VIdetur autem substantia existere manifestissime quidem in corporibus. quare animalia, & plantas, et eorum partes substantias esse dicimus, ac naturalia corpora, vt ignẽ aquam, & terram, cæterorum quoq; singula: & quæcũq; aut horum partes, aut ex his sunt, aut ptibus, aut omnibus, vt cœlũ, & eius partes, sydera, Luna, & Sol. Vtrum autem hæ solæ substantię sint, an etiam aliæ, an harum quidem nulla, sed aliquæ aliæ, consyderandum est. Videtur autem quibusdam corporis terminos, vt superficiem, lineam, pũctum, & vnitatem substãtias esse, & magis quàm corpus, & solidum. Item præter sensibilia quidam nõ putant aliquid esse tale. quidam plura, & quæ magis sempiterna sunt, sicuti Plato, & ipsas formas, & mathematica duas substantias, tertiam vero sensibilium corporum substantiã. Speusippus vero etiam plures substantias, ab vno incipiens, & principia cuiusque substantiæ, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animæ. & hoc modo extendit substantias. Quidam autem formas quidem, & numeros eandem habere naturam aiunt, cætera vero sequentia, lineas, & superficies, vsque ad cœli substantiam, & sensibilia.

Et etiam illud, quod semper fuit quæsitum à longo tempore, & modo est quæsitum, & semper faciet errorem in quiditate entis, hoc est, qm̃ substantiã qdã dixerũt ipsam esse vnã, & qdã plures: & qdã dixerunt eas esse finitas, & quidam infinitas. Et ideo nos primo consyderabimus ex eo, quod est huiusmodi magis, & est primum, & vnum, & dicemus quid sit. Existimatur enim ꝙ esse substantię est manifestum in corporibus. & ideo dicimus ꝙ animalia, & vegetabilia sunt substantię, & corpora naturalia, verbi gratia ignis, & aqua, & terra, & aer, et omnes partes istorum: et quę sunt ex eis, aut ex suis partibus, aut ex suis vniuersalibus, verbi gratia cœlum, & partes eius, & corpora stellarum, & Luna, & Sol. Perscrutemur igitur de istis vtrum sint substantiæ tantum, aut sint aliæ substantiæ cꝑ ista, aut quædam ista, aut quædam alia, aut nullum istorũ, sed alia. Quidam igitur existimauerunt ꝙ vltima corporis, vt superficies, & linea, & pũctus, & vnum, sunt magis substantiæ cꝑ solidum et corpus, & etiam magis cꝑ sensibilia. Et quidã non opinãtur ꝙ tale sit omnino, & dicunt quidam plura entia esse, at ęterna, vt Plato, qui dicebat ꝙ formæ, & mathematica sunt duæ substantiæ, & ꝙ tertiæ substantię sunt corporum sensibiliũ. Speusippus aũt dicebat plures substantias esse, & incœpit ex vno & plura principia esse. & vnaquæq; substantiarum habet primum, & ꝙ substantia & primum numero rum est aliud, & magnitudinum aliud, & postea animę. et secundũ hunc modum multiplicantur substantiæ. Et quidam dicunt ꝙ formæ & numeri habent eandem naturam, & ꝙ aliæ res sequuntur ea, sicut lineæ, & superficies, quousq; perueniant ad substantiam cœli, & similiter sensibilia.

Cùm declarauit ꝙ quiditates substantiarũ sunt prius rebus alijs entibus, & causa eorum, incœpit quærere quæ sunt quiditates substantiarum sensibilium, & dixit ꝙ Antiqui semper perscrutati sunt de hoc, & ꝙ quò ad suum tempus nihil demonstratiue fuit dictum in hoc, & dixit. Et etiam illud, quod semper, & cæte. ideſt, & cùm declaratum sit quòd substantia est prior alijs accidentibus, quærendum est de substantia illud, quod semper fuit quæsitum vsque ad hoc tempus, in quo nullus dixit aliquid demonstratiue, & est quid est illud, quod est quiditas huius substãtiæ. Et augmentauit hanc quęstionem, quoniã, cùm fuerit scitum illud, quod est quiditas istius substantiæ, tunc erit scita prima causa omnium entium. Et, quia ista quæstio semper fuit desyderata ab omnibus naturaliter, & est valde difficilis, incœpit notificare opiniones Antiquorum circa ea, & dixit. quoniam substantiã quidam dixerunt, & cæte. ideſt. Et istas eadem opiniones dixit, cùm perscrutatus fuit de principijs substantiæ mobilis, scilicet substantiæ naturalis, sed illic, scilicet in Physico auditu fuit perscrutatus alio modo ab isto. illic enim perscrutatus est de principijs corporis secundum quòd est naturale, ideſt secũdum quòd quiescit, aut mouetur: hic autem perscrutatus est de eis secundum quòd est substantia tantum. prima enim diuisio, secundum quam diuiditur ens, est secundum quòd est in substantiam & accidens. & ista quæstio differt ab illa, quæ est in scientia Naturali. quoniam ista quæstio inducit ad sciendum primam formã omnium entiũ, & vltimũ finem: & prima quæstio, quam incœpit in scientia Naturali, inducit ad sciendum primam materiam, & formas naturales, & primum motorem. Et dixit, quidam dixerunt, & cætera. forte innuit Parmenidem, & Melissum, dicentes vnũ esse ens. isti enim dicebant quòd illud, quod est præter substantiam, nihil est: & dicebant quòd substantia est simplex non composita. Et forte innuit eos, qui concedunt compositionem, & ponũt elementum esse vnum quatuor, aut mediũ inter illa. isti enim concedunt multitudinẽ prouenientem à compositione, & ponunt alia esse accidentiã præter illud principium vnum. Deinde dicit. & quidam dixerunt plura entia vno. & innuit dicentes quòd principia substantię sunt partes indiuisibiles, & dicentes eas esse partes consimiles, vt Anaxagoras: & dicentes ea esse plura vno elemẽto, vt Empedocles. Et quia istorum quidam dicebant has esse finitas, & quidam infinitas, dixit. & quidam dixerunt eas esse finitas, & cæte. & videtur mihi quòd [a] omnes isti, quos narrauit, sunt illi, qui non percipiunt de causis, nisi materialem tantum. Deinde dicit. Et ideo nos primo consyderabimus, & cætera. ideſt, propter hanc diuersitatem accidentem inter Antiquos oportet prius nos ponere principium consyderationis in principio substantiæ, quam omnes homines concedunt esse primum, & vnum, et dicere quid sit, & innuit principium indiuidui

Primo Phi. t. cõ. 6. vsq; ad. 41.

Opinio ponẽtium sola mathematica principia vide. t. Meta. 20.

Differẽtia cõsyderationis naturalis à cõsyderatione diuina. vt de pro hoc infra cõ. 9.

Vide. 1. Ph. 8. 32. 54.

Vide. 3. cœl. h. 60.

Opinio ponentiũ substãtiam vna cũ mathematicis esse principium.

[a] Omnes isti, quos narrauit, nõ percipiunt nisi causam materialem. Vid oppositum de Anaxago. 1. Ph. 19. & 1. de Aia. 80. & 8. Phi. quia ponit intellectũ, et 1. Ph. 41. & 8. Ph. 2. Empedo poseritem & artificiam. Vide cõtra. Zim.

indiuidui substantiæ. & ideo dixit. Existimatur enim quòd esse substantiæ, & cæ. i. & posuimus principium consyderationis in principio indiuidui substantiæ. qm̃ omnes homines conueniũt in hoc, ꝙ indiuidua corporum existentiũ per se sunt substãtiæ, & ꝙ in eis est principium. & hoc intẽdebat, cùm d. existimatur. n. ꝙ esse substantię, & c. i. omnes enim opinantur ꝙ natura substãtiæ est manifesta in corporibus demõstratis. & ista substantia, de qua dicit se perscrutaturũ, est illa, de qua declarabitur esse formam, & dixit ipsam esse primam, quia est causa substantię demonstratę: & substãtiæ demonstratæ nõ sunt substãtię nisi per illã. & dixit ipsam esse vnam, quia substãtia demonstrata non est vna nisi per hanc substantiã, & per hanc naturam, quæ dicitur forma. D.d. & ideo dicimus ꝙ aſalia, & c. i. & quia natura eius est manifesta per se in indiuiduis existentibus per se, ideo oẽs concedunt ꝙ aſalia demonstrata per se, & vegetabilia, & suę partes, & vſr composita sunt substantię, et corpora naturalia simplicia, vt ignis, et aqua & terra, & aer, ex quibus fiunt composita: & omne qđ numeratur in istis substãtijs, aut in illis, quę sunt ptes contentę, aut in illis, quę sunt vſia continentia, vt cœlũ aut ex partibus istorũ, vt stellę, & Luna, & Sol, et omne quod generatur ex istis primo, & sunt consimilium partiũ. D.d. Perscrutemur igitur, &c. i. perscrutemur igitur vtrum ista sint substãtię tm̃, ſ. dispositiones indiuiduorum substantiarũ, aut sunt hæc dispositiones substantiarũ aliq; ab istis, aut quædã istarum dispositionũ, quę dicuntur in responsione ad quid sint substantię, & quędam non sunt substantię, aut nulla istarũ dispositionũ est substantia. et hoc latet eos. qđ aũt indiuidua substantię sunt substãtiæ, manifestũ est, & nullus dubitat in hoc. et hoc intẽdebat, cũ d. aut q̃dã ista, aut q̃dã alia. D.d. aut nullum istorum, sed alia. i. aut nulla dispositionum existentium in indiuiduis sensibilibus sit substantia, sed substantię istorum sunt aliæ. D.d. Quidam igitur existimauerunt, &c. i. quidã igitur existimauerunt ꝙ vltima corporum, sicut superficies, & linea, & punctus, & vnũ, sint substantię magis cꝑ corpus, quia sunt principia. et ideo contingit ꝙ ista sint substantię magis q̃ substantię sensibiles demonstratę. Et dixit hoc, quia quidam opinabantur ꝙ puncta sunt priora lineis, & lineę superficiebus, & superficies corporibus, et dicebãt ꝙ indiuidua istorũ sunt priora indiuiduis corporis sensibilis. & vſia eorum vſibus corporis, & ideo d. magis q̃ solidum, & corpus, & etiã magis q̃ res sensibiles. Et dixit solidũ et corpus, qm̃ isti hũc duas opiniones i corpore. quidam enim dicunt ꝙ tres dimensiones sunt forma substantialis corporis, et isti dicunt corpus. qui aũt dicunt ꝙ corpus sit ad coniunctionem superficierũ adinuicem, dignius est dici ab eis corporeũ. & ſm vtrũq; sermonẽ sequitur vt superficies, & lineę, & puncta sint substantię magis q̃ corpora, & priora eis: aut ſm ꝙ forma est prior composito ex materia et forma secundum priorem sermonem: aut secũdum quòd partes compositi sunt priores composito ſm secundum sermonem. Deinde dicit. Et quidam non opinantur, & cæte. ideſt, & quidam non opinantur quòd aliquod linearum, & superficierum, & punctorum sit substantia, aut vnum numerale. Et qđã nõ solummodo opinantur ꝙ magnitudines, & numeri, ſ. mathematica sint substantiæ, sed opinantur cum hoc ꝙ formę rerũ sunt sicut substantiæ abstractę: & opinabant cũ hoc tertiã substãtiã, ſ. indiuidua substantię sensibilis. Et qui opinabantur ꝙ mathematica sunt substantiæ, quidam ponebant ea esse alia à formis, & quidam ponebant numeros & formas esse eiusdem naturæ, vt post dicet. & isti sunt, qui perceperunt causam formalem propriam. & intendebant dare substantias proprias rebus ex formis vſibus, ſ. quaponebãt ea esse principia substantiarũ sensibiliũ. D.d. Speusippus aũt, &c. i. Speusippus aũt dixit plures substantias esse, quia substantię sunt diuersę, v. g. grauitas, & magnitudo, & aia, ideo principia substãtiarũ sunt diuersa. Principiũ enim numeri, quod est vnum, est aliud à principio magnitudinũ, & à principio aiæ: & ſm hoc multiplicantur spẽs, quæ sunt post, ſm numerũ naturarum diuersarũ pp suas causas diuersas. et d. vt mihi vr̃, & incœpit ex vno, quia videt ꝙ numeri sunt priores in substantia alijs, quia vnũ, quod est principium eorum, est prius principijs substantiarũ diuersarũ. D.d. Et qđã dicũt, &c. i. et qđã hoies nõ dicebãt ꝙ numeri et formę sunt duæ naturæ, sed dicebãt ꝙ formæ, & numeri sunt eiusdem naturæ, & quòd istæ sunt causæ linearum et superficierum, et quòd lineæ & superficies sunt causę eorum cœli, & aliorum sensibilium.

Opinio Speusippi.

Opinio ponentium numerum esse substantiam Vide. ꝙ hoc 1. Met. 5c.

De his igitur quid bene, quidue non bene dicatur, & quæ substantiæ sint: & vtrũ aliquæ præter sensibiles sint, necne: & hæ quomodo sint: & vtrum est aliqua separata substantia, et cur, & quomodo, an nulla præter sensibiles, perscrutandum est, descripta primo substantia, quidnam sit.

Perscrutemur igitur de istis, & qui sermones fuerũt dicti bene, & qui ecõtrario, & quæ substãtia est: & vtrũ sint hic aliquę substantiæ aliæ à sensibilibus, aut non: & istæ quomodo sint: & vtrum aliqua substantia sit separabilis, & quare, & quomodo, aut nulla est præter sensibilia.

Cùm complerit numerare opiniones Antiquorum de substãtijs, incœpit numerare quęstiones, cõsyderãs hic de substantia, & d. Perscrutemur, &c. i. perscrutemur igitur de istis oibus opinionibus, & declaremus quę earum fuerint dictę bene, & quæ non fuerint dictæ bene, cùm non omnes fuerint dictæ bene. D.d. & quę substãtia est &c. i. & debemus perscrutari de quiditate substãtiarũ, quę manifestę sunt substantię, ſ. indiuidua existentia per se. D.d. & vtrum sint hic aliquę substãtię, &c. i. & vtrũ sint hic aliquę substãtię separabiles, alię à substantijs sensibilibus, quæ sunt causę substãtiarũ sensibilium, vt dicunt dicẽtes formas mathematicas esse: aut nihil est tale, vt si sint quomodo sunt substãtiæ istarum substantiarum sensibilium. Deinde dicit. & vtrum aliqua substantia sit separabilis, & cæte. ideſt, & vniuersaliter oportet perscrutari, vtrum sit hic aliqua substantia separabilis à sensibilibus. & si est, quare est & quomodo, aut nulla substantia est hic præter substantias sensibiles.

6

Summa Secunda. De ipsa Substantia.

Caput Primum. Substantia quot modis dicatur: & quæ proprie substantia sit.



Deitur autẽ substantia, si non pluribus, saltẽ quatuor modis maxime. etenim quod quid erat esse, & vniuersale, & genus substãtia cuiusq; eẽ videtur: et quartũ, subiectum. subiectum autem est, de quo cætera dicuntur: illud vero non amplius de alio. Quare primo de eo determinandum est. maxime nanq; substantia subiectum primum est

se videtur. Tale vero quodam modo quidem materia dicitur, quodam modo vero forma, tertium vero, quod ex his est. Dico autem materiam quidem, vt æs: formam autem figurã ideę: quod vero ex his est, totam statuam. vnde, si forma prior materia est, & magis ens, illud quoq; quod ex ambobus est, prius erit ob eandem rationem. Nunc itaq; quidnam substantia sit, quasi figura dictum est, quod non de subiecto, sed de quo cætera.

Et oportet ante distinguere substantiam. quoniam substantia etsi dicitur multis modis, tamen quatuor. existimatur enim quòd est essentia, & vniuersalis etiam, & genus existimatur esse substantiæ cuiuslibet, & quartum istorum est primum subiectum. & subiectum est illud, de quo dicitur aliud, ipsum autem nõ dicitur de alio. Et ideo primo perscrutemur de hac substantia. primum enim subiectum existimatur esse substãtia magis quàm aliud. Et dicitur tale quoquo modo materia, & alio modo forma, & tertio modo illud, qd' est ex eis. Et dico materiam, vt cuprum: & formam, vt figuram statuæ: & quod est ex eis, statuam. si igitur forma fuerit ante materiam, & magis ens, erit etiam ante illud, quod est ex vtroq; eadem ratione. Distinctum est igitur modo quid sit substantia, & q̃ est non illud, qd' est de subiecto, sed illud, de quo est aliud.

7 Idest, & oportet prius distinguere secundum quot modos dicitur substantia, et consyderare quis istorum est causa substantiæ quæsitæ. Deinde dicit. quoniam substantia etsi dicit, &c.t. substantia enim & si dicitur multis modis, tamen concluduntur in quatuor modis famosis. Hoc nomen enim substantia dicitur de aliquo secundum quid, & similiter existimatur q̃ genus propinquum prædicabile de aliquo sit substantia. Et forte dixit hoc, quia Antiqui diuersabantur in hoc, & quidam dicebant q̃ vniuersale commune est dignius hoc nomine substantia quàm vniuersale propinquum. & ista est sentẽtia Platonis. Deinde dicit. & quartum istorum est subiectum. i. induiduum substantię. Et ideo induxit suam definitionem, qua definuit ipsam in libro Categoriarum. & d. & subiectum est illud, &c.t. & illud, de quo prædicantur alia, sed de nihilo prædicatur. Deinde dicit. Et ideo primo perscrutemur de hac substantia. i. & ideo primum perscrutandum est de causa istius substantię, quę est subiectum. quoniam subiectũ aliarum rerum conceditur esse substantia magis quàm aliud. Deide dicit. Et dicitur tale quoquo modo, &c. .i. & substãtia dicitur de materia quoquo modo, & de forma etiam alio modo, & de composito ex eis tertio modo. & d. quoquo modo materiam & alio modo formam: quia materia est substantia, secundum q̃ substat formæ: & forma est substantia, secũdum q̃ constituit: & compositum ex eis est substantia, secundum q̃ compositum est ex eis. Deinde dedit exemplum, & dixit. Et dico materiam, &c.t. & intelligo per materiam, cuprum subiectum statuæ: & per formam, figurã statuæ: & per compositum, statuam. Deinde dicit. si igitur forma fuerit ante materiã, etc.t. si igitur forma fuerit prior in esse q̃ materia, & magis ens, propter hoc q̃ materia est in potentia, & forma est in actu, erit etiam necessario prior composito ex ambobus. compositum enim ex ambobus non est in actu, nisi propter formã. & hoc intendebat cùm dixit eadem ratione. i. q̃ modus, secũdum quem forma est prior materia, est idem cum eo, secundum quem est prior compositio. Et intendebat q̃, cùm forma sit prior composito ex materia & forma, et compositum est substantia, sequitur q̃ forma sit magis substantia quàm compositum. Deinde dicit. Distinctum est igitur modo, &c.t. ita igitur descripsimus substantiam primã, de qua loquimur, ita q̃ est illud, quod non prædicatur de aliquo, et de quo p̃dicantur oĩa alia.

Vide idſ. 1. Meta. cõ. & 2. Phyſ. cõ. 4. et 5. & Alia cõ. 7.

Oportet autem non ita solũ. non enim sufficiens est. & hoc nanq; ipsum non est manifestum. Et item materia substantia est. nam, si hæc non est substantia, quæ alia est, fugit nos. Demptis etenim cæteris, nihil aliud remanere videtur. cætera nanq; passiones corporum & effectiones, & potentiæ sunt. longitudo vero, latitudo, & profunditas quantitates quædam, sed non substantiæ sunt. quantitas etenim non est substantia, sed magis cui hæc ipsa primo insunt, illud est substantia. enimuero ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus reliquum, nisi siquid est, quod ab eis determinetur, vt ita consyderantibus, materiam solam necesse sit apparere substantiam. Dico autem materiam, quæ per seipsam, neq; quid, neq; quantum, nec aliquid aliud quippiã dicitur, quibus ens determinatur. est enim quid, de quo singula horũ prædicantur: cui esse, accuiq; prædicationum diuersum est. cætera nanq; de substantia prædicantur, hæc vero de materia. Quare quod vltimum est per se, neq; quid, neq; quantum, nec aliquid aliud est, neq; etiam negationes. etenim hæ quoq; secundum accidens erunt. Ex his itaq; speculantibus, accidit substantiã esse materiam. At impossibile est. etenim separabile, & quod quid videntur maxime inesse substantię. pp quod forma, & qd' ex ambobus substantia videtur esse magis, q̃ materia.

Et oportet vt distinctio nõ sit tali modo tãtum. non enim sufficit. quoniam hoc non est manifestum. Et etiam materia est substantia. quoniam, si nõ fuerit substãtia, substantia nõ erit aliud. & si non, substantia erit ignorata à nobis. Quoniam, cùm alia fuerint abstracta, nihil videmus permanere. & alia passiua corporum, & actiones, & virtutes. & etiam longitudo, & latitudo, & profundum sunt quantitates, & non substantiæ. quantitas enim non est substantia, sed illud cuius sunt ista primo, modo est substantia. sed, cùm longitudo, & latitudo, & profundum fuerint abstracta, nihil videtur permanere præter illud, si fuerit aliquid, quod est per suam definitionem. necessarium

Vide cõtra dicti. Zim.

Subiectũ aliarum rerum cõceditur esse substãtia magis q̃ aliud. Idẽ 2. phy. 3. & 9. Idem hic cõ. sequẽti.

cessarium est igitur vt solam materiam videãt esse substantiam illi, qui perscrutãtur hac perscrutatione. Et dico materiam illud, quod per se non dicitur quale, nec quantũ, nec aliquod eorũ, per quæ terminatur ens. est enim aliud, de quo dicitur vnumquodq; istorum, et essentia illius est alia ab essentia cuiuslibet prædicabilis. alia enim dicuntur de substantia, & hæc de materia. Vltimum igitur subiectum, quod est per se, nõ est illud, quod dicitur quale, aut quantum, aut aliud omnino, neque negatio. ista enim sunt accidentaliter. Ex istis igitur accidit vt substantia sit materia. Sed hoc est impossibile. existimatur enim quòd separabilia, & quæ significant essentiam secundum rationem istius rei, sint substantiæ magis. & ideo existimatur quòd forma, & illud, quod est ex vtroq;, sint substantiæ, magis quàm materia.

8 Dicit. Et oportet vt non simus contenti hac distinctione tãtum, sine perscrutatione, & diuisione, scilicet substantiæ in materiam & formam. quoniam non sufficit, nec est manifestum per se, scilicet formam esse substãtiam. Et d. hoc, quia materia est manifestior in substantialitate, quàm forma in primo aspectu. & ideo induxit post sermones, ex quibus apparet quòd sola materia est substãtia induudui substantiæ demonstratæ. Deinde incepit declarare qualis materia est ista, et dixit. Et dico materiam, &cę.t. & intelligo per materiam illud, quod est existens per se, quod est nec quale, nec quantum, nec aliquod aliorum prædicamentorum: quoniam est in potẽtia omnia ista, s. decem prædicamenta: vt declaratũ est in Phyſicis. Deinde dicit. est enim aliud &c.t. declaratum est enim subiectum esse omnibus prædicamentis decem: & q̃ suum esse est aliud ab esse cuiuslibet eorum. prædicamenta enim accidentium dicuntur de prædicamento substantiæ: & prædicamentum substantiæ dicitur de hoc, quod est materia. Deinde d. vltimum igitur, &c.t. subiectum igitur vltimum, quod est subiectum per se, & primo, non est illud, in quo dicitur quale, nec aliud prædicamẽtorum decem, nec priuatio istorum entium: quoniam hoc est et per accidens. & intendit, subiectum igitur vltimum, quod per substantiam sam est aliud ab vnoquoq; prædicamentorum, & à suis priuationibus, cùm omnia ista sint et per accidens. Et dixit hoc: quoniam, si aliqua forma, aut aliqua priuatio esset essentialiter in materia, nõ reciperet omnes formas. Et, cùm induxit rationes ex quibus sequitur q̃ materia est magis substãtia, d. Sed hoc est impossibile, &c.t. sed ipossibile est vt materia sola sit substantia, cùm opinatur q̃ intẽtiones separabiles in intellectu, s. quę non intelliguntur in respectu aliorum, sicut est in materia, sed quæ intelliguntur per se, sunt magis substantiæ. & ideo existimatur q̃ forma sit etiam substantia, cùm sit quidditas, quã significat definitio, & cõgregatum etiam ex forma & materia est substantia, & q̃ hæc duo magis sunt substantia q̃ materia. Et isti sermones, quos induxit hic, sunt logici famosi. & ideo induxit eos ad destruendum, & ad confirmãdum formã esse substantiam. deinde perscrutabitur de hoc perscrutatione demonstratiua.

Prima ratio adphandum materiam esse magis substantiam.

Vide Phyſ. 69.

Si aliqua forma vel priuatio esset essentialiter in materia, nõ reciperet oẽs formas. Idẽ. 1. Phyſi 61. & 69. & 89. et 2. de substãtia orbis. Ratio ad oppositum.

Scda ratio, q̃ materia sit magis substãtia.

Documentũ Vide infra 10. & 2. Phyſ. 3. & 5. Phyſ. 52. & 2. de cœlo & 1. cœli. 81.

At illa substãtia, quę ex ambobus, dico autẽ quę ex materia & forma est, omittenda est. posterior enim, & manifesta est. manifesta vero quodam modo etiã ipsa materia. At de tertia consyderandum est. hæc enim maxime dubitabilis. Cõceditur autem quasdam esse substãtias sensibilium. quare in his primum quærendum est.

Dimittamus igitur nunc loqui de substantia, quæ est ex ambobus, scilicet ex materia, & exemplari, quia est vltima substantia, & manifesta est etiam, & materia quoquo modo. Et perscrutemur igit̃ de tertia. est.n.in ea maximus error. Et concessum est aliquas substãtias esse sensibiles. quæramus ergo de istis.

Caput Secundum. De ipso quid est agendum esse: Et quid ipsum sit.

CVm autẽ in principio diuiserimus quot modis substantiam determinamus, ac horum vnum quiddam esse videatur, quod quid erat esse, de eo consyderandum est. prodest etenim transcendere ad notius. Ita nanq; disciplina fit omnibus, per minus nota naturæ ad magis nota. & hoc opus est, vt in actionibus ex eis, quæ cuique sunt bona facere, quæ simpliciter bona sunt, sint cuique bona, ita ex sibi notioribus, quæ naturæ nota sunt sibi facere nota. Quæ autem singulis nota, & prima, sæpenumero parum nota sunt, & parum, aut nihil entis participant. attamen ex eis, quæ parum nota, sibi tamen nota sunt, conandum est cognoscere, quæ simpliciter nota sunt, per hæc ipsa, vt dictum est, transcendentibus.

Et, cùm prius distinxerimus secundũ quot modos definitur substantia, inuenimus substantiam, & existimatur quòd vna illarum est illud, quod significat essentiam rei, consydere mus in eo. ex principijs enim operationum transfertur ad illa, quæ sunt manifestiora. Et similiter est doctrina in vnaquaque rerum, quę sunt minoris cognitionis ab illa, quę sunt maioris cognitionis. & similiter est in operatione etiam. operationes enim non sunt nisi ad agendum ex illo, quod est aliquod bonũ, & bonum singulis rebus ad aliquid, quod est bonum vniuersale, & bonum cuiuslibet. Et similiter ex eis, quæ sunt cognita singulis rebus, ad vniuersalia, quæ sunt cognita per naturam, & erunt cognita cuilibet. Et illa, quæ sunt cognita cuilibet. i maiori parte, sunt paucæ cognitionis, aut paruæ, aut nihil est in eis de cognitione entis. sed tamen necesse est vt sciamus ex istis, quæ sunt male cognitionis, sed habent cognitionem particularẽ, illa quæ cognoscuntur modo vniuersali, transferendo, vt dictum est, de istis eisdem.

Ideſt. Et, cùm distinxerimus prius secundum quot modos dicitur substantia, & dixerimus quòd vna illarum est illud, quod inducitur in responsione ad quid est hoc indiuiduum demonstratum, consyderemus de hac substantia, quam significat definitio quid sit. Deinde dicit causam, propter quam incepit perscrutari de hac substantia, quæ est principium istarum substantarum sensibilium, & dixit, consyderemus in eo, &c. ideſt, quoniam ita est de cognitione speculatiua in istis rebus, sicut de operatiua. quia quemadmodũ artificia, quę primo facta sunt, * transfert artifex ab eis ad artificiata, quæ sunt manifestiora apud artificũ, cũ illa sint manifestiora apud nos, ita est de cognitiõe speculattua. Et hoc intendebat cùm dixit. & similiter est de doctrina. & similiter est processus doctrinę in omnibus scientijs, prætẽquam in Mathematicis, scilicet q̃ in eis proceditur ex eis, quæ sunt maioris cognitionis apud nos, & minoris cognitionis apud naturam, ad illa, quæ sunt maioris cognitionis apud naturam. & ab hoc incœpit librum suum in Physicis. Deinde dicit. & similiter est in operatione, & cæte. ideſt, & substantia in operationibus humanis, scilicet artificijs actiuis, vt in arte regiminis ciuitatum, & in arte medicandi. ista enim non inueniunt bonum vniuersale, nisi ex rebus, quæ sunt bona vnicuiq; hominum, cũ istę sunt manifestiores apud nos. Deinde dicit. Et similiter ex eis, quæ sunt cognita cuilibet. &c. i. & similiter transferuntur de cognitione singularium rerum, quę sunt manifestiores apud nos, ad vniuersalia, quæ sunt manifestiora apud naturam. Deinde dicit, & erunt cognita cuilibet. i. & in postremo erunt vniuersalia cognita cuilibet, quia particularia sunt cognita cuilibet. D.d. Et illa, q̃ sũt cognita cuilibet &c. i. & illa, q̃ sunt cognita cuilibet sunt paucæ & parũ cognitionis in respectu eorũ, q̃ sunt cognita apud naturã. D.d, aut nihil est in eis de cognitione entis. i. & in eis, q̃ sunt prima cognita à nobis, aut nihil est de cognitione entis, aut modicũ, i. ex eis peruenitur ad cognitionẽ perfecti entis. Deinde dicit. sed tamen necesse est, &c æ. i. sed tamen, cùm impossibile sit aliud ab hoc, necesse scire ex eis, quæ sunt male cognitionis, quia habent cognitionem particularem ad illa, quæ cognoscuntur per cognitionem vniuersalem, transferẽdo de cognitione naturaliter istarum substantiarum sensibilium ad substãtiam simplicem, quę cognoscitur modo vniuersali, scilicet quæ continet omnes substantias.

At primo quædam de eo logice dicamus, q̃ illud est, quod quid erat esse vnũquodq; quod secundũ se dicitur. Etenim tibi esse non est musico esse. non enim secundum teipsum musicus es. quod ergo secundum teipsum. Nec tamen hoc totum. nec enim illud, quod ita secũdum se est, vt superficies alba. quoniã superficiei esse non est albo esse. Quare? quoniam hæc ineſt. In qua ergo ratione ipsum dicente non inerit ipsum, hæc ratio ipsius quid erat esse cuiq;. quare, si superficiei albæ esse est superficiei læui esse, albo & læui eẽ vnũ & idẽ ẽ.

Et iam diximus prius hoc in quibusdã nostris sermonibus sermone logico, quid est illud, quod significatur per essentiam rei, & est illud, quod dicitur per se. Aliquid enim esse in loco non est ipsum esse musicum. musicus. n. & vbi nõ sunt idem per se. Nec etiam hoc est vniuersale. nec illud, quod est per se, est secundum hũc modum, vt album superficiei. essentia enim superficiei non est essentia albedinis. Et etiam non est illud, quod est ex ambobus, ideſt superficies alba. & hoc propter additionem, quæ est in sua definitione. Definitio igitur, in qua dicens non habet quid, est definitio, quæ est rei per suam essentiam i quolibet. quoniam, si essentia superficiei albæ est essentia superficiei lenis, tũc albedo, & lenitas sũt idẽ.

Quia sicut diximus perscrutatur hic in maiori parte de propositionibus dialecticis, quarum vna est, q̃ substantia rei est illud, quod dicitur in respõsione ad quid est, & hoc est indiuiduum substãtiæ, ideo dixit. Et iam diximus, &c. i. & iam descripsimus hanc substantiam alibi Dialectica descriptione, q̃ est illud, quod significat eam fermo, qui dat essentiã rei, quæ est definitio. Deinde dicit. & est illud, quod dicitur per se. i. quod prædicatur essentialiter. & innuit primum modum prædicabilium essentialium, s. definitionem. declaratum est enim q̃ ista prædicabilia sunt tria, scilicet genus, & differentia, & definitio, quæ componitur ex eis: quæ definitio est idem cum substantia rei. & vniuersaliter prædicabilia substantialia sunt illa, quę adunantur cum subiecto, & adunantur adinuicem, & accidentalia ecõuerso. Et cùm declarauit q̃ ista substantia est illud, quod significant definitiones, & partes definitionum, & q̃ prædicabilia, ex quibus componuntur definitiones sunt illa, quæ adunantur cum definito, & adunãtur adinuicem, incœpit declarare quare sermones, qui demonstrant aliquid extrinsecum non inducũtur ad interrogationem de quiditate, q̃ nec sunt definitiones, nec partes definitionum. Deinde d. Aliquid enim esse in loco, &c æ. i. & necesse est vt illa, quæ demonstrãtur per aliquid extrinsecum, i. per aliquod accidens, nõ sint definitiones, quoniam, si essent, contingeret vt accidentia prædicabilia de aliquo, essent eiusdem naturę. idem enim videtur disponi per plura accidentia, sic illud, quod congregatur ex eis, non est vnum nisi per accidens: & definitio declarat substantiam rei: et illud, quod congregatur ex eis, est vnũ essentialiter. Si igitur diuersa accidentia existentia in aliquo declarant substãtiam illius, cùm essent eiusdem rei, & naturæ. Et hoc mẽdebat cùm dixit. Aliquid enim esse in loco, &c. i. & si aliquis interrogauit qd est hoc demonstratum, & responderit quis q̃ est hoc in loco pro definitione, & alius responderit q̃ est musicus pro definitione etiam, tũc esset possibile vt natura musici, & vbi esset idem: quod non est, & vniuersaliter ex hac positione nouem prædicamenta essent ejusdem naturæ, i. naturæ substantiæ: quoniam secundũ hõc erunt differentię substantiales. & ideo dixit. Aliquid enim esse in loco, &c. D.d. Nec etiã hoc est vniuersale, &c. i. nec ista prædicabilia, quando prædicantur de substãtia, sunt prædicabilia vniuersalia, quæ describuntur in analyticis Posterioribus. aut intẽdit q̃ nõ sunt vniuersalia substantialia, vt dictum est in libro Prædicamẽtorum. quia sermones compositi ex accidentibus compositione ligata quidã sunt coniuncti per accidens, & quidam per se, s. per secundum modum essentialium prædicabilium, quæ enumerata sunt in Posterioribus, s. in quibus subiectum accipitur in substantia prædicati. Et cũ declarauit q̃ illud, quod significat illa, quæ sunt per accidens, non est substantia, incœpit declarare q̃ nec etiam sermones compositi ex accidentibus essentialibus significant hoc, quod est quiditas substantiarũ sensibiliũ, et dixit. nec illud quod est per se, &c. i. nec illud, quod significat definitio substantię, & est illud, qd̃ existit per se, est sicut illud, qd̃ significant hęc verba superficies alba. Deinde dicit. essentia enim superficiei, &c. i. albedo enim non est quiditas superficiei, quãdo dicimus q̃ superficies est alba, sicut rationabilitas est quiditas animalis: quoniã dicimus animal rationale. Deinde dicit. Et etiam nõ est illud, qd̃ est ex ambobus, &c. i. nec illud, quod demõstrat iste sermo, est aliquod cõpositum vnũ ex ambobus, sicut illud, quod significat animal rationale, s. homo. D.d. & hoc propter additionem, quæ est in sua definitione. i. quoniam compositum ex duobus definit cõposite ex duabus definitionibus illorũ duorũ. & ideo segit vt definitio albi sit cõposita ex definitione albedinis, & definitiõe subiecti albedinis. Et, q̃a i definitiõe albedis accipit definitio subiecti, cõtingit q̃ i definitiõe albi accipiat definitio subiecti bis, ista igitur est additio, q̃ accipitur in definitiõe albi. & hoc non accidit in compositis ex substãtijs. verbi gratia quoniam definitio hominis componitur ex ani-

Vide Auer. i Bpit. Tradatu. 2.

9 Ideſt, Dimittamus igitur perscrutationẽ de substantia composita ex materia & forma, quia est posterior duabus substantijs, ex quibus componitur: & perscrutari hoc non est nisi de causis, nõ de causatis. et est etiã manifestum per se ipsam esse substantiam. Deinde dicit. & materia quoquo modo. i. concessum est ab omnibus materiam esse substantiam. & d. quoquo modo, quia Antiqui diuersantur in materia. Quidam enim dicunt partes indiuisibles esse: & quidam corpora consimilium partium, & alia numerata in Naturalibus. Et quia omnes Antiqui concedunt materiam esse, sed differunt in ea, dixit quoquo modo, notãdo quòd conuenũt in ea secundum genus tantum, & non simpliciter. Et fortasse dixit quoquo modo, quia est substantia diminuta, quia est in potentia. Deinde dicit. Et perscrutemur igitur de tertia, ideſt de forma. Deinde dicit. Et concessum est, &c. & quia manifestum est per se q̃ individua substantiæ sunt substantiæ, oportet vt primo quæramus de substantia, quæ est prima substantia istarum substantiarum, & causa earum, ideſt sine medio.

Documẽtũ, siue ingressio qua vtitur in determinatione Naturalis, & Diuinę scientiæ. Vide cõsile. 2. Phy. 4. & 21. & 1. Me. cõ 15. 18. & 4. Me. c. 1. et 6. Me. c. 1. et 8. M. c. 4. et 11. Meta. 1. & 6 sũt hic supra c. 5. & infra. 8. 19. v. le Philosophi. 11. Meta. cap. 1. Historiæ rerũ ignotarũ cognitarum ex notis? earũ apprius. Vide & de Ala. 1. & 2. de Ala. 13. et 41

Et sciẽdum est q̃ ista perscrutatio differt ab ea, quæ est in primo Physicorum. quoniam illic, quia est perscrutatio naturalis, non perscrutatur nisi ad declarandum primam materiam esse, secundum q̃ est materia, non secundum q̃ est substantia, & ad declarandum formas naturales esse tantum, non primam formam omnium sensibilium rerum, nec formam secundum q̃ est substãtia & ideo consyderatio de formis naturalibus, secundum q̃ sunt naturales, non inducit ad primam formã. Consyderatio enim de forma, inducens ad primam formam, est consyderatio de ea secũdum q̃ est substantia, & scientia Naturalis non consyderat de rebus secundũ q̃ sunt substantiæ. De prima autem materia consyderat vtraq; scientia. sed Naturalis consyderat de illa, secundũ q̃ est principium transmutationis: Philosophus autem consyderat de illa, secundum q̃ est substantia in potentia. Et, quia Aristo. consyderauit de illa in Naturalibus, ideo contentus fuit illa consyderatione, & non iterauit consyderationem in hac scientia: cũ illa, ex qua peruenitur ad cognitionem essentiæ rerum ignoratæ, sint actiones earum proprię: & actio materiæ est transmutatio. Formæ vero, quia sunt plures, & non habent eandem actionem communem, ideo non potuit declarare de suis actionibus in scientia Naturali primam formam. Sed illud, quod fuit illic declaratum, est ex hoc, q̃ actiones formarum perueniunt ad actionem primæ formæ, quæ non est in materia, & est primus motor: & non fuit declaratum de actione istius formę, vtrum est substantia aut non. Et in hac scientia quærit de principio primæ substantiæ. & ideo posuit principium perscrutationis ex hoc de principijs substantiarum sensibilium. Et, cùm fuerit et hoc declaratum q̃ principia substantiarum sensibilium, scilicet formę, sunt substantiæ, & est declaratum in scientia Naturali hoc esse corpus sensibile, quod est causa in alijs * substantijs sensibilibus, & prius eis, declarabitur q̃ forma istius corporis est principium vltimæ substantiæ, quæ est prior alijs substantijs, & quod ipsum est illud, quod dat alijs substantias, & formas substantiales generabiles & corruptibiles.

* 2. l. corporibus.

* 2. l. trãsfert

10 Ideſt. Et, cùm distinxerimus prius secundum quot modos dicitur substantia, & dixerimus quòd vna illarum est illud, quod inducitur in responsione ad quid est hoc indiuiduum demonstratum, consyderemus de hac substantia, quam significat definitio quid sit. Deinde dicit causam, propter quam incepit perscrutari de hac substantia, quæ est principium istarum substantarum sensibilium, & dixit, consyderemus in eo, &c. ideſt, quoniam ita est de cognitione speculatiua in istis rebus, sicut de operatiua. quia quemadmodũ artificia, quę primo facta sunt, * transfert artifex ab eis ad artificiata, quæ sunt manifestiora apud artificũ, cũ illa sint manifestiora apud nos, ita est de cognitiõe speculattua. Et hoc intendebat cùm dixit. & similiter est de doctrina. & similiter est processus doctrinę in omnibus scientijs, prætẽquam in Mathematicis, scilicet q̃ in eis proceditur ex eis, quæ sunt maioris cognitionis apud nos, & minoris cognitionis apud naturam, ad illa, quæ sunt maioris cognitionis apud naturam. & ab hoc incœpit librum suum in Physicis. Deinde dicit. & similiter est in operatione, & cæte. ideſt, & substantia in operationibus humanis, scilicet artificijs actiuis, vt in arte regiminis ciuitatum, & in arte medicandi. ista enim non inueniunt bonum vniuersale, nisi ex rebus, quæ sunt bona vnicuiq; hominum, cũ istę sunt manifestiores apud nos. Deinde dicit. Et similiter ex eis, quæ sunt cognita. &c. i. & similiter transferuntur de cognitione singularium rerum, quę sunt manifestiores apud nos, ad vniuersalia, quæ sunt manifestiora apud naturam. Deinde dicit, & erunt cognita cuilibet. i. & in postremo erunt vniuersalia cognita cuilibet, quia particularia sunt cognita cuilibet. D.d. Et illa, q̃ sũt cognita cuilibet &c. i. & illa, q̃ sunt cognita cuilibet sunt paucæ & parũ cognitionis in respectu eorũ, q̃ sunt cognita apud naturã. D.d, aut nihil est in eis de cognitione entis. i. & in eis, q̃ sunt prima cognita à nobis, aut nihil est de cognitione entis, aut modicũ, i. ex eis peruenitur ad cognitionẽ perfecti entis. Deinde dicit. sed tamen necesse est, &c æ. i. sed tamen, cùm impossibile sit aliud ab hoc, necesse scire ex eis, quæ sunt male cognitionis, quia habent cognitionem particularem ad illa, quæ cognoscuntur per cognitionem vniuersalem, transferẽdo de cognitione naturaliter istarum substantiarum sensibilium ad substãtiam simplicem, quę cognoscitur modo vniuersali, scilicet quæ continet omnes substantias.

Singularia sũt notioraapud nos q̃ magis vniua. Vid opposita. 1. Phy. 4. & 5. & 57 com. Vide con. Zim.

11 Com. 2. in hoc 7.

Predicabilia essentialiter sunt tria. Idẽ 1. 1 oste. cap. de per se.

Sermões cõpositi ex accidentibus cõpositione ligata, quidam sunt per se, & quidam per accidens. Idẽ 4. Meta. 6.

Cõpositũ ex duobus definitur cõpositũ ex duabus definitionibus illorum duorum.

malitate et rationalitate, & non accidit ex hoc iteratio, quæ accidit in compositio ex substantia & accidente. Deinde dicit. Definitio igit̃, &c. i. definitio perfecta est sermo, qui cùm cõpletur, non remanebit in eo aliquod ens in actu, de quo interrogat per quid, cùm in eo sit data quiditas, quod est esse illius rei, & non est in eo ens additum suo enti. & ista est differentia inter definitiones substantiarũ, & definitiones accidẽtium. Et quasi dicat, sermo igitur, in quo non inuenitur ens, de quo interrogatur per quid, est definitio perfecta; quæ dat cau-
sam rei, quæ est quiditas in vnaquaq; rerum. Deinde dicit post, quoniam, si essentia superficiei albæ, &c.
* a.i. albedo .i. & si aliquis posuit q̃ quiditas superficiei est * albatio, aut quiditas albedinis est superficies, dispositа per plures dispositiones diuersas, contingeret vt omnes aliæ dispositiones sint eędem, & q̃ cõgregatum ex eis sit idẽ. & sic albedo, lentitas, & aliæ dispositiones, quibus disponitur superficies, essent eædem. & econtrario in prædicabilibus substantialibus. rationalitas enim est differẽtia substantialis, existens in quiditate asalis rõnalis.

Caput Tertium. Quomodo substantiarum, accidentium, ac copulatorum sit ipsum quid est, & definitio.

CVm autem secũdum cætera quoq; prędicamenta cõposita sint (est enim aliqd̃ subiectum cuique, vt qualitati, & quantitati, & quando, & vbi, & motui) perscrutandum est vtrum est ratio ipsius quid erat esse cuiq; horum: & vtrum ineſt etiam his ipsum quid erat. vt homini albo quid erat albo homini: sit autem nomen eius vestis: quid est vesti esse. At vero, nec hoc eorum est, quæ secundum se dicuntur. An hoc, non secundum se, dupliciter dicitur. & huius est hoc quidem ex additione, istud vero non. Hoc enim dicitur, eò q̃ ipsum, quod definitur, alteri adiicitur. vtputa, si albo esse definiens dicit albi hominis rationem. Istud vero, eò quòd aliud ipsi. vt si vestis album hominem significat, ille vero definiat vestem vt album. quod autem est albus homo, est album quidem, non tamen quid erat esse albo homini, sed vesti esse. Vtrum est qd̃ quid erat esse aliqd̃, aut simpliciter? An non. ipsum enim quod quid erat esse est ipsum qd erat esse. cùm vero aliud de alio dicatur, non est ipsum qd̃qd. vt homo albus nõ est qd̃qd: si ipsum quidẽ qd̃ quid substantijs solis ineſt.

Et, cùm sint composita ex alijs prædicamẽtis, etiam aliquid est subiectum cuilibet, verbi gratia quantitati, & qualitati, & quando, & vbi, & motui. perscrutemur igitur vtrum sit definitio cuiuslibet istorum. erit igitur istis etiam illud, quod significat essentiam rei, verbi gratia homo albus. sit igitur ita, q̃ habeat hoc nomen vestis. si igitur dicatur quid est, dicetur vestis. Sed nõ est ex eo, quod est per se, nec hoc est aliquid ex eo, quod est per se, sed modo simplici. Et quoddam ex additione, & quoddam nõ. Quoddam enim definitur per definitionem alterius. sicut qui definit essentiam albedinis, & dicit definitionem hominis albi. Et quoddam per aliam definitionem, vt vestis, si significat hominem album, & ipse definiuit vestem tanquã album. homo enim albus est album, sed definitio eius non est definitio albi. & quia est vestis, habet definitionẽ, quæ significat essentiã eius quod est. * & definitio rei est illud, quod significat quid est essentia rei. & cùm fuerit dictum aliud de alio, non est illud, quòd est istud. verbi gratia homo albus, quod non est istud. hoc enim non est nisi substantiarum tantum.

Intendit in hoc capitulo declarare quòd composita ex accidentibus & substantijs nõ habent definitionẽ, sicut definitiones compositorum ex materia & forma, & quòd accidentia propter hoc non sunt dispositiones accidentales. Et dixit. Et, cùm composita, & cæ. ideſt & cùm sint hic aliqua composita ex substantia, & alijs prædicamentis, substantia est subiectum vniuscuiusq; accidentium, verbi gratia quantitatis, & qualitatis; perscrutemur igitur vtrum ista composita habeant definitiones, sicut substantię compositę. & sic erit in istis etiam substantia, quæ significat definitionem, & est illa, quæ notificat essentiam rei. Et dixit hoc: quia substantiæ compositę manifestum est ipsas habere definitiones, & nomina æqualia suis definitionibus: sed prædicantur de individuis substantiæ secundum quid, aut definitiones, aut nomina æqualia illis definitionibus, scilicet illa, quæ congregatæ significant illud, quod definitiones significant distinctæ. In hoc igitur capitulo vult perscrutari vtrum composita ex substantia & accidentibus habeant tales definitiones, & sic accidentia erũt differentiæ substantiarum: aut non habeant definitionem omnino: aut habeant definitiones, quę dicuntur secundario in respectu definitionum substãtiarum; & ideo induxit exemplum compositum ex substantia & accidente, & dixit, verbi gratia homo albus, ideſt, si igitur aliquod istorum compositorum habuerit definitionem, sit igitur quòd homo albus habeat definitionem, quemadmodum homo habet definitionem. Deinde dicit. sit igitur ita, quòd habeat hoc nomẽ vestis; ideſt, & si homo albus habeat definitionem, necesse est vt habeat nomen æquale ei in significatione: ita quòd illud, quod congregatur de homine & albo, sit vnum in actu, & duo in potentia, & homo erit genus, & album differentia, & sit illud nomen vestis. Cùm igitur quæritur de aliquibus nominibus compositis ex substantia & accidente, verbi gratia de homine albo per quid contingit respondere congregare, est vestis; & distinctè per definitionem declarantem quiditatem eius. sicut accidit, cum aliquis interrogauerit per quid de aliquo composito ex duabus substantijs, vt de homine, qui componitur ex animalitate & rationalitatẽ. debemus enim respondere ad hoc per definitionem declarantem quiditatem, & essentiam hominis. Deinde dicit. Sed non est ex eo, quod est per se, & cæt. ideſt, sed illud, quod significat hoc nomen vestis, scilicet album hominem, non est ex rebus, quæ existunt per se, sed ex rebus existentibus tantum. & hoc intendebat cùm d. sed modo simplici. ideſt quòd homo albus; secundum quòd est albus, non existit per se, sed est ens tantũ, nõ ens per se, nec pars entis per se, qd̃ est indiuiduum substantiæ. Et, cũ narrauit q̃ iste sermo cõpositus non est definitio, quia nõ cõponitur ex prædicabilibus essentialibus, declarantibus substantiam vnius rei simplicis

Substãtię cõpositę manifestũ est ipsas hãe definitiones. Idem f. Met. cõ. vt Sed vide ex positũ hoc fra. c. 5. Vide cont. Zim.

Definitiões, quæ declarant quitatẽ rei, si rerũ, quæ sunt totum, & vnum.

Definitũ est vnũ in actu, & duo in potẽtia sed vide oppositã infra. 4. t. vbi dicit definitũ ipse vnum est propter vnum in actu, et aliud in potẽtia ergo nõ duo in potentia. Vide cõ. Zim.

simplicis in actu, sicut significãt definitiones, sed significat aliquod compositum ex duobus, s. hominem & albedine, narrauit etiam q̃ hæc duo sunt in hoc sermone ex duabus naturis diuersis, & partes sermonis definiti sunt eiusdem naturæ, & d. Et quoddam est ex additione, & quoddam non. i. duæ partes istius sermonis sunt diuersę. In definitione. n. albedinis additur subiectum, sm q̃ est accidẽs. in definitione vero hominis, qui accipitur in hoc sermone tanq̃ genus, nihil additur extra ipsum, cũ non existat in subiecto, sicut albatio. D. incœpit declarare quomodo additio existit altera duarum partium istius sermonis, & nõ in reliqua, & dixit. Quoddam. n. definitur, &c. i. ver. g. q̃ qui vult definire quiditatem albedinis existentis in homine, accipiet in definitione eius definitionem hominis albi, cùm albedo existens in homine non constituatur nisi per hominem & album. D. d. Et quoddam per aliam definitionem, &c. i. & necesse est q̃ illud, quod significat hoc nõmen vestis, definiatur duabus definitionibus, s. definitione hominis, & definitione albedinis, cùm hoc nomen vestis significet vtrumq;, s. & hominem & albedinem. D. d, & ipse definiuit vestem tanq̃ album. i. & necesse est vt definitio vestis sit composita ex duabus definitionibus duorum: sicut definitio alicuius albi componitur ex duabus definitionibus duorum, s. albedinis, & sui subiecti. D. d. homo enim albus, &c. i. & definitio albedinis non prædicatur de homine, ita q̃ dicatur q̃ homo est albedo, i. ita q̃ prædicatur hoc nomen non sm definitionem, sicut dixit in Categorijs: & q̃ propter hoc non habet definitionem. D. d. & quia est vestis, &c. i. sed sm q̃ posuimus q̃ hoc nomen vestis est nomen hominis albi, omne habens nomen habet sermonem significantem suam essentiam, cũ illud, quod significat nomẽ, est determinatũ. D. d, * & vniuersalitas rei, &c. i. sed iste definitiones nõ habent vniuersalitatem, i. non est totum vniuersaliter, i. vniũ, sed definitio, quæ declarat quiditatem rei, est rerum, quæ sunt totum, & vnum, i. q̃ albus non est totum & vnũ, sed est congregatum ex homine & albedine. D. d. & cùm fuerit dictum aliud de alio, &c. i. & cùm aliquod commune fuerit dictum in alio proprio, aut alterũ fuerit prædicatum de altero, non erit natura alterius natura secundi: & congregatum erit totum, cùm hoc non inuenitur, nisi in dispositionibus substantialibus. & hoc est declaratum in Dialectica.

Quare quod quid erat esse illorũ est, quorumcũq; ratio est definitio. Definitio autem est, non si nomen idem, quod oratio significet (omnes etenim sermones definitiones essent. erit nanq; nomen idem cuicũq; sermoni. quare & Ilias definitio erit) sed si primi alicuius sit. talia vero sunt, quæcunq; dicuntur, non eò q̃ aliud de alio dicatur. Non ergo vlli eorum, quæ non sunt species generis, inerit quod quid erat esse, sed his solum. hæc enim videntur non secundum participationem, & passionem, nec vt accidens dici.

Ergo quid est per essentiam est idem omnibus rebus, quarum sermo est definitio. Et definitio non est eius, cuius nomen & sermo significant eadem. (& si non, omnes sermones essent definitiones. omnis enim sermo habet nomen. ergo metrum albedinis erit definitio.) sed cũ fuerint alicuius primo. etta lia sunt nomina, quæ dicuntur non per illud, quod dicitur aliud. Ergo illud, quod est sm essentiam, non est aliqua formarum carentiũ genere, sed illarum tantum. existimatur enim q̃ non dicuntur modo communi, & passiuo, neq; sicut accidens.

Dicit Ergo quiditas, quæ dat essentiam rei, est omnium rerum, quarum sermo significans eas est definitio: & definitio non est omnis sermo significans illud, quod significat nomẽ rei, sed necesse est cum hoc, q̃ sermo conuenit nomini, vt significet prędicabilia substantialia, per quæ cõstituitur. D. d. impossibile contingensei, qui ponit q̃ sufficit in descriptione definitionis vt sit sermo compositus, cuius significatio est æqualis significationi nominis illius rei, & dixit. & si non, omnes sermones essent definitiones, i. & contingit ponentibus hoc, vt omnes sermones compositi habẽtes nomina sint definitiones. oẽs. n. sermones cõpositi habẽt, aut possunt habere nomina. D. d. ergo metrum, &c. ideſt, & si hoc fuerit, contingeret vt omnes sermones, quorũ sunt nomina, essent definitiones. & d. hoc, qm̃ omnia metra ferè in eius idiomate habuerunt nomina propria. D. d. sed cùm fuerint alicuius primi. i. sed cũ nomina æquipollentia significationi sermonũ significant rem, i. essentiam rei. D. exposuit essentiam, & dixit. & talia sunt nomina, quæ dicuntur, &c. i. & talia nomina sunt nomina, quibus dicuntur aliqua, nõ propter aliqua extrinseca ab ipsis, sicut ea, quæ nominant à suis accidentibus. nomina enim non significãt essentias eorum prima significatione, sed, si significant, mediantibus illis accidentibus. & ideo illi sermones non debẽt esse definitiones, D. d. ergo illud, quod est secundum essentiam, &c. i. ergo definitiones, quæ significant quiditates rerum, non sunt alicuius formarum carentium genere, s. formarum, quarum subiectũ est eius genus. & d. hoc: qm̃ subiecta accidẽtiũ sunt alia à naturis eorum: & ideo nõ sunt genera illorum. D. d. existimatur. n. &c. i. & formæ substantiales solummodo habent genus, sciret subiectũ ex natura illarum, quia existimatur q̃ non inuenitur per cõmunicantiam cum alijs, sicut accidẽtia. neq; sunt passiones sin alio, i. in eis, in quibus existunt, & vniuersaliter non sunt de natura accidentium, quorum esse est in alio.

Definitio nõ est eis sm̃o significans illud, qd̃ significat nomen. Vide oppositum. 4. Met. ca. 28. Vide cõtra. Zim.

Sed oratio quidem cuiusq; etiam aliorum erit quid significat, si nomen sit, q̃ hoc huic ineſt: aut pro simplici oratione certior. definitio vero nõ erit, neq; quod quid erat esse. Aut definitio quoq; vt & ipsum quid est multipliciter dicitur. Etenim ipsum quid est vno quidẽ modo substãtiam & quod quid significat, alio vero singula eorum, quæ prædicantur, quantitatem, qualitatem, & quæcunq; cætera talia sunt. Quemadmodum enim et ipsum est, ineſt quidem omnibus, non tamen similiter; sed huic quidem primo, illis vero consequẽter, ita & quod quid est simpliciter substantiæ, cæteris vero quodam modo. etenim interrogare possumus quid est ipsum quale. quare & ipsum quale est eorũ, quorum est qd̃ est, non tñ simpliciter: sed sicut de nõ ente logice quidam aiunt esse ipsum non ens, non simpliciter, sed non ens, ita & ipsum quale.

Ergo erit sermo cuiuslibet aliorum, qui significant quid sit, aut nomen, si fuerit, quod significat ꝙ hoc est: aut loco sermonis simplicis sermo maioris per scrutationis. definitionem autem simpliciter non habebunt, nec illud, quod est per essentiam. Definitio. n. dicitur multis modis, sicut dicitur quiditas. Illud enim ſquod dicitur quoquo modo significat substantiam & hoc, & alio modo vnūquodꝙ prædicamentorum, v. g. & quantitatem, & qualitatem, et alia talia. Qm̄, quemadmodum de substantia interrogatur per quid, similiter de quantitate. quātitas igitur, & qualitas sunt eorum, quæ dicuntur p quid, sed non vt modo simplici, sed vt quidam dixerunt modo logico, in eò ꝙ est non modo simplici, sed illud quod non est tale, & qualitas etiam.

14 Cùm declarauit ꝙ definitio simpliciter non inuenit nisi in substantijs, non in accidentibus, quia sunt compositæ ex substantia & accidente, vult declarare quātum habēt accidentia de intentione definitionis, & d. Ergo erit sermo. i. cùm sit declaratum ꝙ in alijs prædicamentis non inuenitur sermo substantiæ, i. definitio eius, dicamus igitur ꝙ in vnaquaꝙ rerum, quæ sunt nō substantiæ, inuenit sermo, qui significat illud, ꝙ est in ipso, nō definitio simpliciter. Et similiter, si fuerit positum in eis nomen, illud nomen significat, ꝙ hoc est huius, i. significabit sermonem compositū ex duabus intentionibus, subiecto, s. & prædicato. Et d, hoc, qm̄ si iste sermo, homo albus, habet nomen, illud nomē significat hominem, in quo est albedo. D.d. aut loco sermonis simplicis sermo maioris pſcrutationis, &c. i. aut dicamus loco eius, ꝙ diximus definitionē simpliciter, sermonem maioris declarationis cui nomen. qm̄, si habuerint sermonem aut definitionem, nō habebūt nisi illud, quod est maioris declarationis cui nomen, nō definitionem simpliciter. D.d. definitionem aūt simpliciter non habebunt, &c. i. definitionem simpliciter nō habebunt, nec quiditatem simpliciter, i. dantē esse. & quasi dicit, & ista non habent definitionem simpliciter, quia non habent quiditatem simpliciter. Et, cū declarauit ꝙ ista habent definitiones quoquo modo, declarauit ꝙ ista nominatio potest poni, qm̄ definitio dicitur multipliciter, non æquiuoce, & dixit, definitio enim dicitur, &c. i. definitio enim dicitur multis modis ſm numerum eorum, quæ dicuntur in interrogatione ad quid. D. incœpit numerare illos modos diuersæ qditatis, & d. Illud. n. quod dicit quoquo modo, &c. i. illud, quod significat quiditatē, est modo priori, & definitio substantiæ, & huius demonstrati, s. existentis per se. D.d. & alio modo vnumquodꝙ prædicamētoꝝ. i. illud, quod significat quiditatem cuiuslibet prædicamentoꝝ, significat alio modo. & causa in hoc est. qm̄ quiditas in substantia inuenitur alio modo ab eo, quo inuenitur in alijs prædicamentis. in substantia enī inuenit simpliciter, & in alijs prædicamentis ſm quid. & ideo talis est dispositio definitionum, quę significāt has duas quiditates. Proportio enim definitionis ad definitionem debet esse sicut proportio quiditatis ad quiditatem. Et, cum dixit ꝙ habent definitiones aliquas, & quiditates aliquas, incœpit ratiocinari super hoc, & dixit, Qm̄, quēadmodum interrogatur, &c. i. et signū eius, ꝙ alia accidentia habent quiditates, est ꝙ, quemadmodum interrogamus per quid de quiditatibus substantiarum simpliciter, similiter interrogamus per quid quoquo modo de alijs prædicamentis. vel. g. quid est quantitas, & quid est qualitas. D.d. sed vū quidam dixerunt, &c. i. qm̄ nomen definitionis in eis nō dicitur modo simplici, sed definitio est in eis, ſm ꝙ dictum est i definitione priuationis, s. ꝙ est illud, quod non est tale, nec tale, i. illud, quod est non esse alicuius, non esse simpliciter. Et dixit hoc, qm̄ hoc non est aliquid, quod non est simpliciter: qm̄ non est nō esse simpliciter, sicut nec est esse simpliciter, sed nō esse in respectu, cùm non esse est non esse alicuius. D. d. & qualitas, &c. i. & ita est de prædicamēto qualitatis etiam in hoc, sicut de alijs ꝓdicamentis. Et appropriauit qualitatem, vt mihi videtur, qm̄ hoc nomen quale existimatur significare substantiam, cùm quod interrogatur per ipsum in speciebus, quæ significant substātias, & in indiuiduis, significat prædicamentum, quod dicitur quale, quod numeratur in accidentibus.

Definitio accidentium est finis definitionis priuationis. Priuatio nō ens simplicit. Vide oppositū. i. Phy. cō. 9. Vide cōtra. Zim.

Oportet igitur consyderare & quomodo de quocunq; dicere decet, non tamen magis, ꝙ quo se habet. Quare nūc quoꝙ, cū manifestū quod dr̄ sit, ipsum etiā quod quid erat esse fili inerit, primo quidem & simplr substantię, deinde cęteris, sicut & ipsum qd est nō simplr qd erat eē, sed qualitati aut q̄titati qd erat eē. Oportet etenim aut æquiuoce ista esse, aut cū additione vel ablatione. sicut & quod nō scibile, scibile. nam rectius est neq; æquiuoce dicere, neq; eodem modo. sed quemadmodum medicinale, eò ꝙ ad idem quidem & vnum, non autem idem & vnum, non tamen etiam æquiuoce. nullū etenim medicinale corpus, opus, & vas dicitur æquiuoce, neq; secūdum vnum, sed ad vnum, sed hæc quidē quomodocunq; dicere quis velit nihil differt.

Oportet igit vt latitudo sermonis in vnaquaq; rerum sit ſm ꝙ oportet, et non sit in sermone magis. Et ideo, si iste sermo, quem modo diximus, fuerit manifestus, erit illud, quod est in essentia tale, & erit primo modo & simplici substātiæ, deinde alterius etiam, sicut est, nō illud, quod est per essentiā modo simplici. Oportet igitur vt non dicantur entia eodem modo æquiuocationis, sed ſm magis & minus. sicut illud, quod non est notū & verum; etiam de noto & ignoto. sermo enim verus, qui non est modo æquiuoco, sed ſm similitudinem. sicut Medicina, quæ attribuitur alicui, ita ꝙ sit idem, non quia est idem cū eis vnum, neq; modo æquiuoco etiam. Non enim dicitur corpus medicinale, & actio medicinalis æquiuoce, nec vno modo, sed respectu vnius. ista igitur dicātur à dicente quocunq; modo voluerit: quoniam inter ea non est differentia in sermone omnino.

Oportet igitur vt sermo de vnaquaq; rerum sit ſm ꝙ pertinet ad naturam illius rei, & non debet continere magis q̄ illud, quod pertinet ad suam naturam, nec minus. Et d, hoc, [a] quia qui dicit accidētia habere definitiones, dicit ea habere magis quām habent. & similiter qui dicit ꝙ non dicitur de eis hoc nomen ens ꝙ definitio,

Tristitia de quiditate.

Proportio definitionis ad definitionem est sicut proportio quiditatis ad qditatem. Idem in sequenti.

a Hoc nomē ens ſi ſignīat p̄dicamenta mō ꝙuoco, nec vniuoco. vide. 4. Me. cō. 2. & 1. Phy. 15. 2. de Aia. 30. 12. Met. 21. 22 & 5. Meta. 19.

a Qui dixerit accidētia hr̄e definitiones, dicit ea hr̄e magis ꝙ hāt. & ꝙ negat definitiōē in accīdentibus, dicit ea hr̄e minus ꝙ debent hr̄e.

definitio, dicit ea non habere illud, quod debent habere. Et dixit hoc, vt mihi videtur, qm̄ Antiqui habebant in eis has duas opiniones, & ipse iduxit meditam, quę est vera, & ideo dixit. Et ideo si iste sermo, etc. i. et ideo, si noster sermo de definitionibus est iustus, necesse est vt noster sermo de naturis, quas significant definitiones, sit talis. Et dixit hoc, quia posuit principium perscrutationis de istis naturis à definitionibus. D.d. & erit primo, &c. i. & si noster sermo de definitiōibus fuerit verus, tunc definitiones erunt duobus modis. Quorum vnus primo, & simpliciter est definitio substantiæ, & hoc intendebat, cū dixit, & erit primo modo & simplici substantię. Secundus non primo modo, & simplici, sed modo conuenienti naturæ rei, cuius est definitio. Et hoc intendebat, cùm dixit. deinde alterius etiā, sicut. i. definitio erit primo modo substantię, quia est ens simpliciter: deinde erit accidēris etiam, sicut est accidens in suo esse, cùm non sit modo simplici. D.d. Oportet igitur vt non dicantur entia, &c. i. &, cū sit declaratum ꝙ ens simpliciter est substāria, & ꝙ ista habent aliqua entia, oportet ut hoc nomen ens non dicatur de eis æquiuoce pure, sicut nomina, quæ dicūtur de affirmatiua & negatiua, & vniuersaliter de oppositis, & hoc intēdebat, cùm d. ſm magis & minus. quod enim addit affirmatiua, diminuit negatiua. & ideo dixit sicut illud, quod non est notum, & verum etiam, i. sicut illud, quod dixit hoc nomen notum de noto, & ignoto. Et forte intendit per hoc, ꝙ hoc nomen notū dicitur de noto scientia vera, & de noto sophistice. & iste modus æquiuocationis debet numerari inter modos nominum æquiuocorum. & hoc multum inuenit in idiomate Arabico, v. g. Cearam, quod significat lucem & obscuritatem: et Alum, quod significat magnū & paruum. D.d. sermo enim verus, &c. i. sermo. n. verus de istis est, ꝙ hoc nomen ens dicitur de substantia, & de alijs prædicamentis non modo æquiuoco puro, sed ſm ꝙ aliqua attribuuntur eidem, sicut plura attribuuntur Medicinæ, & non est idem in rebus attributis. & hoc intēdebat, cùm d. non quia est idem cum eis vnum, &c. i. & ista attribuuntur eidem, tñ illud idē non est in eis idem in oībus modis, sed in respectu, v. g. qm̄ cùm dicimus herba medicinalis, & instrumentum medicinale attribuuntur eidem, i. Medicinæ, sed non est eadem intentio Medicinæ in instrumento, sicut in herba. qm̄, si ita esset, esset sermo in eis ipsa esse medicinalia, ficut sermo i rebus multis vtuis ipsa esse animalia. D.d. neq; modo æquiuoco, i. & cū ita sit, hoc nomen ens [a] non significat prædicamenta modo æquiuoco, neq; vniuoco. D.d. non. n. dicitur corpus medicinale, &c. i. & hoc nomen ens non dicitur de eis æquiuoce, nec vniuoce; quia hoc nomen ens dicitur de accidentibus, sicut dicitur corpus medicinale, & actio medicinalis. & ista non dicūtur æquiuoce, neq; vniuoce. Et dicit hoc. qm̄ dicere vnumquodq; prędicamentoꝝ esse ens, eò ꝙ deriuatur ab esse, sed esse non ſm vnam et eandem intētionem, est in vnoquoq; eorum. quemadmodum herba, & instrumentum attribuuntur Medicinæ, sed Medicina non inuenitur in eis eadem omnibus modis, nisi inquantum ꝙ inducunt now finē, & prouentunt ab eodē agente, s. Medicina. D.d. ista igitur dicantur, &c. i. & cùm ista intento fuerit intellecta per hoc nomen ens, tunc homo vocat istos sermones * fingentes naturas accidentium qūocunq; modo voluerit definitiones. & si voluerit descriptiones, & definitiones, sunt substantię tamen. & ideo dixit post.

* 2. i. significantęs.

Quo pacto substātiarū, ac aliorū sit definitio.

Illud autem manifestum est, quòd quę primo & simpliciter definitio, & quod quid erat esse substantiarum est, at cęterorum quoq; similiter est, non tamen primo. Non enim est necesse, si hoc ponamus, huius definitionem esse quodcunq; oratione idem significat, sed quod aliqua oratione. hoc autem si vnius sit, non continuatione, sicuti Ilias, aut quæcunq; coniunctione, sed si quoties dicitur vnū. Vnū autem dicitur, sicuti & ens. ens autē, quoddā quod quid, quoddam quantum, quoddam quale quid significat. Quare & albi hominis erit oratio & definitio, alio vero modo & albi, & substantiæ.

Et hoc manifestum est, ꝙ definitio primo modo, & simpliciter, & quid est per essentiā, est substantiæ, & est aliorum similiter etiā, sed non primo modo. Non enim est necesse, si nos posuerimus aliquod subiectū esse, vt sua definitio, quę significat ipsum, sit sicut signatio sermonis, sed aliquis sermo. & illud ēt, qm̄ fuerit vnum, non ita ꝙ sit continuum, sicut dictamen Abah, & omnia, quæ copulantur per aliquod ligamentum: sed cùm fuerit vnū ex eis modo, ſm quos dicitur vnum. Ens vero, quoddam significat hanc substantiam, & quoddam quantitatem, & quoddam qualitatem. & ideo homo albus habebit sermonem & definitionem, sed alio modo, & substantia alio modo.

Cū d. ꝙ nulla est differentia inter hoc, ꝙ homo vocat sermones significantes quiditates cuiuslibet prædicamēti, definitiones autem non, s. qm̄ intellexerit naturam essendi in quolibet eorum, dixit. Et hoc est manifestum, &c. i. declaratum est igitur ex hoc sermone ꝙ definitio primo modo, & simpliciter, & quidditas simpliciter, quam significat definitio, est substantiarū, & manifestum est ꝙ alia etiam habent definitiones similiter, sed non primo modo, s. simplici, sed secūdario. D.d. Non enim est necesse, &c. i. non enim est necesse, si posuerimus aliquid esse, vt habeat definitionem significantem ipsum ad modum significationis definitionis simplicis: sed tantum est necesse, si non habuerit definitionem simplicem, vt habeat aliquam definitionem. D. hoc ne aliquis dicat ꝙ substantia est vna omnium rerum. Et, cùm d. ꝙ illa, quæ habent definitiones, debent esse vnum, excepit ex eis illa, quæ dicūtur vnum per ligationem, & contactum, cùm ista non habeant definitionem, neq; simpliciter, neq; ſm quid. Et d, & illud etiam, &c. i. & est necesse vt aliquid habeat definitionem. qm̄ hoc nomen vnum dicitur de eo, non sicut dicitur de aliquo dictamen esse unum, quia copulatur per coniunctiones, aut quia est eiusdem intentionis, & vniuersaliter, quia omnia dicūtur vnum per ligamenta & copulationem: sed cùm dicitur vnum aliquo modo vero eorum, ſm quos dicitur hoc nomen vnum, vt dictum est in tractatu, in quo distincta sunt omnia. D.d. Ens vero, quoddam significat, &c. i. & cū hoc nomen ens significat substāciam hāc, & quoddam hanc quantitatem, & quoddam qualitatem, manifestum est ꝙ non eadem intentione est eis omnibus definitio & nomen. D.d. & ideo albus homo habebit sermonem, &c. i. homo albus habebit ēt nomen, & definitionem, & ſi r vnūquodq; prædicamentoꝝ. sed definitio & nomē est eis alio mō, & substātiæ alio modo.

16

Ita. quæ sūt vnū per ligationē & contactū, nō habent definitionem, neq; simplr, neq; ſm quid.

c Met. com.

Caput

Caput Quartum. Dubitationes quædam circa copulatorum definitiones, & eorum, quæ ex additione dicuntur: substantiarumq; primo & simpliciter, aliorum uero quodammodo esse definitionem.

HAbet autem dubitationem, siquis non dicat definitionem esse eam, quę ex additione fit, rationem, cuius erit definitio non simplicium, sed copulatorum. Ex additione enim necesse est manifestare. Dico autem, vt puta est nasus, & concauitas, & simitas, quod ex ambobus dicitur: eò q hoc in hoc, & non secundum accidens, neq; concauitas, neq; simitas passio nasi, sed ſm se. nec vt album Callię, aut homini, quoniam Callias albus, cui accidit homini esse: sed vt masculum animali, & æquale quanto, & cuncta, quæ per se esse dicuntur. Hæc autem sunt, in quibus ineſt, aut ratio, aut nomen eius, cuius hæc passio est: & non contingit seperatim ostendere, sicuti album absq; homine contingit, sed non fœminino absq; animali. Quare istorũ quod quid erat esse, & definitio, aut nullius est: aut si est, aliter est, q̃ quemadmodum diximus.

Si igitur aliquis dixerit q̃ sermo, qui recipit additionem, non est definitio, erit in hoc errori. quoniam, si non fuerit, quid igitur est definitio eorum, quæ non sunt simplicia, sed congregata insimul. Necesse est igitur vt significentur, ita q̃ recipiant additamentum. v.g. nasus, & concauitas, & simitas, quæ dicit̃ ex vtroq;. hoc enim est in hoc, & concauitas non est passio nasi modo accidentali, neq; simitas, sed per se. & non sicut Calliæ, aut hominis, qui est Callias albus: accidit. n. ei q̃ sit hõ: sed sicut masculinitas in animalibus, & æqualitas in q̃titate, & omnia, quæ dicuntur per se esse rerum. Et ista sunt omnia, quę sunt in eis, aut definitio, aut nomen, cuius est ista passio: & non potest significare sine ipso alio modo, sicut album potest sine homine, sed fœmina sine animali non potest. Ergo aut non est habitum ab istis illud, quod est per essentiam, & definitio etiam: aut si fuerit, erit alio modo, sicut diximus.

17 Dixit. Si igitur aliquis dixerit, &c. i. si igitur aliquis dixerit q̃ definitiones, in quibus additur natura alia à natura definiti, non sunt definitiones omnino, in hoc erit dubitatio. D.d. qm̃, si non fuerit, &c. i. sed huic positioni continget improbabile: & est vt definitiones sint simplicium, & non compositorum ex subſtantia & accidente compositione essentiali, non compositione accidẽtali: vt homo albus. Et ideo d. Necesse est igitur, &c. i. necesse igitur dicere in definitionibus, quæ significant res compositas essentialiter ex subſtãtia & accidente, eas recipere additionem. D.d. ver. gr. nasus, &c. i. v.g. nasus, & cõcauitas, & simitas, quę significant nasum, & concauitatẽ. D.d. hoc. n. in hoc, &c. idest, & est necesse vt definitio simitatis sit ex ambobus: quia simitas significat nasum & concauitatem, & concauitas non est passio existens in naso per accidẽs, sed per se. & etiam simitas non est in naso, sicut albedo in Socrate, aut homine. simitas enim est in naso de accidentibus essentialibus: albedo autem est in homine de accidentibus non essentialibus. & ideo non necesse est vt homo accipiatur in definitione albedinis, sicut est necesse vt nasus accipiatur in definitione simitatis. hoc enim nomen significat ambo, s. concauitatem, & nasum. D.d. accidit enim ei, &c. i. accidit. n. albo, q̃ sit Socrates aut hõ. D.d. sed sicut masculinum, &c. i. sed concauitas in naso est sicut masculinitas in animalibus, & æqualitas in quantitate. Et intendit q̃ nasus diuiditur in simum & non simum, sicut animal in masculum & fœminam, & quantum in æquale & in inæquale. D.d. Et ista sunt omnia, &c. i. & ista accidentia sunt accidentia & passiones, in quorum definitione accipitur, aut definitio rei, cuius est ipsa passio, aut nomen eius. D.d. & non potest significare sine ipso, i. & nomen istius passionis, & definitio eius non possunt significare ipsam sine eo, quod significat suum subiectum, sicut est possibile in albo & sua definitione, s. q̃ non indigent significare hominem: sed quemadmodum fœmina non potest significari à suo nomine, aut à sua definitione sine animali, ita simitas non potest intelligi sine naso. D.d. Ergo aut non est habitũ, &c. i. ista ergo aut non habent quiditatem veram & definitionẽ veram: aut si habent, habent alio modo. i. secundario.

In definitione accidentium ponit̃ subiectum, non in definitione accidentium q̃ accidens.

30 Et hoc est ita. quoniam subiecta talium accidentium non sunt sicut genera differentiarum. sunt enim diuersa ſm gẽnus, & ſm naturam: quod non contingit in genere & differentia differẽtiarum. neq; illud, quod congregatur ex eis & ex subiecto, est vnum in actu, sicut illud, quod cõgregat̃ ex dr̃ia & genere. et ideo substantiæ sunt digniores definitionibus, & quiditatibus.

Est autem alia quoq; de eis dubitatio. Si. n. idem simus nasus, & concauus nasus, idẽ erit simum, & concauum. Quòd si non, propterea quòd impossibile est dicere simum absq; ipsa re, cuius per se passio est, & simũ erit concauitas in naso, nasum simum aut non est dicere, aut bis idem erit dictũ nasus, nasus concauus. nasus nanq; simus, nasus nasus concauus erit. propter quod inconueniens est talibus ineſſe quod quid erat esse. quod si non, in infinitum progredietur. naso nanque naso simo aliud inerit. Patet igitur quòd solius substantiæ definitio est.

Et in istis rebus est alia dubitatio. Quoniã, si idem est nasus simus, & nasus concauus, idem est simum, & concauorum crurium. Et si non, impossibile enim est vt dicatur simus per se, sine illo cuius est passio, & si simitas est cõcauitas in naso, aut impossibile est vt dicatur nasus simus, aut idem dicetur bis, aut erit nasus aut simus. & ideo ista non habent aliquid, quod est p essentiã. & si nõ, procederet in infinitũ, ita q̃ non erit nasus, postq̃ nõ erit alius. Manifestũ est igitur quòd definitio est substantiarum tantum.

Cùm declarauit q̃ ista definitio vera est substantiarum tantum, quia habent genera & differentias, & in 18
suis

Accidia sit duob⁹ mõis. Idẽ supra c. 17. & primo Phy. 29.

Accidia per accñs nõ habẽt definitionẽ omno. Sed oppositũ videtur dicere supra. 4. & c. 6. Vide com. Zim.

suis definitionibus nõ inuenitur additio, et q̃ accidentia non habent definitiones, q̃m in suis definitionibus accipiuntur definitiones suorum subiectorum, quę nõ sunt genera eis, sed aliæ naturæ, & accidẽtia sunt in subiectis duobus modis, aut accidentaliter, vt albedo in homine, aut essentialiter, vt simitas in naso, et masculinitas in animalibus, & primus modus istorũ duorum non habet definitionem omnino. definitio. n. significat res terminatas in definito. & quia qui consyderat ad istum modum accidentium & non ad alium, negat accidentia habere definitiones omnino: & qui consyderat etiam accidentia habentia subiecta essentialia affirmat ea, habere definitiones simpliciter, ideo incœpit declarare q̃ substantias habere definitiones est manifestum, & q̃ accidentia habent aliquid de intentione definitionis. & quæstio contingens in hoc ex accidentibus, quæ sunt in subiectis per accidens soluti ex hoc, scilicet q̃m accipiũtur in suis subiectis essentialibus: qa tunc habebunt nomina, quę significant vtrunq;, vt simitas. Et, quia aliquis potest dicere in talibus accidentibus, quia habent definitionem substãtiæ: & quę sunt tanq̃ differentiæ suis subiectis, & sua subiecta tanq̃ genera, incœpit etiam declarare impossibilia contingentia huic positioni, & d. Et in istis rebus, &c. i. & est quomodo est dicere q̃ simitas est differentia substantialis nasi, & q̃ illud, quod cõgregatur ex eis, est vnũ: sicut est dispositio in differentia cum genere. Cõtinget enim dicenti hoc vt nasus simus, & nasus cõcauus sint idem. quoniam concauitas est differentia substantialis in naso: et sic nasus concauus erit idem cum naso simo. & ex hoc contingit q̃ crura concaua, & nasus simus sunt idem, s. eiusdem speciei: q̃m subiectum concauitatis est tanq̃ genus concauitatis, & cõcauitas tanquam differentia. & sic omnia, in quibus inueniũtur concauitas, sunt eiusdem speciei: quemadmodum omnia, quæ constituuntur per eandem differentiam, sunt eiusdem speciei. D.d. impossibile enim est vt simus sit p se. i. et contingit hoc, quia impossibile est fingere q̃ simitas existat per se sine subiecto. D.d. &, si simitas est concauitas in naso, &c. i. et, si simitas significat concauitatem in naso, sicut nomen significat congregatũ ex differentia & genere, vt homo animal rationale mortale, necesse est vt nasus non disponatur per simitatem, dicẽdo nasus simus. quoniam tunc aut dicetur idẽ bis, s. q̃ dicere nasus simus erit tanq̃ dicere nasus nasus, aut dicere animal homo: aut simus significat aliquod oppositum ei, quod significat nasus: aut simitas erit aliqd existens per se sine naso. & hoc intendebat, cùm d. aut erit nasus, aut simus. Et hoc est necesse, quando concauitas fuerit differentia substãtialis. q̃m nasus est ei tanquam genus: et sic hoc nomen simitas continet ipsum, sicut genus continet spẽciem compositam ex genere et differentia. Et, cùm dicitur nasus est simus, accidit nugatio, quę non accidit, si concauitas est accidens in naso. hæc. n. simitas non significat nasum, nisi ſm continentiã. Et si dicitur aperte, non sequitur impossibile, s. cùm dicitur nasus simus: cùm profunditas est in eo accidens, erit in potentia: & cùm dicitur in actu, non sequitur impossibile. Si autem profunditas esset substantia in naso, tunc hoc nomen simitas consignificaret nasum in actu, & tunc esset dicere nasus simus, sicut dicere nasus nasus. Et ideo d. & ideo ista non habent aliquid, quod est p essentiã, &c. i. & manifestũ est igitur q̃, si illud hẽr definitionem verã, contingeret vt nasus haberet nasum, & nasus nasum: & sic in infinitum, ita q̃ impossibile esset inuenire nasum, postq̃ non esset alius. Et cũ declarauit q̃ sequitur ex his sermonibus talis nugatio, dixit. Manifestũ est igit̃ q̃ definitio est substantiarũ. t. propter impossibile prædictum.

Oia, quę cõ struunt̃ p eã id̃ ãtiam, sc cuiusdã spẽi.

Si enim & cæterorum quoq; prædicamentorum, necesse ex additione eē. vt qualitatis, & imparis. non. n. sine numero, nec huius, quod est fœmininum, sine animali. Ex additione autem dico, in quibus accidit bis idem dicere, sicut in istis. Quòd si hoc verum est, neq; copulatorum erit, vtpote numeri imparis: sed latet quòd nunc non accurate dicuntur rationes. Si autem & istorum sunt definitiones, aut alio modo sunt, aut, sicuti dictum est, multipliciter est dicendum definitionem, & qd̃qd erat esse. quare quodã mõ qdẽ nullius erit definitio, nulliq; inerit qd̃qd erat esse, nisi substãtijs, quodã mõ vero erit. Quòd igitẽ definitio est ipsius qd erat esse oratio, & quod qd erat esse, aut substãtiarum solũ est, aut maxime primo et simpliciter, manifestum est.

Et si est aliorum predicamentorum, necesse est vt sit ex additione. vt definitio quantitatis, & numeri. quoniam non est sine numero, nec illa, quæ est fœminæ, est sine animali. Et sermo, qui est ex additione, quæ accidit in eis, est dicere bis idem, sicut est in istis. Et si est verum, non erit in cõgregatis insimul, vt numerus impar: sed latet q̃ definitiones non dicuntur perfecte. Si igitur ista habent definitiones. sunt alio modo, sicut dictum est. dicamus igitur q̃ definitio, & illud, quod est per essentiã, dicitur multis modis. ergo quoquo modo nihil omnino habet definitionem, aut illud, quod est per essentiam, nisi substantiæ, & quoquo modo habent. Quòd autẽ definitio est sermo eius, quod est p essentiã, et illud, quod est p essentiã solũmodo substatiæ, aut magis primo modo & simplr, manifestũ est.

Idest, & si alia prædicamenta habent definitionem, 19
necesse est vt in illis definitionibus sit additio supra naturam definiti. D.d. vt definitio quantitatis, &c. i. sicut definitio quantitatis, & imparis, Impar. n. non definitur sine numero, nec numerus sine quantitate. Et similiter fœmina non põt definiri sine eo, quod in sua definitione accipitur, s. animal: & ista sunt subiecta eorum. subiecta igitur eorum additur in definitionibus eorum. D.d. Et sermo, qui est ex additione, &c. i. & accidit in definitione, in qua est additio, s. definitione accidentis, q̃m nititur aliquis definire illud, quod componitur ex subiecto & accidente, dicere idem bis, s. subiectum bis in definitione. necesse est enim definire subiectum per se & accidẽs per se. sed, quia in definitiõe accidentis accipitur subiectum, continget subiectum dici bis in definitione. & si est verum q̃ in definitionibus istorum est additio, i. q̃ idem dicitur bis in definitionẽ congregatt ex duobus, ideo res congregata ex duobus nõ habet definitionem, v. g. numerus impar. Et, quia sermones compositi ex substantijs non dicuntur esse vnum ſm congregationem, cùm sint vnum in actu, plures in potentia, econtrario ei, quod est in sermonibus compositis ex substantijs & accidentibus, deide d. sed latet, &c. i. sed latet q̃ definitiões nõ dicuntur eodem ordine, nec quæritur in eis perfectio eodem
modo,

modo.& ideo,si ista habent definitiones, sunt alio modo definitiones, s. accidentium,& definitiones eorum, quæ congregantur ex accidentibus & substantijs. D.d.dicamus igitur ꝙ definitio,etc.t. ponamus igitur ſm ꝙ apparet ex sermone hoc ꝙ definitio dicitur multis modis:ergo quoquo modo debemus dicere ꝙ nihil habet definitionem præter substantiam, & alio modo possumus dicere quòd omnia habẽt definitionem. Et d.hoc.qm̃ quando intelligitur per definitionem illud,quod dat quiditatem rei propriam sibi, & conuenit nomini sine additione & sine iteratione, tunc definitio non erit nisi in substantijs.et,cùm fuerint accepta alia, quæ sunt præter substantiã,ſm ꝙ sunt entia, contingeт vt habeant definitiones. Et,cùm fuerit positum ꝙ definitio dicitur multis modis,dissoluetur quæstio. & ista est dispositio demonstrationis cum sermonibus logicis, s.quia distinguunt partem veram à falsa. Dicere enim accidentia habere definitiones quodammodo est falsum,quia non habent definitiones substantiæ:& & quodammodo verum est,quia habent aliquas definitiones. D.d. Quod autem definitio,&c.t.declaratum est igitur ex hoc sermone ꝙ definitio simpliciter est sermo,qui significat quiditatem rei, & ꝙ quiditas non inuenitur nisi in substantijs tantum, aut magis in substantijs,& modo priori & simpliciori.

Ista ſ dispositio demõstrationis cum sermonibus logicis, s. quia distinguunt partem veram à falsa.

Caput Quintum. Quo pacto ipsum quidquid est & unumquodq; in primis, & ijs,quæ per se dicuntur,idem sit:in aliis uero,quæ per accidens quodammodo. Sophisticarum item redargutionum solutio.

VTrum autem idem est, an aliud ipsum quid erat esse,& vnumquodq;,perscrutandum.proderit etenim aliquid ad consyderationem de substãtia. Nam & vnumquodq; non videtur aliud esse à sua substantia: & ipsum quid erat esse dicit esse vniuscuiusq; substantia.De his igitur,quę ſm accidens dicuntur,videri possit aliud esse. vtputa albus homo aliud est, et albo homini esse. si enim ipsi homini esse,& albo homini idem: idem n.q; homo,& albus homo,vt aiunt: quare & albo homini,& homini. An non necesse est quæcunq; ſm accidens eadem esse. non.n.extrema similiter eadem fiunt. sed fortassis illud videatur accidere,extrema eadem ſm accidens fieri.vtputa albo esse, & musico esse. videtur autem minime.In his autẽ,quæ per se dicuntur, semper necesse est eadem esse. vt si quæ substantię sunt,quibus diuersæ substãtię non sunt,nec aliæ naturæ priores,quales aiunt alii quę eẽ ideas.Si enim erit aliud ipsum bonum & bono esse,& animal & animali esse,& enti & ipsum ens,erunt & aliæ substantiæ,& naturæ,ac ideæ præter eas, quæ dicuntur: & illæ priores substãtiæ,si ipsum quid erat esse substantię est.Et,si absolutę ad seinuicem,harum quidem non erit scientia,illæ vero non erunt entia.Dico autem absolui, si nec ipsi bono est esse bono,nec huic esse bonũ. Scientia nanq; cuiusq; hæc est,quod quid erat illi esse. & de bono,& de cæteris similiter se habet. Vnde,si neq; ipsi bono esse bonum, nec ipsi enti ens; nec ipsi vni vnũ,similiter autem omnia sunt, certe nihil est quod quid erat eẽ. quare si nec ipsi enti ens,nec aliorum alicui. Item,cui non ineſt bono esse,non bonũ est. necesse est igitur vnum esse bonum & bono esse, & honestum & honesto esse, quæcũq; non per aliud dicuntur,sed prima & per se.etenim hoc sufficiens est,si existit,etiam si non sint formæ:fortassis autem magis, si formæ sint.

Sed perscrutemur vtrum quod est per essentiam,& singulare sint idem,anteq̃ perscrutemur de subſtantia. Singulare. n. existimatur non esse aliud,q̃ substãtia in qua est,& dicitur ꝙ quod quid est per essentiã est substantia singularis in eis. Illa autem, quæ dicuntur per accidens,rectum est existimare esse aliud. v.g homo albus est aliud, & quid est albi hominis per essentiam est aliud. quoniam,si fuerint idem,tunc essentia hominis, & homo albus idem erunt. homo enim & homo albus, vt dicunt,sunt idem:ergo homo albus & homo etiam. Quoniam autem non est necesse vt sint idem omnia, quæ sunt per accidens, quoniam non erunt eadem extrema. sed rectum est existimare hoc accidere eis,vt essentia albi & musici. sed hoc non videtur. In eis autem,quę dicuntur per se,rectum est vt sint idem necessario. sicut dicimus si aliquæ substantiæ sint primę,& non sint substantię aliorum,nec naturæ aliorum, sicut quidam dicũt de formis. Quoniã, si bonum est illud,quod bonum est,erit & essentia boni etiam, & animal & essentia animalis, & essentia entis & ens,& aliæ substantiæ,& naturę,& formę alię ab eis,quæ dicuntur, & illæ substantiæ sunt priores, si quid est per essentiam substantia. Et, si fuerit absolutæ abinuicem,quędam non scientur per scientiam, & quædam non erunt entia.Et dico ea esse absoluta,si bonum per se non habet essentiam boni, neq; illud, quod dicitur hoc,habet essentiam boni.Scire enim cuiuslibet rei hoc est scilicet scire quid est per essentiam.& similiter in bono, & de alijs similiter. Si igitur bonum non habet essentiam boni,ergo ens nõ habet esse,neq; vnum vnum.& similiter omnia aut habebunt quid est per essentiam,aut non habebunt.& si ens non habet,ergo neq; omnino aliud.Et etiam quod non habet quiditatem boni non est bonum. ergo necesse est vt bonum & essentia boni sint idem, & studium & essentia studij sint idẽ,& omnia quæ non dicuntur de alijs, sed sunt prima per se etiam.in istis.n.est sufficientia, si fuerit forma, & si non fuerit. sed

rectum

rectum est etiam vt sint formę,et non est manifestum si sint insimul.

Cùm declarauit ꝙ qditates simplices non inueniuntur nisi in substãtijs,& ꝙ per illas sunt substantię, vult hic perscrutari vtrum ista substãtia, quæ est quiditas, & substantia singularis, s. indiuiduum substantiæ sint idem:ita ꝙ quiditas, quæ est substantia eius, sit quiditas singularis,& illud singulare est substantia p istam quiditatem,aut quiditas rei sit aliud à re in actu. Et quæsiuit hoc propter formas,quas dicit Plato. qm̃ ſm illam opinionem erunt quiditates primarum substantiarum aliæ à primis substãtijs:quia sunt etiam primæ substantiæ existentes p se. Et d.Sed perscremur,&c. ideſt,&, cùm sit declaratum ꝙ quiditates sunt substantiarum singularium, perscrutemur igitur vtrum substantia, quæ est quiditas,& substantia singularis sunt idem,aut non,anteq̃ perscrutemur de substantia, quã significat definitio quid sit. D.d.Singulare enim existimatur,&c.i.apparet.n.ꝙ singulare nihil aliud est q̃ substantia cuius est, s.quiditas eius. & apparet etiam econtrario, s.ꝙ substãtia,quę est quiditas,est substantia singularis.v.g.Socrates est animal rationale.Socrates.n.nihil aliud est q̃ animalitas & rationalitas;quæ sunt quiditates eius:nec animalitas,& ratiõalitas sunt quiditates nisi Socratis & Platonis. D.d.Illa autem, quæ dicuntur per accidens,&c.i.compositа autem ex substantijs & accidentibus,quæ sunt vnum per accidens,dignum est existimare ꝙ prædicabilia eorũ non sunt eadẽ cum quiditatibus eorum, de quibus dicunt. D.d.v.g.homo albus est aliud,&c.i.ver.g.qm̃ homo albus est aliud ab homine simpliciter.qm̃,si homo simpliciter & homo albus essent idem,tunc quiditas hois & quiditas hominis albi essent idem. D.d.hõ.n. &c. contingit enim dicentibus hoc,dicere ꝙ idẽ est dicere homo,& dicere homo albus. deinde notificauit etiam ꝙ contingit dicere econtrario, & d. ergo homo albus & homo,&c.i.& etiam homo albus erit homo tantũ. D.d.Qm̃ autem non est necesse,&c.i.qm̃ autem ipossibile est vt prædicatum & subiectum sint idem i prædicabilibus accidẽtalibus,manifestum est ex hoc,s. ꝙ prædicatum & subiectum,quę sunt extrema,non sunt idem per se,v.g.musicus albus. Et dedit exemplum de hoc modo accidentis.qm̃ dispositio est manifesta in eo,s.ꝙ nõ est eiusmodi,de quo est dicere homo albus, vt distinctum fuit prius in eis,quæ sunt idem per accidens. & hoc intendebat,cùm d. qm̃ non erunt eadem extrema.i.qm̃, cùm prædicauerimus duo accidẽtia de aliquo vno,v.g. vnum hominem esse album,& musicum,non est necesse vt musicum sit album. & per extrema intendebat musicum & album,quia sunt extrema propositionis dicentis musicum esse album. D.d. sed rectum est existimare,&c.i.sed rectũ est existimare ꝙ ista accidentia sunt cum eis,de quibus prædicant eadẽ per se:quia sunt eadem per accidens propter hoc, ꝙ congregantur in eodem.v.g.ꝙ,cùm albũ prędicat de aliquo,& musicum de ipso, existimatur ꝙ propter hoc congregantur in eodem, ꝙ essentia albi & musici est eadem.sed non est ita. D.d. In eis aut, quæ dicuntur per se,&c.i.in eis autem,quæ sunt vnũ per se, rectũ est,dicere ꝙ sunt cum suis qditatibus idem necessario. D.d.sicut dicimus,&c.i.v.g.qm̃,si istæ substantiæ sensibiles sunt primæ substantię,manifestũ est ꝙ ipsę sunt eædem cum suis quiditatibus,i.cũ suis definitionibus. & si non,non erunt primæ substantiæ, sed erunt substantiæ aliorum,sicut contingit ponentibus ꝙ quiditates eorum sunt substantiæ separatæ ab eis.& ideo d. non sint substantiæ aliorum,&c.i.qm̃ ex hoc ꝙ posuimus ꝙ substantiæ sensibiles sunt substantię existentes per se,non per aliud sequitur vt sint cum suis quiditatibus idem. D.d.qm̃,si bonum,&c.i.qm̃, si bonum, quod est bonum,fuerit aliud à quiditate boni, tunc bonum erit aliquid & sua essentia etiam aliud, & animal est aliquid & essentia eius aliud est, & similiter ens & essentia entis.& erunt hic aliæ substãtiæ à primis substantijs,& naturæ,& formæ, & erunt illæ substantiæ, & formæ priores primis substantijs, s. indiuiduis substantiarũ. D.d.Et,si fuerint absolutæ,&c.i.& si quiditates rerum non sunt eadem per se cũ rebus, sed sunt absolutæ abinuicem, continget vt quædam substãtiæ non sint scitæ, s.primæ substãtiæ, qm̃ non sciuntur nisi per quiditates suas:& vt quædam non sint, s. quiditates separatæ.qm̃ quiditates rerum non sunt entes nisi per esse rerum habentium quiditates. Et hoc intendebat,cũ d. Et dico ea esse absoluta,&c.t. & dico ea esse absoluta abinuicem,t.vt quiditas boni existentis per se sit aliud ab eo,vt dicunt ponentes formas, & similiter de quiditate rerũ singularium. D.d.Scire.n.&c.i. & diximus ꝙ contingit vt primæ substantiæ non sint scitæ.quia res non sciuntur nisi per suas quiditates: & cùm suæ quiditates fuerint aliæ ab eis, qũo poterunt sciri? D.inœpit declarare qũo sequitur vt omnia habeant quiditates adunatas cum ipsis,& d. Si igitur bonum,&c.q̃si igitur bonum existẽs per se, s. genus vniuersale,non habet quiditatem boni,tũc ens vniuersale non habet quiditatem entis:& vnum vniuersale non habet quiditatem vnius.& sermo de omnibus in hac intentione debet esse vnius,s.aut habent qditates adunatas cum eis, aut nullam habebit quiditatem adunatam. D.q.& si eas non habet, &c.t. & si ens non est idem cum sua quiditate, nihil est idem cum sua quiditate. D.d.& etiam quod non habet quiditatem boni,&c.t.& si illa,quæ sunt bona,non habent quiditatẽ boni,nõ sunt bona,cùm illud,quod est bonum, habet essentiam boni. D.d.& omnia,quæ non dicuntur de alio,&c.& intendebat primas substantias, t. ꝙ etiam ita est de primis substantijs,s.ꝙ quiditas & hîs quiditatem sunt idem. D.d.in istis enim est sufficientia, si fuerit forma,& si non fuerit.t.in quiditatibus rerum, quæ sunt eadem cum rebus,est sufficiẽtia in hoc,ꝙ res sciantur:siue posuerimus formas separari, vt Plato dicit,siue non. D.d.sed rectum est,&c.t, & rectum est si sint hic formæ,vt Plato dicit,ꝙ in hoc profint in cognitione hominis.nec est etiam manifestum ex scientia * necessaria quòd sint cũ formis sensibilibus, sicut fingunt dicentes formas.

Socrates nihil aliud,ſ q̃ animalitas, & rationalitas, quæ sunt qditates eius.

*a.l.naturę.

Simul autem patet etiã ꝙ,si ideæ sint quales eas quidam aiunt,ꝙ etiam non erit subiectum substantia.has enim substãtias quidem necesse est nõ de subiecto quidem esse. essent enim ſm participationem. Ex his itaq; rationibus vnum & idem non ſm accidens ipsum vnumquodq;,et quod quid erat esse:et ꝙ scire vnumquodq;,hoc est ipsum quid erat esse scire.quare secundum expositionem necesse est vnum quiddam ambo esse. Quòd autem ſm accidens dicitur,vt musicum, aut album, propterea quod duplex significat,non est verum dicere,quod idem sit quod quid erat eẽ, & ipsum:etenim,cui accidit albũ,& accidens. quare,quodam modo quidem est,quodã modo verò non est idem quod quid erat esse & ipsum.homini nanq;,& albo homini non est

idem,

idem,passione vero idem.Absurdum autem apparet,& si quis vnicuiq; ipsorum quid erat esse nomen imponat.erit nanq; etiam prꝛter illud,aliud,quod quid erat esse equo. At vero quid prohibet nunc quoq; è vestigio esse quædam quid erat esse,si substantia quidē est quod quid erat eē? enimuero nō solū vnum, sed ratio etiam eorum eadem,vt ex dictis patet.nō enim ſm accidens vnum vni esse,& ipsum vnum.Item, si aliud erit, in infinitum procedet. etenim hoc quidem erit quid erat esse vni esse, illud vero vnum. quare de illis quoq; eadē ratio erit.Quòd igitur de primis, & quæ per se dicuntur,vnicuiq; esse,& vnū quodq; idem,& vnum est, patet. Sophisticæ autem ad hanc positionē redargutiones manifestum est quòd eadem solutione soluunt̄, & si idem Socrates,& Socrati esse. nihil enim differt,nec ex quibus aliquis interrogauerit, nec ex quibus soluēs obtinuerit. Quo igitur modo idem cuique est quod quid erat esse,& quomodo non idem,dictum est.

Et formæ si sint,sicut dicunt quidam, tunc subiectum non erit substantia. quoniam necesse est vt illæ substātię non sint de subiecto, & si nō sint modo communicationis. Ex hoc igitur sermone quodlibet & quid, est per essentiam idem,& non modo accidentali. & q̄ scientia cuiuslibet rei est ista,ſ. scire quid est p essentiam.per hanc igitur positionem necesse est vt ambo sint idem. Quæ autem dicūtur per accidens vt musicum, aut album, quia significant duo,ideo non est necessarium dicere q̄ sint idem per essentiam.illud etenim, cui accidit album,et accidens etiam est ſm vnum modum idem,& quid est per essentiā, & ſm alium non est idem.secundum autem q̄ sunt hominis,& hominis albi,nō sunt idem: secundum autem q̄ sunt passiones,sunt idem.Et,si aliquis existimauerit q̄ quodlibet nomen habet quid per essentiam,apparebit cōtrarium. erit enim apud ipsum quid est per essentiam aliud etiā.v.gr. equus est aliud,et quid est per essentiam equi est aliud. Et quid prohibet in quibusdam rebus, vt̄ sit quidem per essentiā ſtatim vt modo sit, si quidem per essentiā est substantiæ,& etiam non erit idem solum,sed definitio eius erit etiam idem,sicut manifestū̄ est de dictis etiam.essentia enim vnius & vnū non sunt idem modo accidentali. Et si fuerit etiam aliud,procedetur in infinitum. quoddam enim quid est erit per essentiam vnum, & quoddam quod est vnum. iste igitur sermo dicitur de illis etiam.Manifestum est igitur q̄ in rebus primis, quæ dicuntur per se, etiam essentia cuiuslibet rerum singularium, & quodlibet singulare sunt idem, & vnum; Et manifestum est q̄ redargutio Sophistarū dissoluitur hac solutione,& q̄ Socrates & essentia Socratis sunt idem.non enim est differentia inter ea, neq; ex illo, quod est rectum quæri ab aliquo, nec ex illo,cuius dissolutio est difficilis. Dictum est igitur qūo quid est, p essentiam est singulare,& quomodo non.

Ideſt,Et si formę sunt, vt dicunt, necesse est vt indiuidua substantiarum non sunt idem. Ista.n. non sunt substantiæ, nisi per formas.& formæ separatæ non dicuntur de subiecto,quia essent non separatę,& cōmunicantes subiecto.& si hoc esset, essent generabiles,& corruptibiles.et hoc est contra positionem eorum,qui dicunt formas esse. D.d.ex hoc igitur sermone,&c.t. ex istis igitur sermonibus, quos diximus, apparet q̄ quid,& sua quiditas sunt idem,et q̄ non sunt idem per accidens.v.g.qm̄ homo,& sua quiditas, quæ est aīal rationale sunt idem non separabiles.& similiter rationalitas & animalitas, quę sunt in eo, sunt idem in actu, & duo in potentia. D.d.et q̄ scia cuiuslibet rei,&c.t. & manifestum est ex hoc,quod diximus,q̄ scięntia cuiuslibet rei est ex sua quiditate.quoniam omnis res est idem cum sua quiditate.qm̄, si illa, quæ significant partes definitionum,& definitiones essent separatę à definitis,essent alia.&,si essent alia,tunc scientia definitorum non esset à definitione. D.d.per hanc igitur positionem,&c.t.potest intelligi sic.& quia conuenimus cum aduersarijs in hoc, q̄ omnes res non sciuntur nisi per suas definitiones,debent concedere q̄ illa, quæ significant definitiones,& partes earum),non sunt separata à definitis,sed sunt idem essentialiter. Et potest intelligi sic.& per has propositiones, quas posuimus, cogitur considerans credere q̄ quiditas,& habens quiditatem sunt idem. D.d.Quæ autem dicuntur p accidens,&c.t.illa autem,quę dicuntur per accidēs. v.g. homo albus,& homo musicus,quia iste sermo significat duas naturas diuersas,ſ.albedinem et musicā, ideo sermo compositus ex eis non est idem:& ideo non hūt vnā cōem definitionē. D.d.illud.n.cui accidit,etc.t. illud.n.cui accidit albedo,est aliud ab albedine:et accidens ſm q̄ pōt p̄dicari de suo subiecto,qa est eius passio,est idem:& ſm q̄ natura eius non est natura subiecti,non est idem.& hoc intendebat, cùm d. ſm autē q̄ sunt hominis,& hominis albi,&c.t.ſm autem q̄ accidentia sunt in subiectis,non sunt subiecta:ſm autem q̄ sunt passiones subiectorum, sunt idem. v.g. homo albus. Et intendit,qm̄ ſm q̄ sunt passiones substantiarū possunt prædicari de substantijs ſm q̄ nomina non ſm definitiones:ſm.n. definitiones non possunt prædicari de substantijs.& hoc d.in categorijs. D.d.Et, si aliquis existimauerit,&c.t.& si aliquis existimauerit q̄ omne habens nomen habet definitionem, ſm illud nomen apparebit contrarium.qm̄,si omne nomen haberet definitionem, tunc quiditas rei, t. forma eius haberet definitionem,&,si ita esset,contingeret quòd quiditas equi esset aliud ab equo ſm definitionē. D.d. Et quid prohibet in quibusdam, &c.t. & quid prohibet in substantijs q̄ posuerimus q̄ illud, quod significant definitiones eas sint substantia, vt sint idē cū eis, quę signant definitiones,& nō sunt aliæ. D.d. & etiā non erit idem solum,t.et definitum non erit vnum tm̄ū sed definitum et definitio sunt idem,sicut declaratū̄ est superius. v.g.q̄ homo non est vnum tantū, sed vnum cum sua definitione. D.d.Et,si fuerit etiā aliud, procedetur in infinitum.t.& si illud, quod significat definitio, habet naturā aliam à natura definiti, t. naturam existentem

existentē in actu extra naturam definiti, sequitur vt natura, quam significat definitio, habeat secundā definitionem significantem tertiam naturam extrinsecam à natura secūda,& tertia quartam,& sic in infinitum. D.d.quoddā.n.quid est erit per essentiam,&c.t.idē.n. diuidetur in duas partes, quarū vtraq; est vnum,ſ. in formam,& illud,cuius est forma,& intendit, si forma habuerit definitionem,& materia definitionem,cuius quoddam est quiditas & vnum,et quoddam est illud, cuius est quiditas & vnū, aliud habebit aliā definitionem. D.d.iste igitur sermo dī de illis ēt.t.v.g. qm̄ forma & materia,si hūt definitionem,necesse est vt diuidant̄ in duas partes: quaꝝ vtraq; diuidet in definitionē,& definitum: & cū hoc quod congregat ex eis, est vnū. D.d.Manifestum est igit q̄ ī rebus primis, quę dīr per se,etiam essentia cuiuslibet rerum singularū, & quodlibet singulare sunt idē,& vnū,&c. t. manifestum est igitur q̄ quælibet primaꝝ substantiarum est idē cum sua quiditate. D.d.Et manifestum est q̄ redargutio,&c.t.* qm̄ Sophistæ quærebant si homo est vnus,si respondeē q̄ ita, dicunt, nonne homo est aīal et rationale:ergo est vnum & nō vnum.& ideo dixit q̄ per istam eādem solutionem dissoluitur ista quęstio,ſ. q̄ dicēt eis q̄ hō & sua definitio sunt vnum in actu, & plura in potentia.& hoc intendebat, cū d. & q̄ Socrates,et essentia Socratis,&c. Et forte qō Sophistarum est ista. quiditas hoīs aut est eadem cū hoīe, aut aliud. si aliud,tunc hō non habebit qditatem.si idē, tunc qditas hoīs est homo:et hō habet qditatem:ergo quiditas habebit qditatem.& sic in infinitum. Et solutio est. qm̄ quiditas hoīs est hō vno modo: & non est hō alio modo:& est forma hoīs,& non est hō,qui est cōgregatus ex materia & forma.& hoc intendebat, cū d. neq; ex illo,quod est rectum quæri ab aliquo, &c.t. & per istum sermonem dissoluuntur oēs qōnes quę fiūt ī hac intentione, siue fuerint facilis dissolutionis, siue difficilis. D.d. Dictum est igitur qūo quid est, per essentiam,&c.t.declaratum est igitur ex hoc sermone modus,ex quo apparet q̄ substantia sola est definita,& q̄ est vnum,t.qm̄ est vnum in actu, & non vnum in potentia,t.q̄ natura actus non est eadem cum natura potentiæ.sed Sophistæ accipiebant definitionem, & definitum vnum quodāmodo, & non vnū quodāmodo.

Dubium Anthenis. p trid. t. Met. t. 10.

* 2.t.qū.

Quiditas hoīs est hō vno mō, & nō hō alio modo, & est forma hoīs. idem infra t. 14. & 43. t. Met. cō.

Caput Sextū. Entiū alia natura,alia arte,alia casu: omnia uero ab aliquo, ex aliquo, & aliquid fieri.

EOrum autem,quæ fiunt,quædam natura,quædam arte,quędā à casu fiunt.Omnia vero,quę fiunt,& ab aliquo, & ex aliquo, ac aliquid fiunt. Aliquid vero dico, secūdum quodq; prædicamentum. aut enim hoc, aut quantū,aut quale,aut vbi. Generationes vero, naturales quidem hæ eorum sunt, quorū generatio ex natura est. ex quo autem fit, ea est,quam materiam dicimus.à quo vero, qppiam eorum est,quæ natura sunt. ipsum autem aliquid,homo,aut planta,aut quicq̄ aliud simílium, quæ maxime dicimus substantias esse.Cūcta vero,quæ aut natura,aut arte fiūt, habent materiam.possibile.n.est esse, & non esse eorum vnumquodq;.hoc autem cuique materia.Vniuersaliter vero & id,ex quo natura,& illud,per quod natura.quod.n.fit,habet naturam,vt planta,aut aial. Et à quo, natura quæ ſm formam dicitur,quę eiusdem speciē est.hæc autem in alio est.homo nanq; hoiem generat.sic igitur fiunt,quæ ob naturam fiūt. Cæteræ vero generationes dicuntur effectiones. Omnes autem effectiones, aut ab arte, aut à potestate,aut ab intellectu.

Illa aūt,quę generantur, quædā generātur natura,& quędā artificio,& quędā ex illo, qd̄ est p se.Et oē,quod gñatur,est aliqd,& ab aliquo p aliqd.Et dico aliqd, quodlibet p̄dicabile,aut hoc,aut q̄tū,aut vbi, aut quale. Gñabiliū autem quędā sunt,quoꝝ gñatio est à natura.& ex eis quoddā est illud, ex quo est gñatio,quod est materia:& quoddā illud,p quod fit aliud,quod fit à natura, aut hoc, aut domo, aut aliud tale,de qbus dicimus eas esse substātias.Et oīa,quę gñantur aut à natura,aut artificio,habēt materiam.quodlibet.n.eorum habet potentiā ad esse & nō esse.& hoc in quolibet est materia.& quod habet naturā,& est generatum hīs naturā,vt domus, aut aīal.Et illud, p quod est illa natura, est illud,quod dī per formā,aut simile formæ,& est in alio. homo.n.generat.illa.n.quæ sunt p naturam ſm hoc gñantur.Gñabilia autē alia dīr actiones. Et omnes actiones,aut sunt à potentia, aut artificio,aut cognitione,aut casu, aut ex se.

Intendit in hoc capitulo declarare, quòd formę Platonis nihil prosunt ad generationē: qm̄, cùm destruxit eas non prodesse in scientia, si concessimus eas esse, vult etiam in hoc capitulo destruere eas non prodesse in generatione. Et d.Illa autem,quę generātur, &c.t. & manifestum est q̄ omne,quod generatur, generat̄ ab aliquo trū, aut à natura, aut ab artificio, aut ex se, ſcilicet casu.D.d.Et oē,quod generat̄, est aliqd. &c.t. et omne,quod generatur,est aliquid decē prędicamentoꝝ,& gñatur ab aliquo,& est materia: & q̄ aliquid, & est agens.& dico gñabile esse aliqd,ſ. substantiā, & aliquod aliorꝝ prędicamentorꝝ. D.d.Gñabilium autē,&c.t.gñabilium aūt quędam sunt naturalia,& sunt illa,q̄ sunt à natura. Et,cū induxit gñabilia p naturā, incēpit narrare q̄ cā materialis cuiuslibet eoꝝ est subgñis,& d.& ex eis quoddā ē illud,&c.t.ex gñabilibus p naturā inuenīt cā materialis,& agēs gñabilia, vt hō, aut aliud gñabilium.Et d. aut aliud tale, innuēdo q̄ sermo eius est de generabilibus,quæ sunt in prædicamento substantiæ,quæ dicuntur generari proprie. generabilia autem,quæ sunt in alijs prędicamentis,magis dicuntur pati,q̄ generari. Et,cū declarauit q̄ generabilia naturalia fiunt à materia,& ab agente,quæ sunt huius generis, t. gñabilium naturaliter, incēpit narrare q̄ artificialia conueniunt cū rebus naturalibus in istis tribus,ſ.q̄ habent materiam,& q̄ sunt per aliquod,& q̄ sunt aliquid, & d.Et omnia,quæ gñantur aut natura,&c. D.d.cām,propter quam quodlibet eorum hābet materiā,& d.quodlibet.n.eoꝝ,&c.t.Quolibet.n. eoꝝ inuenī aliquid,quod pōt recipere formā naturalē: aut artificialem: aut non pōt recipere, & quod est tale dī materia,& est illud,ex quo est natura totius. D.d. & qđ habet naturā,&c.t.& cōueniunt ēt oēs res gñabiles hūtes naturā & formā in forma & natura. gñabiliū.n.habet naturā et formā.vt hō ī rebus naturalibus,

& domus in rebus artificialibus. & d. aut ſiſſe, ꝓpter illa, quæ generantur à natura communi duabus formis diuerſis, vt mulus ab equo, & aſino. D.d. Generabilia autem alia dicuntur actiones, i. generabilia autem alia, præter illa, quę ſunt in ſubſtantijs, magis dñr acta ꝙ generata. Et cũ d. iſta, induxit etiam cauſas agentes ea, & d. Et omnes actiones, &c. i. & intendit per artificium potentiam artis: & per potentiam virtutem aſiatam & naturalem: et ꝓ cognitionem illud, quod homo agit à cogitatione & voluntate: & ꝓ illud, quod eſt ex ſe, caſum, qui eſt à natura, & ab anima: & per caſum, q̃ eſt voluntarius, vt dictum eſt in Secũdo Phyſi. & non dixit in generabilibus per naturam, ſ. generabilibus in ſubſtantia ea generari ab illo, quod eſt per ſe. quoniam nulla ſpecies inuenitur fieri caſu, ſed inuenitur aliquod ſimile ei, quod fit caſu, ſcilicet ſpecies, quę fiunt ex ſe, non ex ſimili, vt poſt dicet.

2. Phyſi. 67.

Nulla ſpẽs inuenitur fieri caſu. Idẽ. 6. Me. cõ. 4. et 6. & 8. Ph. c. 46. tex. c. 32.

Harum autem quędam etiam à caſu fiunt, & à fortuna, perinde atq; in his, quæ à natura fiunt. quædam enim & illic, eadem & ex ſemine, et abſq; ſemine fiunt. de his itaq; poſtea conſyderandum eſt. Ab arte autem fiũt, quorum forma in anima. formam autem dico ipſum quid erat eſſe vniuſcuiuſq;, et primá ſubſtantiam. Etenim contrariorum quodam modo eadem forma eſt. priuationis nanque ſubſtantia oppoſita ſubſtantia, vt ſanitas ægritudinis. illius enim abſentia oſtenditur ægritudo. ſanitas vero eſt ratio, quæ in anima & in ſcientia eſt. Fit autem ſanum, ita intelligente. cùm hoc ſanitas ſit, neceſſe eſt, ſi ſanitas erit, hoc fieri, vtputa æqualitatem. quòd ſi hoc, caliditatem. & ita ſemper intelligit, donec rediga t in illud, quod ipſe poteſt vltimum facere. Deinde motus, qui iam poſt hæc fit, effectio ad ſanitatem appellatur. Quare quodam modo ex ſanitate ſanitatem accidit fieri, & domũ ex domo, quæ ſine materia, eam, quæ habet materiam. Ars enim medendi, & ędificandi eſt forma ſanitatis, & domus. dico autem ſubſtantiam ab ſcq; materia quod quid erat eẽ. Generationum autem, & motuum, hæc quidem itellectio, illa vero effectio vocatur. quæ quidem à principio & forma, intellectio: quę vero ab vltimo ipſius intellectionis, effectio. Similiter autem et in cæteris medijs vnumquodq; fit. dico autem, vtputa, ſi conualeſcet, oportet adæquari. quid igitur eſt adæquari? hoc autem erit, ſi caleſiet. hoc autem quid eſt? hoc quidem. hoc autem poteſtate ineſt, hoc vero iam in ipſo eſt. Faciens igitur, et vnde conualeſcendi motus incipit, ſi ab arte, forma eſt in anima. quòd ſi à caſu, ab eo, quod eſt faciendi principium illi, qui ab arte facit. ſicuti fortaſſis et in medendo principium à caleſaciendo fit. hoc autem facit frication e. Calor itaq; in corpore, aut pars ſanitatis, aut ſequitur eum aliquid tale, quod eſt pars ſanitatis, aut plura. hoc autẽ vltimum faciens, et quod ita pars eſt ſanitatis, et domus, eſ aliorum, vt lapides. Quare, quemadmodum dicitur, impoſſibile eſt fieri, ſi nihil præexiſtat.

Hic habes Methodos Reſolutiuã, ac Compoſitiuam.

Sanitas vero eſt definitio, quæ eſt in aĩa, et ſcia etiam. Et erit ſanitas eius, qui infirmatur ſm hũc modum. cũ illud fuerit ſanitas, neceſſe eſt, ſi hoc ſanatur, vt habuerit naturã diuerſam. et ſi hoc fuerit, erit calor. et ſm hunc modum dicemus vnum poſt aliud, donec perueniamus i hoc, quod impoſſe eſt vt poſt ipſum ſit aliud. Deinde motus, q̃ eſt ex hoc, eſt actio eius, quod præceſſit ad ſanitatẽ: ita ꝙ accidit quoquo modo vt ſanitas ſit ex ſanitate, domus ex domo, quæ ſunt non à materia, illa, quæ ſunt ex materia. Ars. n. medicinæ, & ars ædificatoria ſunt forma ſanitatis, & forma domus. & dico ſubſtantiã, & hoc eſt tale, & eſt talis in potentia. Et eſt talis cauſa agẽs, & illud, ex quo eſt principium motus. ſanitas. n. ſi eſt ab artificio, eſt à forma, quæ eſt in aĩa. & ſi eſt ex illo, qđ eſt ꝓ ſe, erit illud, quod eſt ex hoc. & cũ principium actionis eſt agens ex artificio, vt operari ꝓ medicinã, rectum eſt vt principium ſit ex caleſactione, et erit hoc per conſricationem. Calor igitur, qui eſt in corpore, aut eſt pars ſanitatis, aut aliquid tale ſequitur ipſum, & eſt pars ſanitatis, aut erit per plura, quorum vnum eſt agens, & eſt ſecundũ hunc modum etiam pars ſanitatis, & domus.

Sanitas ſ aſa & extra, anĩa ſ ſ idẽ: vide oppoſitũ 15. h°. c. 25.

Hic exponit textũ ſuum.

Diſſolo ſit ſcipiẽdo a poſteriori, & ꝙ ueniendo ad primum principium. Sed oppoſitũ. vide. 2. Meta. cõ. 11. Vide contr. Zim.

Principium operatiõis eſt finis cognitiõis, & eccõuerſa. Idem. 2. phy. cõ. 89.

Materia nõ prædicat de eo, cuius ẽ materia, niſi ſm denominationẽ. Idẽ infra 4. 14. & 4. 16. & 7. 17. & 8. 6. et 9. Meta cõ. 12. Idẽ 1. c. ſequẽs. & 1. Met. c. 1. & in. 2. Phy. c. 19. Sed vide oppoſitũ 2. de Generat cõ. 4. Vide cõtra. Zim.

Fofa nõ eſt gñabilis nec corruptibil. niſi ꝙ accĩs. Idẽ 1. phy. 26. 2. cæ. & 1. Idẽ. 8. Met. c. 18. & 12. Met. cõ. 18.

Iſte ſermo non videtur cõtinuus cum ſermone prædicto. & in libro Nicolai Peripatetici, & in eius abbreuiatione ex hoc libro dicit. & actiões reſiduæ aut erũt ab artificio, aut à potentia. & pauca generabilia erunt ex ſe, & caſu, quemadmodum in rebus naturalibus eſt etiã aliquid, quod generatur ex ſeminibus, & aliquid, quod generatur ex non ſeminibus. Debet igitur legi continuum cum hoc, quòd dixit, ꝙ quædam erunt ex ſe & caſu, quemadmodum in rebus naturalibus etiam eſt aliquid, quod generatur ex ſeminibus, & aliquid, quod generatur ex non ſeminibus, i. ꝙ illud, quod generatur ex non ſeminibus, eſt ſimile actionibus, quæ fiunt caſu. Deinde inuenimus in lib. Nicolai ſequi. Et generabilia ab artificio ſunt illa, quorum formæ, & q̃ditates ſunt exiſtentes in aĩa, ſ. in prima ſubſtantia. & illæ formę ſunt quodammodo eadem forma. Multotiens etiam ſcimus formam per non eſſe, & non eſſe per formam: qm̃ non exiſtunt ſiſimul, vt ſanitas, & infirmitas, ſed corruptio alterius eſt generatio reliqui. Et ſanitas dicitur duobus modis. dicitur. n. de forma, q̃ eſt in aĩa, & de habitu, qui eſt in corpore. & ambo ſunt idem: ſed ſanitas ſecundo modo inuenit ab ea, quę eſt ſm primũ modum. Et, cùm ita ſit, eſt poſt iſtã, aut iſta eſt ſanitas. & poſt hunc ſermonem inuenimus ſermonem Ariſt. Et Nicolaus intendit per hoc, quod dicit. & generabilia ab artificio, &c. i. & res exiſtentes ab artificio, ſunt illa, quorum formę, et quiditates ſunt in anima: & formę cõtrarię exiſtentes in aĩa, ſunt quodammodo eadem forma: & ideo recipit aĩa contrarias formas. D.d. cauſam in hoc, & d. multotiens. n. & c. i. & ſignum huius eſt, qm̃ multotiens ſcimus formas per ſuas formas contrarias, & cõtraria per ſuas formas. & hoc erit ſm illud, quod eſt manifeſtius, non qa congregantur

2 3 Introductio Nicolai.

Fofæ cõtrariæ exiſtes i aĩa ſi q̃dammõ cadẽt forma. & ſic aĩa recipit contrarias formas vide 6 Met. c. 8.

gantur in anima dũæ formæ contrariæ inſimul, ſicut non congregantur extra animam: qm̃ eſſe alterius eſt corruptio reliqui, & corruptio alterius eſt generatio reliqui. D.d. & ſanitas dicitur duobus modis, &c. i. & cùm ita ſit, manifeſtum eſt ꝙ forma artis dicit duobus modis: quorum vnus eſt forma, quę eſt in anima, & alius eſt illa, quæ eſt extra animam, & ſunt idem: & ꝙ illa, quæ eſt extra animam, eſt ab illa, quæ eſt in aĩa. v. g. quoniã ſanitas dicitur duobus modis. dicitur. n. de intellectu ſanitatis, qui eſt in anima, et dicitur de ſanitate exiſtente in corpore: & ꝙ ſanitas, quæ eſt in corpore, eſt à ſanitate, quæ eſt in anima. & hoc intẽdebat i hoc cap. declarare ſcilicet ꝙ artificiũ in hoc eſt ſiſe natura, ſ. ꝙ in hoc, ꝙ illud quod fit, fit ab eodem i forma, aut à ſimili. & ideo dicit ꝙ ſanitas in anima eſt ſanitas prima intentione. D.d. & cùm ita ſit, &c. ideſt ſanitas igitur, quę eſt extra animam, eſt per ſanitatem, quę eſt in anima: aut ſanitas, quæ eſt in anima, eſt ſanitas ſimpliciter, & quę eſt extra animam, eſt poſterior. Dein de incœpit dicere quomodo inuenitur ſanitas, quæ eſt extra animam, à ſanitate, quæ eſt in anima. & hoc eſt de verbis Ariſt. cùm dixit. Sanitas vero eſt definitio, quæ eſt in anima, & ſcia etiã, &c. i. ſanitas vero in rei veritate eſt definitio ſanitatis, quæ eſt in anima. & ſcire ipſam nõ eſt ſanitas, quæ eſt extra animam. D.d. Et erit ſanitas eius, qui infirmatur ſm hunc modum, i. & ſanitas, quæ eſt extra animam, eſt à ſanitate, quæ eſt in anima, ſm ꝙ dicam. D.d. cùm illud fuerit ſanitas, neceſſe eſt, &c. ideſt, & cùm iſte iſirmus eſt modo ſanus, neceſſe eſt vt fluxus naturæ fuerit. & ſi fluxus naturæ fuerit, neceſſe eſt calorem fuiſſe. & ſi calor eſt, neceſſe eſt poraſſe laxatiuum. & hoc intẽdebat, cùm dixit. &, ſi hoc eſt, tam fuit calor. D.d. & ſecundum hunc modum dicemus vnum poſt aliud, &c. i, & ſic dicemus vnum poſt aliud ſecundum diſſolutionem, ſ. incipiẽdo à poſteriori, & puentẽdo ad primũ principiũ in cognitione. D.d. Deide motus, q̃ eſt ex hoc, eſt actio, &c. i. deinde motus, qui incœpit ab vltimo in diſſolutione, & eſt compoſitio, dicitur actio procedens ad ſanitatẽ, ita ꝙ accidat, ꝙ ſanitas, quę eſt extra animam, ſit ad ſanitatem, quæ eſt in anima. Et intendebat ꝙ eſſe ſanitatis, quę eſt in anima, eſt in compoſitione ad eſſe ſanitatis, quę eſt extra animam. & hoc eſt illud, quod dicitur, ꝙ pricipium operationis eſt finis cognitionis: & principium cognitionis eſt finis operationis. D.d. quæ ſunt non à materia, illa, quæ ſunt à materia, i. & à domo, quæ eſt in anima. & hoc intendebat, cùm dixit. nõ à materia erit domus, quæ eſt extra animam, & eſt illa, quę eſt in materia. D.d. Ars. n. medicinæ, &c. i. & cauſa eius eſt, qm̃ ars medicinę, quę eſt in anima, eſt eadem cum forma medicinę, quę eſt extra animam. & ſimiliter de arte ędificatoria cum formis ædificatorũ. D.d. & dico ſubſtantiam. & forte intẽdit. & dico ſubſtantiam, i. formam ſine materia, formã quę eſt in anima: & formam quę eſt in materia, formam quę eſt extra aĩam. Deinde cum hoc copulatur hoc, quod dicit, & hoc eſt tale, &c. & in ſanitate inueniuntur tria, quę inueniuntur in oĩbus generabilibus. Eſt. n. aliquid, & ex aliquo in potentia, & per aliquid in actu: & eſt illud quod aſſimilatur principio motionis. D. incœpit dicere ſpecies cãrum agentium, & d. ſanitas. n. & c. i. ſanitas. n. & ſi fuerit ab arte medicinę, tunc primũ agẽs ſanitatem eſt forma ſanitatis, quę in anima: et ſi fuerit ſine arte, tunc agẽs ipſam eſt ex ſanitate, quę eſt in corpore ſanabilit. ſed eſt diminutum, & ideo indiget artificio. Et dicit hoc, qm̃ virtutes naturales generatuę ſunt ſimiles virtutibus artificialibus. D.d. & cùm principium actionis, & c. i. v. g. ſanitate, quę fit ab artificio, rectum eſt igitur vt ſanitas fiat ex caleſactione: & caleſactio fiat ex cõfricatiõe, aut à potu vini, & ſimilibus. Calor igitur, qui eſt in corpore, qui fit à confricatione, aut à potu vini, aut eſt pars ſanitatis, aut illud, quod ſequitur ex eo, eſt pars ſanitatis. & hoc aut erit vnũ, aut plura. omnia igitur iſta erunt partes ſanitatis. et vnum eorum erit primum agens, ſ. calor: & etiam eſt quoquo modo pars ſanitatis. Et intendebat ꝙ ſanitas, quę eſt à non artificio, eſt etiam à ſanitate aliqua, aut à parte ſanitatis: cùm artificium neceſſario vtatur in inueniendo ſanitatem in iſta parte ſanitatis, ſ. quę eſt in rẽ ſanabili. Et in libro Nicolai inuenitur ſequi. domus igitur, & ſanitas, et ſphęra cupri, quę eſt ex eis exiſtens in materia: quoniam aliqua pars non eſt cum materia, quę habet illud, quod eſt genus etiã. hoc enim eſt vniuerſale. materia vero, & illud ex quo eſt aliquid, nõ dicetur ſemp ſm ęquiuocationem, cũ illo, quod fit ex ipſa ſm ꝙ circulus fit, aut ex cupro, aut ex lapide. hoc. n. non nominatur à nomine alterius iſtorum. i. domus autem & ſanitas pars eorum, quę eſt in materia, ſcilicet forma, quę eſt extra animam, bene poteſt prædicari de illa parte nomen formę communis illi parti, & definitio eius, quę eſt in anima. & iſta forma dicitur genus. pars autem, quę eſt materia domus & ſphęrę, non poteſt prędicari de compoſito nomen eius, nec definitio eius. ſphęra. n. cupri dicitur ſphęra, ſed non dicitur cuprum. ſed, ſi dicatur, dicetur ſm denominationẽ, v. gr. cuprea, & ꝙ in hoc capitulo intendit declarare naturã generationis. Et hoc inuenitur in ſermone Ari. in cap. ſequenti, in quo dicit. dr in ſermone, & c. i. etiã declarat. diſtam inter formam & materiã, & dat propoſitionem eo, quod vult declarare, ꝙ forma nec eſt generabilis, nec eſt corruptibilis, niſi per accidens. & ſiſr eſt de materia, & ꝙ generabile & corruptibile in rei veritate eſt individuum compoſitum ex forma & materia.

Quòd igitur pars ex neceſſitate exiſtet, patet. materia nanq; pars. ineſt etiam hæc, & fit. Sed vtrum eorum etiam eſt, quæ in ratione? vtroq; quidem modo dicimus multos circulos quidnam ſint, & materiam dicentes, q. es, & formã, quòd talis figura, & hoc eſt genus, in quo primo ponitur. æneus autem circulus habet in ipſa ratione materiam. Ex quo vero tanquam materia fiũt, aliqua dicũtur cùm fit non illud, ſed illiuſmodi. vt ſtatua, non lapis, ſed lapidea. homo autem conualeſcens non dicitur illud, ex quo.

Vide cõtra. Zim.

Et dicit i ſermone, &c. iſte ſermo eſt pẽſus à præcedenti. Et intendit per ſermonem definitionem. & intendit per duos modos formam & materiam, i. ꝙ pars compoſita continet duos modos, ſ. materiam & formam. v. g. circulum cupri, & ideo definitio continet multos circulos quodammodo, & quodammodo

2 4

vnum. D.d.& dicimus quòd materia est cuprũ,&c. ideſt & dicimus propter hoc, quod dixímus de differentia inter formam & materiam, ꝙ materia ſphæræ demonſtratæ eſt cuprum.& dicimus ꝙ ſphæra ſecundum ſuam formam eſt figura talis. Et intendebat per hoc diſtinguere inter materiam & formam & compoſitum ex eis,& ꝙ definitio cõpoſita eſt ex ambobus. Et intendebat per hoc, quod dixit talis,rotundum,aut quadratum,aut aliam figurarum. D.d.& hoc eſt genus,&c.i.& hoc, quod prædicatur de forma,ſecũdum ꝙ eſt vniuerſale de forma,& eſt illud,in quo prædicatur ſpecies,eſt illud,quod dicitur genus. Et intendebat diſtinguere per hoc inter materiam & genus. D.d.cuprum vero,&c.illud autem,quod fit ex cupro & figura,inuenitur in ſua definitione cuprum,& figura, cùm dicitur ſtatua cuprea, & circulus cupreus. D.d.Illa autem,quæ fiunt ex aliquo,&c.i.generabilia aũt, quę generantur ex alio, ſ. materia, quæ componunt̃,quædam nuncupantur à nomine eius,ex quo generantur, ſcilicet materia eius,ſed ſm denominationem.v.g.idolum,quod fit ex lapide,quoniam non dicitur lapis,ſed lapideum.& hoc plus manifeſtabitur in rebus naturalibus.v.g.quoniam homo dicitur ſanguineus & carneus,ſed non caro aut ſanguis. D.d. homo autem ſanus,&c.i.quædam vero,v.g.ſanum non denominatur ab illo,ex quo trãſmutatur,vt in infirmo, tta quòd dicatur quòd ſanum ſit laborans, ideſt quòd contrarium eſt remotius à natura generati quàm materia, licet vtrunq; non vere prædicetur de illo.

Diam inter gen⁹ & materiam vide infra cõ. 43. &.1. h°. 17.

Materia denoſatiue ꝓdt caſ de materiato. Idẽ ſupra cõ.23.

Vide. 2. de Aia.cõ. 8.

Cauſa vero eſt, quia fieri contingit ex priuatione, & ſubiecto, quod dicimus materiã. vtputa & homo,& ægrotus fit ſanus. magis tamen dicitur ex priuatione fieri, veluti ex ægroto ſanus, cũ ex hoie. quare ſanus ægrotus quidem non dicitur,ſed homo,& homo ſanus.Quorum vero priuatio icerta & innominata eſt,vt in ære cuiuſcunq; figurę,aut in lateribus et lignis domus, ex his non dicentur fieri,ſicuti illic ex ęgroto. Quare,ſicut nec vbi ex quo,hoc non dicitur illud, nec hic ſtatua lignum,ſed deriuatiue dicitur lignea non lignum,& ænea non æs,et lapidea et non lapis,et domus lateritia ſed non lateres.

Et cauſa eius eſt,qm̃ fit ex priuatione,& ſubiecto,quod dicitur materia. v.g. qm̃ homo, & infirmus erit ſanus.& generatio dicitur ex priuatione magis, vt ſanitas ex infirmo, aut ex hoie.& ideo non dicitur ſanum eſſe infirmum,ſed dicitur hõ,& ſanus homo etiã. Illa autẽ,quorum priuatio non eſt manifeſta,nec habet nomen vt aliqua figura nuncupaĩ, aut domus i lateribus,& lignis, exiſtimatur ꝙ ex iſtis fit,ſm ꝙ dictũ eſt illic ex infirmo.Et ideo, quemadmodũ non dicitur illic aliquid à nomine eius,ex quo eſt ita, hic etiam nõ dicetur idolum eſſe lignum ſed ligneum,et cupreum non cuprum,& lapideum non lapis, & domus lateritia & non lateres.

25 Quorum priuatio patet, non fit denominato.

Cùm narrauit quòd quædam generabilia denominantur ab illis,ex quibus generantur, & quædam nõ, vult dare cauſam,propter quam generatum non dicitur à nomine materiæ,à qua generatur, & d. Et cauſa illius eſt etiã, quoniã ex priuatione fit,& ſubiecto,&c. ideſt & cauſa in hoc eſt, quoniam generatum non generatur ex materia tãtum,ſed ex materia, & priuatione, quæ eſt in materia. dicere.n. hominem eſſe ſanum eſt dicere hominem infirmum eſſe ſanum. D.d.& generatio dicitur ex priuatione magis,i. & generatum magis videtur attribui, ꝙ fiat ex priuatione, cũ attribui ſubiecto priuationis. generatio enim fit ex priuatione,nõ ex eſſe.& ideo dicitur infirmum fieri ſanum, magis quàm dicatur homo fieri ſanus.& hoc intendebat,cùm dixit.vt ſanitas ex infirmo, aut ex homine. D.d.& ideo non dicitur ſanum eſſe infirmum.ideſt & ideo generatum non communicat cum contrario, ex quo generatur in nomine.vnde nõ dicitur ꝙ ſanus eſt infirmus,ſed dicitur ꝙ homo eſt homo ſanus,& ꝙ homo non ſanus ſit ſanus. D.d.Illa autem,quorum priuatio,&c.i.generabilia autem,quæ generantur ex ſubiecto,quorum priuatio nõ eſt manifeſta in ſubiecto, nec habet nomen,exiſtimatur ꝙ dicere in eis ea generari ex ſubiecto,eſt ſicut dicere ex lateribus fieri domum,aut ex lignis fieri ſcamnũ,& ſicut eſt dicere ex infirmo fieri ſanum. D. d.Et ideo, quemadmodum non dicitur illic, &c.i.&, cùm ita ſit , quemadmodum non dicitur ſanum eſſe infirmum,ita non dicitur idolũ eſſe cuprum,nec domum eſſe lateres aut ligna, ſed ſm denominationem cupreum,& lapideum.

Vide.1. Ph. t8.&.61. Gñatio magis vr attribui priuationi, cũ ſubiecto priuationis. Sed oppoſitũ vide 1.Ph.c.66. vbi habet ꝙ materia eſt illud, ꝺd̃ vere gñatur. Vide cõ.Zim. Quorum priuatio latet, denominatio fit.

Cùm nec; tanc; ex ligno fit ſtatua, aut ex lateribus domus, ſiquis accurate inſpexerit, profecto ſimpliciter dicet:propterea ꝙ oportet fieri,mutato ex quo,ſed non permanente.propter hoc igitur ſic dicitur.

Caput Septimum. Formam non fieri, ſed compoſitum ex materia & forma.

CVm autẽ & ab aliquo fiat quod fit, hoc autem dico vnde generationis principium eſt:& ex aliquo, fit autem hoc non priuatio,ſed materia,ſam enim determinatũ eſt, quẽadmodum hoc dicimus:& quod fit, hoc autem eſt aut ſphæra,aut circulus,aut quodcunq; cæterorum euenit, ſicuti nec; ſubiectũ facit ipſum æs,ita nec; ſphæram,niſi ſm accidens,quia ænea ſphæra ſphæra eſt. illam autẽ nõ facit:hoc aliquid enim facere ex omnino ſubiecto hoc facere eſt.Dico autem quòd æs facere rotundum non eſt ipſum rotundum, aut ſphęram facere, ſed aliquid aliud, vtputa formam hanc in alio.Si enim facit, ex aliquo alio profecto facit. hoc enim ſupponebatur, vtputa facere æneam ſphæram . hoc autẽ ita, qa ex eo,quod æs,hoc facit,quod ſphæra eſt. Si igitur & hoc ipſum facit, patet ꝙ ſimiliter faciet,& generationes in infinitũ procedent.

Cùm igitur ſit ſicut idolum fit ex ligno,aut domus ex lateribus,ſi aliquis bene conſyderet,nõ dicet modo ſimplici ipſum eſſe vnũ.illud.n.quod eſt ex aliquo, debet eẽ ex aliquo quod tranſmutatur,non ex aliquo quod remanet i eadem diſpoſitione. & ideo dixit ſm hunc modum. Et,cùm illud, quod generaẽ

per aliquid,

per aliquid,dicitur hoc,ex quo eſt pricipium generationis,eſt ex aliquo etiam & fit hoc. ergo nõ priuatio,ſed materia.iam igitur diſtinximus ſuperius,quomodo dicit hoc,& quod eſt ex hoc.ex hoc autem ſphæra,aut circulus, aut aliud,quod comprehenditur ex alijs.qm̃, quemadmodum non facit cuprum ſubiectũ, ſimiliter etiam nec; ſphæra niſi per accidens. quoniam ſphæra cupri eſt ſphæra. & ideo facit illam.Dico.n.ꝙ hoc facit hoc ex vniuerſali ſubiectò,ſ.cuprum rotundum,& ſphęram. & hoc non eſt aliud,ſicut iſta forma in anima.Quoniam ſi facit, ex alio facit .& hoc eſt ſubiectum,ſicut factura ſphæræ cupri. & eſt ſecundũ hunc modum, qm̃ ex hoc, quod eſt cuprum,facit hoc,quod eſt ſphæra . Manifeſtum eſt igitur ꝙ illud facit etiã ſimiliter. & ſic procedunt generationes ſm hoc in infinitũ.

26 Ideſt,et cùm omne generatum in ſubſtantia non dicitur generari ab hoc, niſi ſm ꝙ dicitur, ꝙ idolum fit ex ligno,et domus ex lateribus,manifeſtum eſt quòd, ſi aliquis bene conſyderauerit in hoc,quòd non eſt dicendum quòd generatum eſt vnum ſimpliciter, i. forma tantum,ſed compoſitum ex materia & forma & priuatione præcedente. D.d. cauſam, & dixit. illud enim,quod eſt ex aliquo,&c. i.quoniã generatio erit, quando generans tranſmutat materiam, donec faciat in ea formam.& dixit non ex aliquo, quod remanet in eadem diſpoſitione.quoniam,ſi materia remaneat in ſua diſpoſitione,quando generãs generat generatum, tunc generans nihil faciet niſi formã tantum. D.d.& ideo dixit ſm hunc modum, i. & generatio dicitur in hoc demonſtrato ſm hunc modum, non in hac forma demõſtrata.D.d. Et,cùm illud quod gñatur,&c.i.&, cũ generatũ non gñetur, niſi per aliqd, ex quo eſt principium generationis, manifeſtum eſt quòd generatum generatur ex aliquo,quod eſt materia,nõ ex priuatione accedente materiæ. Et,quia hoc diſtinctum eſt in naturalibus,d.iam igitur diſtinximus ſuperius , quomodo dicitur hoc, ſ. quomodo dicitur ꝙ materia eſt principium,& priuatio principium,& ſm quot modos dicitur materia. D.d.& quod eſt ex hoc,i.& cũ declaratum eſt ꝙ generatum componitur ex materia & forma,& quod eſt aliud ab eis:illud igitur,quod generatur eſt hoc indiuiduum demonſtratum in actu. v.g. hæc eſt ſphæra demonſtrata ex hoc cupro demonſtrato, aut circulus demonſtratus ex materia demonſtrata,aut aliud comprehenſum ſenſu. D.d.rationem ſuper hoc,& d.quoniãm, quemadmodum non facit cuprum,&c.i.& agens,cùm facit ex cupro, non facit ex cupro formam tantum, quemadmodum non facit materiam.& hoc intẽdebat, cùm d. quemadmodum non facit ſubiectum, ſimiliter nõ facit ſphęram cupri,ſ.formam,niſi per accidẽs. Et dixit per accidens. quoniã, cùm fecerit aliquid habens formam,tũc facit formam per accidẽs.D.d.quoniã ſphæra cupri eſt ſphæra, &c. ideſt,quoniam ſphæra cupri eſt ſphæra cuprea, & non ſphæra tantum, nec cuprum tantum. & ideo eſt illud, quod facit artifex. D.d.Dico.n.ꝙ hoc facit hoc,&c. ideſt & dum declaratum ſit hoc, neceſſe eſt vt artifex ſit aliquid demonſtratum,quod facit aliquod demonſtratum,ſcilicet ꝙ facit cuprum eſſe rotundum, aut ſanguinem eſſe hominem aut equum.[a] D.d.& hoc nõ eſt aliud, &c. i. & non facit aliquod vnum in aliquo vno,v.g.formam in ſubiecto. quoniam manifeſtũ eſt ꝙ ſi facit, facit ex alio aliud, nõ aliud in alio . facit enim ex materia formatum, non in materia formam. D.d. & ſm hunc modum, &c.i.ver. g. quòd artifex facit ex hoc demonſtrato illud, quod eſt ſphæra, & eſt res ſphærica,non ſphæra ſimpliciter.i. ſi igitur facit formam, tunc faciet formam ex forma & materia, & illam formam etiam ex forma & materia,& ſic in infinitum.& ſimiliter eſt de materia. Generatum igitur eſt illud neceſſario,quod congregatur ex forma & materia, non forma nec materia.

Gñatum cõ. ponitur ex materia & forma,& eſt aliud ab eis. Idẽ infra.27 & 60 cõ.& 1.Me cõ.6. & 1. de Aia cõm 1.ſuxta dimidium.

Forma fit g ãtis Idem ſupra.23. & 1 Ph. cõ. 1.

a Agẽs,facit ex alio aliũ, non aliu.Dualio nam facit ex materia formatũ, nõ materia formã. Idem in ſequenti.

Si agens ageret formam, tũc faceret formã ex forma & materia, & ſic in infinitum. Idem cõ. ſequẽti. vide ꝙ hoc cõm.12.13. Meta.

Manifeſtum igitur eſt, ꝙ neque ſpecies fit, aut quodcunq; nominare oportet formam, quæ in ſenſibili eſt,nec eſt eius generatio,nec eſt hæc ipſum quid erat eſſe. Hoc enim eſt, quod in alio fit,aut ab arte , aut à natura , aut potentia.æneam vero ſphæram eſſe facit: facit nanq; ex ære & ſphæra.in hoc enim hanc formam facit:& hoc eſt ſphæra ænea.hoc autem ſphæræ eſſe.Eius vero,quod eſt ſphæræ eſſe oino ſi generatio eſt,ex aliquo aliqd erit. oportebit nanq; diuiſibile ſemper eſſe quod fit,& eſſe,hoc quidem hoc,illud vero hoc.dico autem quòd hoc quidem materiam, illud vero formam.Si itaq; ſphæra eſt figura, quæ à medio æqualis eſt, huius hoc quidem eſt, in quo erit quod facit:illud autem in illo:totum vero,quòd factum eſt,vtputa ipſa ænea ſphæra.Manifeſtũ igitur ex dictis eſt, ꝙ illud quidem, quod vt forma, aut ſubſtantia dicitur, non fit:copulatio vero,quæ ſm hanc dicitur fit.& ꝙ in omni,quod fit,materia inelt: & eſt hoc quidem hoc,illud vero hoc.

Declaratum eſt igitur ꝙ forma, & creatio debet dici exemplar,et quod eſt in ſenſato nõ erit etiam, nec habet generationem, neq; habet iſtud,quod eſt per eſſentiam.Hoc.n.eſt illud,et eſt in alio,aut per artificiũ, aut per naturam,aut per potentiam.et ipſe facit ſphæram cupri,faciendo ex cupro ſphęram.et ipſe ponit iſtam formã in hoc: & hæc eſt ſphæra cupri.Si autem eſt generatio eſſentiæ ſphæræ modo vniuerſali, tunc aliquid erit ex nihilo, & tunc neceſſe eſt vt ſit diuiſibile,et quoddã erit hoc,& quoddam hoc.dico quoddam erit forma, & quoddam materia. Et forma, quæ eſt ſphæra, ſi fuerit figura, quæ eſt ex medio, in quo eſt quoddã iſtius,et eſt illud, quod facit ex hoc:& quoddam in illo:& quoddam totum generatum , v.g.ſphæra cupri. Manifeſtũ eſt igitur ex dictis ꝙ ſubſtãtia, q̃ eſt tanquam forma, non fit: congregatio vero, per quod dicitur generatur . & ꝙ in omni,quod generatur,eſt materia,quæ eſt in eo,& quoddam eſt hoc.

Ideſt, Declaratum eſt igitur etiam ex hoc ſermone ꝙ 27
formæ & exẽplaria,ſ. formæ,quæ debent dici exẽplaria,quoniã non apparet quibus in ſenſibi aut

Metaphy.cũ com.Auer. L[illegible] exẽplaria,

exemplaria, nec generantur, nec habent vniuersaliter quiditatem. Deinde d. Hoc enim est illud, & est in alio, &c. i. artificiatum enim & generatum constituitur ex actione alicuius ab agente, & est illud, quod dicitur forma in aliquo, & est illud, quod dicitur materia. Si igitur forma esset artificiata, tunc constitueretur ex actione alicuius ab agente: et sic formæ esset forma, & sic in infinitum. & similiter quiditas est alicuius: ergo, si forma haberet quiditatem, tunc constitueretur ex aliquo, & in aliquo. Deinde d. & ipse facit sphæram cupri, &c. idest, & cùm dicitur quòd artifex facit sphæram cupri, non dicitur hoc, nisi quia facit ex hoc cupro demonstrato sphæram, faciendo hanc formam demonstratam, & ex hoc cupro demonstrato. Deinde dicit. Si autem est generatio, &c. idest &, si agens generaret sphæram vniuersalem, tunc generatio esset ex nihilo, idest ex non forma. Deinde d. & necesse est vt sit diuisibile. idest, &, cùm declaratum sit quòd ex forma simplici non est generatio, nec materia habet generationem, necesse est vt omne generatum sit diuisibile in duas partes rationc, non actu, in materiam scilicet & formam. Deinde d. Et forma, quæ est sphæra, &c. idest, & forma, quæ est sphæra, verbi gratia si generatur, non generatur nisi ab illo, quod est in figura medij, idest congregati ex materia & forma. & hoc intendebat, cum dixit. figura, quæ est ex medio. & est illud, quod fit ex congregatione materiæ & formæ. & in natura hæc sunt tria, forma scilicet & materia, & aliquid quasi medium, idest mixtum inter materiam & formam, idest generans simile medio. & ideo dixit. figura, quæ est ex medio. & hæc tria intendebat, cũ dixit. in quo est quoddam istius, &c. intendebat igitur per hoc, quod dixit, in quo est quoddam istius, & est illud, quod facit ex hoc subie tũ, recipiẽs formã gñataz, qa est illud, qđ recipit formam demãtam, & est illud, quod facit ex hoc, idest ex materia. Et intendebat, cùm d. & quoddam in illo forma, quæ est in subiecto, scilicet animam. & intendebat, cùm d. & quoddam totum generatum, idest congregatum ex materia & forma. verbi gratia sphæra cupri, composita ex sphæra & cupro, & homo compositus ex anima & corpore. Et declarauit hoc, vt appareat ꝙ natura, quam habẽt species in generabilibus rebus, est aliquod medium, idest compositum ex materia & forma. Deinde d. Manifestum est igitur ex dictis quòd substantia, quæ est tanꝙ forma, non fit, idest non generatur. Deinde d. congregatio vero, &c. i. & manifestum est quòd congregatum, quod fit ex forma & materia, est illud, per quod dicitur in quolibet est ipsum generari. Deinde d. & quod in omni, quod generatur, est materia, &c. idest, & manifestum est quod omne generatum, quoddam est materia, & quoddam forma: & est illud, quod demonstratur per hoc pronomen hoc.

Si agẽs gñaret sphæram vlem tũc generato esset ex nihilo. Idẽ. i. de Generat. cõ. 40.

In natura hæ. sunt tria scia materia & aliqd quasi medium. I i i supra c. 26. & quæ ibi.

Caput Octauum. Non dari aliquam formam à singularibus separatam.

VTrum igiẽ est aliqua sphæra præter has, aut domꝰ præter lateres? An nec factũ fuisset vnquam, si ita esset quod quid. sed qm̃ tale significat: hoc autem & terminatum non est, sed facit, & generat ex hoc tale. & cùm generatum est, est hoc tale. totum autẽ hoc Callias aut Socrates est, sicuti sphæra ænea: homo vero & animal, sicuti sphæra ænea simpliciter. Propter ea ꝙ formarum causæ (quẽadmodum quidam dicere solent formas) si aliquæ sunt præter singularia, ad generationes, & substãtias nihil prosunt, nec sunt propter has substantiæ secundum se. In quibusdam etenim etiam manifestum est, quòd generans tale est, quale quod generatur: non tamen idem, nec vnum numero, sed vnum specie: vt in naturalibus. homo nanꝙ hominem generat, nisi quid præter naturam fiat, vt equus mulũ. & hæc quoꝙ similiter. quod enim est commune equo. & asino, nõ est nominatum propinquissimum genus: fuerint autem ambo fortassis, vti mulus. Quare patet, quòd nõ oportet tanꝙ exemplar formam ponere. in his etenim maxime quærerent: hæ enim maximè substantiæ sunt. sed generans sufficiens est vt faciat, et causa sit formę in materia. tota vero iam talis forma in his carnibus, & ossibus Callias, & Socrates. et diuersa quidem propter materiã (diuersa etenim) idem aũt specie: indiuisibilis nanꝙ forma est.

Vide cõtra. Zim.

Hinc sumi multa ex generatis inuestigata.

Quæstio autem quærens vtrũ aliqua sphęra sit alia ab ista, aut aliqua domus sit alia à lateribus. Qm̃, si ita esset, nunꝙ esset generatio. quoniam, si esset secundum hunc modũ, hic non esset generatio, sed significat aliquid tale, & non est aliquod terminatum. sed facit & generat ex hoc tale, & generatio istius est talis, & vniuersalitas istius est Socrates, et Callias. & sicut sphæra cuprea hoc: & homo et animal, sicut sphæra cuprea modo vniuersali. Manifestum est enim ꝙ quidam homines assueti sunt dicere ꝙ formæ sunt causæ formarum. & si ista sunt alia à particularibus, nihil prosunt omnino ad generationem in substantijs. et nõ erunt substantiæ per se propter ista. Qm̃ in quibusdam est manifestum quòd si pater similis est filio, non sunt idẽ, aut vnũ numero, sed vnum forma, sicut est in rebus naturalibus. homo. n. generat hominem, si nõ fuerit aliquid extra naturam, vt equa generans mulum. & hoc est simile etiam. nominatur enim per illud, quod est cõmune equo & asino, quia sunt propinqua in genere. rectum est igitur vt ambo sint æqualia, vt mulus. Manifestũ est igitur ꝙ non oportet vt aliqua forma sit quasi exemplar. & si nõ, magis quęritur in istis rebus, qm̃ hęc magis sunt substantiæ. sed vt generans possit agere, & vt sit causa formę in materia, i. vt generet formam, quę est in istis carnibus, & in istis ossibus, & vt sit Socrates & Callias, & non generet aliud propter materiam, et vt sit idem ſm formam, quoniam forma non diuiditur.

Dicit. Quæstio autem quærens, vtrum sit hic sphęra separata à materia, existens extra animam alia à materiali, aut domus separata sine lateribus, & vniuersaliter forma separata à materia alta à formis rerum particularium, quæ sit causa sphæræ compositæ domus sactæ, est

ctæ, est quæstio impossibilis. D.d. causam i hoc, & d. Quoniam, si ita esset, &c. quoniam, si formæ rerum generabilium essent eadem forma numero, s. forma generans & generata non esset hoc aliquid factum omnino. generans enim & generatum sunt duo numero, & vnum in intentione vniuersali. D.d. sed significat aliquid, &c. i. sed generatum significat aliquid simile generanti, sed non est idem numero cum generante, nec generatum est intentio terminata. Et intendit per intentionem terminatam illud, quod est commune generãti, & generato. D.d. & vniuersalitas istius, &c. idest, & intentio vniuersalis est vniuersalis individuis. v.gr. homo, qui est vniuersalis individuis hominum. v.gra. Socrati & Calliæ, & sphęra cuprea est vniuersalis etiã isti sphæræ, & illi. D.d. & homo & animal, &c. i. & homo & animal vniuersale est, sicut sphæra vniuersalis, quæ non generatur nec generat. Et, cùm declarauit ꝙ forma separata à materia nec generat, nec generatur, d. Manifestũ est. n. ꝙ qdã hoses assueti sunt, &c. i. et cùm hoc sit declaratũ, est manifestum ꝙ hoc, quod quidam sunt assueti dicere, scilicet formas eę, quæ sunt causæ formarum, si intendunt alias à particularibus, nihil prosunt in generatione substantiarum, nec in generatione accidentium. i. quòd, si intendunt ꝙ formæ vniuersales sunt causæ agentes formas particulares, non prosunt in generationibus, scilicet in generatione substantiarum, & accidentium, omnis enim generatio manifestum est ꝙ fit per transmutationem materię: & materia est individuum generans. Et dixit hoc, quia impossibile est ꝙ formæ separatæ transmutent materiam. non enim transmutat materiã, nisi illud, quod est in materia. & ideo contingit dicẽtibus mundum generari ꝙ trãsmutãs ip'um sit aliquod idiuiduum, scilicet corpus particulare. D.d. & non erunt substantię p se propter ista, i. & impossibile est ꝙ substantiæ sint separatæ existentes per se ad generandũ substantias particulares. manifestum est enim in pluribus generabilibus ꝙ pater est similis filio in forma. sed etiam propter hoc non sunt idem, qm̃ non est verum dicere ꝙ pater est filius, aut filius pater, sed vnũ ſm formã. D.d. sicut est ĩ rebus naturalibus, i. sicut est dispõ in speciebus generabilibus, quarum generatio est naturalis, v.g. homo, qui generat ab homine, & equus ab equo. D.d. homo. n. generat hominem, &c. i. omnis. n. species generat speciem sibi simílem, v. gratia homo hominem: nisi generatio sit per accidens, & non ſm naturam: vt mulus, qui generatur ab equo & asino. Et induxit hoc exemplum ad verificandam propositionem vniuersalem, dicentem quòd omne, quod generatur, generatur à suo simili in forma. Dubitatur enim in hac propositione ex animalibus propinquarum spẽrum, quorum congregatione generatur aliud animal in specie, vt ab equo & asino mulus. Et ideo ad verificandum hanc propositionem dicẽdum est ꝙ omne generatum generatione actuali, i. generatione non cessabili generatur à suo simili. Et respondetur ad hoc per hoc, quod dixit post. & hoc simile est etiam. nominatur. n. &c. i. & hoc non negat vniuersalitatem propositionis, dicentis ꝙ omne, quod generatur, generatur à suo simili in forma. mulus enim generatur à natura sibi simili, & est natura communis equo & asino. D. d. testimonium famosum super hoc, et dixit ex hoc ꝙ nomẽ muli apud eos significat communem naturam. D.d. rectum est igitur vt ambo sint æqualia, i. rectum est igitur vt ex duobus seminibus generetur natura æqualis, i. temperata. Et innuit hoc, quod d, in libro de Animalibus ꝙ sperma asini est frigidum, & sperma equi calidum, & temperantur apud mixtionem, & fit illic natura media inter equum & asinum. D.d. Manifestum est igitur ꝙ non oportet, &c. i. rerum, quæ generantur inter duas species, i, quę generantur à putrefactione. D. dedit signum super hoc, & d. & si non, magis quęritur in istis rebus, &c. idest & si natura indigeret in generatione rerum, quæ non generantur semper exemplari, tunc generabilia magis indigerent illa, quæ sunt definitione & nomine substantiæ digniora. D.d. sed vt generans possit, &c. i. sed sufficit in generatione vt in generante sit potentia ad generandum formam sibi simile in materia, quæ est ĩm potentia forma eius, i. ꝙ actio eius nihil aliud est ꝙ extrahere illud, quod est in potentia, in actum: & erit causa in multiplicatione generabilium ab vno generante multiplicatio materiarum, in quas agit, et vniuersaliter ipsum agere in aliud, & vt generans & generatum cum hoc sint idem in forma. Et hoc intendebat, cùm d. & vt sit Soc. & Callias, &c. idest quoniam, si generatio esset à formis separatis, nõ esset possibile vt istæ formæ essent causę eius, quod apparet, scilicet ꝙ genetans & generatum sunt duo in numero, & vnum in forma.

Impossibile ꝙ formæ separatæ transmutent materiã. Idẽ infra. cõ. 31.

Actio agẽtis nihil aliud à ꝙ extrahere illud, ꝙ est in potentia ad actum. Idem 8. Me. t. 17. & 18. Met. cõ. 18.

2 Cã multiplicandę generabilia ab vno gñante è multiplicatio materiarum, in quas agit vide. i. Me. cõ. 40.

Oẽ gñatum generatione actuali gñat a simili sili in est. vide ẽ p hanc ppõne ẽm. 24. 11. hunus.

Caput Nonum. Cur quædam ab arte, & à casu fiant: quædam vero minime.

DVbitauerit autem aliquis, cur quædã & arte, & casu fiunt, vt sanitas: quędam autẽ minime, vt domus. Causa vero est, quòd horum quidem materia, quæ principiũ generationis est cùm faciens sit, & factum aliquid eorum, quæ ab arte sunt, in qua est aliqua pars rei, quædã talis, vt à seipsa moueatur, quædam non. & huius quędam sic possibilis est, quædã impossibilis. multa nãq; possibilia quidẽ à seipsis moueri, sed nõ sic, vt puta saltare. Quorũcunq; itaq; talis materia est, vt lapides, impossibile est sic moueri nisi ab alio, sic tamẽ certe est & ignis. ꝓpterea quædã non erunt absq; eo, qui habet artem, quædam erunt. ab his enim mouebuntur, quię nõ habent quidem artem, moueri vero possunt ipsamet, aut ab alijs non habentibus artem, aut ex parte.

Et forte quæret aliquis, quare quædã sunt artificio, & ex se etiam, vt sanitas: & quædam non, vt domus. Et causa istius est, quoniam in materia quarundam rerum, quæ est principium generationum suarum, aut in generatione alicuius, ex ea ex artificio, in quo est aliqua pars rei eius, quædam pars est sicut istud potest moueri ex se, & quædam nõ, & quoddam potest, secundum quòd oportet. plura enim sunt, quæ possunt moueri per se, sed nõ secundum quòd oportet, vt saltatio. Omnis igitur, quorum materia est talis, ut lapides, nõ possunt moueri in eo ꝙ oportet nisi ꝙ aliud, & per speciem motam. & ideo ignis non generat quoddam sine illo, cuius est artificium, & generat quoddam. mouebuntur enim ex istis illa, quæ non habent artificium, sed possunt moueri aut ex alijs, quæ non habent officium, nisi particulare.

29 Quia aliquis posset dubitare super hoc, quod posuit, ꝙ generatum sit à conuenienti in nomine, nisi generatio sit non ſm cursum naturalē, vt generatio muli ab equo, et asino, & sunt dictū etiā ꝙ homo quoquo modo est à cōuenienti, vult dissoluere aliam quæstionē in hoc, & est quòd quædam videntur generari à natura, et ab artificio insimul, & quædam non generantur nisi ab artificio tātum. existimatur. n. propter hoc aliquid generari à duobus formis artificiali & naturali. & est dubitatio super hoc, ꝙ generās, & generatum sunt idē in forma. Et d. Et forte quæret aliqs. i. & forte quæret aliqs in hoc, dicēdo quare quędam fiunt ab artificio & à natura, vt sanitas quæ fit ab arte & à natura: & quędam non fiunt nisi ab artificio tantum, vt domus, quæ non fit nisi ab artificio. D. dedit causam in hoc, & d. & causa istius est, qm̄ in materia quorūdam eorū, quæ generantur ab artificio, est pars potentię naturalis similis artificio: & in materia quorundam non est pars potētię naturalis similis artificio: & ista sunt, quæ generantur ab artificio tantum. Illa autem, in quibus est pars potentię naturalis similis artificio, generantur ab vtroq; ita. n. est de generabilibus sicut de mobilibus: quemadmodum enim eorum, quæ mouentur in loco, quædam mouentur ex se, & quædam ex alio, ita est de generabilibus. D. d. & quoddam potest, ſm ꝙ oportet, t. & quoddā eorum, in quibus est pars potentiæ naturalis similis artificio, potest transmutari ex se, donec completur sua generatio, ſm ꝙ oportet: & quoddam non potest hoc, donec ars adiuuet. D. d, plura. n. & c. t. et sicut hoc inuenitur in natura, ita etiam inuenitur in arte. quædam. n. artes non possunt agere suas actiones, nisi alia ars adiuuet. v. g. ars saltandi, quæ non complebitur nisi cum arte Irah, quæ est pars Musicæ. D. d. Omnia igitur, quorum materia, & c. t. et omnia, in quibus non est pars potentiæ motus ex se, & omnia quæ non mouentur nisi ab artificio tantum, vt lapides, impossibile est vt moueantur ex se, ad cōplementum, sed mouentur per alia. & istæ sunt omnes materiæ artificiorum, in quibus non est principiū naturale, quo possent moueri per se ad finem, quem intendit ars, neq; perfectum, neq; diminutū, nisi per artem. Illa autem, in quibus est principium naturale, quo ars vtitur, sunt sicut ars Medicinæ, & Culturæ, & vniuersaliter oēs artes, in quibus ars iuuat naturā. D. d. & ideo ignis nō generat, & c. t. & propter hoc inuenimus quædam, quę non possunt generare aliquid sine artificio, & possunt generare alia ex se. v. g. ignis, qui nō potest generare cultellum nisi ex arte, & potest generare alium ignem ex se. D. d. mouebuntur enim, & c. t. et, cùm ita sit, accidit quibusdam mouere ex se, absq; eo ꝙ indigeant artificio ofno, & sunt illa, quę non indigēt artificio ꝑticulari, aut vniuersali adiuuante, vt sanitas, quæ fit præter Medicinā in quibusdā ægritudinibus.

Caput Decimum. Omnia ex unuoco generari.

MAnifestum autem est ex his, quæ dicta sunt, & quòd quodam modo omnia fiunt ex vniuoco, quemadmodum quæ natura sunt: aut ex parte vniuoca, vt domus ex domo: aut ab itellectu, ars enim forma est: aut ex parte, aut habente aliquam partem, si non per accidens fiant. Causa enim faciendi, prima ſm se pars. calor enim i motu calorem in corpore facit. hic vero, aut sanitas est, aut pars, aut sequitur eum aliqua sanitatis pars, aut ipsa sanitas. quare & dicitur facere, quia illud, quod sequitur, & cui accidit calor, sanitatem efficit.

Manifestum est igitur ex dictis quidem ꝙ quoquo modo omne quod fit, fit à cōueniēti i nomine, sicut illud, quod est per naturam: aut à parte eius, quod est conueniens in nomine, vt domus à domo: aut per actionem, artificium enim est forma: aut à parte, quæ habet partem, si non fuerit generatio per accidens. Agens enim est per se pars. calor per motum facit calorem in corpore. & hic est sanitas, aut pars, aut sequitur ipsum aliqua pars sanitatis per se. & ideo dicitur ꝙ cōfricatio & exercitium agit, quia facit sanitatē per illud, quod sequitur ipsum, & accidit ei calor.

In hoc sermone facit rememorationē de prædictis, & d. Manifestū est igitur ex prædictis ꝙ omne, quod generatur, generatur à conueniente in nomine & ratione: vt illud quod est per naturam, t. homo ab homine. D. d. aut à parte eius, & c. & intendit per conueniens in nomine generabilia naturalia ex patre & matre, sicut diximus. Et intendebat per hoc ꝙ dicitur à parte eius, quod est conueniens in nomine, illud quod generatur ab arte. & d. hoc ex parte, quia artificiatum componitur ex materia & forma, & non est in anima artificis ex generato, nisi forma tantum, quæ est pars generati. & ideo d. artificium enim est forma, t. ꝙ artificium non est nisi forma generati, non congregatum congregatione materiæ & formæ: sicut est dispositio in generabilibus naturalibus. & ideo non d. in istis generari totum à toto. D. d. vt domus à domo, t. vt domus, quæ fit ex lateribus & lapidibus, generatur à domo, quæ est in anima artificis. & intendit per hoc, ꝙ dixit, aut per actionem, t. aut per actionem aliquam artificis non per omnes actiones. D. d. aut à parte, quæ habet partem, & c. t. aut ars agit in subiecto per aliquā partem ipsius in * substantia, s. ꝙ habet partem etiam ex partibus naturę. & ista ars est earum, quarum actio componitur ex arte & natura. & ideo ars agit partem actionis, qm̄ habet in talibus istis. D. d. & spectat finem actionum naturæ. ista. n. est dispositio artis Medicinæ, & Culturę cum virtutibus naturalibus, quę sunt in corporibus animalis, & in seminibus, & in plantis. D. d. aut generatur alia pars rei ab aliqua parte conueniente in nomine: & vtrunq; est conueniens cum generato. D. d. si non fuerit generatio per accidens, i. & si generatio alterius duarum partium à reliqua non fuerit per accidens. & excepit hoc, quoniam illa, quæ generantur abinuicem per accidens, non sunt conuenientia. D. d. Agens. n. est per se pars, i. & primum agēs, quod est ex artificio, est existens per partem agentem, quæ est in natura. calor enim per motum, & c. i. ver. g. calor, qui sequitur motum corporis. est enim sanitas quoquo modo, quia generat in corpore aliquem calorem, & generatio illius caloris est sanitas, aut sequitur eam sanitas. & vniuersaliter calor, qui est in corpore, aut est pars sanitatis, aut est sanitas in potētia, quia sequitur ipsum pars sanitatis, quæ est quasi vltima perfectio. D. d. & ideo dicit, & c. t. & ideo dī ꝙ cōfricatio & exercitium agūt sanitatem, ꝙa agūt illud, quod sequitur sanitas. illud enim, cui accidit calor, facit Medicus.

Quare, sicut in syllogismis omnium principium substātia est (ex ipso enim quid est syllogismi sunt) hic etiā generationes. Similiter se habent

Hic vt ponere ſchoatio nē formarū.

Eorum, quæ mouentur in loco, quædā mouentur ex se, & quædā ex alio, vt de 8 Ph 21. & 12. ita ēt de generabilibus. Sic Ph oppositū require 1. Ph. cō. primo.

In materia rerum artificialium non est principiū naturale quo possint moueri ꝙ se ad finē quē intendit ars. Idem 9 de Anima cōm. 18. & quę ibi.

Artificiū nō ē nisi formi gnatu, nō co gregatur ex materia, & forma. vid 2. Ph. 11. & 2. de Anim. cō. 8. & 1. Ala. 18. & 5 Met. cō. 11

* a. 1. subiecto.

Illa, quę generant abinuicem p accidēs, si sunt conuentia. Vide 12. hⁱ cō. 20. & supra hic cō. 28.

se habent & quæ natura constituta sunt. semē nāq; facit, sicut ea, quæ ab arte sunt. habet etenim potestate formam. & à quo semen est, quodam modo vniuocum (non enim omnia ita oportet quærere, sicuti ex homine homo. etenim mulier ex viro. vnde mulus non ex mulo) sed si non læsura fuerit. Quæcunque vero, quorum materia potest & à seipsa moueri eo motu, quo semen mouet, à casu, sicut ibi, fiunt. quorum autem non, hæc impossibilia sunt aliter fieri, quàm ex ipsis.

Ergo, sicut dictū est ꝙ in syllogismis est principium cuiuslibet substantia: quoniam syllogismi sunt ex eis quæ sunt: ita hic generationes. Et illa, per quę constituuntur natura similiter. semen enim facit, sicut illa, quæ sunt ex artificio. forma. n. est in potētia in eo. et istud ex quo est semen, conueniens in nomine, sicut illa quoquo modo. nō enim oportet quęrere omnia in ista eadem dispositione, in qua generatur homo ex homine. mulier enim est ex viro. et ideo mulus non est ex mulo, nisi sit quidam. Omnia enim, quæ fiunt ex se, sunt sicut illic omnia, quorum materia habet potētiam, vt moueantur ex se hoc motu, quo mouet semen. & omnia, quorum materia nō potest, hæc sunt alio modo, non ex istis.

31 Dicit, Ergo sicut dictum est, & c. i. et intēdit per substantiam quiditatem rei factæ, quæ est similis syllogismo. Et d. quemadmodum principium cuiuslibet rei factæ est sua quiditas, quę est similis, ita est etiā in omnibus generabilibus per naturā, s. ꝙ sunt à quiditate præcedenti. Et hoc intendebat, cùm d. quoniam syllogismi sunt ex eis, quæ sunt. i. quemadmodum syllogismi, ex quibus fiunt artificiata, sunt quiditates artificiatorum, ita res generables sunt à suis quiditatibus: & indifferenter est in hoc ars, et natura. & hoc intendebat, cùm d. Et illa, per quæ constituuntur, & c. i. et illa, quæ inueniuntur à natura, sunt sicut illa, quæ muentūr ab artificio. Deinde dicit. semen enim facit, & c. t. semen enim generat per potētiam in eo similem artificio, quæ est quiditas artificiati. & hoc declaratum est in Sexto decimo libro de Animalibus. Deinde d. forma enim est in potētia. t. forma enim generati est in semine in potentia, quemadmodum forma artificiati est in artifice in potentia. et illud, ex quo est semen, conuenit nomine & ratione cum eo, quod fit ex semine quoquo modo. Deinde dicit. non enim oportet quærere, & c. i. et dicimus quoquo modo: quoniam non inuenitur in omnibus rebus, ꝙ filius sit sicut pater simpliciter i omnibus modis. verbi gratia vt homo masculus fit ab homine masculo, cùm mulier inuentur à masculo, et magis. quoniam mulus inuenitur non à mulo, sed ab aliquo alio à mulo quodam modo. et hoc intendebat, cùm d. nisi sit quidam. Deinde dicit. Omnia enim, quæ fiunt ex se. t. omnia autem, quæ generantur ex se non à simili, generantur modo simili generationi rerum, in quarum materia est potentia, vt ex eis generetur aliquod simile per potentiam, quæ est in semine. Et intendit ꝙ generatio accidentium est quodammodo similis generationi substantiarū, quæ fiunt non à suo genere. et modus similitudinis inter ea est, quia generant non à simili in specie. Deinde dicit. et omnia, quoꝝ materia non potest, etc. et intendit animalia, quæ generantur non à suo genere. in materia enim eorum non est potentia generare simile. & iste modus etiam generatur alio modo ab eo, quo generantur accidentia, et ab eo, quo generātur illa, quæ generantur ex se, et ab eis, quę generantur ex seminibus. Hæc igitur est summa eorum, quæ dicūtur in hoc loco, s. ꝙ, si sint formæ hic separatæ, nihil prosunt in generatione: et ꝙ generatio est ex rebus conuenientibus secundum formam, et diuersis secundum numerum. Et in hoc, quod dixit, sunt multæ quæstiones difficiles. quoniam, cùm fuerit positum ꝙ illud, quod est in potētia, ist in actu ab illo, quod est sui generis, aut suæ speciei in actu: et nos videmus hic plura animalia, aut plures plantas exire de potentia in actum sine semine, quod generatur à suo simili secūdum formam: et ex hoc existimatur substantias et formas esse dantes istas formas, per quas sunt animalia, et plantæ. et hęc est maior ratio, quæ attribuitur Platoni. Et dicitur etiam ꝙ, cùm forma substantialis in quolibet ente est aliquid addictum formis complexionalibus in rebus miscibilib⁹, et primis qualitatib⁹ q̄uor, vt forma leuitatis in igne, et grauitatis in terra, et maxime animæ, quoniam manifestum est animam esse additam formis complexionalibus, Istæ igitur formæ additæ qualitatibus, aut generantur ex se, et tunc generatio erit à non generante: aut generantur ex aliquo extrinseco: et illud extrinsecū aut est aliquod individuū illius speciei, aut generis, aut forma separata. Sed, quia formæ rerum generabilium à semine generantur, neq; à genere, neq; à specie, necesse est formas esse, quæ dant eis formas. Et hoc non solummodo exstimatur in nō generabilibus ex semine, sed in generabilibus etiam. In semine enim non est anima in actu, sed potentia: et omne, quod est potentia, indiget aliquo in actu. et similiter in habētibus semen: in semine enim non est anima in actu. & nō possumus fingere ꝙ anima sint à complexione, nisi secundum opinionem dicentium animam esse complexionem. Propter ista igitur existimatur ꝙ necesse est formas separatas esse: & secundum posteriores Philosophos Philosophia Aristo. est illud, quod vocat intelligentiam agentem. & existimatur ꝙ non solummodo dat formas animatas, & formas substantiales, quæ sunt consimilium partium, sed etiam formas substantiales, quæ sunt elementorum. apparet enim ꝙ elementa non patiantur, neq; agant nisi per qualitates, non per formas substantiales. et vniuersaliter apparet ꝙ non sunt hic potentiæ agentes, nisi quatuor qualitates. & istę non sunt formę substantiales. & ideo non dicimus ꝙ leuitas & grauitas sunt actiuæ aut passiuæ. Et vniuersaliter ista quæstio fundatur super propositiones. Quarum vna est ꝙ illud, quod est in potentia, nō exit in actum, nisi ab aliquo extrahēte quæ suæ speciei, aut generis. Et ꝙ formę substantiales materiales, neq; sunt actiuæ neq; passiuæ essentialiter, & ꝙ actiuæ & passiuæ sunt primæ qualitates. et ex istis sequitur vt agens istas formas sint primæ non naturalia. Et ideo quia Auicē, obedit istis propositionibus, credidit omnes formas esse ab intelligentia agente, quam vocat datorem formarum. Et existimatur etiam ꝙ Themistius dicat hoc. In entibus vero, quæ generantur ex semine, manifestū est de eo, & iam d hoc aperte in tractatu libri suę abbreuiationis. in omnibus vero formis apparet hoc ex hoc, quod dixit in sexto suę abbreuiationis de asa, ꝙ anima non est illud, in quo sunt omnes formæ tantum, s. intelligibile et sensibile, sed est illud, quod ponit omnes formas in materiis, & creat eas. Et manifestum est ꝙ ipse intendit per hanc animam formam separatam. Alexan. autem videtur conuenire ei, quod dicitur hic ab Aristote. & ei, quod

Digressio. Argū primū

Scām argū

Cōfir. secūdū

Obiones ꝓp argumēta adducta.

1. Phys. 1ᵒ.

In lib. de sensu & sensibilibus.

Auicenna.

Themistius.

Alexander.

R&p Auic. quod dixit in Sextodecimo de Animalibus. Et etiam poteſt aliquis dicere ꝙ formæ elementorũ prouenient à datore formarum, quoniam videmus à motu generanti ignem in actu, ex eò quòd eſt ignis in potentia: & nõ poſſumus dicere ꝙ motus facit formam ſubſtantialem ignis: ſequitur igitur vt forma ignis, qui fit à motu, ſit à datore formarum. Nos autem dicamus ꝙ, cùm conſyderata fuerit demonſtratio Ariſto. in hoc loco ſuperhoc, ꝙ formæ materiales ſunt generantes formas materiales, apparebit ꝙ ſemina ſunt illa, quæ dant formas rerum generatarum à ſeminibus per formas, quas dederunt ſemina generantia. In generabilibus autem nõ ex ſe, i. caſu, apparebit ꝙ corpora cœleſtia ſũt illa, quę dant iſtis aliquid loco ſeminum, & virtutum, quę ſunt in ſeminibus, & in eis quæ generantur ex ſemine. & ꝙ omnia iſta ſunt virtutes naturales diuinæ generantes ſibi ſimilia, ſecundum ꝙ artes generant ſua artificiata. & ideo d. Ariſto. in libro de Animalibus ꝙ hæ ſunt ſimiles intellectui, ſ. quia agunt actiones intellectuales. Et iſtæ virtutes aſſimilantur intellectui in hoc, ꝙ non agunt per inſtrumẽtum corporale. Et in hoc differunt iſtæ virtutes generatiuæ, quas Medici vocant formatiuas, à virtutibus naturalibus, quę ſunt in corporibus animalium. Iſtę enim agunt nõ actione intellectus operatiui, ſed agunt per inſtrumenta terminata, & membra propria. Virtus aũt informatiua nõ agit per membrum proprium. Et ideo dubitat Gale. & dicit neſcio vtrum iſta virtus ſit creator, aut non. ſed vniuerſaliter non agit niſi per calorem, qui eſt in ſemine: nõ ita ꝙ ſit forma in eis, ſicut anima in calore naturali, ſed ita ꝙ ſit incluſa in eis, ſicut anima eſt incluſa in corporibus cœleſtibus. Et ideo Ariſtote. magnificat hanc virtutem, & attribuit illam principijs diuinis, non naturalibus. ſed iſtam virtutem *{eſſe intelligentiã ſeparatam} eſt impoſſibile. Et demonſtratio Ariſto. in hoc eſt, ꝙ formæ non generantur per ſe. quoniam, ſi ſic eſſet, tunc generatio eſſet nõ à materia, & cùm ita ſit, generatum eſt formans. generans igitur eſt illud, quod mouet materiam, donec recipiat formam, i. illud, quod extrahit ipſam de potentia ad actum: & illud, quod mouet materiam, neceſſario eſt corpus, habens qualitatem actiuã, aut potentiam, quæ agit per corpus habẽs qualitatem actiuam. Et, ſi illud, quod generat ſubiectum formæ, eſſet aliud a generante formam, tunc ſubiectũ et ſua forma eſſent duo in actu: quod eſt impoſſibile. & quia ſubiectum formæ non habet eſſe niſi per formam, ideo actio agentis non pendet ab ipſo, niſi ſecundum ꝙ pendet de forma etiã: cũ actio agentis, non pẽdet a forma, neq; de ſubiecto ſine forma. Et cùm ita ſit, manifeſtum eſt ꝙ actio agentis pendet ex ſubiecto propter hoc, ꝙ pendet de forma. Illud igitur, quod generat ſubiectum formæ, eſt illud, quod generat formam. immo non generat ſubiectum niſi quod generat formam. Et, ſi ſubiectum formę generaretur ab aliquo agente & forma ex alio, tunc vnum actum, ſecundum ꝙ eſt actum vnum, generaretur a duobus agẽtibus: quod eſt impoſſibile. Secundum hoc igitur debet homo ſuſtentari in hoc loco. Et homines erraũerunt in hoc, quia non intellexerunt demonſtrationem Ariſtote. & non eſt mirum de Auicen. ſed de Altarabio. videtur enim in ſuo libro de duabus Philoſophijs dubitare de hoc. Et omnes homines declinãt magis ad opinionem Platonis, quia eſt ſimilis ei, quod loquentes noſtræ legis opinantur, ſ. ꝙ agens omnia eſt vnum, & ꝙ non operantur in ſe adinuicem. Videtur enim ꝙ contingit eis ex creatione eorum adinuicem procedere in infinitum in cauſis agentibus: & ideo potuerunt vnum agens non corpus. Sed illud impoſſibile eſt vt tranſmutet materiam, niſi mediãte corpore alio non tranſmutabili, ſ. corporibus cœleſtibus, & ideo impoſſibile eſt vt intelligentiæ ſeparatę dent aliquã formam formarum mixtarum in materia. Sed mouit Ariſto. ad ponendum mouens ſeparatum à materia in factione virtutum intelligentium, quia virtutes intellectuales apud ipſum ſunt non mixtæ cũ materia. Vnde neceſſe eſt vt illud, quod eſt non mixtum cum materia, generetur quoquo modo à non mixto cũ materia ſimpliciter: quemadmodum eſt neceſſe vt omne mixtũ cum materia generetur à mixto cũ materia.

Op. Auer. ꝙ qua etiã vid it Met. cõ. 13. & 18.

Quomõ virtus in forma tiua aſſimilatur intellectui

Vide. 8. Ph. cõ 17 & 1. Phy t. cõ. 10. & 12.

Cauſa erroris Antiquorum.

Ratio ebetes ſitos.

Neceſſe eſt nõ mixtũ a materia fieri quoquo modo a nõ mixto cum materia. vide conſile. 1. Met. com. 31.

Caput Vndecimum. Formam non generari, non tantum in ſubſtantia, ſed & in cæteris prædicamentis uerum eſſe.

NOn autem de ſubſtantia ſolum oſtendit ratio non fieri formam, ſed de omnibus primis ſimiliter communis ratio eſt, vtputa quantitate, qualitate, & alijs prædicamẽtis. Fit enim, vtputa ænea ſphæra, ſed nõ ſphęra, nec æs. & in ære fit: ſemper nanq; oportet præexiſtere materiam, & formã. ita & in ipſo quid eſt, & in qualitate, & quantitate, & alijs prædicamentis ſimiliter. nõ enim fit qualitas, ſed quale lignum: nec quantitas, ſed quãtum lignum, aut animal. Cæterum ex his propriũ ſubſtantiæ accipere eſt, quòd neceſſe eſt præexiſtere ſemper aliam ſubſtantiam actu exiſtentem, quę facit, vtputa animal ſi animal fit: quale vero, aut quantum non eſt neceſſe, niſi potentia ſolum.

Et iſte ſermo non ſignificat ſubſtantiam tãtum, ꝙ forma nõ generatur, ſed eſt ſermo cõmunis oĩbus primis rebus, verbi gratia quantitati, & qualitati, & alijs prædicamentis. Eſt enim ſicut ſphæra cuprea, ſed non eſt ſphęra, nec cuprum. & ſi generatur ex cupro, oportet ſemper vt materia ſit ante formam per eſſentiã, & forma etiam. & ſimiliter illud, quod eſt per qualitatem etiã, & quantitatem & alia prædicamenta. non enim generatur qualitas ſed lignum habens qualitatem: nec quãtitas, ſed lignum quantum, aut animal. Sed inueniũtur ex iſtis ꝙ ſubſtantiæ propriæ habent ſemper neceſſario aliam ſubſtantiam, quæ eſt aut in actu, vt animal ſi eſt animal: qualitatem autem eſſe, aut quãtitatem non eſt neceſſariũ, niſi in potentia tantum.

Vide ꝙ hoc 2. cor. c. 4:

Dicit, & hoc quod dicimus, ꝙ forma non generatur, nec corrumpitur, non eſt proprium ſubſtantiæ, ſed eſt commune prædicamento ſubſtantiæ, & etiam alijs prædicamentis. Deinde d. Eſt enim ſicut ſphæra cuprea, &c. i. generatur enim ſphęra cuprea demonſtrata, & non generatur ſphæra, ſ. figura neq; cuprum. Deinde dicit. & ſi generatur ex cupro, &c. i. & ſi ſphęra generatur ex materia & forma, oportet vt materia & forma præcedant compoſitum ex eis, ſ. generatum. D. d. & ſimiliter illud, quod eſt, &c. i. & ſimiliter prędicamẽtum qualitatis, & alia prædicamenta, ſ. ꝙ generatum ex eis compoſitum eſt ſubſtantia, & accidente ſecundum tempus. Deinde dicit. non enim generatur qualitas, & cæte. ideſt, non enim generatur qualitas, quæ eſt

32

Vid. 12. Meta. te. cõ. 17.

Non gñatur qualitas. Vide. c. Phyſi. com. 5.

Proprium eſt ſubſtãę inter alia prędicamẽta. vt ante generatum ſit alia ſubſtãtia agẽs. Inſtantia ẽ de igne gñito a motu ex. 1. Meteororum, & ex. 1. cor. c. 43. Vide cõtradi. Zim.

eſt tanquam forma, ſed generatur corpus habens qualitatem aliquam. verbi gratia hoc lignum demonſtratũ in quo eſt albedo aliqua: & ſimiliter in ſubſtantia non generatur forma, v. g. animal. & hoc intendebat cùm d. aut animal. Deinde d. Sed inuenitur ex iſtis, &c. & eſt proprium ſubſtãtię inter alia prędicamenta vt ante generatum ſit alia ſubſtantia agens ipſum, quod eſt in actu ex ſpecie illi⁹, quod aget. vt animal, quod generat animal ſibi ſimile. Deinde dicit. qualitatem autem eſſe, &c. i. ſed non eſt neceſſe vt ante qualitatem generatam ſit alia qualitas agens: ſed eſt neceſſe vt ante qualitatem generatam ſit aliquid, quod eſt in potentia quali tas, ideſt materia. Et d. hoc quoniam qualitas alia generatur à ſibi ſimili qualitate: & alia eſt, cuius generatio ſequitur formam mixtionis primarum qualitatũ.

Caput Duodecimum. Dubitationum ſolutio, An partium rationes in totius ratione ponantur. Et an partes toto ſint priores.

Primum dubium.

CVm autem definitio ratio ſit, omnis autẽ ratio partes habeat, ac ſicuti ratio ad rem, ſimiliter & pars rationis ad partem rei ſe habeat, dubitatur vtrum oportet partium rationem ineſſe in ratione totius, an nõ. In quibuſdam enim videntur ineſſe, in quibuſdam vero non. circuli enim ratio non habet rationem ſectionum: ratio vero ſyllabæ habet rationem elemẽtorum. atqui circulus diuiditur in ſectiones, ſicuti ſyllaba in elemẽta. Item autem, ſi partes priores ſunt toto, recti autem acutus eſt pars, & digitus animalis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur tamen iſta eſſe priora: ratione nanq; dicuntur ex iſtis, et eò quòd ſint abſq; inuicem, priora ſunt. An multis modis dicitur pars. Quorum vnus modus, quæ ſm quantum menſurat.

Ergo definitio eſt ſermo, et omnis ſermo habet partes, et quemadmodum eſt ſermo ad rem, ita eſt pars ſermonis ad partem rei, dubitatur ergo in hoc, vtrum ſermo partium debeat collocari in ſermone totius, aut non. Videmus igitur ꝙ quędam collocantur, et quædam non. in ſermone enim circuli non eſt ille, qui eſt partium: in ſermone autem ſyllabæ eſt ſermo literarum. etſi circulus diuiditur in ſuas partes, ſicut ſyllaba in literas. Et etiam, ſi pars eſt ante totum, et acutum eſt pars recti, et digitus ante hominem. Sed exiſtimantur illa eſſe priora, quæ dicuntur per ſermonem, quoniam ſunt ex illis, et quia ſunt ex alijs ab illis, ſunt ante etiam. Aut dicamus ꝙ pars dicitur multis modis. Quorum vnus eſt ille, qui numeratur, per qualitatem, et alius per quantitatem.

Sedm dubiũ Vide Auer. in Epit. Tractatu. 2.

33 Continuatio

Cùm declarauit ꝙ definitio eſt illud, quod ſignificat quiditatem rei, & ꝙ ſolummodo eſt ſubſtantię, & ſecũdario aliorum prædicamentorum, & ꝙ definitio & definitum ſunt idem in actu, & ꝙ multitudo in ſuis partibus eſt in potentia, & declarauit ex hoc, ꝙ ſi res habẽt quiditates, & formas exiſtentes per ſe, ꝙ non ſunt eædem cum rebus, quarum ſunt formæ, et ꝙ propter hoc nihil proſunt in ſubſtantia illarum rerum, quarum ſunt formæ, & ꝙ formæ & etiam ideæ, ſi ſunt, nihil proſunt in generatione rerum, quæ ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles: omnis enim ſubſtantia generatur à ſubſtantia ſibi ſimili, cùm generatio non ſit formæ nec materiæ, ſed congregatio ex eis, quod eſt demonſtratum. Et cùm hoc declaraſſet, reuerſus eſt ad complendum ſermonẽ de definitionibus, & dixit. Ergo definitio eſt ſermo, &c. ę. i. & quia definitio eſt ſermo, et omnis ſermo habet ſuas partes ſignificantes partes rei: & apparet ꝙ ſicut eſt proportio definitionis ad rem, ita eſt proportio partis definitionis ad partem rei, i. quoniam, qđemadmodum definitio declarat quiditatem rei, ita pars definitionis declarat partẽ quiditatis rei: ideo accidit quæſtio in hoc. Et eſt quæſtio talis, vtrum omnes definitiones partiũ rei debeant eſſe partes definitionis, ita ꝙ præcedant rẽ, & eius definitionem, ſ. vt definitiones partium ſint tota definitio, et priores ipſa, aut non omnes definitiones partium definiri ſunt partes definitionis, ſed ſunt poſteriores, & ſua definitione. Et intẽdebat per hanc perſcrutationem declarare quæ partes definitionis ſignificant partes quiditatis rei, & non partes ſuæ materiæ, & quæ non ſignificant partes quiditatis rei. Deinde dicit. Videmus igitur ꝙ quædam, &c. i. hæc quęſtio accidit in hoc ex hoc, ꝙ nos videmus quaſdam res partium, quarum definitio non collocatur in ſuis definitionibus, verbi gratia definitiones partium circuli, quæ non claudunt in definitione circuli, quia tertia, & quarta pars circuli nõ collocantur in definitione circuli: nec definitio circuli diſſoluitur in definitiones earum: ſed circulus accipitur in definitione partis. in definitionibus vero ſyllabarum eſt definitio literarum: quoniam ſyllaba eſt illud, qđ componitur ex duabus literis, i. cõſonante & vocali. Sic igitur ſyllaba fuerit breuis, definitur ita, ꝙ eſt illud, quod componitur ex duabus literis. & ſic accipitur in ſua definitione definitio literæ, conſonantis ſ. breuis & vocalis. Et ſimiliter ſyllaba longa. accipitur enim in ſua definitione definitio literę conſonantis productæ & vocalis. Sed in definitione circuli non accipitur definitio medietatis, nec quartæ, & hoc manifeſtum eſt. immo facimus econtrario. Dicimus enim ꝙ medietas circuli eſt arcus circuli, quem diuidit diameter: & ſic circulus eſt acceptus in definitione ſemicirculi, & non econtrario. Deinde d. & ſi circulus diuiditur, &c. i. ꝙ cùm in hac diuerſitate, quæ apparet in iſtis partibus, videmus totum vtriuſq; iſtorum duorum modorum diuidi in partes eodem modo: ſyllabæ enim diuiduntur in literas, ſicut circuli in partes. Deinde dicit. Et etiam, ſi pars eſt ante totum, &c. i. & ſequitur ex hoc ſermone etiam in hoc modo, ſ. in eo, qđ eſt ſimile circulo, ꝙ pars præcedit totum, aut acutum ſit ante rectum, & eſt econuerſo, ſ. ꝙ definitio recti accipitur in definitione acuti, & in definitione expanſi. & ſimiliter definitio circuli, præcedit partes, & definitio animalis præcedit digitum. Deinde dicit. Sed exiſtimatur, &c. i. ſed exiſtimatur ꝙ rectus eſt ante acutum, quia definitur per rectum. et exiſtimatur ꝙ acutum eſt ante rectum, quia iſte inuenitur ſine eo, ꝙ inueniatur rectus. & intendit quòd ſecundum quòd ſunt partes, in uenjuntur præcedere in generatione totum. Deinde dicit. Aut dicamus quòd pars dicitur multis modis. Quorum vnus eſt ille, qui numeratur per quãtitatem. ideſt, & iſta quæſtio diſſoluitur etiam dicendo quòd partes dicuntur duobus modis, dicuntur enim de partibus qualitatis, & partibus quantitatis. definitiones igitur partium quantitatis ſunt poſteriores definitione totius & toto: definitiones vero partiũ qualitatis præcedunt definitionem totius & totum.

Exposito.

Primum dubium.

Documenti

Ratio primi dubii.

Sedm dubiũ

Principiũ reſponſionis. Vide. c. Meta. cõ 10. Partes qualitatiuę & partes quantę differunt. Vide 8. t. 1. Phy. t. & 16. cõ.

Sed

Sed hæc quidem prætermittatur, ex quibus vero ſubſtantia, tanquam ex partibus eſt, hoc cõſyderandum eſt. Si igitur hoc quidem materia eſt, hoc vero forma, hoc vero ex his: & ſubſtantia eſt materia & forma, & quod ex his: quodam modo quidẽ materia etiam pars alicuius dicitur, quodã modo vero non. quandoquidem ex quibus ratio formæ, vtputa cõcauitatis, non eſt pars caro. hęc enim materia, in qua fit, ſimitatis autẽ pars aliqua eſt. & totius quidem ſtatuæ pars ęs: eius autem, quod vt forma dicitur ſtatuæ, minime. dicendum enim forma, & quatenus formam habet, vnũ quodq; materiale vero nunquam ſecundum ſe dicendum. Quare circuli quidem ratio nõ habet eam, quæ lectionum ratio eſt: ſed ſyllabæ eam, quæ elementorum eſt. quia elementa rationis partes ſunt formæ, & nõ materia: ſectiones vero horum ſic partes tãquam materia, in quibus adueniunt: propinquiores tamen ipſi formæ, quàm æs, cùm in ære rotunditas fiat. Quodam modo vero nec elementa cuncta in ratione ſyllabæ inerunt. vtputa hæc cerea, aut quæ in aere ſunt. iam enim etiã hæc ſyllabæ pars ſunt, tanquam materia ſenſibilis. Etenim linea non, ſi cùm diuiditur in mi dietates, corrũpitur, aut homo in oſſa, & neruos, & carnes, propter hoc & ita ex his ſunt, tanquam ex his, quæ ſunt partes ſubſtantiæ, verum tãquam ex materia. & totius quidem ſunt partes, formæ vero & cuius ratio minime: propter hoc nec in rationibus. Quorundam itaq; inerit talium partium ratio, quorundam vero non oportet ineſſe, niſi ſint ipſius ſimul ſumpti. propter hoc enim nonnullę ex his, tanquam principijs ſunt, in quas corrumpuntur: quædam vero non ſunt. Quæcunq; igitur ſimul ſumpta, forma & materia ſunt, vt ſimum, aut æneus circulus, illa ſanè in hęc corrumpuntur, & pars ipſorum eſt materia. quæcunq; vero non ſimul cum materia ſumũtur, ſed abſq; materia, vt rationes formę ſolũ, hæc profecto nõ corrumpuntur, aut penitus, aut nequaquam ita. Quare illorum quidem principia & partes, quæ in eis ſunt, formæ vero neq; partes, neq; principia huiuſmodi. & propterea lutea ſtatua in lutum corrumpitur, & ſphæra in ęs, & Callias in carnem et oſſa, item et circulus in ſectiones. eſt enim aliquid, quod cum materia ſumitur. æquiuoce nanq; dicitur circulus, & qui ſimpliciter dicitur, & ſinguli, propterea q̃ ſingulis non ſit, pprium nomen.

Et dimittamus hoc, et perſcrutemur de eis, ex quibus eſt ſubſtantia, & ſunt tanquam partes. Si igitur quædam eſt materia, & quædam forma, & quædam illud, quod eſt ex iſtis: ſubſtantia autem, & materia, et forma, et illud q̃d eſt ex iſtis: forte dicitur pars rei materia etiã, et forte non dicitur, ſed ex quibus eſt definitio formæ, vt caro, quæ non eſt pars profundi. eſt enim materia, in qua eſt profundum, et eſt pars ſimitatis. et cuprum pars totius idoli, et non eſt pars idoli, quod dicitur forma. forma igitur dicitur de illo, quodcunq; rerum habet formam: materia autem non dicitur eſſe omnino per ſe. Et ideo non dicitur in definitione circuli definitio partiũ: & in definitione ſyllabæ ſunt literę. literæ enim ſunt partes formæ, et non ſunt materia: partes vero circuli ſunt partes tanq; materia, ſuper quam ſunt, et ſunt propinquiores formæ cupri, cùm circulus eſt in cupro. Et forte eſt poſſibile vt nõ ſint omnes literæ ſyllabæ in ſermone * vt iſtę audibiles, aut quę ſunt in aere. iſta enim etiam ſunt partes ſyllabę, quia ſunt ſenſibiles per naturam. Linea enim non corrũpitur, quia ſemper diuiditur in media, aut homo in oſſa et neruos et carnem, et ideo ſunt ex iſtis ſecundum hũc modum, tanquam partes ſubſtantiæ, ſed quaſi ex materia, totius vero non ſunt partes. formæ autem, et illius, quod habet definitionem, non ſunt partes: et ſimiliter in definitionibus etiam. In quibuſdam autem non ſunt, neq; aliqua definitionum partium, quæ ſunt tales. et in quibuſdam non oportet vt ſit vnum, niſi ſit illud, quod eſt congregatũ. quoniam iſta quædam ſunt ex illis, quæ ſunt principia, et in ea corrumpuntur: et quędam non. Omnia igitur, quorum materia et forma ſunt congregatæ, vt ſimus, et in culus cupri, corrũpuntur in iſta, et materia eſt pars eorũ. et omnia, quæ non congregantur cum materia, ſed definitiones formæ ſunt ſine materia, aut corrumpuntur omnino, aut nõ corrumpuntur, ſicut illa corrumpuntur. Ergo in illis illa, quæ ſunt ſub eis, ſunt pricipia et partes earum, forma vero non eſt iſtæ partes, nec principia earum. et ideo corrumpitur idolum terreſtre in terram, & ſphæra in cuprum, et Callias in carnes et oſſa, et etiam circulus in partes. quodcunq; igitur congregatur cum materia, et dicitur æquiuoce circulus, qui dicitur modo ſimplici, et ille, qui dicitur particularis. particularia enim non habẽt proprium nomen.

Idẽſt, Sed dimittamus hanc quæſtionem de æquiuocatiõe, quę eſt in hoc nomine pars, & ponamus perſcrutationem de æquiuocatione, quę eſt in hoc nomine ſubſtantia. Deinde dicit. Si igitur quædã eſt materia, &c. i. ſi igitur hoc nomen ſubſtantia dicitur ſimpliciter de materia ſubſtantiæ compoſitę ex materia & forma, & de forma eius, & de compoſito, tunc forma ſubſtantiæ dicetur eſſe ſubſtantia rei, cùm ipſa declaret eſſentiam illius. [2] materia vero dicitur ſecundum conſyderationem ad ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma eſſe pars ſubſtantię: ſecundum conſyderationem vero ad ſubſtantiam declarantem eſſentiam rei non dicitur eſſe pars, ſubſtantiæ, ſed eſſe deferens formam in ſuam definitionem. verbi gratia ſimitas, cuius definitio eſt cõcauitas in naſo, aut in carne naſi. naſus enim eſt pars ſubſtantię eius, quod ſignificat hoc nomen ſimitas, q̃d eſt congregatio naſi & ſimitatis. et non eſt pars definitionis concauitatis, ſed eſt ſubiectum ei. Et hoc, quod dicit, non accidit niſi in rebus, quarum nomina ſignificant aliquid exiſtens in ſubiecto, non aliquid exiſtens per ſe. & ſimiliter cuprum eſt pars definitionis idoli facti ex cupro, & non eſt pars formæ idoli. Et, cùm dicit differentiam inter partem definitionis, quæ eſt materia, & inter partem, quæ eſt forma, indiget dare differentiam inter materiam & formam, & dixit. forma igitur dicitur, &c. i. & differentia inter formam & materiam eſt, quoniam forma prædicatur per ſe de habente formam, ſecundum q̃ declarat quiditatem eius ſubſtãtialem: materia vero nõ prædicatur de habente formã vera prædicatione, nediũ vt prædicetur per ſe. idolum enim non dicitur eſſe cuprũ, nec homo caro, nec ſimus naſus. Deinde dicit. Et ideo non dicitur in definitione circuli. i. quoniam, cùm in definitionibus quorundam appareat materia, et ſunt compoſita ex materia in actu & forma, ideo definitiones omnes ſuarum partium nõ ſunt partes definitionis. Et, quia in definitionibus quarundam, ſ. rerum ſimplicium non apparet materia in actu, & partes definitionis in eis ſunt partes formę, contingit in talibus iſtis vt definitiones omnium ſuarum partium ſint partes definitionis. &, quia definitiones ſyllabarum ſunt ex hoc genere, ideo definitiones literarum ſunt pars definitionis ſyllabæ. Et, quia diſpoſitio circuli cum ſuis partibus eſt diſpoſitio materię rei cum forma eius, ideo partes circuli non accipiuntur in definitione circuli: quoniam in definitione circuli non apparet materia. & per hoc intẽdebat diſſoluere hanc q̃ſtionem. Et q̃a partes circuli non apparent in definitione circuli, ſicut materia apparet i definitione rerum habentium materiam, verbi gratia ſicut cuprum apparet in definitione circuli cuprei: & poteſt aliquis obiice re ei per hoc, deinde d. partes vero circuli, &c. i. & partes circuli, licet non ſint materia, quę apparet in definitione circuli, tamen eſt ſimilis materiæ, quæ apparet in definitionibus rerum, & eſt propinquior formæ, q̃ materia, quæ apparet in definitione circuli, qui eſt ex cupro. Et, quia partes circuli aſſimilantur materiæ, quæ apparet in definitionibus rerum habentium materias, ideo definitiones partium non ſunt partes definitionis circuli: ſicut definitiones literarum ſunt partes definitionum ſyllabarum. Deinde dicit. & forte eſt poſſibile, &c. & dixit hoc, quia ſyllaba, cùm conſyderatur cũ hoc, quod eſt motus compoſitus ex duobus motibus, eſt de numero rerum, in quarum definitionibus apparet materia, & definitio cuiuslibet partis eius non eſt pars definitionis totius. &, cùm conſyderatur ſecundũ hoc, q̃ eſt vox cõpoſita ex duabus vocibus, eſt de numero rerum, in quarum definitione non apparet materia: & definitio cuiuslibet partis eius erit pars definitionis. Deinde inuenimus in libro continuũ. Linea enim non corrumpitur, &cę. i. & apparet hoc, q̃ diminuitur aliquid inter hæc duo capitula, cum quo poſſet ſermo cõtinuari. Sermo enim eſt de definitione rerum, in quarum definitione non intrat materia, vt linea, & ſuperficies: et in quarum definitionibus eſt materia, vt homo, qui nũquam inuenitur niſi in carne, neruis, & oſſibus. & ſunt res, quæ cùm accipiuntur, quodammodo inuenitur materia in ſua definitione, et quodammõdo non, vt circulus. quoniam, quando accipitur ſecundum q̃ eſt circulus cuprei, inuenitur cũ ſua definitione materia: & quando ſecundum q̃ eſt circulus, non inuenitur in eo materia: & in quibuſdam eſt dubium. & ideo dixit poſt. & ideo ſunt ex iſtis ſecundum hunc modum, &c. i. et ideo partes materiales rerum, in quarum definitione inuenitur materia, ſunt quodammodo partes ſubſtantiæ, & quodammodo non ſunt partes ſubſtantiæ. in reſpectu congregati ex materia et forma ſunt partes ſubſtãtiæ: in reſpectu vero eius, quod habet veram definitionem, ſ. formæ, non ſunt ſubſtantiæ. Deinde d. In quibuſdam autem, &cæ. & quia entia inueniuntur his dubbus modis, ſ. forma ſine materia, & forma i materia, ideo in definitionibus quorundam non inuenitur aliqua definitionum rerum, quę ſunt in materia, et ſunt illa, quorum partes ſunt partes formæ eius: et non inueniuntur in aliis niſi per accidens, & ſunt quædã, in quorum definitione inuenitur materia neceſſario, & ſunt illa, quorum nullum inuenitur niſi ſit in re neceſſario, & eſſentialiter. Deinde dicit, quoniam iſta quædã, &c. ideſt, quoniam illa quædam ſunt, in quorum definitione non inuenitur materia, quæ eſt in actu: & quædam quorum definitio eſt ex materia, quæ eſt in actu, ſicut ex ea & ſuis principijs. & ideo, cùm materia corrumpitur, corrumpuntur iſta. Deinde dicit. & omnia, quæ non congregãtur cum materia &c. i. res, autem in quarum definitione non apparet materia ſenſibilis, ſed apparẽt in ſua definitione partes formæ, aut non corrumpuntur aliquo modo, aut corrumpuntur per accidens. Deinde dicit. Ergo in illis, &c. i. & ideo illa, quorũ eſſe eſt in alio, illud aliud eſt principia, & partes eorum. illa vero, quæ naturaliter nõ exiſtunt in aliis, ſed in ſua natura eſt ſua forma, illa alia non ſunt partes neq; principia eorum. Deinde dicit. & ideo corrumpitur idolum terreſtre in terra, &c. i. & quia quędam entia exiſtunt in aliis, vt idolum terreſtre in terra, & ſphęra cuprina cupro, & Callias in carne & oſſibus, & circulus in partibus ſuis. Et intendit q̃ partes eius ſunt quaſi materia, licet materia ſit non ſenſibilis, ſed intelligibilis, vt poſt dicemus. circulus igitur mathematicus i reſpectu partium aſſimilatur entibus, quę ſunt in aliis. Deinde dicit. quodcunq; igitur congregatur cum materia, &c. i. & cùm ita ſit, hoc nomen circulus, quando dicitur de circulo ſimpliciter, & quando dicitur de circulo, qui magis eſt proprius iſto, & quaſi particularis in reſpectu ipſius, ga eſt ex cupro, aut ex terra, hoc nomen circulus dicitur æquiuoce. Plura enim, quæ ſunt huiuſmodi, non habent proprium nomen, ſcilicet quoniam non eſt nomen proprium, quod ſignificet circulum cupreum, aut lapideum.

Dicta itaq; nunc quoq; veritas eſt, adhuc tamen dilucidius dicamus repetentes. Quæcũq; enim rationis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ priores, aut omnes, aut aliquæ. Ratio vero recti nõ diuiditur in acuti rationem, ſed acuti in rectum. vtitur nanq; recto, qui definit acutum. minor etenim recto acutus. ſimiliter autem circulus & ſemicirculus ſeſe habent: ſemicirculus nanq; circulo definitur. & digitus toto: talis enim hominis pars digitus. Quare quæcunq; quidem partes vt materia, & in quas diuiditur vt in materiam, poſteriores: quæcunq; vero vt rationis, & ſecundum rationem ſubſtantiæ, priores, aut omnes, aut aliquæ. Quoniam vero animaliũ anima (hoc enim ſubſtantia animati) ſecundum rationẽ, & formam ſubſtantia, & quod quid erat eſſe

tali

* iſta deeſt I textu. Aueroys vſus ibi Linea.

Materia nõ prædicatur de habente formã vera prdi catiõe, ne dũ vt prdicetur p ſe. vide idẽ ſupra cõ. 21. & quę ibi. In definitionibus cõpoſitorũ ex materia & forma appet materia. Idẽ. 2. Ph. t. cõ. viii. m. & 1. de Aia cõ. 16. idẽ hic 13. 17 19. et 6. Met. t. cõ. 2. & 8. Met. tex. com. 6.

Quomõ pars circuli aſſimilatur materię in actu, non ſic ſyllabarum.

Solutio inſtãtię inductæ.

Idem. 2. de Aia t. c. 3. & hic ſupra cõ. 7. & 8. Met. ✻ Materia nõ ę pars qditatis ſed vehiculũ deferẽs qditatẽ vide idẽ ſuꝑ. c. 21. & ibi a. c. 41.

Diſtinguit modos, ſecundũ quos materia definit.

Quid ſit materia ſenſibilis, & qd intelligibilis. Vide in cõ. ſequẽn. & 1. Meta. cõ. 3.

Vide contradictio. Zim.

tali corpori: cuiuscq; nanq; pars, si probe definiatur, nõ sine eo opere definietur, quod sine sensu non existet: sanè partes eius priores, aut oẽs, aut aliquæ toto animali. & de vnoquoq; similiter. corpus vero, & eius partes posteriores hac substantia, & diuidetur in eas vt in materiam, non ipsa substantia, sed totum. Toto itaq; quodam modo quidem priores sunt hę, quodam modo vero non, quandoquidẽ nec esse possunt separatæ. non enim qui quomodocũq; se habet, digitus animalis est, sed æquiuocus, qui mortuus est. Quędam vero simul, quæcunq; principales, & in qua prima ratio, & substantia. vtputa si hæc cor, aut cerebrum est. nihil enim differt, vtra talis sit. Homo vero, & equus, & quæ ita se habent in singularibus sunt. vniuersale vero substantia non est, sed totum quiddam ex hac ratione, & hac materia tãquam vniuersali. singulare vero ex vltima materia iam Socrates est. & de cæteris similiter. Pars itaq; etiam formæ est (formam autem dico quod quid erat esse) & ipsius totius, quod ex forma & ipsa materia est. Sed rationis partes, quæ formæ solum sunt, ratio vero est ipsius vniuersalis: circulo nanq; esse & circulus, & animæ & anima idem est. Totius vero vt circuli huius, & singularium alicuius sensibilis, aut intelligibilis (dico autem intelligibiles quidẽ, vt mathematicos: sensibiles vero, vt æneos & ligneos) horum inquam non est definitio, sed intellectiõe, aut sensu cognoscuntur. cùm vero abeant ab actu, non est manifestum vtrum sint aliquãdo, an non sint: tamen semper dicuntur & cognoscuntur vniuersali ratione. Materia vero per seipsam incognita. Materia vero, quędam sensibilis, quędam intelligibilis. Sensibilis quidem, vt æs, & lignum, & quæcunq; mobilis materia. Intelligibilis vero, quæ in sensibilibus existit, non prout sensibilia, vtputa ipsa mathematica.

Materia quędã sensibilis. quędam intelligibilis. Idẽ infra tex. 19. & 8 Meta. tex. 15.

Iam igitur diximus sermonem latentem modo, sed tamen dicamus magis manifestum. Sed prius reuertamur ad quot sunt partes sermonis, & in quę diuiditur etiam sermo. ista enim sunt ante, aut omnia, aut quædam. Definitio autem recti non diuiditur in definitionem acuti, sed quæ est acuti in rectum. qui enim definit acutũ vtitur recto. acutus enim est minor recto. & circulus et semicirculus sũt similia istis. semicirculus enim definitur per circulum, & digitus per totum. digitus enim est pars talium partium hominis. Omnes igitur partes, quæ sunt tanquam materia, & quę diuiduntur sicut ista, quę sunt in materia vltima: & omnes, quę sunt definitionis, et substãtiæ, quam significat definitio, aut omnes, aut quædam. Et etiam anima animalis, (hęc enim est subãsttia animalis animati) per substantiã; quæ est tanquam definitio & forma, & quod est per essentiam talis. & vnaquæq; partium, si definitur bene, non definitur sine definitione, quæ est cum genere. ergo partes eius sunt ante, aut omnes, aut quędã, magis quàm partes animalis congregati. & similiter in omnibus particularibus. corpus vero, & suæ partes sunt post hanc substantiam, & diuiduntur ista, sicut illa, quæ diuiduntur in materiam, nõ ita q; sint substantię, sed quia sunt vniuersum. Ista igitur sunt ante totum, & forte non, quoniã non possunt diuidi. & non erit illud, quod est aliquo modo ĩ aliqua dispositione digitus animalis, nisi æquiuoce, vt mortuus. Et imagines eorum, quæ sunt in rei veritate, & in quo est definitio primo, & substantia, vt cor, aut cerebrum, aut illud quod est ex eis. & non est in hoc diuersitas. Homo vero, & equus, & quæ sunt huiusmodi in particularibus nõ sunt modo vniuersali, sed aliquid totale cõgregatum ex hac definitione & materia: sicut duæ partes totius vltimi. & est sermo etiam similiter ĩ alijs rebus. Forma vero est pars. dico autem formam illud, quod est per essentiam, & totum cõgregatum etiam ex materia & forma. Sed partes definitionis sunt formæ tantum, definitio vero est totius. essentia enim circuli & circulus, & essentia animæ & anima sunt idem. Res autem totalis cõgregata, verbi gratia iste circulus, est aliquod particularium, aut sensibile, aut intelligibile. et dico intelligibilia vt mathematica, & sensibilia vt cuprea & lignea. ista enim non habent definitionem, sed cognoscuntur cum cognitione aut sensu. & cùm recedunt ab intellectu, non manifestantur vtrum sint, aut non sint. & vnum non dicitur, neque cognoscitur sermone vniuersali. Materia vero per se non cognoscitur. Et quædam materia est sensibilis, & quædam intelligibilis. Sensibilis vt cuprum & lignum, et omnia quæ mouentur. Materia intelligibilis est illud, quod est in sensibilibus, non secundum quòd sunt sensibilia, vt mathematica.

Partes definitionis sunt formæ.

Iam igitur diximus, &cę. & d. hoc, quia ex sermone prędicto declaratur q; definitiones sunt duobus modis mõ s. cuius altera pars est materia, & modo in cuius definitione non apparet materia. & illud, in cuius definitione apparet materia, definitio suæ partis non est pars definitionis totius, in eis aũt, in quorum definitione nõ apparet materia, definitio cuiuslibet partis est pars definitionis totius. & ex hoc solummodo apparet quare definitio quarũdam partium definitionum est pars definitionis, & quarundam non: & non apparet ex eo solutio quæstionis positæ, scilicet quare res totius sunt in definitione partis, quæ est in quantitate, & non inuenitur pars in definitione totius. & ideo d. tã diximus, &c.

Præambula ad soluendã sedam quæstionem.

D.d.

Deinde dicit. Sed prius reuertamur, &c. hoc est principium perscrutationis de solutione quęstionis, quam nititur soluere, & d. ista enim sunt ante, &cæ. i. ista enim sunt ante definitionem, aut omnia, aut quædam, quoniam, si omnia fuerint partes formę, omnia erunt ante. & si quædam fuerint partes formæ, & quædam materię, quædam erunt priora tota definitione, & quædam non. Deinde dicit. Definitio autem recti, &c. i. & definitio anguli acuti nõ est pars definitionis recti, sed econuerso, s. q; definitio recti est pars acuti. & similiter est de definitione partis circuli cum circulo, vt de homine cum sua parte, verbi gratia cum digito. homo enim accipitur in definitione partis, & non pars in definitione hominis. Et istæ definitiones, in quibus totum accipitur in definitione partis, sunt de genere definitionum, in quibus apparet materia, non de eis, in quibus nõ apparet nisi pars formæ. Deinde dicit. & omnes, quæ sunt definitionis, &c. i. & cùm sit declaratum q; definitionum quædam est, in qua apparet materia, & quædam nõ: ergo partes definitionum, & partes rei, quam significant, sunt partes definiti, aut omnes, s. in definitionibus, in quibus non appareat materia: aut quædam, s. in definitionibus, ĩ quibus apparet materia. Et, cùm voluit declarare quæ sunt illa, in quibus non apparet nisi forma, & partes eius, & quæ sunt illa, in quibus apparet vtrunq;, dedit exemplum de animali, & d. Et etiam anima animalis, &c. i. & anima est existens substantia in corpore, quod est recipiens animam, & sunt illa, quorum congregatum dicitur animal: & definitiones omnes, quæ sunt partes formę, sunt partes talis substantiæ, scilicet animæ & similis. Et intendit q; definitio animæ, quę dat quiditatem eius, videtur esse ipsum suum esse: & q; in definitione eius non apparet materia omnino. illa autem, in quorum definitione apparet materia, sunt illa, in quorum definitione apparet aliud, & definitio dicitur in illis principaliter, & in istis secundario, vt declaratum est, Deinde dicit. & vnaquęq; partium &c. i. et vnaquęq; partium definitionum, siue fuerit de definitionib⁹, in quibus apparet aliud à definito, aut de eis, in quibus non apparet nisi definitum, non definitur nisi eo q; in eius definitione appareat genus & differentia. Et intendebat notificare per hoc, q; hoc sequitur in omnibus definitionibus, & in rebus habentibus definitiones. Deinde dicit. ergo partes eius sunt ante, aut omnes, aut quædam &cę. i. & cùm hoc sit declaratum, partes cuiuslibet definitionis sunt ante definitum, magis quàm sint partes definiti, quæ sunt secundum quãtitatem, ante totum: aut omnes, si in partibus definitionis non appareat materia: aut quædam, si appareat. Et dixit hoc: quia quæstio prædicta fuit, quare partes nõ inuenitur in definitione totius, s. quę sunt secundum quãtitatem, & totum inuentur in definitione partium. & dixit. quia partes definitionis præcedũt istas partes, s. quæ sunt secundum quantitatem: aut omnes, si partes definitionis sunt formales, aut quædam, si quædam sunt formales, & quædam materiales. Et intendebat, quoniam si illud, quod est prius, debet accipi in definitione rerum posteriorum, tunc recte accipitur rectus, qui est totum, in definione partis, & non econuerso, s. secundum quantitatem. Quoniam totum præcedit partem, magis quàm pars totum. quoniam prius est totum parte prioritate formæ ad materiam: & pars est prior toto prioritate materiæ ad formam, s. tempore individuali. & ideo partes circuli præcedunt circulũ individualem non vniuersalem: & definitio est partiũ præcedentium speciem. & hoc est vnum eorũ, per quę dissoluitur quæstio prædicta, & est dicens, quare pars non inuenitur in definitione totius. Et pars præcedit totum tunc, cùm sit existens per se: totum autem constituitur per partes. Deinde dicit. & similiter in omnibus particularibus. i. & similiter est de omnibus particularibus cum suis vniuersalibus, s. q; partes totius præcedunt in definitione particularia, non definitio particularium definitionem totius: sicut est dispositio generis cum suis speciebus. Et dixit totum hoc, quia ista est dispositio recti cum acuto, & circuli cum suis partibus, & vniuersaliter generum cum partibus, quę sunt secũdum quantitatem. & quasi æquat partes rei secundum qualitatem cum eis, quæ sunt secundum quantitatem, quoniã prioritas qualitatis est prioritas formę, & prioritas partium quantitatis est prioritas materiæ, & totũ est prius parte prioritate formæ. & ideo dixit. corpus autem, & partes ipsius sunt post hanc substantiam, scilicet formam. Deinde dicit. & diuiduntur ista, &cę. i. & omnia diuiduntur in suas partes secundum quantitatem diuisione rerũ per suas materias, i. diuisione speciei in individua. Deide incœpit diminuere prioritatem partium, quę sunt secundum quãtitatem, quia est prioritas materialis, & dixit. Ista igitur sunt ante totũ, &c. id est, & partes, quę sunt secundum quantitatem, sunt priores secundum tempus in generatione: & cum hoc ista prioritas non inuenitur in omnibus. & sunt partes quę non possunt separari à forma: neq; præcedere eam in esse, neq; sequi eam, vt partes animalis cum anima. li. quando enim anima separatur, non nominatur à suo nomine vero nisi æquiuoce, verbi gratia digitus. quoniam, si dicatur digitus in mortuo, dicitur æquiuoce: & similiter, antequam in eo sit sensus. & hoc intendebat, cùm dixit. quoniam non possunt diuidi, &c. i. impossibile enim est vt iste partes diuidãtur à forma, neq; mutẽtur in aliam speciem essendi, quę species & prima collocantur sub eodem genere, nisi prima species, & alię, ad quam mutantur, dicantur æquiuoce: vt hoc nomen manus, quod dicitur de manu viua & mortua, D. d. Et imagines eorum, quę sunt in rei veritate, &c. i. & omnes partes animalis sunt in hac intentione, sicut vera pars, in qua est principium animę, aut cor, vt quidam dicunt: aut cerebrum, vt alij. Nulla enim est diuersitas, quoad hoc, quod opinatur q; nomen dicitur de prima parte, quando separatur à vita æquiuoce cum eo existẽte in vita, nullus enim dubitat q; quãdo in istis nõ fuerit forma, q; tunc nomen eius nõ simpliciter dicetur de eis nisi æquiuoce. & in hoc non nocet quæstio accidens, vtrum sit cor, aut cerebrum. Deinde dicit. Homo vero, & equus &c. i. homo autem demõstratus & equus demonstratus & omne qđ est ex particularibus, & nõ modo vniuersali, prędicatur nõ plus q; de vno particulari, sed est totum demonstratum cõgregatum ex forma demonstrata & materia demonstrata, & est in sua vltima specie: sicut Socrates in specie hominis, & similiter alia particularia in suis speciebus. & intẽdit, licet nõ habeant nomina, sicut Socrates & Plato habent. et intendebat q; hoc nomen species dicitur de individuo & specie æquiuoce. Deinde d. Forma vero est pars, &c. i. forma vero est pars: sed nomen formæ dicitur de forma vniuersali, quę declarat quiditatẽ speciei, & de forma particulari, quæ est forma materiæ demonstratæ. Deinde dicit. Sed partes definitionis, & cæ. i. sed partes verę definitionis sunt partes formæ vniuersalis: definitio autem totius, s. speciei, nõ individui. quiditas enim circuli & circulus sunt idem apud intellectum: & similiter anima vniuersalis, & quiditas animæ. Deinde d. Res autem totalis congregata, sicut iste circulus, &c. i. individuum autem congregatum ex forma et materia demonstrata, verbi gratia iste circulus, aut aliquod particularium, quę sunt in materia demõstrata, aut sensibili aut comprehensa per intellectum, aut q; suum esse in sensibili sit comprehensum per intellectum, vt individua,

Materia quędã sensibilis, quędam intelligibilis. Idẽ infra tex. 19. & 8 Meta. tex. 15.

Solo ad quę stionẽ fm materiam.

Prioritas totius respectu partiũ est prioritas formæ ad materiam prioritas vero partiũ respectu totius est priorias materiæ ad formã. Idem. 4. Phy. cõ. 49. & hic infra com. 19.

Pars alialis, qñ aia separat. nõ notatur a suo nõie vero, nisi æquiuoce. Idẽ infra. 19 & 4. Meteororu. te. cõ. vltimi et hic cõ. 15.

Nomẽ formę dr de forma vlti & de forma magnicularis. tdẽ i sequẽ.

Videt. Ph. com. 4.

Prima causa, quare indiuidua non hãt definitionẽ. Videfra 15.

tudida, quæ sunt in mathematicis: ista. n. nō habent definitionem. Deinde dedit causam in hoc, & dixit. ista enim non habent definitionem, &c. i. et illa, quę cognoscuntur per definitionem, nō mutantur secundum substantiam: quoniam scientia eorum non mutatur: ergo sunt alia ab indiuiduis. Deinde dicit. & vnum non dicitur, neq; cognoscitur, &c. i. & vnum numero non cognoscitur omnino per definitionē, sed cognoscitur sensu. i. et ideo nō habet definitionem. Materia autem per se non cognoscitur, sed cognoscitur per formam. D. d. Et q̄dā [a] materia est sensibilis, &c. i. et intelligibile est illud, quod comprehenditur in sensibilibus, & intellectus iudicat q̄ non sunt in sensibilibus, secundū q̄ sunt sensibilia: vt linea demonstrata, & superficies, & corpus. ista enim sunt materiæ figurarum habentium angulos, & carentium angulis.

Materia p se non cognoscitur, sed cognoscitur per formā. Idē. 1. Ph. t. cō 69. & 1. c. 2. Ph. co. 16. & 1. c. 2. de substātia orbis. & 12 Meta. cō 14. & 9. Met. 11.

a Distinctio de materia sensibili, & intelligibili, pro qua vide supra c. 14. & 7 Met cō. 1. & 8. Met. t. 16 & 1 hoc 7. t cō. 19.

De toto igitur & parte, ac priore & posteriore, quomodo se habeant dictum est. Ad interrogationē vero necesse est occurrere, cùm quis interrogaret vtrum rectus, & circulus, et animal priora, an in quas diuidūtur, & ex quibus sunt, partes, quòd non simpliciter. nam etiam si aia animal est, aut animatum, aut vnū quodq; , aut vniuscuiusque, & circulus circulo esse, & rectus recto esse, & substantia recti, aliquid quidem & aliquo posterius dicendum est, vtputa his, quæ in ratione, & aliquo recto. Etenim qui cum materia æneus rectus, & qui in singularibus lineis. qui vero absque materia his quidem, quæ in ratione sunt, posterior, partibus vero, quæ in singulari sunt, prior est. simpliciter autem nō est dicendum. & si diuersa est, & non est anima animal, sic etiam quasdam dicendum, quasdam non dicendum, vt dictum est.

Dictum est igitur quomodo est de toto & parte, & de ante & post. Sed necesse est vt responsio sit secundum interrogationem, quādo aliquis quæsierit vtrum rectus, & circulus vniuersaliter sint ante, aut partes, in quas diuiduntur. quoniam essentia nō est recti simpliciter. neq; anima simpliciter est animal aut animatum, neq; vnusquisque circulorum. & quod habet quilibet circulus est circulus, & rectus & essentia recti est rectus, & substantia, quæ est recti. Illa autem, quæ dicuntur post, et post nō, sicut illa, quæ sunt in definitione, sunt ante & post, i. rectus. Rectus enim, qui est cū materia cuprea, est rectus, & qui est in lineis particularibus. qui autem est sine materia, est post partes, quæ sunt in definitione, & ante partes, quæ sunt in particularibus. et non dicūtur modo simplici, si vnum fuerit, aut fuerit non sicut anima, si fuerit animal. secundum igitur hunc modum dicitur quidam esse, & quidam non dicitur, sicut dictum est.

36 Dictū est igitur quomodo est dispositio totius apud partem in prioritate & posterioritate. Deinde d. Sed necesse est, &c. i. sed oportet vt responsio in interrogationibus, quæ dicuntur æquiuoce, sit distinguendo ſ nō mina æquiuoca in illa interrogatione. verbi gratia q̄, cùm aliquis quæsierit vtrum angulus rectus, aut circulus, aut animal sint ante partes suas, aut econuerso. oportet enim distinguere secundum quot modos dicitur rectus, aut animal, aut circulus: & secundum quos modos dicitur pars aut totum, & ante & post. Deinde incœpit narrare q̄ ista nomina sunt æquiuoca, et d. qm̄ non est essentia recti, & cætera. id est quoniam intentio, quam significat hoc nomen rectus, non est eadem neq; comparatio animæ ad animal, aut animatum est vna. Et intendit q̄ anima attribuitur animali attributionibus diuersis, quarum sunt quædam veræ, & quędam falsæ. verbi gratia vt dicatur q̄ anima, aut q̄ aīa tum sit animal. Deinde dicit. & rectus & essentia recti. i. & omnia ista dicuntur æquiuoce, & secundum attributiones diuersas. Quidditas enim recti vniuersalis, & est forma, attribuitur recto ſm q̄ sunt idē. dicimus enim q̄ quidditas recti est rectus: & dicimus quandoq; q̄ quidditas recti, & est forma eius, existit i recto. & ſm hoc forma recti nō erit rectus: sicut anima non est aīal. Deinde dicit. Illa autem, quæ dicūtur post, & post nō. i. & similiter ante & post, quæ dicuntur in istis rebus. post enim dicitur multis modis. Illud enim, q̄ est post quodam modo, & hon est post quodam alio modo, est sicut definitiones cum suis partibus definituis, & partes eius, quę sunt ſm quantitatem cū definitione. D. d. et post. i. rectus &c. i. cùm igitur dixerimus q̄ partes recti sunt post rectum, distinguendum est quod rectum intēdimus & quam partem. D. d. Rectus enim, qui est cum materia, &c. i. angulus enim rectus dicitur de illo, qui est in materia, ſ. particulari: & dicitur de illo, qui est non in materia, ſ. vniuersali. et similiter circulus dicitur de his duodus modis. vniuersalia autem ista sunt post partes suæ definitionis, & ante partes, quæ sunt in particularibus, & ante particularia. Deinde dicit. & non dicuntur modo simplici, &c. i. & non attribuuntur adinuicem attributione vera quocunq; modo attributionis sit: vt anima ad animal. dicere enī q̄ aīa est aīal est falsum, & q̄ est animatum est verū. Deinde dicit. ſm igitur hunc modum, &c. i. ſm igitur hunc modum attribuitur verum rebus, in quibus est definitio rerum, in quarum definitione apparet materia. & innuit per hoc, quod dixit, sicut dictum est, illud, quod prædixit in prędicto capitulo. Omnes igitur partes definitionū, quæ sunt substantiæ, quæ habent definitionem, aut omnes, aut quędam, i. aut vere dicentur simpliciter de definito, & sunt definitiones substantiales: aut quædam vere prædicabuntur, & quædam non, i. q̄ vere prædicantur quodam modo, & alio modo non. & hoc manifestius est in expositione loci præcedentis.

Oportet vt responsio in interrogationibus, quę dicuntur æquiuoce, sit distinguendo ſ nō mina æquiuoca in illa interrogatione. verbi gratia q̄, cùm aliquis quæsierit vtrum angulus rectus, aut circulus, aut animal sint ante partes suas, aut econuerso. oportet enim distinguere secundum quot modos dicitur rectus, aut animal, aut circulus: & secundum quos modos dicitur pars aut totum, & ante & post. Deinde incœpit narrare q̄ ista nomina sunt æquiuoca, et d. qm̄ non est essentia recti, & cætera. id est quoniam intentio, quam significat hoc nomen rectus, non est eadem neq; comparatio animæ ad animal, aut animatum est vna. Et intendit q̄ anima attribuitur animali attributionibus diuersis, quarum sunt quædam veræ, & quędam falsæ. verbi gratia vt dicatur q̄ anima, aut q̄ aīa tum sit animal. Deinde dicit. & rectus & essentia recti. i. & omnia ista dicuntur æquiuoce, & secundum attributiones diuersas. Quidditas enim recti vniuersalis, & est forma, attribuitur recto ſm q̄ sunt idē. dicimus enim q̄ quidditas recti est rectus: & dicimus quandoq; q̄ quidditas recti, & est forma eius, existit i recto. & ſm hoc forma recti nō erit rectus: sicut anima non est aīal. Deinde dicit. Illa autem, quæ dicūtur post, & post nō. i. & similiter ante & post, quæ dicuntur in istis rebus. post enim dicitur multis modis. Illud enim, q̄ est post quodam modo, & hon est post quodam alio modo, est sicut definitiones cum suis partibus definitiuis, & partes eius, quę sunt ſm quantitatem cū definitione. D. d. et post. i. rectus &c. i. cùm igitur dixerimus q̄ partes recti sunt post rectum, distinguendum est quod rectum intēdimus & quam partem. D. d. Rectus enim, qui est cum materia, &c. i. angulus enim rectus dicitur de illo, qui est in materia, ſ. particulari: & dicitur de illo, qui est non in materia, ſ. vniuersali. et similiter circulus dicitur de his duodus modis. vniuersalia autem ista sunt post partes suæ definitionis, & ante partes, quæ sunt in particularibus, & ante particularia. Deinde dicit. & non dicuntur modo simplici, &c. i. & non attribuuntur adinuicem attributione vera quocunq; modo attributionis sit: vt anima ad animal. dicere enī q̄ aīa est aīal est falsum, & q̄ est animatum est verū. Deinde dicit. ſm igitur hunc modum, &c. i. ſm igitur hunc modum attribuitur verum rebus, in quibus est definitio rerum, in quarum definitione apparet materia. & innuit per hoc, quod dixit, sicut dictum est, illud, quod prædixit in prędicto capitulo. Omnes igitur partes definitionū, quæ sunt substantiæ, quæ habent definitionem, aut omnes, aut quędam, i. aut vere dicentur simpliciter de definito, & sunt definitiones substantiales: aut quædam vere prædicabuntur, & quædam non, i. q̄ vere prædicantur quodam modo, & alio modo non. & hoc manifestius est in expositione loci præcedentis.

Dicere q̄ aīa est aīal est falsum, quę quo intelligenda sit vide supra cō. 11.

Caput Decimum tertium. Quænam formæ, quæue cōpositi partes sint in ipsa definitione.

MErito autem dubitatur etiam quęnam formæ sint partes, quæ vero non, sed eius, quod simul sumitur, cum & hoc non existente manifesto, nō sit definire vnūquodq;. Vniuersalis etenim et formę definitio est. quę igitur partium vt materia sunt, & quæ non, si nō sint manifestæ, nec ratio rei manifesta erit. Quæcunq; igitur apparent aduenientia in diuersis specie, vt circulus in ære, ligno, & lapide, hæc quidem manifesta esse videntur quoniam nihil substantiæ circuli æs, neque lapis est: propterea q̄ ab eis separetur. Quæ vero non

Vniuersalis & formæ est definitio. Vide contr. Zim.

non videntur separari, nihil quidem prohibet similiter his se habere, quemadmodum si circuli omnes viderentur æquiuoci. nihil enim minus æs esset ipsius formæ. difficile tn̄ est hoc mente auferre. vtputa forma hominis semper in carnibus & ossibus, & talibus partibus apparet. Vtrū igit̄ sint etiā hæc partes formæ & rationis? An non, sed materia. verum quoniam non aduenient etiam in alijs, non possumus separare. Cùm autē hoc videatur quidem contingere, quando vero, non est manifestum,

Et rectum est vt quærat aliquis quæ sunt partes formæ, & quæ non sunt partes eius, sed congregati. quoniam, si hoc non fuerit manifestum, impossibile erit definire quòdcunq;. Definitio enim est vniuersalis, & forma. quæ igitur materia est partium, & quæ etiam cùm fuerit, non erit res, & sic non erit definitio, quæ est rei manifesta etiam. Omnia igitur, quæ videntur esse per formam in alio, vt circulus in cupro, & ligno, & lapide, ista existimantur esse. cuprum enim non est aliquid de substantia circuli, neque lapis, quia separatur ab eis. Omnia vero, quæ non videntur separari, nihil prohibet vt sint sicut ista, quemadmodum omnis circulus si videtur cupreus. quoniā si ita esset, cuprum nō esset sine forma omnino. sed difficile est vt hoc sit separabile in intellectu, vt forma hominis, quæ semper videtur, & in carnibus, & ossibus, & in partibus similibus istis. Vtrum igitur etiam ista sint partes formę & definitionis, aut non, sed sunt materia. sed, quia non separantur in alio, etiam non possumus cognoscere ea. hoc enim existimatur esse possibile, sed non manifestatur in hac hora.

37 Cùm declarauit quæ sunt partes, quarum definitiones præcedunt definitionem totius, & quæ quarum præcedunt definitum tantum, non definitionem totius, & quæ partes sunt, quas totum præcedit, & sunt illæ, quæ sunt secundum quantitatem, vult modo inquirere quæ sunt partes formæ, & forma, quæ est materia, & dixit. Et rectum est, & cætera. idest, & rectum est vt aliquis quærat quæ sunt partes formæ, & quæ non sunt partes eius. & intendit per hoc partes materiales. & cùm hoc non fuerit cognitum, tunc definitiones non erunt cognitæ. quoniam, cùm partes, quæ sunt formæ, non fuerint distinctæ apud nos à partibus, quæ sunt congregatæ ex forma & materia, & tunc definitiones latebunt nos, & non poterimus definire illud apud nos, quod est tale, donec distinguantur partes eius formales à partibus congregati ex materia. Deinde dedit causam in hoc, scilicet quòd qui nescit formam & suas partes, non poterit definire aliquid, & dixit. [a] Definitio enim est vniuersalis, & formæ, & cætera. idest, & causa in hoc est, quoniam definitio est intentionis vniuersalis & formæ vniuersalis, & proprie non congregati ex forma & materia: vt declaratum est in Posterioribus analyticis. Deinde dicit. quæ igitur materia est partium, & cætera. idest, & declarandum est quæ est materia, propter quam inueniuntur partes in congregato ex illa & forma, & quæ est pars rei, quæ cùm fuerit, non sequitur vt sit res, scilicet materia. forma enim est pars, quæ cùm fuerit, est res. materia vero est illud, quod cùm fuerit, non erit res. Deinde dicit. & sic non erit definitio rei manifestæ. idest, & si hoc non fuerit cognitum, definitio non erit cognita. Deinde incœpit perscrutari de hoc, et dixit. Omnia igitur, quę videntur, & cætera. idest, & manifestum est quòd omnia, quæ videntur existere secundum formas in pluribus subiectis, quoniam formæ earum sunt aliæ à materijs. & hoc manifestum est per se. verbi gratia circulus, qui quandoq; est in cupro, & quandoque in lapide, & in alijs materijs. Et ideo dixit. ista existimantur esse, & cætera. idest, quoniam manifestum est per se, quòd cuprum non est pars circuli substantiæ, nec lignum. circulus enim quandoque existit in cupro, quandoque in ligno. & ſi alterum istorum esset de substantia circuli, tunc circulus non esset circulus, nisi per illud. Deinde dicit. Omnia vero, quæ non videntur separari, &c. idest, omnes vero formæ, quæ non existunt plus quàm in vna materia, à qua nunquam separantur, quoniam, hoc non prohibet intellectum intelligere, in eis est aliquid simile materiæ, & aliquid simile formæ. quemadmodum, si circulus nunquam esset nisi in cupro, hoc non prohibet intelligere quòd cuprum non est forma circuli, nec pars formæ. Deinde dicit. quoniam, si ita esset, tunc cuprum non esset sine forma. quoniam, si forma circuli esset propria cupro, & cuprum proprium ei ad modum, secundum quem est in materijs rerum naturalium cum suis formis, tunc non esset possibile cuprum esse sine forma, nisi diceretur cuprum æquiuoce: quemadmodum est impossibile carnem existere sine sensu, & motu, nisi æquiuoce. Deinde dicit. sed difficile est, & cætera. idest, sed differentia est inter formas, quæ non habent materias proprias, scilicet mathematicas, & formas naturales, quæ habent subiectum proprium, verbi gratia forma hominis, quæ nunquam est sine carne & ossibus: quoniam istæ formæ naturales difficile abstrahuntur intellectu à suis materijs. impossibile enim est intelligere hominem sine carne, & ossibus. formæ autem mathematicæ, quæ inueniuntur in pluribus vna materia, intelliguntur abstractæ à materijs. Et intendebat quòd intellectus comprehendit diuisionem inter formas et materias facile: quia abstrahit eas in imaginatione à materia, in naturalibus vero difficile: quia non potest abstrahere eas in imaginatione à materia. Et ideo accidit quæstio in talibus istis rebus inter partes, quæ sunt per materiam, & inter illas, quæ non sunt per materiā, & ideo dixit. Vtrū igitur etiā ista sint partes formæ, & cætera. idest, & ideo dubitatur in talibus entibus naturalibus, vt in homine & in animali, vtrum tota sint materiæ, aut sint hoc formæ extra ipsa, aut sint composita ex materia & forma. verbi gratia os & caro, vtrum sint partes formæ in animali, aut partes materiæ. Deinde dedit causam in hac quæstione, & dixit. sed quia non separantur, & cæ. i. & causa in hoc, q̄ nos non possumus distinguere inter eam, et formam in istis rebus, est quia forma nō est in alijs materijs, sed in vna materia. Deinde dicit. hoc enim existimatur esse possibile, &c. i. & distinguere formas à materijs est possibile ad scięd̄m in omnibus istis rebus, licet in aliqua hora non manifestetur, ſ. in principio originis Philosophiæ.

Forma est, q̄ cū fuerit erit res, sed materia cū fuerit, non erit res.

Confimile. supra. 11.

In naturalibus intelligus non pōt abstrahere formā in imaginatione a materia. Idē. 1. Ph. cō. 16. & 1. de Aia cō. 16. & q̄ibi. Sed vide op posi. 1. Phy. cō. 17. & 8. Meta. cō. 8. Vide contra. Zim.

Quidam etiam de circulo, & triangulo dubitant; tanquam nō deceat lineis & continuo

definiri, sed hęc omnia similiter dici sicuti carnes aut ossa hominis, & æs & lapis circuli. & cuncta referunt ad numeros: & lineæ rationem, eam, quæ duorum esse dicunt. Eorum etiam, qui ideas dicunt, quidam ipsam lineam dualitatem, quidam lineæ formam. quædam etenim eadem esse formam & cuius forma, vtputa dualitatem & dualitatis formam. in linea vero non est. Accidit itaq; & vnam multorum formam esse, quorum species videtur diuersa: quod etiam Pythagoricis accidebat. & contingit vnam omnium facere ipsam formam, cætera vero non formas. ac hoc modo vnum omnia erunt.

Et quidam dubitãt in circulo et in triangulo: quoniam non debent definiri ꝙ sunt lineę & continui, sed dicuntur omnia ista, sicut caro hominis dicitur, & ossa eius, & cuprum, & lapis circuli sunt quasi membra circuli. et attribuunt omnia ista numeris: & dicunt ꝙ definitio lineæ est definitio duorum. Et quidam eorum, qui dicunt formas, dicũt ꝙ est linea. qm̃ linea est prima dimensio, & duo est prima dimensio duorum, & quidã ꝙ est forma lineæ. quædam enim res sunt eadem forma & habens formam, vt duo & forma duorum. & hoc non est in linea. Vnde accidit vt vna forma sit pluriũ, quorũ formã videt esse partes: et hoc accidens accidit Pythagoricis etiã. et ꝙ est possibile vt istud sit forma omnium, & vt alia non sint forma. & secundum hunc modum omnia erunt vnum.

38 Idest, Et quidam dubitant in circulo, & triangulo, & in alijs figuris, quoniã vident ꝙ non definiuntur per lineas, aut per naturam continui, sed vident ꝙ res mathematicæ sunt quasi materiæ, & ꝙ ista non habẽt formas, quę declarant substantias eorum, & ꝙ sunt in entibus, quasi os & caro. & hoc intendebat cùm d. sed dicuntur ista omnia, sicut dicitur caro, &c. D.d. & attribuunt omnia numeris. t. & propter hoc posuerunt formas omniũ esse numeros, et posuerunt omnia ista contingẽtia eis in numeris illis. & isti, qui posuerunt numeros formas figurarum, dicunt ꝙ definitio lineæ est definitio duorum. Deinde dicit. Et quidam eorum, qui dicunt formas, &c. t. & quidam eorum, qui dicunt formas esse, non dicunt ꝙ definitio lineę est pars duorum, sed dicunt ꝙ definitio lineæ est linea, & ꝙ in eo est primum & post, et remotio à linea, sicut nos dicimus in definitionibus cum definitis. & similiter dicunt in dualitate ꝙ in ea est primum & post, & remotio à dualitate. t. quoniã in istis rebus est aliquid simile formæ, & materiæ. & hoc intendebat, cùm d. et quidam ꝙ est forma lineæ. Deinde dicit. quædam enim res, & cæte. idest, & quidam istorum dicunt quòd res diuiduntur in formam * materialem, & in illud quod habet formã, verbi gratia in duo demonstrata, et in formam dualitatis: & quędam sunt materia tantum, vt linea, & hoc intendebat, cùm dixit. & hoc non est in linea. Et cùm notificauit ꝙ isti homines posuerunt omnia quasi materias, et dicunt formas, et numeros esse, d. Vnde accidit, etc. t. et contingit istis vt res plures, quæ videntur esse diuersę fm formam, et definitionem, sint vnum: et vt hoc, quod videtur sit falsum: et ꝙ omnes species sint vnum fm formam, verbi gratia ꝙ, si vnitas existens in homine et lapide est eadem, necesse est vt forma hominis et lapidis sit eadem. et similiter in vnitatibus. et sic hoc nomen vnum non dicetur equiuoce, nec multiphciter, sed vniuoce. Deinde dicit. et hoc accidens accidit Pythagoricis, etc. et d. hoc, quia Pythagorici opinantur etiam ꝙ numeri sunt principia entium, sed non opinabantur eos esse principia fm formas, sed fm ꝙ sunt elementa entium. vtrica; secę contingit idem, si vt formæ rerum, quę conueniunt in eadem forma numerali, sint eædem.* trinitas enim existens in quantitate continua, et discreta, et lapidibus, et animalibus, et cœlis facit omnia ista esse eiusdem naturæ. et sic nõ erit illic differentia inter entia. Et hoc intendebat, cùm d. et quod est possibile vt istud sit forma omnium, et vt alia non sint forma. idest, et secundum hoc contingit vt numerus sit forma omnium rerum, et vt alia, quæ dicimus esse formas, non sint formæ omnino. et secundum hoc omnia erunt numerus, & nihil erit hic extra naturam numeri.

Si vnitas existens in homine & lapide est eadẽ, necesse est vt forma hominis & lapidis sit eadem.

* a.l. vnitas.

Quòd itaq; habent aliquam dubitationem ea, quæ circa definitiones sunt, & quã ob causam dictum est. Quare cuncta ita reducere, et auferre materiam, superuacaneum est. quædam nãq; fortasse hoc in hoc sunt, aut sic hæc habentia. Et comparatio de animali, quam iunior Socrates dicere solebat, non bene se habet. abducit enim à vero, & opinari facit, tanquam contingeret hominem sine partibus esse, quemadmodum absq; ære circulum. Hoc autem non est simile. etenim sensibile quiddã fortassis animal est, & absq; motu definire nõ est. quare neq; sine partibus quodam modo se habentibus. non enim omnino pars hominis est manus, sed illa, quæ potest opus perficere. quare animata existens, non animata vero non est pars. Circa Mathematica vero, cur rationes non sunt partes rationum: vt circuli ipsi semicirculi: hæc enim non sunt sensibilia. An nihil refert. erit nanq; quorundam etiam non sensibiliũ materia, & omnis, quod non est quid erat esse. circuli itaq; vniuersalis quidem non erunt, singularium vero erunt hæ partes, vt prius dictum est. est etenim materia, quædam sensibilis, quædam intelligibilis. Manifestum autem est quòd anima quidẽ substantia prima, corpus vero materia. homo vero vel animal, quod ex ambob⁹, vt vniuersale. Socrates vero, et Coriscus, si anima quidem, duplex. hi enim vt animam dicent, illi autem vt ipsum totum. Quòd si simpliciter anima hæc, et hoc corpus, quemadmodum vniuersale, etiam et singulare. Vtrum autem prę ter materiam huiuscemodi substantiarum sit aliqua alia, et oporteat quærere substantiam eorum aliquam aliam, vtputa numeros, aut aliqd tale, posterius cõsyderãdũ est. Huius. n. gratia & de sensibilibus substantijs definire tẽtamus.

Nõ omnis pars hominis est manus, sed illa, quæ potest opus perficere.

Idem supra tex. 3c & 4. Met 15.

* a.l. numerale.

Naturalẽ nõ solũ de materia cognoscere oportet, sed etiam de ea, quę fm rationẽ, & magis. Idem. t. Pa. 21. et. 26 & 1. de Partibus cap. 1.

tantus. quãdo quidem quodam modo Naturalis & secundæ philosophiæ opus est, ea, quę circa sensibiles substantias, speculatio est. non enim solum de materia Naturalem cognoscere oportet, sed etiam de ea, quę secundum rationem, & magis.

Dictum est igitur ꝙ in definitionibus est dubitatio, & ꝙ est hoc, quia omnia non sunt eiusdem dubitationis, & quia materia est materia totius. Rectum est igitur vt quoddam sit tale in hoc, sicut hoc in hoc, aut sicut oportet vt sint illa, quæ sunt semper. Et ideo ideæ, quas Socrates minor est assuetus dicere in animalibus non est bonũ. procedit enim à veritate, & existimatur quasi esset possibile vt homo sit sine alio, sicut circulus sine cupro. Et hoc non est simile. rectum est enim vt animal sit aliquod habens sensum, & non est sine motu. & ideo non est sine partibus, & sunt quodam modo. manus enim non est pars hominis omni modo, sed quando potest complere actionem. cùm igitur fuerit animata, & cùm non est, nõ est pars. In Mathematicis vero, quare nõ sunt definitiones partium definitionũ, vt semicirculorũ? quia ista sunt insensibilia. Aut in hoc non est differẽtia. ergo erit materia etiam quibusdam rebus non sensibilibus, & cuiuslibet, quod non est quid est per essentiam. circuli vero vniuersalis non erunt partes, particularium autem erũt istæ partes, sicut dictum fuit prius. materia enim alia sensibilis, alia intelligibilis. Manifestum est igitur quòd anima est prima substantia, corpus vero materia. homo autem & animal, aut illud quod ex vtroq; sicut totale. Socrates vero, & Remus, si fuerit & corpus & anima, est dupliciter. quidam. n. est sicut anima, & quidam sicut totum et congregatum. Et, si fuerit modo simplici, tũc ista anima, & illud corpus erit sicut vniuersale, & particulare. Si autem aliqua substantia fuerit sine materia, aut inueniuntur substantiæ aliæ à sensibilibus, perscrutãdum est postea. Quoniam propter hoc nitimur distinguere suas definitiones in substantijs sensibilibus etiã. quoniam quodam modo Naturalis, & Secundæ Philosophiæ est consyderatio de substantijs. oportet enim Naturalem, vt non solummodo habeat cognitionem materiæ, sed cognitionem eius, quod est per definitionem, & magis.

39 Dictum est igitur ꝙ in definitionibus est quæstio: et dictum est in solutione istius quæstionis ꝙ solutio eius est per hoc, ꝙ definitiones rerum non sunt, sicut dicentes formas opinabantur. Deinde dicit. & quia materia est materia totius, &c. t. &, quia materia manifestũ est ꝙ non potest esse extra formam, manifestum est ꝙ formę naturales, aut plures, aut omnes non sunt extra materiam. Deinde d. & ideo ideę, quas Socrates * minor est assuetus, &c. t. cũ declaratũ sit ꝙ impossibile est formam esse sine materia, cùm sit impossibile materiã esse sine forma, ergo illud, quod opinatur Socrates minor, & est Plato, s. animal abstractum esse, & hominẽ separatum esse, est falsum, & extra rationem, quoniã, si ita esset, tunc possibile esset hominem esse ante hominem. & hoc intendebat cùm d. sine alio. Et d. hoc, quoniã, si esset possibile hominem esse separatum, tunc possibile esset hominem esse sine corpore: quod est impossibile. & ideo dixit, sicut circulus sine cupro. t. sermo Socratis facit imaginari ꝙ in definitione hominis non est necesse vt appareat materia hominis. quemadmodũ non est necesse vt materia circuli appareat i definitione circuli, vt cuprum & lapis. Et d. hoc, quia illud, quod seorsum separatur sermone existimatur separari fm esse. illud autẽ quod non separatur sermone, quãto magis non separatur i esse, & ideo sermo obuiant vero in hac opinione. Deinde d. Et hoc nõ est simile. t. & res naturales in hoc sunt econuerso mathematicis. quidditates enim naturalium non possunt intelligi sine motu, & sensu, sicut possunt intelligi quidditates mathematicorũ. D.d. & ideo non est sine partibus. t. & oportet hanc causam cogentem vt forma animalis sit in materia: impossibile est. n. vt aĩal sit sine eo, quod habet partes materiales. D.d. & sunt quodammodo, &c. t. & partes, cùm separantur à sensu, sunt alio modo ab eo, quo sunt, qũ habent sensum. verbi gratia quoniam manus non est pars hominis, nisi quãdo agit actionem manus. D.d. cùm igitur fuerit animata, &c. t. & manus, verbi gratia, quãdo fuerit animata, erit pars animalis: &, quãdo non fuerit animata, non erit pars illius. Et cùm d. ꝙ ista naturalia habent partes per quantitatẽ, quia non intelliguntur sine materijs, & mathematica intelliguntur sine materia sensibili, existimatur ꝙ sequitur ex hoc, ꝙ mathematica etiã non habeant partes posteriores definitione totius, sed, quia habent reales partes, accidit quæstio in hoc: & ipse vult declarare hoc. Et d. In Mathematicis vero, quare non sunt definitiones partium definitionum, vt semicirculi partes circulorum? quia ista sunt insensibilia. t. potest enim aliquis dicere dubitãdo quoniam definitiones omnium partium non sunt ante definitionẽ totius, quia illa, quæ sunt talia, habent materias sensibiles, quare igitur in Mathematicis nõ sunt definitiones partium ante definitionem totius, vt definitio semicirculorum? quoniam ista non habẽt materias sensibiles. Deinde dicit. Aut in hoc non est differentia, &c. t. et responsio in hoc est dicere ꝙ ista etiam habẽt materiam sicut illa, & ꝙ in hoc non differunt, sed quędam habent materiam sensibilem, s. naturalia, & quædam intelligibilem, sicut mathematica, sicut dictum est. Deinde d. & cuiuslibet, &c. t. & vtriusq; modorum duarum partium, s. quę sunt fm quantitatem in duobus generibus, s. mathematicis, & naturali, non habent definitionem. & hoc intendebat, cũ d. illud, quod non est quid est per essentiam. Deinde d. circuli vero, &c. t. quoniam partes, quę sunt ante materiam, quæ sunt posteriores in definitione à definitione totius, non inueniuntur in specie intelligibili de circulo, sed inueniuntur in particularibus s. in individuis imaginatis, sicut est dispositio in rebus naturalibus. D.d. materia enim alia sensibilis, alia intelligibilis. t. Vtraq; enim nõ individuatur, nisi quia est in materia. Et ideo d. post. Manifestũ est igitur ꝙ anima, &c. t. & ideo hoc est manifestum in animalibus, s. formam existere in materia, manifestum est enim per se ꝙ anima in animali est prima forma, & ꝙ corpus est materia. Deinde dicit. homo autem, & animal, &c. t. idest, homo autem & animal est totum congregatum ex anima, & corpore. Deide d. Socrates, &c. t. nomina

* a.l. nouus.

Illud, quod separatur sermone, existimatur separari fm esse.

Quidditates naturales nõ possunt intelligi sine motu & sensu. Idẽ supra. 1. & quæ ibi.

autem indiuiduorum quando significant corpus et animam, substãtiam significant duplicẽ, s. aiam et corpus. Deinde dicit. Et, si fuerit modo simplici. i. sicut significat totum congregatũ ex partibus per se, & partes etã per se. i. cũm significant partes indiuidui significatione intentionis simplicis non compositę ante istam animã & istud corpus, sicut significat congregatum et demõstratum, v. g. istud animal, & istum hominem. Deinde dicit. sicut vniuersale, & particulare. i. & significat vtrunq; istorum duorum modorum simplicium significatione vniuersalis, s. speciei, & significatione particularis. & similiter congregatum habet duas significationes, s. significationẽ indiuidualem, verbi gratia Socratem et istum hominem, & significationem vniuersalẽ, verbi gratia hominem. Et intendebat q̃ est ens eiusdẽ speciei, s. q̃ esse totius est esse partium. Et, cùm declarauit q̃ omnes istæ substantiæ sunt in materijs: & ideo definitiones quarundam partium sunt posteriores definitione totius, & partes earum, quę sunt per quantitatem, non habent definitiones, cùm non sint priores toto prioritate definitionis, sed prioritate materię ad formam, d. Si aũt aliqua substãtia fuerit sine materia, &c. i. & quod apparet ex hoc sermone est, s. q̃ substantia, quam significat definitio, est i materia. Vtrum autem sit hic aliqua substãtia sine materia, similis istis substãtijs, quæ sunt in materijs, aut vtrum inueniũtur in istis substantiæ, quæ sunt aliæ ab istis substantijs sensibilibus, vt dicimus de numeris, perscrutãdum est postea. Deinde dicit. Quoniam propter hoc nitimur distinguere has definitiones in substantijs sensibilibus etiam. i. nos enim non perscrutati sumus de substantijs sensibilibus, neq; distinximus modos earum hac distinctione, nisi quia intendimus perscrutari de substantia insensibili. & propter hoc, quod dixit, Philosophus primus non consyderat de substantijs sensibilibus, secundum q̃ sunt sensibiles, sed secundum q̃ sunt substantiæ: Naturalis vero secundum q̃ sunt substantiæ sensibiles. Et ideo d. quoniam quodammodo perscrutatio de substãtijs sensibilibus, & consyderatio de eis est Philosophię Naturalis, quæ est secunda, i. q̃ Philosophia Naturalis non perscrutatur de substantia secundum q̃ est substãtia, sicut facit ista ars, sed perscrutatur de substantia secundum q̃ est sensibilis. et d. ipsam esse secundam in respectu primæ Philosophiæ, quæ dicitur Metaphysica, non fm ordinẽ doctrinæ, sed esse. D. d. oportet. n. Naturalẽ vt nõ solũmodo habeat cognitionẽ materię, sed cognitionẽ eius, q̃d est per definitionẽ, et magis istam. i. Naturalis enim non debet perscrutari de substantia, quæ est materia, quia materia est propria entibus naturalibus, sed & de substantia, quæ est forma, sed tamen ad terminum notum. & q̃ perscrutatur de hac substantia magis q̃ de substãtia, quæ est per materiam. & hoc declaratum est in Secundo Physicorum.

s. & .16.

In definitionibus vero, quo modo partes, quæ in ratione sunt, & cur vna ratio definitio (patet etenim quòd res vna: res autem aliquo vna, partes habens) postea consyderandum est. Quid igitur est quod quid erat esse, et quomodo ipsum per seipsum, vniuersaliter de omni dictum est. & cur quorundam ratio ipsius quid erat esse habet definiti partes, quorundam non. & q̃ in ratione quidem substantię, quę ita partes sunt vt materia, non inerũt. non enim sunt illius substantię partes, sed totius. huius vero est quodã modo ratio, & non est. cum materia nanq; non est: indefinitũ etenim. secũdũ primam autem substãtiam est, vt hominis animę ratio. substantia enim est forma, quæ inest: ex qua & materia, tota dicitur substãtia: vt cõcauitas. ex hac. n. et naso, simus nasus, & simitas est. bis nãq; i his inerit nasus.

Idem supra com. 15.

Et cùm partes, quæ sunt in sermone, sunt quoquo modo partes definitionum etiam, & definitio est vnus sermo, quia res ista est vna, & hoc manifestum est, quoniã vero res quoquo modo est vna, & habet partes, perscrutãdum est post. Dictũ est igitur quid est esse per essentiam & quo modo est per essentiam, & quomodo est per se, quoniam est vniuersale de omni. et quare in quibusdam rebus sermo, qui est quid est per essentiã, & in eo sunt partes definiti, & in quibusdam non. & q̃ partes, quæ sunt per materiam, non sunt in definitione substantiæ. quoniam illa substãtia non habet partes, sed partes sunt substantiæ congregatę. & ista etiam habet quoquo modo definitionem, & non habent etiam. qm̃, cùm fuerit cum materia, non habebit: quia non est definitum per primam substantiam, vt sermo animæ hominis. substantia enim est forma, quæ est in eo. & ex eo etiam dicitur congregatio materiæ, & substantiæ etiam: vt cõcauitas. quoniã ex ea, & ex naso est simus, & simitas. & nasus bis est in istis.

Et, cùm sit declaratum q̃ partes substantiæ quoquo modo sunt partes definitionum, et definitio habet vnũ sermonẽ, quia res definita est vna essentialiter. & postdicemus qũo definitio est vna, & habet partes. Et dixit quoquo modo, quia definitio est vnum cum definito fm prædicationem: non quia ipsa definitio, quæ est forma, est ipsum definitum, quod est habens formam. Et, cùm peruenit ad hunc locũ, fecit rememorationem de declaratis, & d. Dictum est igitur, &c. i. declaratũ est igitur quid est substãtia, quę est quiditas rei, & quo modo ista substantia est prædicabilis de illo, quod est substãtia per se, & q̃ hoc est ei fm q̃ est vniuersalis. Et declaratum est etiam quare in quibusdam definitionibus omnes partes sunt partes definiti, & quibusdã definitionibus nõ omnes partes sunt partes definitionum, sed ipsius definiti. D. d. & q̃ partes, quæ sunt per materiam, non sunt in sermone substantiæ, &c. i. & declaratum est etiam q̃ partes rei, quæ sunt per materiam, & sunt illæ, quę sunt per quantitatem, non accipiuntur in definitione substantiæ, quæ est forma. quoniam ista substantia non habet partes quantitatiuas, sed istæ partes sunt substantię congregatę ex materia & forma, & est res demonstrata. & intendit sicut partes circuli, & partes rectu. D. d. & ista etiã habet quoquo modo definitionem, & c. i. declaratũ est q̃ substantia, quæ est forma habet definitionẽ quoquo modo. et ponatur ipsam esse veram definitionem: quoniam in definitione istius substantię apparet aliud, & est subiectum: vera autem definitio, in qua non apparet aliud, non est huiusmodi definitorum. Deinde d. causam in hoc. & d. quoniam, cùm fuerit cũ materia, &c. i. causa enim in hoc est, quoniam res, quæ sunt in illis, non sunt definitæ per definitiones primarum substantiarum, quæ non sunt in alijs.

Definitio est vnũ cũ definito fm prædicationẽ. non qa definitio, quę ẽ forma, est ipsum definitũ, qd est his formis. Idẽ supra. b. 21. 34. et. 36.

a Anima, qa est existens in alio, non habet perfectã definitionẽ. Vide causam. 8 Met. cõ. 9. &. 16.

Deinde dicit, substantia enim est forma, &c. ideest quoniam hæc substantia, quæ est forma in talibus rebus, ex illo, in quo est, s. materia, erit definitio cõgregati ex eis. vt simitas, quæ definitur per concauitatem, quę est in hac definitione, quasi forma, & subiecto concauitatis, quod est nasus. & ideo accidit in talibus definitionibus dicere materiam bis. necesse est enim vt definitio cõgregati componatur ex duabus definitionibus duarum partium, ex quo sequitur materiam dici bis, vt declaratum est in principio istius tractatus.

In tota vero substãtia, vt naso simo, aut Callia, inest etiam materia. Et quod quid erat esse & vnum quodq; in quibusdam quidem idem est, vt in primis substantijs: vtputa curuitas et curuitati esse, si prima est. dico autem primã, quę non dicitur, eò q̃ aliud in alio sit, & subiecto, vt materia Quęcunq; vero vt materia, vel vt simul cum materia sumpta sunt, non idem: neq; secũdum accidens vnum, vt Socrates & musicum. hęc enim fm accidens eadem sunt,

In substantia vero cõgregata, vt naso simo, aut Callia, nõ est materia. Et quòd illud, quod est per essentiam, & simplicia in quibusdam sunt rebus, quæ sunt eædem, sicut sunt in prima substantia, vt reflexio & essentia reflexionis, si fuerit primum. & dico primũ illud, per quod non dicitur aliud esse in alio, vt in subiecto. Omnia vero, quæ sunt sicut materia, aut sicut congregata ex materia, non sunt idem, neq; sunt vnum per accidens, vt Socrates, & musicus. qm̃ omnia ista sunt per accidens.

41 Dicit, composita vero ex materia & forma in actu, vt congregatum ex naso & concauitate, quod dicitur simitas, subst antia, quæ est ex eis tanquam forma, non prædicatur de materia secundum modum, secundum quẽ quiditas rei est ipsa res in prædicatione, & sunt res existentes per se. D. expositio hoc, & d. & simplicia in quibusdam rebus, & c. t. & res determinatæ in quibusdam vero quiditates sunt ipsæ. i. quiditates earum declarant suas essentias secundũ quid: & sunt illa, de quibus dicitur q̃ prædicatum est substantia subiecti, vt inueniet in primis substantijs: verbi gratia reflexio, & quiditas reflexionis. sed quia reflexio non est prima substãtia in re veritate, quia est in alio, sed tamen quando intellectus abstrahit eam à subiecto, tunc ita habet se ad quiditatem, sicut primę substantiæ ad suas quiditates, d. si fuerit primum. Deinde exposuit primum, & d. & dico primum, & c. t. & intelligo per primam substantiam illud, quod non dicitur in subiecto: et ista sunt vniuersalia substantiarum, vt dictum est in Prædicamentis. Deide d. Omnia vero, quæ sunt sicut materia, &c. i. composita vero ex materia & forma etiam sunt illa, quæ inueniũtur in alijs essentialiter: licet quiditates eorum non declarent essentias eorum, secũdum q̃ quiditates primarum substantiarum declarant essentias earum: quoniam cõgregatum ex duabus partibus in eis non est vnum per accidẽs, sicut est dispositio in rebus, quæ sunt vnum per accidens. verbi gratia homo musicus, & homo albus. Et intendit q̃ differentia inter hominem & musicum & nasum concauum, quod dicitur simitas, est, quia nasus simus est vnum essentialiter, & concauitas est inseparabilis ab eo. homo autem albus non est ita: quoniam albedo non in separabilis ab eo, & ideo homo albus est vnũ per accidens. Et intendit quòd nasus diuiditur in concauum, & nõ concauũ secundum q̃ genus diuiditur in suas differentias essentiales: & homo non diuiditur in album & non album, nisi per accidens. albedo enim inuenitur in pluribus speciebus alijs ab homine. & differentiæ nasorum, in quibus differunt, non inueniũtur nisi in figuris. et ideo nõ est remotum vt aliquid in prædicamento qualitatis accipiatur in definitione eius, quod est in prædicamento substantiæ. & Aristote. perscrutabitur de hoc in tractatu sequenti.

Nõ est remotum vt aliqd in prdicamento qualitatis accipiatur in definitione eius, qđ est in prdicamento substãtię. vide idem 8. Met. t. cõ. c. &. 14. cõ. 6. & .26. & .8. Ph. 72. & .1. de Aia. 2. & 1. Ph. cõ. 10.

Caput Decimum quartum. Quo pacto ex definitionis partibus vnum fiat. Vbi de definitionibus secundum diuisionem multa.

NVnc autem primo dicamus quatenus in Analyticis de definitione non est dictum. dubitatio nãq; quæ in illis dicta est, proderit sermonibus de substãtia. Dico aũt hanc dubitationem, quare vnũ est definitum, cuius rationem definitionem esse dicimus. vt hominis animal bipes (sit nanq; eius ratio) cur igitur hoc vnum est, non autem multa, animal & bipes? Homo enim & album multa quidẽ sunt, cùm non insit alterum alteri. vnum vero cùm insit, & subiectum, vt homo, aliquid passum fuerit. tunc enim albus homo vnum fit, & est. hic vero non est alterum alterius particeps. genus etenim non videtur particeps esse differentiarum. simul nanq; cõtrariorum idem participaret. differentię nanq; cõtrariæ, quibus genus differt. Quòd si etiam participat, eadem ratio est, si differentię quidem plures sũt: vt pedestre, bipes, implume. Cur enim vnum, sed non multa sunt hæc? non enim, ga insunt: sic enim ex omnibus erit vnum. oportet autem vnam esse, quæcunq; in definitione sunt. definitio nanq; ratio quædam vna, & substantia est: quare vnius cuiuspiam oportet ipsam esserationem. etenim substãtia vnũ quiddam & quod quid, vt dicimus, significat.

Genus nõ videtur particeps esse differentiarum.

Definitio ratio quędam, & vna est vna.

Dicamus igitur nunc primo de definitione, cùm non sit dictum in analyticis. quæstio enim difficilis dicta in illis præcedit sermonẽ de substantia. Et dico hanc quæstionem qua de causa est vnum illud, de quo dicimus q̃ sermo eius est definitio. vt sermo hominis animal bipes (esto sit hic sermo eius) quare est vnũ, & non multa, scilicet animal, & bipes. In homine vero et albo est multum. quoniam alterum nõ est reliquum: vnum vero cùm inest, & cùm subiectum fuerit homo. tunc enim fit vnum, & est albus homo. hic autẽ alterum non est in reliquo. genus enim non existimatur congregare differentias. & si nõ, tunc idẽ congregaret contraria insimul. differentiæ enim, in qbus genus diuiditur, sunt cõtrariæ. Et etiam, si vnus sermo congregat differentias, & differẽtiæ sunt multę, verbi gratia ani-

bulans, bipes, non pennatum, qūo ista sunt vnum, & non plura? Non enim sunt vnum, quia sunt in vno. quoniam secūdum hoc erit vnum ex oibus rebus. & oportet vt sint vnū omnia, quę sunt vnum numero. quoniā definitio est vnus sermo de substātia: ergo debet esse sermo vnus. substantia enim est vna, et significat rem, sicut diximus.

42 Dicit. Dicamus igitur nūc de definitione, quare significat vnum, et habet partes. hoc enim nō fuit dictū in Posterioribus analyticis: quoniam illic posuit hanc positionem, & non dedit causam. Considerare enim de definitionibus est commune Logico et Philosopho: sed duobus modis diuersis. Logicus enim considerat de definitionibus, secundum q̄ est instrumētum, quod inducit intellectum ad intelligere quiditates rerū: Philosophus autem, secūdum q̄ significat naturas rerum. & ideo dare causas de hoc magis est propriū huic scientiæ. causa enim in hoc est, quoniam vltima differentia data in definitionibus est differentia, quæ continet formam, per quam ens est vnū in actu, & ens in actu, differentiæ enim, quæ sunt ante vltimam differentiū, sunt existentes in definito potētia. & ideo definitiū non multiplicatur per multiplicationem partium definitionis. Et cùm dixit q̄ intentio eius nunc est loqui de definitione, et dicere quæstionem, quam dimisit in Analyticis, dixit quæstio enim difficilis, &c. i. ista enim quæstio debet præcedere sermonem de substantia. ista enim quæstio est de quæstionibus, super quas fundatur scientia de quiditate substantiæ. Deinde induxit quæstionem, & dixit. Et dico hanc quęstionem, &c. i. & quęstio est, quare dicimus vnum res, de qua dicimus q̄ sermo, qui significat illam, est definitio. verbi gratia cùm dicimus q̄ homo est animal bipes. Deinde dicit. et sit hic sermo eius. i. & cū definitio hominis, verbi gratia est animal 30 bipes, sit quęstio, quomodo dicimus q̄ homo est vnū, & non plura, cùm accepimus in definitione plura, s. animal & bipes. Deinde d. In homine vero & albo, &c. i. dicere vero homo albus non significat vnum: quoniā alterum istorum non est reliquum essentialiter. & ideo homo & albedo non sunt idem nisi per accidens. Deinde dicit. et cū subiectum fuerit homo, etc. i. et homo albus est vnum: quia subiectū albedinis accidit ei q̄ fuit vnum. et ideo est vnum per accidens. D. d. hic aūt, etc. i. et intendit q̄ bipes non est in aīali, sicut albū in hoīe: nec definitio dicitur esse vna hoc modo. D. d. causam in hoc. et d. genus. n. non existimatur, etc. i. vna. n. species, aut genus nō existimatur q̄ in eo inueniātur differentię contrariæ, sicut inueniuntur albedo et nigredo in hoīe. D. d. Et etiam, si vnus sermo congregat differentias, etc. i. et etiā ōret aliqs, et dicet, si vnus sermo, q̄ est definitio, quę congregat multas differētias, v. g. aīatū, ambulās, bipes, q̄ existūt in definitione hoīs, qūo igit dr in istis, q̄ sunt vnū, et nō multa? D. d. Nō. n. sunt vnū, quia sunt in vno. i. istę. n. differētiæ nō dūr per accidēs esse vnū, s. quia sunt in vno, sed essentialiter. qm̄, si contingeret q̄ oīa, q̄ sunt in vno, sunt vnū essentialiter, cōtingeret q̄ totus mundus esset vnū essentialiter. oīa enim sunt in cœlo, qd̄ est vnū. D. d. et oportet vt sint vnū, etc. i. et oportet vt illa, q̄ sunt vnū per definitionē, sint vnū numero: quia definitio est sermo vnus, q̄ significat substātiā vnā. omne. n. qd̄ significat definitio, est vna substantia: ergo necesse est vt definitio sit sermo vnius, quia significat in re vnam substantiā. Et d. hoc, quia tam prædixit quomodo definitio est multa, et est vnū? et ipse d. econtrario, s. q̄ vna est res, q̄a hēt vnā definitionē, ad declarandum ex hoc, q̄ definitio est vna.

Cōsyderare de definitionib⁹ est cōe Logico, & primo Philosopho. differēter tū, &c.

Differentiæ, quæ sūt ante vltimā differētiam, sunt existentes in definito i potentia. cōsimile cō sequenti. &. 8. Metaphy. tex. cō. 6.

Oportet autem primo consyderare de his, quæ fm diuisiones sunt, definitionibus. Nihil enim aliud in definitione est, nisi quod primū dicitur, genus, & differentię, cętera vero genera sunt, & ipsum primum, & post hoc, quę cōprehenduntur differentiæ. vtputa ipsum primum, est animal: consequens vero, animal bipes, & rursus animal bipes implume. Similiter etiā si p plura dicat. & oino nihil differt per multa, an p pauca dicat. neq; vtiq; p pauciora q̄ duo. duoq; vero hoc qdem genus, hoc vero differētia. vtputa huius aial bipes, animal quidem genus, differētia vero alterum. Si igitur genus simpliciter nōn est præter eas, quæ vt generis species sunt, aut si est quidem, sed tanquam materia est (vox nanq; genus & materia, differentiæ aūt species, & elementa quoq; ex hac faciunt) manifestum est q̄ definitio est ex differentijs ratio. At vero oportet etiam diuidi differentia differentiam. vtputa animalis differentia est pedes habere, rursus aialis pedes habentis differētiam scire oportet, prout pedes habet. quare non est dicēdum pedes habentis aliud plumiferū, aliud implume, si bene dicatur (verum quia nō potest, faciet hoc), sed si aliud fissos, aliud nō fissos pedes habēs. hæ enim pedis differentię sunt. fissio nanq; pedum aliqua peditas est. & sic semper procedi vult, donec ad indifferentia deueniatur. tum autem tot pedis species erunt, quot differētię, & pedes habentia animalia æqualia differentijs. Si igitur hæc ita se habeāt, manifestum est q̄ vltima differentia, rei substātia erit, & definitio. siqdem nō oportet crebro eadem in definitionibus dicere: superfluū nāq; est. Accidit autem hoc. cū enim aīal pedes habens, bipes dicat, nihil aliud dixit, nisi aīal pedes habens, duos pedes habens. & si hoc propria diuisione diuidat, crebro & æqualiter, ac differentias dicet. Si igitur differentię differentia fiat, vna, quę vltima est, erit species et substantia. Si aūt fm accidens, vt si diuidat habētis pedes, aliud albū, aliud nigrū, tot quot sunt sectiones. Quare manifestum est q̄ definitio est ratio, quę ex differentijs est, & ex harum vltima secūdum rectum. Patet autem hoc, siquis transponat tales definitiones, vtputa hominis, dicens animal bipes, habēs pedes. superfluum enim est habens pedes, dicto bipede. ordo vero non est in substantia. quo nanque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud vero posterius? De his igitur definitionibus, quæ secundum diuisiones fiunt, quales quædā sunt, hactenus dicta sint.

Oīa, quæ sunt in vno, sunt vnū essētialiter, totus mundus esset vnum essentialiter.

Sed perscrutandum primo de definitionibus, quæ sunt secundum diuisionem. Nihil enim

enim est aliud in definitione præter genus, quod dicitur primum & differentia. alia vero sunt genera, vt primum, & differentiæ quæ existunt cum eo. vt primum animal, quod recipit animal bipes, & etiam animal bipes, non pennatum. Et similiter etiam est si dicitur per plura. & vniuersaliter nō est diuersitas, siue dicatur per multa, siue per pauca. ergo non est diuersitas inter illa, quæ dicuntur per pauca, aut illa quæ dicuntur per duo, cùm dicuntur per duo. genus vero sicut est illud, qd̄ est animal, & animal est genus, & illud differentia albedo & nigredo. Aut non erit genus modo simplici aliud à forma, quæ est sicut forma generis, aut eris, hoc est sicut materia. sonus autem est genus & materia, differentiæ autē faciunt formas & litteras ex sono. manifestum est igitur quòd definitio est sermo ex differentijs. Sed oportet diuidere differentias differentiæ. & oportet diuidere animal habens pedes secundum q̄ est bipes, & non oportet dicere q̄ bipes quoddam est pennatū, et quod dam non pennatum, si intendit bonus sermo (quoniam hæc non sunt nisi in non posse diuisionis) et oportet vt diuisio bipedis sit talis, bipedis, aliud est scissorum pedum, & aliud non scissorum. istæ enim sunt differentiæ pedum. quoniam scissura pedum est aliqua dispositio propria. & sic procedat semper, donec perueniatur ad diuersa. tunc igitur erit diuisio pedis secundum differentiarum numerum, & erunt animalia bipedia æqualia numero differentijs. Ergo manifestum est quòd vltima differentia erit substantia solius rei. et nō oportet dicere hos sermones i definitionibus multotiens: quoniam hoc est superfluum in operatione. Et hoc accidit. quoniam cùm dicitur animal bipes, de quo prędicantur duo pedes, nullus dicitur animal præter animal habēs duos pedes. & si diuisit diuisione propria, tunc dicet multotiens secundum numerum differentiarum. Et, si fuerit differentia differentiæ, tunc vltimum additum erit forma, & substantia. Et, si diuiserit per accidēs, verbi gratia si bipes quoddam est album, & quoddam nigrum, tunc erit secundum numerum diuisionum. Cū ergo declaratū est q̄ definitio est sermo, qui est ex differētijs, et ex suis partibus etiam, tūc erit manifestū q̄, si aliqs mutauerit definitiones tales, vt est definitio hoīs, & dixerit ipsum esse aīal bipes, de quo p̄dicātur duo pedes, q̄ hoc verbū, de quo p̄dicantur duo pedes, est superfluū. cū. n. dicetur bipes, non erit ordo in substātia. qm̄, qūo est intelligēdum q̄ q̄dā ē ante, & q̄dā post? Iste igit sermo primus est in definitionibus, quę sunt fm diuisionem,

Illa, quę sunt inter primum genus et vltimam differentiam, sunt quasi genus. Idem cō. præced.

Cùm quæsiuit quomodò definitio est vna & habet multas partes, & quomodo definitum est vnum, & definitio habet multas partes, vult ponere principiū perscrutationis de hoc à definitionibus, quæ sunt fm diuisionē, vt ex appareat solutio quæstionis. Et d. Sed perscrutandum primo, &c. i. sed primo perscrutandum est de definitionibus, quæ fiunt per veram diuisionē. Apparet enim ex definitionibus, quæ sunt per veram diuisionem, q̄ non continēt nisi duo, s. genus propinquum & differentiam essentialem illi generi. & vocat genus propinquum primum: quia in definitione ponitur primum. Deinde dicit, alia vero, &c. æ. i., illa autem, quæ sunt post primum genus, s. genera, & differentiæ illorum generū, sunt in suo esse de natura eius, quod significat primum genus præter differentiam æqualem definito. Deinde d. vt primum animal, quod recipit, &c. i. vt animal, quod primo diuiditur in animal bipes & multipes. deinde bipes diuiditur in pennatum & non pennatum. omnia enim ista sunt tanquā genus. D. d. Et similiter etiam est, si dicitur per plura. i. & similiter contingit in definitionibus, quæ continent differentias multas, quoniam non est differentia inter multitudinē differentiarum in hoc, et paucitatē in hoc, q̄ sunt quasi genus. & hoc intendebat, cùm d. & vniuersaliter non est diuersitas, &c. i. & diuersitas non est inter definitiones in hoc, q̄ sunt quasi primum genus. & secundū hoc definitiones erunt compositæ necessario ex dualibus naturis, s. ex genere & differentia: siue sint in ea multæ differentiæ, siue genus & differentia tantum. quoniam illa, quæ sunt inter primum genus & vltimam differentiam, sunt quasi genus. & hoc intendebat cùm dixit, aut per illa, quæ dicuntur per duo. i. & per genus & differētiam tantum. Deinde dicit. genus vero, &c. i. sumitur igitur q̄ omnes definitiones componuntur ex dualibus naturis, genere & differentia. Deinde dicit post. Aut non erit genus modo simplici, &c. i. et, cùm sit declaratum q̄ omnis definitio componitur ex genere & differentia, & genus componitur ex forma & materia, aut genus, quod dicitur simpliciter, nō sit aliud à forma subiecti, formæ autem erit forma & subiectū, & quomodo docunq; fuerit erit simile materiæ. Et forte intelligit per genus, quòd est vnum ex materia & forma, aut habet hoc nomen ex parte formæ, aut materiæ. & quomodocunq; fuerit, simile est materiæ. Et intendebat per hoc, q̄ genus in re non existit in actu sicut materia, & q̄ illud quod est in actu, est vltima differentia: quia genera a diuersantur, quędā enim magis assimilātur formæ, & quędam magis materiæ. Deinde dedit exemplum, & d. sonus autem est genus, & materia. i. & genus, quod quadammodo est genus, & quodammodo est materia, est sonus. sonus enim quodāmodo assimilatur materiæ, quia est propinquius materiæ literarū: & quodammodo assimilatur formæ, quæ prædicatur de literis secūdum quid. Et materia non prędicatur de re nomine principali. Deinde d. differentiæ autē, &c. i. potest intelligi, differentiæ autem percussionū faciūt formam literarum ex sono. videtur enim q̄ intendit hic per formas literarum syllabas prolatas, & per literas elementa. Et forte intendit, differentię autem acceptę in definitionibus literarum, sunt illa, quæ faciunt formas literarum, & literas esse ex sono, i. faciunt eas esse ex natura soni. Et intendebat declarare modū, fm quē genus hoc est materia. Et forte differentia inter sonum in hoc, q̄ est materia literarum, & inter cuprum i hoc, q̄ est materia idoli est, quia sonus non denudatur à forma & percutiente, s. ex aliquo simili syllabæ longæ & brevis. & cuprū denudatur à forma & figura omnino. & ideo cuprum est materia pura, & sonus non est materia pura literarum: sed est similis materiæ secundum

Genus in re nō est in actu sicut materia. Vide. Metaphy. 8. Met. 6. et 12. Met. 14. et 6. Met. 11. et 10. Met. 24.

a Genera diuersantur, quędam magis assimilantur formę, & quędā magis materiæ.

b Materia non prędicatur de re nomine principali. Vide 1 de Ipsa. cō. 21. et q. 5 ibi.

cp receipit literas: et est similis generi, sm cp nō est extra modos sonorū. Et cùm compleuit hoc, & d. manifestū est igitur cp definitio est sermo ex differentijs. i. &, cùm declaratum est ex quibus componuntur definitiones, manifestum est cp definitio est sermo cōpositus ex differentijs. & non dixit ex differentijs et genere: quia genus apud ipsum est forma vniuersalis: & differentia est particularis. Et, cùm narrauit ea, ex quibus componū tur definitiões, incœpit declarare cp diuisio est, quę largitur tales sermones, et d. Sed oportet diuidere differē tias differentiæ, &c. t. sed oportet ponere diuisionem essentialem, & primam generis diuisionem, s. qua primo diuidatur genus in primam differētiam, & suam oppositam, deinde illam differentiam in suam primam differentiam, non vt primo diuidatur genus in differētiam suæ differentię. verbi gratia animal habens pedes. quoniã primo debet diuidi ī suas primas differentias, v. g. in bipes & multipes. deinde bipes diuidatur per differentias essentiales et, per quas diuiditur prima diuisione: sicut genus diuiditur in suas primas differentias. & sic fiat semper, donec peruentatur ad illud cōgregatum ex differentijs æquale definito. D.d. & oportet, &c. i. & ideo oportet vt animal habens pedes diuidatur sm cp est bipes, & non diuidatur in pennatum & non pennatum. et hoc intendebat, cùm d. non oportet dicere cp quoddam bipes est pennatum, & quoddam non pennatum. qui enim hoc facit, nō bene potest diuidere, sed intendit bonam diuisionem essentialem, quæ largitur definitionem essentialiter. Deinde narrauit quæ diuisionum est essentialis ista differentiæ, & d. & oportet vt diuisio bipedis, &c. t. et intendit per scissum pede hominem: & intendit per propriam dispositionem formā propriam. pedississum enim est vnum eorum, per quæ perficitur actio pedis in quibusdam animalibus. D.d. & sic procedatur semper. t. diuidens semper debet tenere istum modum in diuisione differētiarum, donec perueniat ad illa, quæ sunt diuersa secundum indiuiduum, s. vltimas species. Deinde dicit. tunc igitur erit diuisio pedis, &c. t. & talis diuisio est, in qua numerus specierū bipedis est secūdum numerum vltimarum differentiarum, ad quas peruenit diuidens. Deinde dicit. Ergo manifestum est, &c. t. &, cùm diuisio peruenit ad differentias, quarum numerus est secundum numerum specierum bipedis, manifestum est cp vltima differētia est ex specie, quæ est substantia illius speciei solius, & sola definitio eius & quòd illud, quod est ante, non est substantia propria ei, nec aliquid existens extra animam in actu. Quoniam, cū illud, per quod inuenitur species in actu, sit vnum, manifestum est cp illud, quod significat definitio, est vnum, & cp definitio est vna. quoniã in ea non est aliquid in actu nisi vnū, & multitudo, quę est in ea, est in potentia. & cùm ita sit, dissoluetur quæstio. Et cùm d. cp, qui diuidit hac diuisione non dimisit aliquid de substantia definiti, et d. cp qui obtulit isti modo non intelligit substantiam definiti, d. etiam cp, si iterauerit eandem differentiam, errabit, ac si diminuerit, & d. & non oportet dicere istos sermones, &c. t. & hoc est præceptum definitionis. Deinde induxit exemplū, in quo accidit hoc in suo idiomate, & dixit. Et hoc accidit, &c. t. qm̄, cū dixerimus ī definitione hoīs cp est animal bipes, de quo p̄dicātur duo pedes, tūc significatio huius nominis bipes est sicut significatio istorum aliorum vocabulorum, de quo prædicantur duo pedes. & ideo d. non dicitur aliud animal præter animal habens duos pedes, t. cp nihil aliud d. nisi cp est animal habens duos pedes: quod est nugatio. Deinde dicit. et si diuisit diuisione propria, etc. t. et, cùm diuidēs diuiserit rem per suas differentias proprias, et vsus fuerit hac additione, tunc numerus iterationis rei eiusdem erit secūdum

Genus apud Arist. est forma vtis, & differētia est forma particularis. Idē. t. Met. c. 8. Met. c. 6 &. 2. hy. c. 6. vltimo.

numerum differētiarum, quas induxit in illa definitione. sed talis iteratio non vsitatur in idiomate nostro. D.d. Et si fuerit differentia differētiæ, etc. i. necesse est, si diuiserit differentiam per differentiā essentialē, et illā per aliam, et non iterauerit neq; diminuerit, tunc vltima differentia erit forma, et substantia illius speciei definitæ, et erit vnum necessario. Deinde dicit. Et si diuiserit per accidens, etc. t. et si diuiserit differentiam diuisione accidentali, v. g. bipes in album & nigrū, & istas differentias accidentales, & illas accidentales in accidētales, tunc istæ differentiæ erunt infinitæ. & infinitum non largitur scientiam. Deinde dicit. Cùm ergo declaratum est, &c. t. declaratum est ergo cp definitio est sermo compositus ex differentijs, & cp definitum est ens per differentiam vltimam: & hoc manifestum est vtendo vera definitione. et hoc posito erit manifestum cp, si aliquis addiderit in definitionibus aliquam differentiā iteratam per aliam dictionem, cp nugabitur: vt dicatur in definitione hominis cp est animal bipes, de quo prædicantur duo pedes. ista enim differentia est superflua. Deinde dedit causam in hoc, & d. cùm enim dicitur bipes, &c. t. & causam hoc errore est, quia posuimus cp bipes non significat substantiam similem substantiæ, quam significat illud, de quo prædicantur duo pedes, ita quòd quoddam ponatur ordinatum ante quoddā: sicut debent poni partes definitionum, cùm isti duo sermones significent idem. Deinde dicit. Iste igitur sermo primus, &c. t. hic igitur est primum eorum, quæ debēt dici in definitionibus, quas largitur diuisio. & sciendo naturā istarum diuisionū dissoluetur quæstio p̄dicta.

Infinitē non largitur scīa. Idem. t. Phy. 15.

Caput Decimum quintum. Vniuersalia substantias non esse. Ad hoc autem dubitationem sequi, nullius rei esse definitionem.

CVm autem de substantia consyderatio sit, rursus redeamus. Dicitur autem, sicuti subiectum substantia esse, & quod quid erat esse, & quod ex his, & vniuersale. De duobus itacp dictū est. etenim de ipso qd erat esse, & de subiecto, cp dupliciter subijcitur, aut qd qd existens, vt aial passionibus: aut, vt materia actui.

Et cùm perscrutatio sit de substantia, reuertamur etiam. Quoniam quemadmodum subiectum dicitur esse substantia, & quid est per essentiam, ita & istud, quod est ex eis, & totū. Et dictum est de duobus. dictū est enim quod est per essentiam, & dictum est de subiecto. quoniã est subiectum duobus modis: aut est hoc, sicut animal est subiectum passionum: aut sicut materia.

Cùm in hac perscrutatione quærat de principijs primarum substantiarum, quæ non sunt in subiecto, neq; de subiecto, sed cōpositarū ex materia et forma, & est manifestū materiā esse substātiā, incipit pscrutari de forma vtrū sit substātia, aut nō. & posuit principiū pscrutationis de hoc de eis. quæ significant definitiones. Cū igitur declarauit cp illa, quæ significant definitiones, sunt substantiæ rerum, & definitiones componūtur ex vniuersalibus, quæ prædicantur de particularibus, incipit perscrutari de vniuersalibus vtrum sint substātiæ rerū aut non, sed tm̄ sunt substantiæ particularia, de quibus prædicantur illa vniuersalia. & hoc est necessarium in declarādo [a] quòd formæ indiuiduorum substantię sunt substantię: & quòd in indiuiduo non est substantia, nisi materia & forma particularis, ex quibus cōponitur.

Et d.

Substātia dicit quatuor modis.

a In Idiuiduo nō est substātia, nisi materia & forma particularis, ex qbus cōponitur. Oppositū. c. Meta. cō. 9. Vide cōtra. Zim.

Et d. Et, cùm perscrutatio sit de substātia, &c. i. & cùm perscrutatio sit de formis substātiarum, vtrū sint substantiæ, aut non: & iam prædiximus cp substantia dicit famose quatuor modis: dr. n. de subiecto cp est duobus modis, quorum vnus est materia, & alius congregatum ex materia & forma, & de eis, quæ significant definitiones, quę dant quiditates rerum, & de toto. &, cùm est manifestum cp subiectum est substāta, & fuit declaratum cp quiditates rerū sunt substantię aut non, dicendum est de vniuersalibus, vtrum sint substantię, aut non. Et d. hoc, quia post perscrutationem de istis rebus declarabitur cp substantia, quam significat definitio, est forma rerū particularium. D.d. Et dictum est de duobus. & d. hoc, quia ī hoc tractatu est dictum de substantia, quę est quiditas, & etiam dictum est subiectum esse substantiam. et intendit per subiectū passionū indiuiduū substantiæ, & p passiones accidentia.

Videtur autem etiam vniuersale causa quibusdam esse maxime, ac esse principium ipsum vniuersale. quare de hoc etiā tractemus. Videtur nanq; impossibile substantiam esse quodcunq; eorum, quæ vniuersaliter dicuntur. Prima nanq; substantia vniuscuiusq;, quę propria cuiusque est, quæ alij non inest. vniuersale vero commune. hoc enim dicit vniuersale, quod pluribus natura aptū est ineſſe. Cuius igitur hoc erit substantia? aut enim omnium, aut nullius. omnium vero non est possibile. vnius autem si erit, cętera quoque hoc etunt. quorum enim substantia vna, & quod quid erat esse vnum, ipsa quoq; vnum sunt.

Vtr ī, quod pluribꝰ natura aptū ī inesse. Idē infra c. 17.

Et existimatur etiam cp vniuersale est causa etiam rerū, & cp magis, qm̄ vniuersalia sunt primę causę magis rerum. reuertamur igitur ad hoc dicendū. Videtur enim cp est impossibile vt substantia alicuius sit, quæ dicunt̄ vniuersalia. Substantia. n. prima, quæ est cuiuslibet, est ppria cuiuslibet, & nō est alterius. vniuersale autem est cōmune. non. n. dicitur vniuersale, nisi illud, quod vniuersaliter est plurium rerum. Quoꝛ igitur erit ista substantia? qm̄ aut erit omniū rerum: aut si fuerit vnius rei, erunt alia illius rei. illa enim, quorum substātia est vna, & quid est per essentiam, erit eis vnum, cùm sit vnum per substantiam.

Dixit. Et existimatur etiā cp vniuersale, &c. i. quia existimatur cp vniuersale est causa rerū magis q̄ causę particulares, & est prima causa causarum particularium: & causę substātiarum existimantur esse substātiæ: perscrutandum est vtrū vniuersale possit esse substantia, aut non. Et d. reuertamur igitur, qm̄ locutus fuit in hoc, cp vniuersalia non sunt causæ agentes particularia, sed hic quærit vtrum sint causæ formales. D.d. Videtur. n. cp est impossibile, &c. i. dicamus igitur cp impossibile est vt aliquid eorum, quę dicunt̄ vniuersalia, sit substantia alicuius rei, et si declararent substātias rerum. D.d. rationem super hoc, cp vniuersale non est pars substantiæ alicuius entium, & dixit Substantia. n. prima, &c. i. & vniuersale non est pars substantiæ alicuius eorum, quę sunt substantiæ existentes per se: quia substantia cuiuslibet rei demonstratæ est ei propria: vniuersale autem est commune pluribus: ergo vniuersale nō est substantia propria D.d. Quorum igitur est ista substantia? &c. i. & si fuerit substantia omnium rerum, erit substantia vnicuiusq; eorum. ergo si fuerit substantia vni, & cuilibet. D.d. causam in hoc, & dixit. illa enim, quorum substantia est vna. t. & cùm omnia individua cōueniunt in vna substantia numero, ergo sunt vnum numero. Et forte intēdit cp omnia erunt vnum specie, si dixerimus hoc esse aliquē sermonem vniuersalem continentem ipsa, quæ sit substantia eorum, v. g. ens. qm̄ tunc omnia erunt vnū sm̄ definitionem: & quę sunt vnum sm̄ definitionem, sunt vnum sm̄ speciem. Et forte intendit vtrunq;.

Item substantia dicitur, quod non de subiecto. vniuersale vero de subiecto aliquo dicit semper. Sed vtrum ita quidem non contingit, vt quod quid erat eē in ipso autem ineſt, vtputa animal ī homine, & equo. patet igitur cp erit aliqua eius ratio. differt autem nihil, si non omnium ratio est eorum, quæ in substantia sunt. etenim nihil minus hoc erit substantia alicuius, vt homo hominis, in quo existit. quare iterum idem accidit. erit enim substantia illius substantia, vt animal speciei, in qua vt proprium existit.

Et substātia nō dicitur de aliquo subiecto. vniuersale autem dicitur de aliquo subiecto. Et si ita sit, impossibile est vt nō sit sicut illud, quod est per essentiam, sed est in hoc vt animal i equo, & homine. ergo declaratum est cp habet aliquem sermonem. & in hoc non est diuersitas. et si non fuerit sermo omnium eorum, quę sunt in substantia etiā. & si non fuerit, hec est aliqua substantia nō minus. vt homo hominis, ī quo est. ergo accidit hoc idem, vt aial, in quo est. dispositio, quasi proprium.

Idest, vniuersale autem substantiale est illud, quod prædicatur de aliquo sm̄ quid, & substantia in rei veritate est illud, quod nō prædicatur de aliquo oino. & cùm ita sit, tunc vniuersale non significat substantiam, nisi substantiam, quam significat pars, sicut animal significat de substantia equi & hominis, s. naturam communem, & non propriam. D.d. ergo declaratum est cp habet aliquem, &c. i. ergo declaratum est cp substantia, quam significat vniuersale, habet aliquam definitionem: ergo definitiones, quæ componuntur ex vniuersalibus, non sunt partes substātiarum sensibilium. Quoniam substantię sensibiles non diuersantur in suis substātijs, qm̄ definunt̄, & qm̄ non definunt̄, s. qm̄ sunt substantiæ, licet non definiantur, etiam minus q̄ quando definiuntur. sicut est dispositio in visibilibus. quoniam ipsa non sunt minus visibilia, qm̄ videntur, q̄ qm̄ non videntur. D.d. ergo accidit hoc idem, &c. t. ergo definitiones vniuersalium habebunt aliquam dispositionem substantiarum existentium extra animam, & qualitatē accidentem eis, vt animal, quod est vle aial proprio, s. demonstrato in vnoquoque animali.

Visibilia nō sūt min° visibilia, qm̄ videntur, q̄ qm̄ nō videntur. Vīa hōt aliquā dispōnē dispōnū substātiarū existūt, nihil extra aiam, & qualitatem accidentem eis.

Itē impossibile, ac inconueniens est ipsum quid & substantiam esse, si ex aliquibus non ex substantijs, nec ex ipso quid, sed ex quali. Prius nanq; non substantia, & quale erit, q̄ substātia, et quod quid: quod impossibile est. nec ratione enim, nec tēpore, nec generatione possibile

ne possibile est passiones priores substantia esse. essent nanq; seperabiles.

Et etiam ex rebus, quę sunt, impossibile, & nō bonum vt sit substantia, & si est ex rebus, vt non sit ex substantijs, neq; ex isto, quod est hoc demonstratū, sed ex qualitate. Erit enim ex non substantia substantia, & qualitas ante substantiā: quod est impossibile. impossibile enim est, neq; ſm definitionem, neq; secundum tempus, neq; secundum generationem passiones esse ante substantiam.

47 Impoſſe ẽ qlitatẽ p̃cedere ſubſm, neq; ſm definitionẽ, neq; ſm tẽpꝰ, neq; ſm gñationem. cõfer ſupra t. cõ. 4. & t. 8. cõ. 14. Vide quo hoc ſit intelligendum primo de ſubſtantijs.

Idest, & cùm sit declaratum q̃ uniuersalia intellecta sunt dispositio dispositionum substantiarum, impossibile est vt ista sint partes substantiarum existentes per se. impossibile. n. est, & turpe, si posuerimus substantiā compositam, vt non sit composita ex substātijs, sed ex qualitatibus. D.d. impossibile, quod sequit ex hoc, & dixit. Erit. n. ex non substantia, &c. t. contingunt. n. huic positioni multa impossibilia, s. q̃ substantia sit ex non substantia: & vt qualitas præcedat substantiam: quod est impossibile. impossibile. n. est qualitatē præcedere substātiam, neq; ſm definitionē, neq; ſm tempus, neq; ſm generationem: et vltr impossibile est vt passiones existentes in substantia præcedant substantiam.

Item Socrati substantiæ inerit substantia: quare duobus erit substantia. Et omnino, si homo, & quęcunq; ita dicuntur, substātia est, accidit nihil eorum, quę in ratione sunt, alicuius substantiā esse, nec sine ipsis existere, nec in alio. dico autem vtputa nō esse aliquid animal præter aliqua, nec vllum aliud eorū, quæ in ratione sunt. Ex his itaq; consyderantibus patet nihil eorum, quę vniuersaliter existunt, substantiā esse: nihil q̃ eorū, quę cõiter prædicant, quod quid, sed tale significare. Quòd si non, & alia multa accidunt, ac tertius homo.

Et etiam in Socrate est substantia, cùm sit substantia. ergo erit substātia duobus. Et vniuersaliter accidit, si homo est substātia, & omnia, quæ dicuntur hoc modo, vt nullum eorū sit aliquid separatum. v.g. vt non sit animal aliquod aliud à particularibus, neq; aliud alio rum, quæ sunt ex vniuersalibus omnino. Ex istis igitur declarabitur consyderanti q̃ nullū eorum, quæ sunt vniuersalia, est substātia: & quòd nullum eorum, quæ prædicantur communiter, significat hoc, sed tale. Et si non, accidunt plura alia, & tertius homo.

48 Idest. si vniuersale est substantia existens in indiuiduo demonstrato, & est substantia addita substantiæ, per quam indiuiduum demonstratum est indiuiduum substantiæ: & sic erunt in indiuiduo duæ substātiæ. & quomodo erit hoc. D.d. Et vniuersaliter accidit, si homo est substantia, &c. Forte intelligit. q̃n substantię, quæ sunt existētes p se: & vniuersale est in capitulo ad aliquid. ergo vniuersale non est substantia separata omnino. separata. n. sunt de genere rerum existentium per se, & non de genere relatiuorum. & ſm hoc nō erit hęc substantia nisi substantia particularis exūs per se, aut in materia. D.d. neq; aliud aliorū, quæ sunt in vniuersalibus, &c. t. neq; vlc, quod est vniuersalius eorum, quæ sunt rerum sensibilium, neq; aliud genus collocatorum sub hoc vniuersali, quorum proportio ad illud est sicut proportio particularium ad vniuersale, quod est magis particulare eorum, quę inueniuntur in eodem genere. D.d. Ex istis igitur declarabitur, &c. t. q̃n nullum uniuersalium prædicabilium ſm quid de re demonstrata significat ea ſm q̃ est demōstrata & indiuidita, sed ſm q̃ in ea est natura similis naturę, quæ est in quolibet indiuiduorum illius vniuersalis, s. natura communis præter naturam propriā vnicuiq; eorū. D.d. accidūt. n. &c. t. contingunt enim huic sermoni multa impossibilia alia à prædictis. Contingit. n. vt sit hic homo tertius. q̃n, si ex homine intellecto, & ex homine sensibili sit vnum congregatum, continget vt cōgregatum sit homo tertius: & vltr oīs natura congregata ex duabus naturis cōuenientibus, necesse est vt sit de natura cōponentiū.

Vſe, quod ſ dicaſ I quid de re, nō hoc eſt vt idiuiduũ, ſed vt ẽ in ea natura iſtis naturæ, quę eſt i quolibet ſibi iuiduoꝝ. Vide. 13. Met. cõ. 4.

Vltr oīs natura congregata ex duabus naturis conuenientibus necesse ẽ vt sit de natura compoſitum.

Item sic quoq; patet. Impossibile. n. est substantiam ex substantijs esse, quæ sic in sunt, vt actu. quæ enim duo sic actu sunt, nunquam vnum actu sunt, sed si potentia duo sunt, erūt vnum: vt duplum ex duobus dimidijs potentia. actus nanq; separat. Quare, si substantia vnum, non erit ex substantijs inexistentibus, & secundum hunc modum, quem recte Democritus dicit. impossibile. n. ait esse ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri. magnitudines nāq; indiuisibiles substantias facit. Patet igitur q̃ similr & de numero se habebit, si numerus quidem compositio vnitatum est, vt à quibusdam dicitur. aut enim non est vnum, dualitas, aut non ineſt in ea vnitas actu.

Actus ſeparat.

Et etiam hoc est manifestum hoc modo. Impossibile. n. est vt substantia sit ex substantijs, cùm sint vnum, sicut illa, quę sunt i actu. duo enim, quæ sunt in actu ſecundum hunc modum, non erunt in aliqua hora vnum in actu, sed si fuerint duo in potentia, erunt vnū, sicut est duplex ex duobus i potētia. actus. n. diuidit. Ergo substantia non est vnum ex substantijs, quę sunt idem in actu. Et ſm hūc modum dixit Democritus sermonem verū. dixit enim q̃ impossibile est vnū esse ex duobus, & duo esse ex vno. tunc enim essent substantiæ magnitudinum indiuisibilium. Et est manifestum q̃ similiter erit i numero etiam. & si ista sunt vnitates, sicut quidam dicunt duo, aut illa, in quibus non est vnitas in actu,

Idest, formæ vero, cùm distinguuntur ab intellectu à materijs, inuenit eas aliud à subiecto, & aliud à composito ex eis & subiecto. cùm autem intelligat congregatum ex eis, s. sensarum, inuenit eas idem in definitione, & non diuersa. Deinde induxit exemplum de hoc, & dixit, illud enim, quod est per essentiam, est per formam, &c. i. illud enim, quod significat animã, & illud, cuius est anima, est idẽ. illud vero, quod significat hominem, et illud, quod est forma hominis, non est idem, nisi esset verum dicere cp anima est homo. & similiter est de definito omni cum suis partibus. apparet enim quòd sunt idem quodammodo, & non idem alio modo. Deinde dixit. Et non apparet quærentibus, &c. i. & dicitur syllaba causa literæ compositæ: quia compositio literarum, & mixtio earum non est sine syllaba. Deinde dicit. vt via, &c. i. vt via. quoniam, licet non sit ipse situs, neq; situs ipsa via, tamen constituitur per situm. Deinde dicit. nec homo animal bipes, &c. i. nec homo est ipsa animalitas & multitudo pedum, sed est aliquid, quod disponitur per animalitatem, & per multitudinem pedum etiam tali modo, cp non inuenitur in alio. Deinde dicit. & etiam materia non est elementũ, neq; ex elemento. i. & signum eius cp substantia, quæ est forma, non est materia, est illud, quod declaratum est prius, s. cp non est elementum, neq; ex elemento, sed est substantia in rei veritate apud illos, qui negant materiã, & dicunt formas separatas esse. Et induxit omnia ista, ne obijceret ei aliquis ex dicentibus formas, dicendo cp formæ & materiæ sunt eadem. & per hoc signum, cp formæ prædicantur de materijs. Deinde dicit. Si igitur causa essentiæ, &c. i. si igitur causa quiditatis est substantia alia à substantia sensibili, s. forma, tũc non erit ipsa substantia sensibilis. &, cùm ita sit, necesse est vt substantiæ, quæ sunt formæ, aut sint æternę non corruptibiles omnino, aut corruptibiles per accidens non essentialiter. & hoc intendebat, cùm d. ergo necesse est vt ista sint aut æterna, aut corruptibilia, & cæte. Deinde dicit. Et declaratum est, & demonstratum in istis

Forma non generat, sed compositũ. Id. 7. Phy. 31. 56. et 27 id.

istis cp forma, &c. i. & declaratum est ex dictis cp, cùm forma fuerit huiusmodi, non generatur nec corrumpitur: sed illud quod generatur, et fit, est substantia demõstrata, & ex ea est generatio, sed non est declaratum ad huc, si istæ substantiæ, quæ generantur & corrumpuntur habeãt formas separatas, aut quomodo est de hoc, sed est declaratum cp impossibile est in quibusdam vt formæ eorum sint separatæ, vt in rebus artificialibus, & hoc intendebat, cùm d. si substantiæ rerum, &c.

Fortassis igitur nec substantiæ sunt hæc ipsa, nec aliorum quicquam, quęcunq; non natura consistunt. naturam etenim solam profecto quis ponet eam, quæ in corruptibilibus est, substantiam. Quare dubitatio, quam Antisthenici, & hoc pacto pariter indocti dubitabant, habet aliquid occasionis vt soluatur, cp non est ipsum quid est definire (definitionem enim longum esse sermonem) sed quale quid est contingit etiam docere. quemadmodum argentum quid est, non: quod autem quale, stannum. Quare substantię, est quidem, cuius contingit definitionem & rationem esse, vtputa cõpositæ, siue sensibilis, siue intellectualis sit. ex quibus autem hoc primis, non est: siquidem aliquid de aliquo significat ratio definitiua: & oportet hoc quidem vt materiam, illud vero vt formam esse.

Et rectum est vt ista sint neq; substãtiæ etiã neq; aliquid hoc, neque aliquid omnium partium est, quæ non constituunt per naturam. rectum est igitur vt aliquis ponat naturã tantum esse substantiam in rebus, quæ corrumpuntur, & est quæstio difficilis, quam interrogabat Antisthenes in aliqua hora, non secundum curialitatem. impossibile enim est vt sit definitio entis quid sit. definitio enim est sermo longus. sed impossibile enim est definire aliquid quale sit, & quale scitur per qualitatem. vt cyphus, quoniam impossibile est vt sciatur quid sit, sed est quasi vas. Ergo i substantijs est quædam substantia, quæ possibile est vt habeat definitionem, & sermonem, vt substãtia composita, siue fuerit sensibilis, siue intelligibilis. illa autem, ex quibus est ista substantia prima, impossibile est vt habeant hoc: cùm sermo definitionis significet aliquid de aliquo: & oportet vt quædam sit quasi materia, & quædam quasi forma.

Quia induxit exemplum in materijs & formis de rebus artificialibus, intendit declarare cp nulla forma artificialis est substantia, nedum vt sit separata, & d. Et rectum est, &cę. i. rectum est vt formæ artificiales non sint substantiæ, neq; etiam res demonstratæ, ita cp sint vnum, sicut est dispositio in substantijs naturalibus. Deinde dicit. neq; aliud omnium partium est, &c. i. & intendit neq; vt maior pars formæ naturalis sit separata. & hoc intendebat, cùm d. rectum est igitur ponere naturam, &c. D. incœpit dicere quæstionem, quam quærebat quidam famosus apud eos dubitando, & d.

Et est quæstio difficilis, &c. & d. non curialiter, quia ignorabat cp definitio non est omnium rerum. & intendit per curialitatem, Logicam. Deinde dicit. solutionem illius quæstionis, & d. impossibile enim est. &c. i. & quęstio horum est cp, si omnia habeant definitiones definitio habebit definitionem, & sic procederetur in infinitum. & d. dissoluẽdo. impossibile enim est vt sit definitio entis, &c. i. impossibile enim est vt formæ vltimæ in definitionibus habeant definitionem. quoniam formæ vltimæ sunt simplices, & definitiones sunt compositorum: definitiones enim rerum sunt ex materijs & formis; verbi gratia cyphus, qui definitur per hoc, cp est vas talis qualitatis, i. talis formę. Deinde dicit. Ergo in substantijs, &c. et intendit composita ex materia & forma. & intendit per intellecta mathematica. Deinde dicit. illa autem, ex quibus est ista substantia. & intendit per illa, ex quibus est substantia primo, materiã & formã. s. cp impossibile est vt forma aut materia habeat definitionem. Definitio enim est sermo, in quo disponitur aliquid per aliquod: forma vero & materia vtraq; significat idem: & neutra diuiditur in dispositionem & dispositum. Deinde dicit. & oportet vt quædam sit quasi materia, & quædam quasi forma. & in definitione oportet vt sit aliquid, qđ significet formã: & aliud significans, quod est quasi materia.

Definitiones sunt compositorũ ex materijs, & formis. contimtur infra c. 11. & 7. Me. cõ. 40.

Caput Quintum. Quo pacto substantiæ numeri dici possint.

Quo pacto substantiæ numeri sint.

MAnifestum autem hoc etiam est, quòd si aliquo modo substãtię numeri sunt, ita sunt: & non, quemadmodum quidam dicunt, vnitatum. Nam & definitio numerus quidam est. diuisibilis etenim, & in indiuisibilia. non enim infinitę rationes. numerus vero tale quid est. Et quemadmodum de numero, ablato aut addito aliquo, ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diuersus, etiam si minimum auferatur, aut addatur, ita nec definitio, nec ipsum quid erat esse erit amplius, ablato aliquo aut addito. Et numerũ oportet aliquid esse, quo vnus, quod nunc nõ habent dicere quo vnus, si vnus est. aut enim non est, sed quasi congeries: aut si est, dicendũ est quidnam illud sit, quod vnum ex multis sacit. Et definitio vna est. similiter autẽ nec hanc dicere habent. & hoc merito accidit. eiusdem enim rationis & substantia est, vt vnum: non, vt quidam aiunt, vt vnitas quædam existens, aut punctum, sed actus & natura quædam vnaquæq;. Et quemadmodum nec numerus habet magis & minus, ita neq; substãtia, quæ secũdum formam est. sed, si est quidem, ea est, quæ secundum materiam est. De generatione igitur, ac corruptione dictarum substantia rum, quomodo accidit, quoq; modo impossibile est, deq; reductione ad numerum hactenus determinatum sit.

Et manifestum est cp, si substantiæ sint etiã numeri, cp sunt huiusmodi. non sunt igitur, sicut quidam dixerunt ex vnitatibus. Definitio enim est aliquis numer⁹, quia diuiditur in

tes indiuisibiles. definitiones enim non sunt infinitæ. & numerus est tale. Et, quemadmodum, quando ab aliquo numero diminuitur aliquid, aut ei additur aliquid eorum, ex quibus est numerus, tunc primus numerus non remanebit idem, sed fiet alius numerus, licet diminutum, vel additum sit valde modicum, similiter non remanebit definitio, neq; illud, quod est per essentiam, postquam diminuitur ab eo aliquid, aut ei additur aliquid. Et oportet vt numerus sit aliquid, quasi illud, qđ est nunc: & non possunt dicere per quod est vnum. si igitur fuerit vnum, aut non erit, sed est sicut cumulus: aut si fuerit, dicatur qđ facit vnũ ex pluribus. Et definitio etiam, si est vna, oportet eos dicere in ea simile dicto. sed non possunt dicere etiam. & recte accidit hoc. vnũ enim vnius definitionis, sed quod est vnum per substantiam secundum igitur hunc modum est vnum, & non sicut quidam dicunt q̃ aliqua vnitas aut aliquis pũctus, sed est actio, & est aliqua natura simplex. Et quemadmodum in numero non est magis & minus, & similiter neq; in substãtia, quæ est quasi forma, nisi sit substantia, quæ est cum materia. Sit igitur ista distinctio in generatione & corruptione substantiarum, quæ dicuntur, & quomodo est possibile, & quomodo non, & in attributione earum numero.

differentijs, quando ab eis diminuitur aliqua differentia, transfertur definitio ad definitionem alterius naturæ: & similiter cùm additur in eis aliqua differentia. Verbi gratia, quoniam, cùm dixerimus in definitione animalis q̃ est corpus nutribile sensibile, si diminuerimus vltimam differentiam, remanebit definitio vegetabilium. &, si additur alia differentia, s. rationabile, fiet definitio hominis. Et similiter quatuor, cùm eis additur vnum, fiet quinq;: et cùm ab eis diminuitur vnũ, fiunt tres. Et, cùm induxit similitudinem inter numerum & definitionem, incepit dare modum, secundum quem differunt, & dixit. Et oportet vt numerus sit aliquid, &c. i. sed, si entia componantur ex numeris, oportet dicẽtes hoc dicere quomodo ex numeris sit vnum, & per quid sit vnum. sed hoc non possunt dicere: quia numerus componitur ex vnitatibus discretis. Deinde dicit. si igitur fuerit vnum, aut non erit, sed est sicut cumulus, &c. i. quoniam vnumquodq; entium, cùm non fuerit vnum sicut cumulus congregatus, necesse est dicere per quid sit vnum, s. quomodo illud, quod congregatur ex vnitatibus, sit adunatum. hoc enim non possunt facere. Deinde dicit. Et definitio etiam, si fuerit vna, oportet eos dicere in ea simile dicto. i. vt mihi videtur, & definitio etiã, si fuerit composita & vna, oportet eos dicere quomodo sit vna. idẽ enim sequitur hoc. Deinde dicit. vnum enim vnius definitionis, &c. i. nos autem dicimus q̃ vnũ, quod significat definitio vna, est vnum per substantiam, quæ est forma, s. per vltimã formam & vltimam differentiam. Deinde dicit. secũdum igitur hunc modum est vnum, &c. i. dicit, et non dicitur definitum demõstratum esse vnum, sicut dicitur in vno numerali, quod est principium numerorum, & sicut dicitur in punctio, s. q̃ nullum habet esse nisi hoc, quod est indiuisibile. immo illud, quod est demonstratum, est vnum per actionem vnam existentem in eo, & vnam naturam: quia est vnum secundum formam. Deinde induxit tertiam similitudinem inter definitiones, & numeros, & d. Et quemadmodum in numero non est magis & minus, ita neq; in substantia, quæ est quasi forma, &c. idest, et quemadmodum forma numeri, verbi gratia trinitas & quaternitas, non recipit magis aut minus, s. q̃ non est trinitas magis trinitas q̃ alia trinitas, neq; dualitas magis q̃ alia dualitas, ita forma substantialis non recipit magis & minus. non enim est homo magis humanitatis q̃ alius homo secũdum formam: sed, si fuerit, erit secundũ q̃ forma est in eo in materia. Deinde dicit. Sit igitur ista distinctio, &c. a. & istam distinctionem oportet scire, & de generatione earũ declarare illud, quod est possibile, et illud, quod est impossibile in hoc, & quomodo assimilantur in hoc numeris, & quomodo differunt ab eis.

Forma substantialis nõ recipit magis & minus. in stantia de elemẽtis. s. cæ. cõ 6. Vide con. Zim.

Caput Sextum. De materiali rerum principio, eodem, ac diuerso: agenteq; etiã. & quo pacto ad quærentẽ causam per oia causarũ genera sit respondendũ.

DE materiali vero substantia oportet nõ latere, quòd etsi ex eodem omnia primo, aut eisdem tanquam primis, & eadem sit materia, vt principium illis, quę fiunt, est tamen quædam cuiusque propria. pituitæ prima materia, ipsa dulcia aut piguia: bilis vero, amara, aut aliqua alia. Fortassis autem hæc ex eodem. Fiunt autem plures materię eiusdem, cùm alterius altera sit. vtputa pituita ex pingui & dulci, si pingue ex dulci: ex bilis vero esse, ob resolutionem in primam materiam.

Materia omnium vna cõmunis, cuius quæ autẽ propria.

Dupliciter

Contingit ex vna materia diuersa fieri pp mouentẽ causam.

Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quoniam ex eò quòd præcedet, aut quoniam ex eò quòd resolutum fuerit in principium. Cõtingit autem, vna existente materia, diuersa fieri propter mouentem causam. vt ex ligno fit arca, et lectus. Quorundam autem diuersa materia necessario, diuersis existentibus. vtputa serra nũquam fiet ex ligno. nec est hoc in causa mouente. non enim faciet serram ex lana, aut ligno. Si aũt idẽ cõtingit ex alia materia facere,

In substãtia vero materiali oportet nos nõ ignorare, quoniam si omnes sunt ex eodem, tamen ex proprijs vnicuique. vt phlegma, & cholera. phlegmatis enim sunt calida, & vnctuosa: choleræ autem amara, & alia talia. Et rectum est vt ista sint ex eodem. Et erunt plures materię ex eodem, cùm materia vnius fuerit ex altero. vt materia phlegmatis ex vnctuoso, & vnctuosum ex dulci, si vnctuosum est ex dulci: ex calida autem, cholera soluitur in primam materiam. Quoniam duobus modis erit hoc ex hoc, aut vt præcedat ad ipsum, aut vt soluatur & veniat ad primum principium. Et possibile est vt sit materia vna, & vt res diuersæ sint causæ mouentes. verbi gratia vt ex lignis fiat arca, aut scãnum. Et in quibusdam rebus materia est diuersa, & necesse est vt sit diuersa etiam. serra enim non fit ex lignis, & non est hoc ad causam mouentẽ. nõ enim potest facere serram ex lana aut ex ligno. Illud enim est, qđ potest facere hoc ex alia materia.

*2.1. ex cholera.

Idest, substãtiæ vero materiales diuersę oportet nos non ignorare, quoniam & si omnes resoluuntur in vltimo in vnam materiam, tamen vnaquęq; earum habet materiam propriam propinquam. verbi gratia phlegma, & cholera. materia enim vtriusq; propinqua differt à materia alterius. materia enim phlegmatis est cibus vnctuosus & dulcis: materia vero choleræ est cibus amarus & acutus. & hoc intendebat cùm d. vt phlegma, & cholera, &c. Deinde dicit. Et rectum est vt ista sint ex eodem. s. q̃ ista cibaria diuersa attribuantur cauſæ vnius materiæ. Deinde dicit. Et erunt plures materiæ, &c. i. et erũt etiam plures materiæ ex eadem materia alio modo. i. q̃ ex prima materia fiat alia materia, & ex illa alia aliqua, donec perueniatur ad vltimã materiam. Et quasi dicat q̃ ex vna materia fiunt plures materię duobus modis: aut q̃ sint in eodem ordine, sed diuersantur secundum magis & minus, verbi gratia dicere q̃ materia liquabilium est aqua: aut q̃ sint in ordinibus diuersis, s. vt quædam sint materia quarundam, s. prima secundæ, & secunda tertiæ, & tertia quartæ. Deinde dicit. vt materia phlegmatis ex vnctuoso. i. & materia si fuerit abiuicẽ, vt phlegma à cibis vnctuosis, & vnctuosum ex dulci, si vnctuosũ sit ex dulci: qm̃ hoc non est manifestũ in hoc loco. materia vero choleræ est res amara. & res amara est prima materia, q̃ est terrestris cõbusta, et hoc d. proprie de amaro, qm̃ existimatur resolui in primum elementum mediante alia materia. & ideo d. q̃ amara resoluuntur in primum elementum. Deinde dicit. Quoniam duobus modis erit hoc ex hoc. i. & illud, quod est ex materia, vtrunq; genera

*2.1 quando

*2.1 quat do

Quãdo materia vna est mouens vna et motor vnus de necessitate ex ea fiet vnum. Vide 11. Me. com. 2. In artificialibus vero ex vna materia fiunt diuersa artificiata. Quære quoniam de Aia cõ. 18.

tur à reliquo: sed vltimũ ex primo erit. * quoniam primum transmutatur in illud: primum autem ex vltimo est, * quoniam vltimum resoluitur in illud. verbi gratia quoniam generatio ligni ex quatuor elementis fit, quando ista elementa transmutantur in lignum. & ista generãtur ex ligno, quoniam lignum resolutum in ipsa. apud corruptionem. Deinde dicit. Et possibile est vt materia sit vna, &c. i. possibile est vt materia sit vna, & vt sit ex rebus pluribus diuersis non propter materiam. quoniam, cùm materia fuerit vna, & motor fuerit vnus, & de necessitate generatum erit vnum. quemadmodum, si materia fuerit diuersa, et motor diuersus, generata erunt diuersa. Quando autem materia fuerit vna, generata possunt esse diuersa propter diuersitatẽ mouentiũ, et hoc non inuenit nisi in rebus artificialibus. verbi gratia quoniam arca, et scãnum sunt ex ligno, & differunt propter diuersitatem duarum artium. Et cùm narrauit q̃ diuersitas entium prouenit quandoq; ex diuersitate motoris, s. agentis, et quemadmodũ ex materia recipit formas diuersas, narrat ut q̃ hoc non sequitur in omnibus, quoniam quędam formæ sunt quę nõ recipiuntur nisi ab vna materia. &, d. Et in quibusdam rebus, &c. i. & in quibusdam rebus dicet. diuersantur materia necessario propter diuersitatem formarum. Deinde dedit exemplum de hoc, et d. serra enim, &c. i. quoniam, si fuerit ex ligno, non habebit actionem serręe. Deinde dicit. & non est hoc ad causam mouẽtem, &c. i. & causa mouẽs non potest hoc facere, s. facere formã in qualibet materia, sed in materia propria. Et hoc, qđ d. q̃ quædã materiæ recipiunt formas diuersas, & quædam formę non recipiunt nisi vnam materiam, verum est in entibus artificialibus. in entibus autem naturalibus quælibet forma habet materiã propriam. sed, quia in hoc loco sermo est vtilis, contentus est hac diuisione.

In entibꝰ naturalibꝰ q̃libet forma habet materiã propriã. Vide de Aia. 6.

Patet quòd principium & ars, quæ est vt mouens, eadem est. etenim, si materia diuersa & mouens, & ipsum quod factum est. Cùm itaq; quisquam quænam sit causa quęrat, quoniam multipliciter causæ dicuntur, omnes cõtingentes causas dicere oportet. vtputa hois, q̃ causa vt materia: nempe mẽstrua. q̃ vero vt mouẽs: nẽpe semen. q̃ vero vt forma: qđ qđ erat esse. q̃ autẽ vt huius causa: finis. fortassis autẽ hæ ambę idẽ sunt. Oportet autem proximas causas dicere. quæ materia, non ignem vel terram, sed propriam. In naturalibus igitur & generabilibus substantijs necesse est ita procedere, si quis recte procedet: siquidẽ hæ, totq; causæ sunt, & oportet causas cognoscere. De naturalibus autem, sed perpetuis substantijs alia ratio est. fortassis etenim quędam non habent materiam, aut non talem, sed solum quæ secundum locum mobilis est. Neq; quæcunq; natura quidem, non autem sunt substantiæ, his materia est, sed quod subijcitur substantia. vtputa quæ causa eclipsis: quæ materia. non enim est, sed Luna est, quæ patitur. quæ causa vt mouens, atq; corrumpens lumen: terra.

Manifestum est igitur q̃ artificium est principium, quod mouet. quoniam, si materia tuę sit alia & motor, & factum etiam. Cùm igitur

aliquis

aliquis quæsiuerit quæ est causa, cùm dicitur multipliciter, oportet dicere omnia, quæ possunt esse causæ, vt causa hominis, sicut materia, s. menstruum. & causa, quæ est quasi motor, sperma. & causa, quæ est quasi forma, est ipsum istud, quod est per essentiam. & causa, quæ est sicut illud propter quod, est complementum. et forte hæc duo sunt idem. Et oportet dicere causas propinquas, scilicet materiales, nō vt ignem & terram, sed materiam propriam. Necesse est igitur in substantijs naturalibus generabilibus etiam ire hac via, si aliquis voluerit dare definitionem sane: cùm istę causæ sint hę numero, & oportet scire causas. In substantijs vero naturalibus, sed ęternis est alius sermo. rectum est igitur vt quędam non habeant, & vt non sint tale, sed erit motum in loco tātum. Et nō illa, quæ sunt per naturam, et non habent aliquam materiam, sed substantia eorum est subiectum. vt causa eclipsis non est aliqua materia, sed Luna, quæ patitur est aliqua causa, sicut causa motus. et causa amittendi lumen est terra.

12 Et est manifestum ꝙ artificium est principium mouens & agens. Deinde dicit, quoniam si materia, &c. i. & est manifestum ꝙ, si materia fuerit alia ab artificio, motor erit aliud à materia, & similiter artificiatum est aliud à materia & à motore. Et, cùm d. ꝙ hæc tria sunt diuersa, incœpit dicere quot sunt modi causarum quærendarum in causato, & d. Cùm igitur aliquis quæsierit, &c. ideſt, & quia causæ dicunt multipliciter, oportet nos, quādo voluerimus cognoscere aliquid per suā causam, scire omnes modos causarum existētium in illo, et tunc perficietur nobis scientia eius. Deinde dedit exemplum, & d. vt causa hominis, sicut materia. ideſt, verbi gratia, quoniā nos videmus in homine quatuor causas, causam, s. materialē, quę est sanguis menstruus: & causam mouētem quę est sperma maris: & causam, quæ est secundum formam, & quæ dat quidditatem rei per quam est. & causam, propter quam est generatio, s. finis et complementum. oportet igitur quādo voluerimus scire hominem vere, vt scimus per istas causas quatuor. Deinde dicit, & forte hæc duo, &c. i. & intēdit causam formalem et finalem. forma enim vltima in generatione est illud, propter quod generatur ens. sunt igitur vnum in subiecto, & duo secundum modum. & hoc intendebat, cùm d. sunt idem, i. secūdum subiectū. Deinde dicit. Et oportet dicere causas propinquas, &c. i. & oportet quærere primo in re cognitionem causarū propinquarum non remotarum. verbi gratia quoniā, si quæsierimus causam hominis, quæ est causa materialis, non oportet quærere causam remotam, vt quatuor elementa, quæ sunt causæ materiales remotæ: sed oportet quærere materiā propriam, & est sanguis menstruus. Deinde d. Necesse est igitur in substantijs, &c. i. & est manifestum ꝙ in substantijs naturalibus generabilibus & corruptibilibus quęrendę sunt omnes istę causæ, si aliquis voluerit ire in cognitionem earum vera via. cùm istę causæ quatuor sunt causæ omnium generabilium & corruptibilium, & numerus earum sit iste numerus. & est necesse quærere omnes causas rei, cuius est cognitio quærenda. & si non, cognitio eius esset diminuta. Deinde dicit. In substantijs vero naturalibus, &c. & intendit corpora cœlestia. & cùm dicit. Et est vt quædam non habeant materiam, non intēdit quædam corporum cœlestium: omnia enim non habent materiam: sed intendit elementa, quæ sunt æternā secundum totum, & generabilia & corruptibilia secūdum partem, vt dictū est in naturalibus. Materia enim in rei veritate, cuius esse est in potentia, non inuenitur nisi in substātijs generabilibus & corruptibilibus. Substantiæ vero æternę, quia in eis non est potentia ad corruptiōnem, nō est in eis materia, sed materia eorum est aliquid existens in actu, s. corpus. ideo dignius habent hoc nomen subiectum, quàm hoc nomen materia. Et, cùm narrauit ꝙ substantiæ naturales ęternę non habēt materiam, quæ sit in potentia, cùm non habeant generationem & corruptionem, incœpit dare modum, secūdum quem dicitur istas habere materiā, & d. & vt non sint, & cæ. i. et non debet aliquis dicere eas habere materiam propter potentiam, quæ est in eis in loco, omne enim motum in loco est corpus habēs potentiā in vbi: quoniam, quemadmodum transmutatio in substantia fecit nos scire materiam primam esse, ita transmutatio in loco fecit nos scire ꝙ corpora cœlestia sunt habentia potentias in vbi. Et, cùm narrauit ꝙ istæ substantiæ cœlestes non habent materiam, s. quia nō sunt compositæ ex materia & forma, sed ex corpore & forma animata intelligibili, non ita ꝙ anima sit res animata, non ita ꝙ illic est aliquid, quod animatur per animam, aut viuit per vitam, sed sunt animata per se, & viua per se: omne enim quod viuit per vitam est generabile & corruptibile. & ideo d. Themistius ꝙ Sol & Luna & stellæ aut sunt formæ sine materijs, aut habēt materias per æquiuocationem, sicut est dispositio in materia intellectus. Et, cùm narrauit hoc de materia corporum cœlestium, incœpit narrare etiam ꝙ accidentia, quæ apparent in istis, non sunt qualitates passiuę, quæ faciunt subiectum transmutari, & alterari ex contrario in contrariū, verbi gratia corpus alterari à calido in frigidū. causa enim istius alterationis est materia, quę est in potentia. Et d. Et non illa, quæ sunt per naturam, &c. i. & accidentia, quæ sunt naturaliter in istis corporibus, quæ non habent materiam, quæ sit in potentia, non indigēt materia tali: sed indigent materia, quæ sit subiectum tātum, s. actu, vt causa eclipsis materialis. eclipsis enim non indiget vt fiat materia in potentia. & hoc intendebat, cùm d. nō est materia aliqua. i. vt causa eclipsis materialis. quoniam non est materia aliqua, i. in potentia, sed Luna est causa materialis, non ita ꝙ patiatur in sua substantia, vt accidit in qualitatibus passiuis, sed ita ꝙ transmutetur in loco tātum. & hoc intendebat, cùm d. sed causa, sicut causa motus. i. sed Luna est causa materialis eclipsis, sicut corpus est causa materialis motus i. loco. Est enim proprium huic materiæ, quoniam non transmutatur in se per suam transmutationem in loco: et, quia ista transmutatio est absconsio luminis à nobis. D. & causa amittendi lumen est terra. i. hoc, ꝙ terra interponitur inter nos et Solē apud eclipsim. Luna enim, quando transmutatur in loco, donec cadat in vmbram terræ, abscindetur lumen ab ea.

Cuius vero causa forsan non est. quæ vero vt forma, ratio: sed nō manifesta ratio, nisi cùm ipsa causa sit. vtputa, quid eclipsis? priuatio luminis. si vero addatur à terra in medio interposita, hęc est cū ipsa causa ratio. De somno vero non est manifestum quid est primū, quod patitur. sed nunquid animal? ita. attamē hoc secundum aliquid. & quid primum, cor, an aliquid aliud? deinde, à quo? deinde quæ passio,

Materia cor. li est in actu, & rectius dicit subiectum materia. Ide. 2. ca. de substātia orbis. & 9. Me. 17

Transmutatio in substantia fecit cognoscere materiā. Vide. 2. Phy. cō. 38.

Vide finē primi capituli de substantia orbis.

passio, quæ illius & non totius? quia talis immobilitas, ita. sed hæc, eò quòd aliquid patiatur ipsum primum.

Et rectum est vt non sit causa, quæ est propter quid, & causa, quæ est quasi forma & definitio. sed sermo, si non fuerit cum causa, nō erit manifestus. verbi gratia ꝙ eclipsis est priuatio luminis. & si additur esse ex terra, quia sit in medio, hoc erit sermo causæ. Et similiter in somno nō erit manifestum quid sit primū patiēs. sed est manifestum ipsum esse animal. sed quærere hoc, & quid sit primum, vtrum cor aut aliud, deinde per quod, deinde quæ sit passio, quæ acccidit ei, & non est totius. somnus enim est aliqua quies talis. sed hęc erit primo passio in aliquo.

13 Et rectum est vt causa, quæ est forma, & causa propter quam est forma, non sint eędem, licet illa, propter quam est forma, multum intret definitiones perfectas, quæ dicuntur transmutatę demonstrationes in situ. Et innuit hoc, ne causę admisceantur. Deinde dicit. sed sermo, &c. i. sed definitio, si non continuerit causam, propter quam inuenitur forma, tunc definitio non erit manifesta, neq; perfecta. Deinde dedit exemplum, & d. verbi gratia ꝙ eclipsis est priuatio luminis. i. cùm homo fuerit contentus à tali definitione cognitione eclipsis, erit cognitio diminuta, licet teneat formam, quæ est priuatio luminis. possibile enim est vt priuatio luminis sit per aliquod contingens ipsi in se. Et cùm dicitur propter interiacentiam terræ ipsi, & Soli, tunc perficitur cognitio eclipsis. & hoc intendebat cùm d. & si additur, &c. i. &, si fuerit additum in hac definitione ꝙ priuatio luminis est ex terra, quia interiacet ipsam, & Solem, tunc inducitur definitio, quæ continet causam agentem eclipsis, & formam eclipsis. Deinde induxit aliud exemplū de somno, et d. Et similiter i somno, &c. i. Et similiter, si contenti fuerimus in definitione somni ex hoc, ꝙ est quies animalis, non erit manifestū ex hoc quid sit primum patiens recipiens istam quietem, quæ est somnus: vtrum sit cor, aut cerebrum. & sm hūc modum erit definitio diminuta. D. incœpit dicere omnia, quę oportet inducere in hac definitione, & d. sed quęrere hoc, & quid sit primū, vtrum cor, aut aliud. i. sed remanet, postquam induxerimus hanc definitionem, notificare quare accidit ista quies sensibus animalis, & dicetur propter paūsationem. & quid sit materia, in qua accidit ista causa primo, v.g. cùm dicatur ꝙ est cor. & ex quo accidit, v.g. vt dicatur propter cibum. & quid sit passio, propter quam accidit, v.g. quia frigus. D. d. & non est totius. i. quoniam oportet notificare de somno quare non est omnis animalis, aut oīs habētis animam. D. d. somnus enī est aliqua quies, &c. i. definitio enim somni completa et perfecta est, quies, quę est omnibus his dispositionibus. Deinde dicit. sed hæc erit primo passio in aliquo. i. est enim quies propria, quæ accidit à passione propria in membro proprio, & à recipiente proprio, & propter causam propriam.

Caput Septimum. Non omnia contraria vicissim fieri, nec omnium esse materiam. & quo pacto materia cuiusq; ad contraria se habeat.

CVm autem quędam absque generatione & corruptione sint, et non sint, vtputa puncta si sint quidem, et omnino species et formæ (non enim albedo fit, sed lignum albū, si ex aliquo et aliquid fit omne, quod fit) profecto non omnia contraria fiunt vicissim, sed aliter albus homo ex nigro homine, & albedo ex nigredine. Nec omnium materia est, sed quorumcunq; generatio, & transmutatio inuicem sunt. quæcunq; vero absq; eò quòd transmutentur sunt, aut non, horum materia non est. Habet autem dubitationē, quonam modo ad contraria cuiusq; materia se habeat. vtputa, si corpus potētia sanum, contrarium vero sanitati infirmitas, vtrum ambo potentia. & aqua potētia vinum & acetum. An huius quidem secundum habitum et secundum formam materia est, illius vero secūdum corruptionem & priuationem præter naturam. At quædam dubitatio est, cur vinum non sit materia aceti, neq; potentia acetum, tametsi fiat ex eo acetum. & viuens potētia mortuus. An non, sed secundum accidens corruptiones. Ipsa vero animalis materia secūdum corruptionem mortui potentia & materia. aqua quoq; aceti est. fiunt etenim ex illis, quemadmodum ex die nox. & quæcunq; ita inuicem transmutantur, ad materiam oportet redire. vtputa si ex mortuo animal, primum ad materiam, deinde animal: & acetum ad aquam, deinde vinum.

Cùm igitur quædam res sint, & non sunt sine generatione & corruptione, vt puncta si fuerint, & modo vniuersali forma (quoniam non est album, sed lignum album, si omne generatū est ex aliquo, et erit aliquod albū) non igitur erunt omnia contraria adinuicem, sed alio modo. vt homo albus ex homine nigro, & albū ex nigro. Neq; materia cuiuslibet rei, sed quę habent generationem, & transmutationem transmutantur adinuicem. omnia autem, quę sunt absq; eo ꝙ transmutātur, aut nō sunt, horū nō est materia. Sed in hoc est quæstio, & est quomodo materia cuiuslibet rei est ad contraria. vt dicimus, si corpus in potentia est sanum, & infirmitas est contrarium sanitati, est igitur vtrunque in potentia. & aqua in potentia acetum, & vinum. Et materia in quibusdam est sm habitum & formam, & etiā in quibusdam sm priuationem, & corruptionem naturalem. Quæstio vero est cuius fit, & quare vinum non est materia aceti, neq; est acetū in potentia, etsi ex eo fiat acetū. & vtrunq; est viuum in potētia, mortuū in primo. Sed corruptio erit accidētaliter. Materia vero animalis est materia corruptionis potentia mortui, et materia eius. et similiter in aceto. acetum. n. est ex eo, sicut nox ex die. & omnia, quæ transmutantur adinuicem, sunt sm hunc modum.

oportet

oportet igitur reuerti ad materiam rei. verbi gratia vt ex mortuo fiat viuum, oportet primo peruenire ad materiam, deide ad viuum: & acetum primo ad aquam, & post ad vinū.

14 Et, cùm quædam sint existentia per generationē veram, & nō existētia per corruptionē veram, & nō sunt generabilia & corruptibilia per accidens, vt puncta, et

Vniuersalia nō generant. Idē. 7. Met. 26. & 27. & 29.

vniuersaliter formę. vniuersalia enim non generantur. non enim generatur album vniuersale, sed generatur ignum albū singulare, aut lapis albus. & sic necesse est vt omne generatum essentialiter, & ex substātia, generetur ex aliquo, s. materia, et ꝙ ipsum sit etiā i se aliqd. & totum hoc dictum est in tractatu præcedenti. D.d. non igitur erunt omnia contraria, &c. &, cùm sit hæc generatio essentialis: & generatio fit ex contrarijs: manifestum est ꝙ nō omnia generātia fiunt ex setnuicem, sed ex contrarijs terminatis. vt homo albus ex nigro, & vniuersaliter quæ sunt in eodem genere, non quæ fiunt in generibus diuersis. non enim generatur album nisi ex nigro, non ex calido aut frigido, aut humido aut arido. Deinde dicit. Neqꝫ materia cuiuslibet rei. i. & non inuenitur materia vna communis vnicuiqꝫ rerum naturalium, nisi ex rebus habentibus generationem et corruptionem. & hoc declaratum est in naturalibus. & ex hoc verificatur ꝙ prima materia rerum generabilium & corruptibilium est eadem, s. quia omnia generabilia & corruptibilia alterantur adinuicem. Deinde dicit. omnia autem, quę sunt absq; eo ꝙ transmutantur, &c. & intēdit corpora cœlestia. & intendit per trāsmutationem, illam, quę est in substantia, et qualitatem alteratiuam. istæ enim duæ transmutationes sunt impossibiles in corporibus cœlestibus. Et, cùm d. ꝙ eadem materia est vtriq; contrariorum, incœpit dubitare de hoc, & quærere vtrum est in eis eodem modo, ita ꝙ, cùm alterum duorum contrariorum fuerit in actu, erit reliquum in potētia, & ex quo continget vt omnia contraria ęqualiter transmutentur in inuicem, quod dixit in principio huius libri, & dixit. Sed in hoc est quæstio, &c. i. sed in generatione istorum & ex elemēto cō muni est quæstio, vtrum omnis materia accipiat duo contraria, ad quæ potest æqualiter: ita ꝙ, cùm alterum fuerit in eo in actu, reliquum erit in potētia. vt dicimus ꝙ corpus recipiens sanitatem recipit ęgritudinem, i. ꝙ sanum reuertitur in infirmum, & infirmum in sanum, quōniam, cùm alterum fuerit in actu, reliquum erit in potentia. & hoc intendebat, cùm d. vt dicimus, si corpus in potētia fuerit sanum, &c. i. verbi gratia, si posuerimus aliquid esse in potentia aliud, & illud aliud habeat contrarium, i. oppositum, necesse est vt illud sit in potentia, sicut duo contraria: & ꝙ, cùm alterum fuerit in actu, & reliquum contrarium erit in potentia. verbi gratia vt aliqs ponat ꝙ corpus animalis recipit ęgritudinem, &, cùm alterum fuerit in actu, erit reliquum in potentia. & similiter, si posuerit aliquis aquam esse in potentia acetum & vinum, & posuerit acetum esse oppositum vino: quoniam necesse est vt aqua sit in potentia acetum, & vinum eodem modo: ex quo contingit acetum reuerti in vinum, sicut infirmum in sanum. hoc autem non est verum nisi in veris contrarijs. & nō est verum in omnibus formis oppositis, s. quarum quędam est vt quarundam per accidēs, vt corpus formæ vinī ad formam aceti. istæ enim duæ formæ sunt oppositæ, cùm altera sit corruptio reliquæ. Et ideo d. Et materia in quibusdam est secundū habitum, &c. i. quoniā materia est quibusdam fm ꝙ est formatū. vt aqua, qm̄ non fit materia aceti, donec habeat formā vini. & quædam est materia, nō fm ꝙ est formatum, vt prima materia eum formis cōtrarijs, sed fm ꝙ ponitur in formā,

Materia cōstituit res i rebꝰ habentibus generationē & corruptionē Idē. i. de Generatione. t. cō. 41. et. 53.

s. mediāte alia formā, vt aquā. et ideo, cùm aqua est vinum in actu, est acetum in potentia: & non quando fuerit acetum in actu, est vinum in potentia: neqꝫ est in eodem termino vinum & acetum in potentia. Acetum enim non reuertitur in vinum, donec resoluatur in elementa, econtrario generationi quatuor elementorum adinuicem. Prima enim materia est in potētia vtrunqꝫ contrariorum eodem termino, s. quando alterum fuerit in actu, erit reliquum in potentia. Et, cùm notificauit istos duos modos generationis, scꝫpit dare modū, ex quo accidit q̄stio in hoc, & d. Quæstio vero. & quæstio est talis, quomodo ex vino fit acetū, & non ex aceto vinum: cùm habeant materiam communem, quæ est vtrunqꝫ in potentia eodem termino, & est aqua vel bi gratia. D.d. & vtrunqꝫ viuum est in potentia, &c. i. & vtrunqꝫ viuum est in potentia & essentialiter mortuum, aut mortuum non fit ex viuo, nisi accidentaliter non essentialiter: quoniam, si viuum in potētia est mortuū, et mortuum in potētia est viuum. & sic ex mortuo erit viuum, sicut ex viuo erit mortuū. Deinde d. Materia vero animalis, &c. i. materia vero recipiens vitā habet in se potentiam ad mortem per accidens, s. quia in ea est potentia ad corruptionem vitæ: non quia recipit mortem, fm ꝙ est viuū. qm̄ si ita esset, tūc mortuū reciperet vitā, fm ꝙ viuum. Deinde dicit. & similiter in aceto. i. & similiter acetum fit ex vino, & mortuum ex viuo, sicut nox ex die. i. post diē, nō ex materia ista. Deinde d. & omnia, quæ transmutātur inuicem, &c. i. & omnia, quæ transmutantur ad inuicē hoc modo trāsmutationis, generatio nō reuertitur in eis reciproce sine medio, sed generatio reuertitur in eis prius q̄ vltimum reuertitur in primum: deinde primū transfertur ad media: deinde media transfertur ad vltimum. verbi gratia ꝙ ex viuo fiat mortuum, tunc ex mortuo nō fiet viuum, donec mortuum reuertatur in quatuor elemēta. deinde formæ, quæ sunt inter quator elemēta & vitam generabuntur, & sic generabitur vita necessario.

Caput Octauum. Dubitationis solutio, quæ causa est, vt definitiones & numeri vnum sint in rebus omnibus: & unionis materiæ ac formæ.

DE dubitatione autem dicta & circa definitiones, et circa numeros, quę causa est vt vnum sint. Omnium nanqꝫ, quęcunqꝫ plures partes habent, & non est totum quasi coaceruatio, sed ipsum totū est aliquid aliud præter partes, est aliqua causa. Nam & in corporibus quibusdam tactus est causa, vt vnum sint: quibusdam vero viscositas, aut aliqua alia talis passio. definitio vero oratio est vna, non cōiunctione, vt Ilias, sed eò quòd vnius est. Quid est igitur quod hominem facit vnum, & cur vnum & non multa sunt animal & bipes, præsertim si, quemadmodum quidam dicunt, sit quid ipsum animal, & ipsum bipes? cur enim non illa homo est? & erunt secundum participationem homines non hominis vnius, sed duorum, animalis & bipedis. & omnino profecto homo nō erit vnum, sed plura, animal, & bipes. Manifestum itaque est ꝙ ita quidem tractantibus, vt solent definire & dicere, non est possibile reddere rationem, & soluere dubitationem. Quod si, quemadmodū dicimus,

Prima materia est in potentia vtrunqꝫ cōtrariorum eodem termino. Vide 11. t. Ph. cō. 16. &. 82.

hoc

hoc quidem materia, hoc vero forma est, & hoc quidem potentia, hoc vero actu, profecto non videtur amplius dubitatio esse quod quæritur. Etenim dubitatio est eadem, ac si definitio vestis esset æs rotundum. esset etenim hoc nomē rationis signum. quare quod quæritur est, quænam causa sit, vt rotundum & æs vnum sint. amplius vero non apparet dubitatio, quoniam hoc quidem materia, illud vero forma est. Quæ igitur huius causa est, vt quod potentia est actu sit in quibuscunque generatio est, præter illud, quod fecit? nulla enim alia causa est, vt actu sphæra sit, quæ potentia sphæra erat: sed hoc erat ipsum quid erat esse vtrique. Est autem materia, quædam intelligibilis, quædam sensibilis. & semper rationis hoc quidem materia, hoc vero actus est. vt circulus figura plana.

Vide. 2. de Ala tex. 7.

Idē. 7. Met. 151. &. 59.

In quæstione vero dicatur de definitionibus & in numeris, quæ est causa in hoc, quòd sint vnum. Omnia enim, quæ habent plures partes, quorum vniuersum non est sicut cumulus, sed sicut aliquid, quod habet partes, habet causam. In corporibus enim etiam quędam habent causam, quorum essentia est tactus: & quædam viscositas, aut alia passio talis. definitio vero est sermo vnius non secundum ligationem, vt liber Ilias, liber scilicet Homeri primi, sed quia est vnius. Quid igitur facit hominem vnum, et quare est vnū, & non plura, vt animal, & bipes, & etiam alio modo si fuerit, sicut quidam dicunt, aliquid quod est animal, & bipes. et quare illa nō sunt homo? & sicut homines secundum modum acquisitionis erunt non ex homine vno, sed ex duobus, & similiter ex animali bipede. & vniuersaliter cū homo non sit vnum, sed magis animal, & bipes. Manifestum est igitur ꝙ, si aliqs fuerit hac via, sicut est cōsuetudo eorū in definitionibus, quòd impossibile est dissoluere hāc quæstionem difficilem. Si autem fuerit, sicut dicitur quòd quædam est materia, & quædam forma, & quædam potentia, & quædam actus, rectum est vt non existimetur error in quæsito. Ista enim quæstio erit eadem, & si definitio sphæræ esset cuprum rotūdum. quoniam, cùm fuerit, erit signum definitionis hoc nomen. ergo esset quęsitum quid erit causa vt sit rotundum & cuprum. quoniam tunc nō apparebit quæstio. alterum enim est materia, & reliquum est forma. Et causa illius vnitatis est, scilicet vt illud, quod est in potentia, in actu fiat ab agente in omnibus, in qbus est generatio. quoniam non est aliud causatum, sed erit illud, quod est in potentia sphæra in actu sphęra. sed hoc est illud, quod est per essentiam cuiuslibet, & est sicut circulus, qui est figura plana.

Sermo vero de quæstione dicta in definitionibus & numero, & est quomodo definitio significat definitum & definitio habet plures partes, & quæ est causa, propter quam est definitio vnum. hoc enim dictum est in tractatu præcedenti. Deinde dicit. Omnia enim, quæ habent plures partes, &c. i. et necesse est q̄rere causam, propter quam definitio est vna. quoniam omnia, quæ habent plures partes, & sunt vnum secundum totum, non eo modo, quo dicitur cumulus esse vnus. in hoc enim est causa, per quam multitudo sit vnum. Deinde dedit exemplum in hoc, & d. In corporibus enim, &c. i. in corporibus etiam cōpositis ex pluribus est causa, propter quam corpus compositū est vnum. verbi gratia quoniam quædam sunt vnum per contactū, & quędam per cōglutinationem, vt in rebus viscosis: aut per alia ligamenta, vt claui. & hoc intendebat, cùm d. quorum essentia est tactus, scilicet quòd quædam sunt quorum causa vnitatis, & essentiæ est contactus. D.d. de finitio vero, &c. i. definitio vero est sermo vnius, & nō plus compositiones copulantes, sicut versus Homeri. qm̄ illi versus sunt vnum per copulam: sed definitio est vna, quæ est vnius, verbi gratia hominis. Et, cùm narrauit ꝙ homo debet esse vnus, incœpit dubitare in hoc, et d. Quid igitur facit hominem vnum, &c. i. & si concesserimus ipsum esse vnum, quærendum est quid sit illud, quod facit hominem vnum, & quare est vnum & non est plura. s. quare dicitur quòd est vnus, cùm sit compositus ex pluribus vno. est enim animal, & bipes. & hoc existimatur esse definitio hominis. Deinde d. & etiam, alio modo. i. et si etiam fuerit, sicut quidā dicunt, quòd homo nihil aliud est quàm congregatio animalis et bipedis, nihil erit hic in quo cōmunicent hæc duo, s. animal & multipes, ita quòd hoc nomen homo significet hoc commune: sed hoc nomen homo significat animal per se, & bipes per se: ergo quare homo non erit duo, homines? Deinde dicit. & similiter ex animali & bipede, &c. i. & similiter contingit eis vt sint ex animali & bipede, & si non dicant ipsum esse animal, siue homo disponatur per hæc duo secundum hoc verbū esse, aut attribuantur ei per hanc præpositionem ex. & ideo dixit post. & vniuersaliter, &c. i. & vniuersaliter contingit huic vt homo non sit vnum, sed plura vno, scilicet animal & bipes. Deinde dicit. Manifestum est igitur qꝫ si aliquis fuerit hac via, &c. i. manifestum est igitur quòd, si aliquis processerit hac via in definitione, & cōcesserit ipsum esse cōpositum simpliciter ex pluribus, & non distinxerit pluralitatem, quæ est in potentia ab ea, quæ est in actu, impossibile est soluere hanc quęstionem. Deinde dicit. Si autem fuerit, sicut dicitur, &c. ideſt, si autem distinxerimus dualitatem, quę est in definitione, & dixerimus quòd hæc est materia, & hæc est forma, & hoc existit in potentia in composito, scilicet materia, & hoc existit in actu, scilicet forma, dissoluetur quæstio. Deinde dicit. Ista enim quæstio erit. id est quoniam, si non procedatur hac via, ista quæstio remanebit. Deinde induxit exemplum, & dixit. & si definitio sphęrę esset cuprum rotundum, & cætera. ideſt, verbi gratia, quoniam, cū posuerimus quòd definitio sphæræ est cuprum rotundum, tunc hoc nomen esset æquale huic definitioni. Deinde dicit. ergo esset quæsitum, & cætera. ideſt, & cùm posuerimus quòd definitio sphæræ est cuprum rotundum, & quæsierimus in ea hoc, scilicet quomodo definitio est vna, & habet plures partes, tunc quæritur quomodo cuprum & rotundum sunt vnum. Deinde dicit. quoniam tunc nō apparebit quęstio. i. et, cū definiuerimus sphęram,

quoniam est cuprum rotundum, & intellexerimus per cuprum materiam, & per rotundum formā in hac materia, tunc non accidit quæstio. Deinde dicit. Et causa illius vnitatis est, &c. ideſt, & causa istius vnitatis est vt transmutetur quod est in potētia, donec fiat in actu ab agente, ſ. ab extrahente ipsum à potentia in actum. Est igitur hic aliquid vnum, quod primo est in potentia, & post transfertur de potentia in actum. translatio enim eius non largitur ei multitudinem, sed perfectionē in esse, et in toto hoc est vnū in actu. & hoc intendebat, cùm d. quoniam non est aliud causatum, &c. ſ. nō enim est hoc aliud causatum ab agēte ab eo, in qd agit, sed illud idem, ſ. quod est sphæra in potentia, fit sphæra in actu, cùm agens extrahit ipsum de potentia in actū. D.d. sed hoc est illud, quod est per essentiam, &c. ſ. & hæc duo dant esse rei, quam significat definitio in omnibus rebus habētibus materiam & formam. vt in definitiōe circuli dicimus qꝺ est figura plana. figura enim est quasi materia, & plana quasi forma. Et intendebat declarare per hoc exēplum qꝺ, cùm dispositio fuerit talis in dispositionibus rerum mathematicarum, quanto magis vt sit in definitionibus rerum non mathematicarum: ne aliquis dicat qꝺ omnes definitiones non componuntur ex materia & forma. mathematica enim non sunt in materia, sed declaratum est prius qꝺ ista habent materiam non sensibilem.

Extractio alicuius ab agēte de potēta ad actum nō largitur multitudinē sed perfectionē. Idē. 12. Met. cō. 18. Idem etiā hoc. cō. sequenti.

Quæcunq; vero neq; intelligibilem, neq; sensibilem materiam habent, statim vnū quid dam esse vnumquodq; est: quemadmodum ipsum ens hoc quiddam, hoc, quale, quātum. quare non inest in definitionibus nec ens, nec vnum: & ipsum quid erat esse statim vnum quiddam est, quemadmodum & ens quiddā. Propterea non aliqua alia causa vllius istorum, vt vnum sint, nec vt ens quiddam sint. statim etenim vnumquodq; est ens quiddā, & vnū quiddam, nō vt in genere in ente & vno, nec tāquam sint separata præter particularia. Obhanc autem dubitationem quidam participationem aiunt, & causam quandam participationis, & quidnam sit illud participare dubitant. Quidam copulam animæ, sicuti Lycophron ait, scientiam esse ipsius scire & animę. Quidam compositionem, aut cōiunctionem animæ cum corpore, ipsum viuere. Attamen eadē de omnibus ratio erit. etenim ipsum sanum esse, aut copula, aut compositio, aut coniunctio animæ & sanitatis erit. & æs esse trianꝺgulum, compositio ęris & trianguli. & album esse, compositio superficiei & albedinis. Causa vero est, quoniam potentiæ & actus rationem quærunt vnientem, & differentiam. est autem, vt dictum est, vltima materia & forma idem: & hoc quidem potentia, hoc vero actu. Quare simile est quęrere quidnam vnius causa sit, & vt vnum sit. vnum enim quiddā vnūquodq;. & quod potētia, & quod actu vnum quodam modo est. Quare nulla alia causa est, nisi siquid fuit, tāquam ex potentia in actum mouens. Quæcunq; vero non habent materiam, cūcta simpliciter entia sunt ipsum quid.

Omnia autem, quę non habent materiam; neq; intelligibilem, neque sensibilem, vnumquodq; eorū statim est vnum illud, quod est per essentiam, sicut illud qd est aliquod ens. et ideo in definitionibus nō est ens neq; vnum: et illud, quod est per essentiam, est vnum, sicut aliquod ens etiam. Et ideo non est alia causa, neque alicuius istorum, vt sit vnum, neque vt sit ens etiam. quoniam vnumquodq; eorum statim est aliquod ens, & aliquod vnum, non quia sunt in ente & in vno, sicut illa, quæ sunt in genere, & non quasi separata, & alia à partibus. Et propter hanc difficultatem dixerunt quidam acquisitionē, & dubitauerunt in causa acquisitionis, et quid sit acquisitio. Et quidā dixerunt congregationem animæ, vt aliquis. dixit enim quod cognitio, quæ est per veram scientiam, est per animam etiam. Et quidam dixerūt compositionem, & ligamentum corporis & animæ esse per vitam. Sed sermo in omnibus illis est vnus. sanitas enim in omnibus est vna, aut congregatio, aut ligamentum, aut compositio animæ, & sanitatis. & etiam erit cuprum triangulare per compositionem cupri, & trium angulorum. & essentia albi est compositio superficiei & albedinis. Et causa in hoc est, quia quærunt vnum, quod est in potētia & in actu, quasi diuersum etiam. et est, sicut dictum est, quemadmodum materia vltima, & forma est idem, & vnum. Ergo non habent aliquam causam omnino præter motorem quomodo de potentia in actum. Omnia vero, quæ non habent materiam, modo simplici essentia eorū, per quam sunt entia, non fertur in quibusdam rebus.

Ideſt, Omnia vero, quæ carent materia intelligibili et sensibili, sicut materia rerum mathematicarum, vnū quodque eorum est idem cum illo, quod dat suum esse, scilicet quòd quiditas, & essentia sunt in eis idem. Deinde dicit. sicut illud, quod est aliquod ens, & cæt. ideſt, vt dicamus in aliquo, quod habet aliquam essentiam, quòd in eo non est aliquod additum essentiæ, id est, quòd ens non est genus illi. & hoc intendebat cùm dixit aliquod. Deinde dicit. & ideo in definitionibus, & cætera. ideſt. Et dixit hoc, quia ista genera altissima sunt simplicia, cùm non habeant genera, definitiones vero sunt compositorum. Deinde dicit, & illud, quod est per essentiam, & cætera. ideſt, & similiter illud, quod significat definitio, scilicet forma, non habēt definitionem: quemadmodum aliquod habet ens, scilicet quòd ens nō est genus ei. Deinde dicit. Et ideo non est aliqua causa alia, & cætera. ideſt, & ideo illa, quæ non habent materiam, non habent causam aliam à se in hoc, quòd sunt vnum, & in hoc quòd sunt ens, econtrario eis, quæ sunt in materijs. per formas enim fiunt compositа ex forma & materia vnum, & aliquod ens. Deinde dicit, quoniam vnumquodq; eorum statim, & cætera. ideſt, quoniam vnumquodq; eorum ex se est aliquod vnum, & aliquod ens, scilicet quòd non est vnum ex alio, neque ens ex altero. & hoc intendebat, cùm dixit statim, transumptiue. Deinde dicit non

16 Materia id est habitus mathematicarum rerum.

Idem supra com. 9.

Per formas fiunt cōpositæ ex materia et forma vnū et aliquid ens. Idē. 2. de Aia 2. & 7. & 1. de Aia. 90 &. 5. Met. 17.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER NONVS, cum Auer. Commen.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima agitur de Potentia. In Secunda de Actu.

Summæ Primæ Caput Primum. Dicenda proponuntur.

non quia sunt in ente & in vno, sicut illa, quę sunt in genere. ideſt, non quia sunt dispositа per vnitatem & essentiā, ita qꝺ vnitas & essentia sit genus eis, sed essentia est ipsum. D.d. & non quasi separata. ſ. neq; esse illius formæ simplicis est ita, qꝺ in actu sit aliud à rebus particularibus, quarum est forma, ita qꝺ res particularis, & forma eius sunt duo diuersa. & hoc intendebat, cùm d. separata. Deinde d. Et propter hāc difficultatem, &c. ſ. et innuit quęstionem prędictam dicentem quomodo est homo vnus, & est cōpositus ex anima & corpore, qꝺ sunt existentia in actu. Omnis enim, qui ponit qꝺ anima & corpus sunt duo diuersa, contingit et dicere quid sit causa ligamenti animę cum corpore. Qui autem dicit qꝺ anima est perfectio corporis, & qꝺ corpus non existit sine anima, nō sunt apud ipsum duo diuersa, nec accidit et quæstio hæc. Et intendit per acquisitionem cōmunicationem. ſ. qꝺ propter hanc quæstionem dixerūt quidam qꝺ ex anima & corpore fit vnum per communicationē, quæ est inter illa: & isti dubitauerunt in quo sit causa communicationis animæ, & corporis quæ fit illa communicatio. ſ. cuiusmodi communicationis sit. D.d. Et quidam dixerunt congregationē animę, &c. ſ. & vt reputo, qꝺ quidam dixerūt qꝺ cōmunicatio, quę est inter animam et corpus, est, quia nō perficitur actio alterius eorum, nisi congregatione, vt quidā Antiquorum dicebāt qꝺ cognitio est per animam & corpus. sed causa veritatis est anima, & falsitatis accidētis in ea est corpus. D.d. Et quidam dixerunt cōpositionē, &c. ſ. & quidam dixerunt: qꝺ ista communicatio est compositio animæ cum corpore, & qꝺ ligamentum, per quod fit compositio, est vita: & ideo, cùm dissoluitur ligamētum, non erit vita. Deinde d. Sed sermo in omnibus istis, &c. ſ. sed istæ causæ, quas induxerunt Antiqui in copulatione animæ cum corpore, omnes sunt eiusdem modi. Quidam enim opinabantur quòd sanitas istius copulationis erit per istam congregationem, scilicet congregationem animæ cum corpore: & quidam opinabantur quòd est per ligamētum: & quidam per compositionem animę et corporis, compositione sanitatis, non compositione corruptionis. Deinde dicit. & etiā erit cuprum, &c. ſ. & non est differentia inter compositionem animæ cum corpore, & compositionem cupri cum tribus angulis, ſ. qꝺ dicere cuprum habens tres angulos, est, sicut dicere corpus animatum, et sicut dicere superficiem albam. Et intendit qꝺ sermo de omnibus quæstionibus est vnus: & sicut non accidit eis quæstio in compositione figuræ cum cupro, oportebit vt non accidat eis quæstio in compositione animæ cum corpore. anima enim ita se habet ad corpus, sicut figura ad cuprum, & albedo ad superficiem. omnia enim sunt perfectiones & formæ subiecti, D.d. Et causa in hoc est. ſ. & causa deceptionis eorum est, quia ponunt idem quādo est in potentia, & quando est in actu esse diuersum. et in rei veritate est vnum illud. illud enim, quod fuit in potentia, est in actu, & non sunt hic duo diuersa. D.d. & est sicut dictum est, &c. ſ. et anima cum corpore sunt vnum, sicut dictimus qꝺ prima materia & forma sunt vnum. Deinde dicit. Ergo non habent, &c. ſ. & cùm anima non est nisi esse eius, qd est in potentia aīatū esse aīatū in actu, tunc exitus eius de potētia in actu nō habet causam nisi motorem extrahentem ipsum de potētia in actum. Deinde dicit. Omnia vero, quæ non habent materiam simpliciter, neq; sensibilem neq; intelligibilē, essentia eorum, per quam sunt entia, nō attribuitur in suo esse quibusdam rebus, quæ nō sunt perfectio materiæ omnino, & attribuuntur quibusdam. [2] Et intendebat per hoc intelligentias abstractas, quæ attribuntur corporibus cœlestibus, secundum quòd anima attribuitur corpori.

In rei veritate idem est in potēta & in actu. Idem supra cō. 15.

2 Intelligētię abstractę attribuunt corporibus, ſm qꝺ anima attribuitur corpori. Vide qꝺ hoc primō et secōdō ca. de substāta orbis.

Et primo itaq; ente, et ad quod cæteræ omnes entis prædicationes referuntur, hoc est de substantia, dictum est. nam secundum substantię rationem cętera dicuntur entia, quantū & quale, ac cætera, quæ ita dicuntur. cuncta etenim habebunt substantiæ rationem, vt in primis sermonibus diximus. Cùm autem ens dicatur, hoc quidem quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc vero secundum potentiam & actum aut opus, determinemus etiam de potentia et actu. Et primo de potentia, ea quidem, quæ dicitur maxime proprie, non sanè est vtilis ad quod nunc volumus. potentia nanq; & actus in plus est, qꝺ illa, quæ secundum motum solum dicuntur. Sed, cùm de ea dixerimus in determinationibus de actu, declarabimus etiam de aliis.

Potentia & actus in plus ꝺ qꝺ illa, quę secundum motum dicuntur.

Dictū est de ente, cui attribuunt alia prędicamenta entis, vbi dictū est de substāta. dicūtur enim entia multa ſm qꝺ habēt definitionē substātiæ, vt qꝺtitas, & qualitas, & alia, q̄ dicuntur hoc modo. omnia enim habēt definitionē substantię sicut diximus in primis sermonibus. Et, cū ens dicitur, aut qa hoc est, aut qꝺtum. aut quale, aut qa est in potētia, & cōplemento & actu, etiā distinguemus & loquemur de potētia, & cōplemēto. Et de potētia primo, quę dicitur magis vere, nō illud, quod nō est vtile in hoc, qd volumus nūc. potentia enim & actus dicūtur multipliciter magis qꝺ illa, q̄ dicuntur ſm modū motus tm̄. Sed, cū dixerimus de differentijs in actu, tunc declarabit vltima.

1

Via ens, ſm qꝺ ens, diuiditur essentialiter in potentiā & actū, et ista ars habet cōsyderare de ente simplr, & de generibus & differētijs, in quas diuiditur ens essentialiter, incœpit hic loqui de speciebus potētię & actus, vt declaret substātias eorum, et contradicat dicētibus potētiā nō esse in entibus. Et d. Dictū est, &c. ſ. dictū est igit de ꝺdicamēto substātię, cui attribuunt alia ꝺdicamēta, ſm qꝺ sunt prędicamēta. et hoc Sexto & Septimo istius libri. D.d. vbi dictū est de substantia. ſ. vbi locuti sumus de principijs substantię sensibilis. D.d. dicuntur. n. entia multa ſm qꝺ habent definitionem substātiæ. ſ. qꝺ in definitione eo

Iſti. 4. Met. c. 1. et 6 Meta. cō. 1.

rum apparet substantia. D.d.Et, cùm ens dicitur, &c. i.&, cùm declaratũ sit ꝙ ens dividitur in substãtiam & alia prędicamenta, & dividitur etiam in potentiam & actum, quoniam ens quoddam est in potentia, et quoddam in actu & cõplemento, & tam locuti sumus de substantia, oportet etiam nos loqui de potentia & actu: cũ ista dividatur ens ſm ꝙ est ens. Et primo incipiamus distinguere ſm quot modos distinguuntur potentia et actus, & declarare quis eorũ dicitur vere, et quis transumptiue. D.d. causam in hoc, & d. potentia enim & actus, &c. t. hoc enim nomen potentia dicitur pluribus modis eis, ſm quos dicuntur potentia et actus in rebus trãsmutabilibus. D.d. Sed, cùm dixerimus, &c. t. et intentio nostra est in hoc, quoniam, cùm locuti fuerimus de differentiis rerum existentium in actu, & quomodo ordinãtur in hoc, declarabitur nobis natura vtrumꝙ differentiæ, de qua intendimus perscrutari.

Potentia, & actꝰ dicit pluribus modis eis, ſm quos dicit potentia et actꝰ i rebꝰ trãsmutabilibus. Vide ꝙ hoc. t. & Ala cõ 5. in solutione 1 4. & in c. 14. eiusdem.

Vide Auer. in 8pit. Tractatu 3.

Caput Secundum. Dividitur potentia in sua significata.

QVòd igitur multipliciter potẽtia & posse dicatur, determinatim est à nobis in aliis. Harum vero quęcunꝙ quidem æquivoce dicuntur potentiæ, prætermittantur. Quędam etenim similitudine quadam dicuntur, vt in Geometria & possibilia ac impossibilia dicimus, eò ꝙ quodam modo sint aut non sint. Quęcunꝙ vero ad eandem formam omnes, aliqua pricipia sunt, & ad vnam primam dicuntur, quæ est principium transmutationis in alio, prout aliud est. Aliqua enim est patiendi potentia, quæ in ipso patiẽte principiũ est transmutationis passiuæ ab alio, prout aliud est. aliqua vero habitus impossibilitatis, quę in deterius est, & corruptionis, quę est ab alio, prout aliud est, principio transmutatiuo. in his enim omnibus definitionibus ineſt primæ potentiæ ratio. Rursus autem hæ potentiæ dicuntur, aut ipsius faciendi solum, aut patiendi, aut ipsius bene. quare in harũ quoꝙ rationibus quodam modo insunt priorũ potentiarum rationes. Manifestum igitur est ꝙ quodam modo quidem vna est ipsius facere & pati potentia (potens enim est, & eo quòd ipsum habeat patiendi potentiam, et eo quòd aliud ab eo) quodam modo vero alia. Hæc enim in patiente est. propterea enim quod habet aliquod principium, & quod materia aliquod principium est, patitur quod patitur, & aliud ab alio. pingue nanꝙ combustibile est. cedens vero sic pressibile. & similiter de cæteris. Hæc vero in faciente. vtputa calidum, & ædificatiua. hoc quidem in cale factiuo, hęc vero in ędificatiuo. Propter quod nullum, prout cõnaturale factum, ipsum à seipso patitur. vnum etenim, & nõ aliud est. At impotentia quoꝙ, & impotens, atꝙ quæ tali potentię cõtraria est, priuatio est. quare eiusdem et ſm idẽ potentia, impotentiaꝙ omnis.

* 2 t. connatum.

Quoniã aũt potentia & agere per potẽtiã dicũtur multis modis, determinatũ est in aliis locis. Et quę istarum potentiarũ dicitur ęquivoce, dimittatur. Quędã. n. dicuntur per aliꝙ similitudinem, sicut dicitur in Geometria potentia, & non potẽtia esse quoquo modo, aut aliqua attributione. Omnia aũt, ꝙ dicuntur p attributionẽ ad eandẽ formã, sunt aliqua principia, & attribuuntur potentia ad vnũ principium, et est illud, quod est principiũ transmutationis in aliud, ſm ꝙ est aliud. Potẽtia. n. passionis est in ipso patiuo principium transmutationis passiui ab alio, ſm ꝙ est aliud. habitus vero est potentia, quę non patitur ad illud, qđ est peius, aut ad corruptionẽ ex alio, ſm ꝙ est aliud, ex primo transmutante. oẽs. n. istę definitiones habent definitionẽ primę potentiæ. Et etiam dicuntur istę potentię, aut quia agũt tm, aut quia patiũtur, aut modo bonitatis: ita ꝙ in definitionibus istarũ etiam sunt definitiones primarũ potentiarũ quoquo modo. Manifestum est igitur ꝙ forte polè est vt actio & passio sint vna potentia. (dicitur. n. ꝙ potentia est eius, cuius est potentia passionis, et alterius per illud) & forte erit sicut alia. Quędam enim est in passiuo. passiuũ enim patitur, quia habet aliquod principiũ, et qa materia est principiũ, & etiã illud habet aliud ex alio. vnctuosum enim cõburitur. obediens enim quoquo modo dissoluitur. & alia sisr. Et q̃dam sunt in agente, vt in carpentario, et ędificatore. q̃dam enim sunt in carpentario, et alia in ędificatore. Et ideo sunt insimul, & nihil patiẽ per se, quia est vnũ, & nõ est aliud. Illud. n. qđ non est potẽ tia, & non habet potentiam, & quod est contrarium tali potentiæ, est priuatio. ergo potentia est eiusdem & idem non potest.

Dicit. Qm̃ vero in aliquo esse potentia ad recipiendũ aliquod, & in aliquo esse potẽtia ad agendũ aliquid dicunt multipliciter, declaratũ est vbi distinximus ſm quot modos dicunt potẽtię passiuę & actiuę. s. in Quinto istius libri. D.d. Et q̃ istarꝙ rerũ, &c. t. et q̃ istarũ rerũ dr̃ de eis hoc nomẽ potẽtia trãsumptiue, & de qbus dr̃ ſm similitudinẽ, vt dr̃ in Geometria ꝙ talis linea põt in talẽ superficiẽ. v. g. ꝙ diameter põt duo quadrata duorũ laterũ. Et intendit per hoc ꝙ quadrarũ diametri valet duo quadrata. & hoc dictũ est, nõ quia linea est quadratũ, sed exitus eius de potẽtia ad actũ, nõ est per trãsmutationẽ. & hoc intendebat, cũ d. esse quoquo modo. t. & dicitur ꝙ lineę, et superficies hñt potentias aut nõ potẽtias, quia assimilantur potẽtijs quoquo modo, aut quia attribuuntur eis quoquo modo. Et, cũ d. modũ, ſm quẽ dicitur hoc nomẽ potẽtia transumptiue, induxit modũ, ſm quẽ dicit i rei veritate, et d. Oia aũt, &c. t. oia vero, de qbꝰ dicit hoc nomẽ potẽtia, qa attribuũtur et potẽtię, q̃ est causa in aliis, itę potẽtię sunt principia entium generabilium, et corruptibilium, & sunt attributę eidem potẽtię, quæ est principium oium entiũ. Et, cùm distinxit potentiam, quæ dicitur vere ab ea, quæ dicitur transumptiue, descripsit potentiam actionis & passionis, & dixit. & est illud, quod est principium transmutationis, &c. i. potentia agens est illud, quod

Potentia dicitur multipliciter. 2

Tex. cõ. 17

Manifestũ ẽ ꝙ nihil agit i seipsũ. Idẽ 8. Ph. 40. & 3. de Ala cõ. 4. & in libr. de structione disputatione prima. in solutiõe primi dubii, & 1. ca. de substãtia orbis & 5. lib. c. 8.

Formę. q̃ nõ sunt in materia, nõ patiũtur esse mutatter, neqꝫ accidentaliter. Insistinam vide 3. de Ala. de scientia posibilis. cõ. 4. Vide cõtra. Zim.

a Forma nõ patitur esse mutatter, sed ꝙ accidens. Vide. 6. Phy. c. 6. et 2. de Generatione. 65 & 4. cor. 22. b In definitione oĩs potentię passiuę accipit potẽtia primę materię: & in definitiõe oĩs potentię actiuę accipit desinitio actionis primæ formæ, q̃ est definitio primæ formæ, quæ est absoluta à materia. Et, quia definiuit potentias actiuas et passiuas, dixit. Et etiam dicuntur istę potentiæ, &c. t. d. hoc nomen potetia dicitur de potentijs actiuis & de potentijs passiuis, et dicitur de actiuis quæ sunt bonæ actionis, & de passiuis quæ sunt bonæ passionis. D. dicit. Manifestum est igitur quòd forte, &c, t. & forte est possibile, vt potentiæ actiuæ & passiuæ ab eis sunt in eodem, existimatur enim ꝙ potẽtia, quæ est alterius, s. potentia, quæ est in agente, est eius, cuius est potentia passionis. v. g. illud, quod mouetur in loco per se. alteratio autem & generatio existimatur esse vere, vt principiũ actionis sit in eis in subiecto alio quo alio à subiecto potentiæ passiuæ. D.d. & forte erit sicut alia, &c. t. & forte potentia agentis erit in alio ab eo, in quo est potentia passionis. in quibusdam enim rebus potẽtia actiua erit in ipso passiuo, & in quibusdam in alio. D.d. passiuũ enim patitur, &c. t. passiuũ enim patitur, ſm ꝙ habet principium, quod differt ab ipso, quod extrahit ipsum de potentia ad actum. Et intendit ꝙ non est necesse vt hoc principiũ sit in subiecto diuerso à subiecto, in quo est potẽtia passionis in loco. D.d. & quia materia &c. t. &, quia materia est etiam principiũ passionis, est necesse vt aliquid sit ab aliquo: vt generatio ignis ab oleo, & rebus vnctuosis est dissolutio partium rei obedientis in illa, in qua dissoluitur. D.d. Et q̃dã sunt in agente, & ęq. t. & potentia actiua alia est in ipso patiente, et alia in agente, vt carpẽtaria in carpẽtario, & ędificatoria in ædificatore. D.d. q̃dã. n. sunt in carpentario, &c. t. actio enim artis carpentarię est in carpentario, & actio artis ædificatoriæ est in ædificando. D.d. Et ideo sunt insimul. &, quia quædam potentiarum actiuarũ sunt in agente, ideo necesse est vt agẽs nihil agat, donec sit insimul cũ patiente, t. eodem loco. D.d. & nihil patitur per se, &c. t. & nihil patitur per se, secundum ꝙ est vnum, et non est illic aliud, ex quo trãsmutatur. quia, si esset, tunc aliqd esset in potentia secundum ꝙ est in actu. & intendebat declarare ꝙ in simplici est non potentia omnino, & ꝙ illud, in quo est potentia, est compositum. D.d. Illud enim, quod non est potentia, &c. t. dicere enim ꝙ non habere potentiam non est simpliciter. quoniã dicere non potẽtia, est alicuius, quod est illa potentia. & hoc, quod est cõtrarium potentiæ, est priuatio. Deinde dicit. ergo potentia est eiusdem, &c. i. deest, ergo potentia, & non potentia sunt alicuius compositi.

In simplici nõ est potentia oino, et illud, i quo est potentia, est compositũ.

Priuatio autem multifariam dicitur. etenim quod non habet, & quod natura aptum est si non habet, aut omnino, aut cùm natura aptũ fit, aut sic, vtputa oino, aut quomodocunꝙ: in quibusdam autem si natura apta habere, vi non habeant, priuari ea dicimus.

Caput Tertium. Distinguuntur potentiæ per earum subiecta.

CVm autem quædam in inanimatis talia principia insint, quędam vero in animatis, & in anima, & in animæ ea parte, quę rationem habet, patet quòd potentiarum quoque quædam irrationales, quædam cum ratione erunt. Quare omnes artes & factiuæ scientiæ potentiæ sunt. principia enim transmutatiua in alio, prout aliud est. Et quæ quidem cum ratione omnes. eædem contrariorum sunt: irrationales vero, vna vnius. vt calidum, ipsius calefaciendi solius: medicandi vero potentia, infirmitatis & sanitatis. Causa vero eli, quia scię tia ratio est, ratio autem eadem manifestiat & rem, & priuationem, nisi quòd non similiter: et quodam modo quidem amborum est, quodã modo vero eius magis, quod existit. Quare necesse est tales etiam scientias esse quidem contrariorum: esse vero huius quidem per se ipsas, illius vero non per seipsas. etenim ratio huius quidem secundum seipsam, huius vero quodam modo secundum accidens. negatione enim & sublatione manifestat cõtrarium. prima nanꝙ priuatio contrarium est: hæc autem alterius demptio est.

Vide Auer. in 8pit. Tractatu 1. Vide cõtra. Zim.

Priuatio autẽ dicitur multipliciter. dicitur enim illius, quod non habet, & istius quod habet naturam habendi, aut vniuersaliter, aut in tẽpore, in quo habet, & ſm ꝙ oportet, vt illud qđ nõ est oino, aut erit quoquo modo: in quibusdã vero rebus, q̃ hñt naturã hñdi, si nõ hñt, dicemus ꝙ ista carent violente. Sed, cũ q̃dam istorũ principiorũ sint in carentibus anima. et quędã in aiatis, & anima est in habẽte rationẽ animę, manifestũ est igitur ꝙ quędã potentiæ non habent definitionem, & q̃dam sunt cum definitione. Et ideo oia artificia, et sciç sunt potentię, qa sunt principia transmutãtia in aliud, ſm ꝙ est aliud. Et oia, quę sunt cum definitione, sunt contrariorũ, sed non sicut vnũ vnius. vt calidum ęalefacere, medicatiua vero est sanitatis & infirmitatis. Et causa in hoc est, quia habet rationẽ scia. ratio vero eadem significat rem, & suã priuationẽ, sed nõ eodẽ modo. & forte erit possibile vt sit duorum, & forte erit illius, quod est magis. Ergo necesse est vt sint illa, q̃ sunt talia, contrariorũ, & vt sint quorundã p se, & quorũdã nõ p se. ratio. n. est quorundam

dam per se, & quorundã quoquo modo. per accidens igitur significat contrarium, per negationẽ et p remotionẽ: nanq; prima priuatio est contrarium. & hæc est remotio alterius. cõtraria enim nõ appropinquãt eidẽ ex eodem.

5 Quia dicere in potentia significat aliquem modum priuationis, & dicere etiam aliquid habere potentiam ad hoc est ſm q̃ caret illo ad q̃d̃ potest, & primus Philosophus habet considerare de modis priuationis, & est proprium loqui de priuatione, vbi fit sermo de potẽtia, incœpit declarare modos priuationis, & d. Priuatio autem, &c. i. ista enim est prima diuisio, secundum quã diuiditur priuatio. omne. n. q̃d̃ caret aliquo, aut caret illo, quod non innatum est habere, aut caret illo, quód innatum est habere. & hoc intẽdebat, cùm d. illius, quod non habet, &c. D.d. aut vir, aut in tempore, in quo habet. i. & illud, quod caret illo, q̃d̃ naturaliter debet habere, aut caret illo, quo innatũ est habere simpliciter, aut illo, quod innatum est habere aliquo tempore, vt barbã in tẽpore, in quo debet eam habere. D.d. et ſm q̃ oportet, &c. i. & priuatio, q̃ est ſm q̃ oportet, s. quę dicitur principaliter, est caret illo, quod non habet omnino: aut illo, quod habet raro, & hoc intendebat, cùm dixit. aut erunt quoquo modo. Et hoc inuenitur sic in alia translatione, & priuatio dicitur multipliciter: dicitur enim illud, quod non habet, & illud, quod innatum est habere etiam, aut vniuersaliter, aut in aliquo tẽpore, & sic sicut illud, quod non est omnino, aut in paucioribus: & si innatum est habere, cũ non habet, dicitur carere violenter. i. & cũ aliqd caret illo, quod innatum est habere i tpe, in quo innatum est habere, dicitur q̃ illud est priuatio violenta. D.d. Sed, cùm q̃dam istorũ principiorum, &c. i. & intendit per principia potentias agẽtes. istarum enim potentiarũ sunt q̃dam in habente animam, & q̃dam, sicut dixit, in nõ habente aïam. vt calefacere in corpore calido, & infrigidare in corpore frigido. D.d. & aïa est in habẽte rationẽ animę. i. & anima existit in eo, quod habet definitionem animę, s. ratiocinari & cõprehendere. D.d. manifestũ est igitur, &c. i. & cum sit manifestum q̃ quędam potentię actiuę sunt potentię in rebus nõ ſiatis, & q̃dam sunt potentię in rebus ſiatis, in his duobus cõprehensionem & rationẽ, manifestum est q̃ potentiarum q̃d̃ sunt cum definitione & ratione, & quędam sine definitione et ratione. D.d. Et ideo omnis artificium, &c. i. & quia potẽtię actiuę sunt rationales, ideo omnia artificia & scientiæ non sunt potentiæ, quia agunt in alia, ſm q̃ sunt alia. Et d. hoc, quia hæc est definitio potentiarum actiuarum simpliciter. D.d. Et oia, quę sunt cum definitione, &c. i. et oẽs potentię, quę sunt cũ ratione, agunt duo contraria. D.d. sed non sicut vnum vnius, &c. i. & istæ potentię, quę habent rationẽ, nõ agunt alterũ contrariorum tm, sicut est dispositio in potẽtijs carẽtibus ratione. calidũ enim agit calorẽ, & non agit alterũ contrariũ, s. frigus.

Potẽtię rationales agunt duo cõtraria infimul. Et hoc. i. &c. &. i. c. 4.

Potentiæ enim rationales agũt duo contraria infimul, v.g. ars Medicinæ, quæ agit sanitatem, & infirmitatẽ. D.d. Et causa in hoc est, &c. i. et causa in hoc est, quia istę potentię agunt per scientiam, & scia est duorum contrariorũ ſm imaginationem & definitionẽ, & definitio alterius contrariorum intellectus in respectu reliqui cõtrarii, sed non habet se modo. D.d. & forte erit possibile. &. i. quòd forte est possibile vt potentię agãt duo contraria. [illegible] agunt alterum cõtrarium in maiori parte. D. [illegible] est, &c. i. quòd, cũ istę potentię agunt ab intellectu [illegible] contrariorũ: ergo scię. duo [illegible] est vt agat contraria. D.d. & [illegible] &c. i. & vt agere contraria sit quandoq; esse, & quorundam per accidens, et quorundam alterum contrariorum erit essentialiter, & alterum per accidens. D.d. per accidens igitur, &c. i. &, cùm aliquis artifex non intellexerit de priuatione nisi negationem tm, tũc nõ intelliget alterũ cõtrariorum nisi per accidens. & ideo qui talem habet dispositionem, non intelliget naturam contrarij. verum enim contrarium est priuatio. et hoc intendebat, cùm dixit, priuatio enim prima est contrarium.

Sed, quoniam contraria non fiunt in eodẽ, scientia vero potentia, eò q̃ habet rationem, anima quoq; motus principium habet (salubre quidem sanitatem solum facit, & calefactiuum caliditatem, et frigefactiuum frigiditatem, sciens autem ambo. ratio enim amborũ quidem est, non tamen similiter, & in anima, quę motus principium habet) ambo profecto ex eodem mouebit principio, ad idem coniũgens. Quare quæ ſm rationem potentia sunt contraria his faciunt, quę absq; ratione potentia sunt. vnum nãq; principium cõtinetur ratione. Manifestum autem est q̃ & ipsius bene potentiam sequitur solius faciendi aut patiendi potentia: hanc vero illa non semper. qui. n. bene facit, necesse est vt etiam faciat: qui vero solum facit, non necessario & bene facit.

Et scientia est potentia, ſm q̃ habet dispositionem. & anima habet principiũ motus etiã, quoniam anima sanans facit sanitatẽ, & calefaciens calorem, & infrigidans frigus. scientia vero facit vtrunq;, quia vtrũq; habet definitionem, sed nõ eodem modo. et habet in anima etiam principium motus, ergo mouebit vtrũq; ex vno principio, & congregabit ea in idem. Agit enim cõtraria, quãdo agit possibilia sine definitione possibilia per definitionẽ. est enim proprium per vnum principium, per definitionem. Et hoc etiam est manifestum, quòd sequitur bonitatis potentiam, quæ est actionis tantum aut passionis: illa aũt nõ sequitur istã in omni tpe. necesse est enim vt illud, quod est bonę actionis, sit agens etiam: agens vero tm, non de necessitate erit bonæ actionis.

Et scientia est potentia actiua, ſm q̃ habet definitionem, i. ſm q̃ habet formam. D.d. et anima habet principium motus, &c. i. et in anima etiã sunt principia motuum præter motum à scientia. et illud principium non agit nisi alterum contrariorum tantum. v.g. q̃ potentia sanãs animata solummodo agit sanitatem, vt calor caloré, et frigus frigus. D.d. scia vero, etc. sciẽs aũt agit duo contraria, quoniam contraria apud ipsum sunt intẽtiones intellectę: et ideo nõ inuenitur in aïa principiũ motus, quando mouet ab intellectu in actu, aut mouet à ratione eodem modo. Et intendit q̃m, quando mouetur à ratione, agit duo contraria: et quãdo mouetur nõ à potentia, agit alterum contrariorum tantum. et hoc est manifestius in alia translatione, in qua d. et non eodem modo inuenitur [illegible] motus. D.d. ergo mouebit vtrunq;, etc. i. ergo anima, quãdo mouet cõtraria duo à ratione, mouet vtrũq; ab eodem principio, cũ cõgregat duo contraria in intellectu in eodem, s. quòd scientia eorũ est eadẽ. Et in alia translatione est. et ideo mouet,

uet, & congregat ad ipsum vtrunq; ex eodẽ principio. Deinde dicit. Agit enim contraria, &c. i. & sciens agit contraria, quia agit illa, quę sunt possibilia sine ratione, & etiam possibilia cum ratione. verbi gratia quoniam facit sanitatem, quæ est possibilis à natura, possibilem à ratione, & ſm artem Medicinæ. Deinde d. est enim proprium per vnũ principium, per definitionẽ. i. sciens enim mouet contrarium, quod vult facere, per principium proprium, & est definitio propria. Deinde d. Et hoc est etiam manifestum, q̃ sequitur, &c. i. & est manifestum q̃ actionẽ & passionẽ sequitur bonitas actionis & passionis, s. q̃ omne bonæ actionis est agens, & omne bonę passionis est patiens: et non conuertitur, scilicet q̃ omne agens sit bonæ actionis, & omne patiens sit bonæ passionis. & hoc intẽdebat cùm d. necesse est enim vt illud, quod est bonæ actionis, &c.

Caput Quartum. Contra negantes potentiam, nisi cùm res sit in actu.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 3.

SVnt autem quidam, vt Megarici, qui dicunt tunc solum posse, cùm agat: cùm vero non agat, non posse. vtputa eum, qui non ædificat, ædificare non posse, sed ædificãtem, cùm ædificat. similiter quoque & de cæteris. Quibus quæ inconuenientia accidunt, non est difficile videre. Patet nanq;, quòd nec ædificator erit, si non ædificat. ædificatorem enim esse ipsum posse ędificare est. similiter autem & de alijs artibus. Si igitur impossibile est huiusmodi artes habere, nisi quandoq; discat, & accipiat, et non habere, nisi amittat aliquando (aut enim obliuione, aut quadam passione, aut tempore. non enim re corrupta. semper nanq; est) cùm cessauerit, non habebit artem. rursus autem statim ædificabit, quomodo accipiẽs? Et inanimata etiam similiter. nec enim frigidum, neq; calidum, neq; dulce, nec omnino vllum sensibile erit non sentientibus. quare Protagoræ opinionem accidet eis dicere. Atqui nec sensum aliquid habebit, si non sentiat, aut operetur. si igitur cęcum est, quòd nõ habet visum, natura tamen aptum, & quando aptum, & item prout natura aptum est habere, ijdẽ sępius in eodẽ die cęci, & surdi erũt.

Et quidam, vt Megarici, dicunt q̃ potentia est apud actionem tantum. vt ædificator cùm non ædificat non habet potentiam ędificatoriæ, sed qui ædificat, quando ædificat. & similiter in alijs rebus. Et nõ est difficile scire quid accidit illis de impossibili. Manifestũ est enim q̃ non erit ædificator, quando non erit ædificans. essentia enim ædificatorię est essentia impossibilitatis ędificatorię. & similiter in alijs artificijs. Quoniam, si impossibile est vt ista artificia sint in aliquo tempore in eo, qui nõ ignorat i aliquo tempore, aut per obliuionem, aut per actionem, aut per tempus, non recedet ab artificium, quãdo destruitur apud finem rei, sed est semper. et, si accipiatur in eo aliquo modo, quomodo est statim? Et erit simile huic sermoni in rebus inanimatis. non enim est calidum, aut frigidum, aut dulce, aut sensibile sine habẽtibus sensus. accidet enim eis dicere sermonẽ Protagorę. Et etiam nihil habebit sensum omnino, nisi sentiat, aut intelligat. si igitur cęcum est illud, quod non habet visum in tempore, in quo debet habere visum, & habet etiam naturam & esse, tunc illi ipsi erunt cæci multotiens in vna die, & surdi etiam.

Cùm d. secũdum quot modos dicuntur potentiæ, s. de actiua & passiua, & descripsit et numerauit ea, et dedit differẽtias inter rationalem earum et irrationalem, vult loqui nunc cum negantibus potentias esse, & sunt illi, qui negãt possibile esse. Primus enim Philosophus debet loqui de hoc cum istis, cùm ista optimo sit sophistęa. Et d. Et quidam, vt Megarici, &c. i. & quidam negant potentiam præcedere secundum tempus illud, ad quod potest, dicendo q̃ potentia, & illud ad quod potest sunt insimul, ex quo contingit nullam potẽtiam esse. potentia enim opponitur actui, & impossibile est vt existant insimul. & iste sermo existimatur nũc à quibusdam loquentium, & est sermo cõtrarius naturæ hominis. Deinde d. exemplum de hoc, & d. vt ędificator. i. opinatur q̃ potentia ad ædificare est cum ædificare: & q̃ ædificator, quando non ędificat, non habet potentiam ad ædificare, quia non habet potentiam ædificandi, dum nondum ædificat. Deinde dicit. & similiter in alijs rebus. i. et similiter dicebat in alijs potentijs. i. quoniam non præcedunt illa, in quæ possunt secũdum tempus. Deinde incœpit dicere impossibilia contingentia eis, et d. Manifestum est enim, &c. i. contingit enim eis q̃ ædificator non vere dicitur ædificator, nisi quãdo ædificat. & hoc est quasi impossibile. Deinde dicit. et sentia enim, &c. i. & cùm ædificator, quando non ędificat, non habet posse ædificandi, tunc forma ædificatoria, quæ est ars ædificatorię, non est posse ædificare, s. quoniã contingit q̃ ædificator non dicitur ędificator quando non ędificat, nisi per istud, quod est in eo de nõ posse ædificatorię. & sic non est differentia in. et illud, quod habet artem ędificatorię, quãdo non ædificat, & inter illud, q̃d̃ nõ habet. Deinde d. & similiter in alijs artificijs. i. & similiter contingit in alijs artificijs vt substantia artificij sit non posse iuxta actionis quod est valde impossibile. D. declarat aut hoc & d. Quoniam, si impossibile est, &c. i. quoniam, si ista ars non existit in eis, qui habent industrias, quando non agunt, [illegible] eo q̃ accidit eis aliquid, quod corrumpat artẽ, aut obliuio, aut longa ægritudo, continget necessario vt corrũpatur, qñ actio finitur. et est manifestum q̃ ars non destruitur, neq; corrumpitur, quando perficitur ædificatũ. sed ipse Arist. dimisit cõsequẽs, & destruxit ipsum. D.d. Et erit simile huic sermoni, &c. i. & similiter contingit in rebus inanimatis, cũ posuerimus q̃ non est in eis potẽtia anteq̃ agãt, i. qñ cõtingit vt nõ sit hoc frigidũ, aut calidũ, & vt tangibile anteq̃ tangatur, neq; dulce, neq; amarũ anteq̃ gustetur, et vt nullũ sensibile anteq̃ sentiatur. et sic nullũ istorũ inuenitur, nisi aïa inueniat, neq; in potentia, neq; in actu. & sic accidet eis opinari opinionẽ Protagoræ Sophistę. D. induxit illud impossibile, & d. Et etiã nihil habebit sensum oĩno, &c. i. & d. hoc, quia sentẽs, qñ nõ sentit, est sentẽs in potentia. &, si potẽtia nõ fuerit, sequitur vt aïal non sit aïal, nisi amsentit. D.d. si igitur cęcum, &c. i. frigitur cęcum est illud, quod nõ habet visum in tẽpore, in quo [illegible] debet habere, & qui non inspicit aliquid non [illegible] vt sum in tempore, i quo naturaliter debet h[illegible]

Primus Philosophus debet disputare contra negantes potentiã.

Potentia opponit actui. Vide. 1. de Aia c. 6.

caret illo, quod innatum est habere in illo tempore, tũc homo erit cæcus, quando non inspicit aliquid: & sic homo potest esse cæcus & videns multotiens in vna die. Deinde dicit. & habet etiam naturam & esse. i. & qui nõ videt apud eos caret illo, quod naturaliter debet habere in tempore, in quo non videt. et illa priuatio est in eo, sicut dispositio est in cæco: quia caret illo, quod naturaliter debet habere in tempore, in quo innatum est habere. Sed est differentia inter cęcum & videns, quãdo non videt: quia cæcus non habet potentiam videndi, & clausi oculi habent potentiam videndi. & ideo, cùm aufertur potentiam ab illo, qui nõ videt, in tpe, in quo nõ videt, cõtingit q̃ illa dispositione sit cæcus.

Differẽtia est inter cęcũ & non videns. qũ nõ videt.

Item, si impossibile id est, quod priuatur potẽtia, quod non fit, impossibile est fieri. quod vero impossibile est fieri, qui dicit esse aut futurum esse, mentietur. impossibile enim hoc significabat. Vnde illæ orationes & motum, & generationem perimunt. semper etenim & quod stat stabit, & quod sedet sedebit. si eni sedet, non surget. impossibile nanq; erit surgere, qd̃ non est possibile surgere. Quod, si non est possibile ista dicere, manifestum est quòd potentia & actus aliud & aliud est. illæ vero orationes idem faciunt potentiam & actum. propter quod non parum quiddam quęrunt perimere.

Et etiam, si illud, quod caret potentia, non habet potentiam, illud, quod non erit, non habet potentiam vt sit. & qui dicit q̃ illud, quod non habet potentiam vt sit aut erit, mentitur. quoniam non habere potentiã significat hoc. Isti igitur sermones negant motum etiam, & generari. & stans erit semper stans, & sedens semper erit sedens. quoniam, si fuerit sedens non surget, quia nõ habet potentiam vt moueatur. Si igitur impossibile est dicere hos sermones, manifestum est potentiam esse aliud ab actu. isti vero sermones faciunt potentiam & actum esse idem, & sic volunt aliquid negare non paruum.

6 Idest, si igitur illud, quod caret potẽtia, nõ habet potentiam, manifestum est etiam q̃ illud, quod erit, non habet potentiam: & illud, quod non erit, manifestum est etiam q̃ non habebit potentiam: ex quo sequitur q̃ illud, quod erit, non erit. Deinde dicit. & qui. & cæ. i. et qui d. q̃ illud, quod non habet potentiam, non sic est aut erit, fallitur necessario. cum enim dicimus aliquid non habere potentiam, intendimus in hoc, s. non habere potentiam ad esse. Deinde dicit. Isti igitur sermones negãt motum, &c. i. & d. hoc, quia motus est perfectio eius, quod est in potentia: &, cùm non fuerit potentia, non erit motus. Deinde dicit. & stans erit semper stãs, etc. et hoc est intellectum per se, quoniam illud, qd̃ non habet potentiam ad aliquid, nunquam ex illo erit illud, dum non habet potentiam. Deinde posuit omnia ista impossibilia quasi antecedens, & positionem quasi consequens, & d. Si igitur impossibile est &c. i. si igit̃ est impossibile vt omnia ista impossibilia sint, quę contingunt negantibus potentiam præcedere actum, manifestum est quòd potentia est aliud ab actu, et ante actum. Deinde dicit. Isti vero sermones, &c. et d. hoc, quia, quando aliquid exit in actum, iam fuit in potẽtia, antequam existet in actum. cùm igitur aliquis negauerit potentiam præcedere secundum tempus, & est impossibile vt sit in actu, cùm potentia & actus sint contraria, continget eis facere potentiam & actum idem. Et hoc est, quod d. quòd potentia est cum actu, est sermo quasi nihil. & d. & sic volunt negare aliquid non paruum. quia hoc esse, quod est in potentia est quasi in medio entis simpliciter: & qui negant potentiam, negant primam materiam, & omnes motus, et generationem, & corruptionem, & omnes artes, quæ agunt per cogitationem, & voluntatem ad expellendũ nocumentum, & ducendum iuuamentum.

Qui negant potentiã, negãt primã materiã, & oẽs motũ, & oẽs artes, q̃ agũt per cogitationem.

Quare contingit possibile quidem esse aliquid, non esse autem: & possibile non esse, esse vero. similiter autem in cæteris quoq; prædicamentis, quicquam possibile ambulare, non autem ambulare: & possibile non ambulare, ambulare. Hoc autem possibile est, cui si illius insit actus, cuius potentiã habere dicitur, nihil impossibile erit. dico autem, vt si possibile sedere est, vt sedere contingit, huic si exiterit ipsum sedere, nil ipossibile erit. etsi moueri quicquam, aut mouere, aut stare, aut sisti, aut esse, aut fieri, aut non esse, aut non fieri, similiter. Nomen vero actus, qui ad perfectionem annectitur, aduenit etiam in aliis, maxime ex motibus. videtur etenim maxime motus actus esse. Quare non entibus non attribuunt ipsum moueri, sed alias quasdam prædicationes, vtputa intelligibilia, & desyderabilia esse ipsa non entia, non autem mota. hoc autem, quia cùm non sint actu, erunt actu. nõ entium enim quædam potentia sunt, non autem sunt, quoniam actu non sunt.

Ergo possibile est vt aliquid habeat potentiã ad esse, sed non est: & vt non sit illud, quod non habet potentiam. & similiter in alijs prædicamentis illud, quod non habet potentiam ad ambulare, nõ ambulabit, & illud, quod ambulat habet potentiam ad ambulationem. Potens enim est illud, quod, cùm habet illud, agit in quod dicitur posse: & nihil erit quod non habet potentiam. verbi gratia si potest sedere cũ venit ad hoc sedere, nihil erit ad quod non potest. & si moueatur aut mouebit, aut erigatur, aut erigat, aliud autem est, aut erit, aut nõ est, aut non erit, similiter etiam magis. Et hoc nomen actio non venit, nisi illius, quod cum potentiæ complemẽto, & cum alijs etiam magis ex motib⁹. existimatur enim magis quòd actio est motus. Et similiter nõ attribuunt motum eis, quę non sunt, sed attribuunt illud prędicamentis alijs, vt dicuntur quę non sunt esse cogitabilia, aut appetibilia, mobilia vero non. & illud est, ne sint in actu, cùm non sint in actu. quædam enim non sunt in potentia, & non sunt, quia nõ sunt in complemẽto,

Idest,

Idẽ. 1. Phys. tex. cõ. 6.

Potentia est aliud ab actu & ante actũ.

7 Idest, sequitur igitur ex hoc, q̃ possibile est vt aliquid habeat potẽtiam, vt sit ens demonstratum, sed in tempore, in quo habet potẽtiam, est non ens. D.d. & vt non sit illud, quod non habet potentiam, &c. i. & vt non fiat illud, quod non habet potentiam. Et in alia translatione. Ergo possibile est vt aliquid sit, cùm non sit ens, & impossibile est vt nõ sit et sit. i. ergo possibile est in re, quæ non est, vt sit, cùm fuerit non ens, sed est possibile vt non sit, & erit post. D.d. & similiter in alijs prædicamentis, &c. i. & similiter est in vnoquoq; prædicamentorũ, s. q̃ illud, quod non habet potẽtiam ad aliquod eorum, non disponitur per illud, ad quod non potest. v.g. in prædicamento actionis: qñ quod non potest ambulare, impossibile est vt in aliqua hora ambulet. D.d. & illud, quod ambulat, habet potentiam ad ambulationem. i. et omne, quod est ad aliquid, habet potentiam ad illud. D.d. nihil erit, quod non habet potentiam, i. manifestum est igit̃ q̃ nulla actio proueniet ab aliquo, quod non habet potentiam ad illam actionẽ. D.d. exẽplum, & d. v.g. &c. i. ver. g. q̃, si aliquis habet potentiam ad sedendum, illud est possibile vt sedeat. et hoc, qñ sedet, non agit actionem, ad quam non habebat potẽtiam, sed agit illud, ad quod habebat potentiam. Et intendit q̃ quærendum est à negantibus potẽtiam præcedere actionem, s. q̃, qñ aliquis agit aliquam actionem, utrum agat illud, ad quod habebat potentiam ante actionem, aut ad quod non habebat potentiam. si ad quod non habebat potentiã, ergo agit impossibile fibi, et illud ad quod potest: ergo concedũt potentiam præcedere actionem. Moderni autem ponunt vnum agens omnia entia sine medio, s. Deum. & contingit istis vt nullum ens habeat actionẽ propriam naturaliter. &, cùm entia non habuerint actiones proprias, non habebũt essentias proprias. actiones. n. non diuersantur nisi per essentias diuersas. Et ista opinio est valde extranea a natura hominis: &, qui recipiunt huiusmodi, non habẽt cerebrum habilitatum naturaliter ad bonum. D.d. Et si moueantur, &c. i. &, si quicqd moueẽ, aut mouet, aut eleuet, aut eleueẽ, aut ẽ, aut erit, nõ disponitur per aliquod istoꝝ, nisi illud, quòd habet potentiam ad illud, s. quod nõ dicitur aliquid moueri, nisi qñ habet potentiam ad illud: & similiter non dicitur eleuare aut eleuari, nisi illud, quod potest hęc: & similiter non dicitur esse, aut fore, nisi illud, quod potest esse, aut fore. D.d. aut non erit, &c. i. & similiter cùm dicitur aliquid non esse, aut non facere aliquid, dicitur quòd non habet potentiam ad illud. D.d. Et hoc nomen actio, &c. i. & illa, quæ sunt composita ex complemento, et potentia, non dicitur esse actio, qñ mouẽtur. Existimatur. n. q̃ illud, quod est in actu, est mobile, & q̃ motus est actio. illa autem, quæ non mouentur, non dicuntur esse actus: vt intelligibilia, & voluntabilia. non. n. dicuntur esse simpliciter, sed esse in anima, & in cognitione. Et hoc intẽdebat, cùm d. Et similiter non attribuunt, &c. i. v.g. q̃ entia, quæ non sunt extra animam, non dicuntur esse simpliciter, sed dicitur esse in anima cogitatiua, aut anima appetitiua: sed non dicuntur entia, sicut dicuntur res mobiles. D.d. & illud est, ne sint in actu, &c. i. & illud, quod est in potentia, non dicitur esse, quia entia in aspectu primo sunt illa, quæ mouentur in actu. Et induxit hoc ad declarandum causam latentiq̃, propter quam hoc nomen ens non dicitur simpliciter apud vulgus de eo, quod est in potentia, & sit in anima in actu.

Digressio cõtra Loqntes in sua lege.

Scientia non habebit actiones proprias, nõ habebunt essentias proprias: actiões. n. si diuersantur, nisi q̃ diuersas essentias. Vide. i. Cœli. 8.


Entia, quę sũt extra animã, nõ dicẽt simpliciter, sed dicũt in alia cogitatiua, aut appetitiua. vide. i. Met. cõ. 15. & 10. Met. com. 8.

Caput Quintum. Contra ponentes omnia possibilia.

SI autem possibile est quod dictũ est, quatenus sequitur, manifestum est quòd non

poteſt verum esse dicere, quòd possibile quidem est hoc, nõ tamen erit. alioqui quænam impossibilia sint, hoc modo fugiũt nos. dico autem, vt si quis dicat posse diametrum commensurari, non tamen commensurabitur, nõ cogitans quidnam impossibile sit: quia nihil prohibet aliquid, possibile existẽs aut esse aut fieri, non esse nec futurum esse. Attamen ex his, quæ posita sunt, illud necessario sequitur, quia, si supponamus esse, aut factum esse, quòd non quidem est, possibile autẽ est, nihil impossibile erit. at accidet quidem. commensurari enim impossibile est. Enimuero nõ est idẽ falsum, & impossibile. te nãq; nunc stare falsum quidem, sed non impossibile est.

Si igitur hoc, quod dictum est, sit possibile, aut necessarium, manifestũ est q̃ impossibile est vt sit verus sermo, dicens hoc esse posse vt sit, sed nõ erit, ita q̃ sequitur ex hoc sermone vt sint res, quæ impossibile est vt sint. v.g. si aliquis dixerit q̃ diameter mensurat, q̃ ipossibile est mensurare. non enim cogitat hoc esse impossibile. nihil enim prohibet, cũ fuerit aliq̃, quod possibile est vt sit, aut vt generet, vt nõ sit, neq; generetur. Sed hoc est necessariũ ex positis, si fuerit, & posuerimus ipsum esse, aut fuisse illud, quod non est, sed impossibile est vt sit: et accidit q̃ aliquid, quod non habet potentiam, ex dicere q̃ non habet potentiam ẽm mensuram. Nã fallum, & non habere potentiam est idem. sermo enim dicentis te esse modo surgentem, est falsus, sed non habet impotentiam, cùm sit possibile.



8 Si igitur illud, quod dictum est, sit possibile, aut necessarium, s. q̃ potentia & posse præcedunt actionem, manifestum est, qñ impossibile est vt aliquod possibile nunq̃ exeat in actum. D.d. ita q̃ sequitur ex hoc sermone, i. qñ, cùm fuerit positum q̃ aliquod possibile nõ erit, & est optimo * Platonis, sequitur impossibile ex positione istorum, s. ut sit illud, quod impossibile est vt sit. D.d. ver. g. si aliquis posuerit q̃ diameter impossibile est vt sit symeter costæ, & q̃ est symeter ei. D.d. non. n. cogitat, &c. i. istæ. n. duæ opiniones non congregantur

* 2. 1 Philebus.

eõngreganturin vna cogitatione. qui.n. opinantur ꝙ diameter impossibile est vt sit symeter, non cogitat de demonstratione super hoc, ꝙ sit symeter. D.d. nihil.n. prohibet, &c.t.&, cùm aliquid fuerit possibile vt sit, forte erit, & forte non erit. D.d. Sed hoc est necessarium ex positis, t.& cùm sit impossibile illud, quod potest esse non esse, continget huic positioni ꝙ aliquid fuerit, quod ante fuit impossibile vt esset. Et intendebat notificare ꝙ ista consecutio, quæ est necessario vera, est econtrario ei, quod ponunt negantes naturã esse potestate. contingit.n. ponentibus aliquid esse, quod ante nõ fuit possibile, hoc scilicet ꝙ illud, quod est possibile, non erit omnino. D.d. & accidit ꝙ aliquid, quod non habet potentiam, &c.t. et sequitur hanc positionem, vt illud, quod non habet potentiam, v. gr. latus, quod non habet potentiam ad mensuram vt sit. D.d. Nam falsum, &c.t.& contingit dicentibus quòd erit illud, quod est impossibile vt sit hoc, quòd falsum possibile, & falsum impossibile sint idem. Nulla.n. est differentia inter hæc duo falsa, nisi hoc, ꝙ alterum potest recipere verum, et reliquum non potest. &, cũ non fuerit illic posse, quod præcedat esse ret, tunc ponere ipsum esse, antequã sit, est falsum impossibile, non falsum possibile. D.d. exemplum, & d. sermo enim dicentis, &c.t.& differentia inter hæc duo falsa, s. impossibile & non impossibile, est quia non ipossibile habet potentiam ad verum, impossibile autem non habet potentiam ad illud. v.g. quoniã dicere te esse surgentem, dum sedes, est dicere falsum, sed potest cũ esse verum in aliquo tempore. dicere vero ꝙ diameter est symeter costæ est dicere falsum, quod nunq̃ erit verum.

Quæ ſ dſia inter falſum p ſe. & inter falſum ſpoſſibile.

Simul autem manifestũ est quòd, si A existente, necesse est B esse, ita etiam A existente posse esse, necesse est B quoq; possibile esse. Nam, si nõ necesse est possibile esse, nihil prohibet non esse possibile esse. sit itaque A possibile. cum igitur A possibile fuerit esse, si ponetur ipsum A, nihil impossibile esse accidit. at tum ipsum B necesse est esse. attamen impossibile erat. Sit igitur impossibile. ꝙ si impossibile, necesse est A esse, necesse est et B esse. sed erat A possibile, ergo etiã B. Si igitur A possibile sit, B etiam possibile erit: si ita quidem se habebãt, vt A existẽte, necesse sit etiã B esse. Si itaq; sic se habentibus A B, non ita pose sit B, nec ipsum A B se habebunt, vt positum est. & si A possibili existẽte, necesse est B possibile esse, si A est, necesse est B etiã esse. possibile nãq; esse necessario B esse, si A possibile, hoc significat, si A sit, et qñ, et sicuti erat possibile eẽ, illud quoq; tũc, et ita necesse esse.

Et cum hoc manifestũ est ꝙ, si A fuerit, necesse erit B. et similiter, si possibile fuerit vt sit A, necesse est vt B sit etiam possibile. Si igitur non fuerit possibile, nihil prohibet vt non sit possibile. si igit A est possibile, cùm igitur fuerit possibile A, si fuerit positum, accidet vt sit alicuius ipossibilis. et si A fuerit positũ, necessario erit B. sed non est pose. Cũ igit fuerit A, & B erit possibile, cũ fuerint in hac dispõne, ita ꝙ sicut A, necesse est vt sit B. Si aũt A, & B fuerint in hac dispositione, & si non fuerit B possibile in hac dispositione, neq; A, & B erũt, sicut est positum. & si A fuerit possibile, necesse est vt sit B possibile. et si A fuerit, etiam necessario erit B. qm̃ possibilitas essendi B est necessaria esse, cùm sit impossibile aliquid loco istius, si A fuerit. et, cùm fuerit illud quod est impossibile vt non sit, ergo et illa necesse est vt sint cùm fuerint, & vt sint in hac dispositione.

Quia dicentibus ꝙ aliquid erit, quod est impossibile vt sit, & sunt negantes potentiam præcedere actum, contingit ꝙ illud, quod est possibile vt sit, non erit omnino, incœpit destruere hoc ad destruendum potẽtiam eorum, s. dicentem aliquid esse possibile, quod nunquã exit in actum. & incœpit in hoc capitulo prẽponere ad destruendum hanc positionem illa, quę debent prẽponi, s. ꝙ falsum impossibile non sequit ex falso possibili. Alio modo vero vtimur hac propositione, quã intendit in hoc capitulo declarare in hoc, ꝙ nihil habet potentiam ad corruptionem quin corrumpatur, aut ad generationem quin generetur, et ꝙ nihil quod non habet potẽtiam ad generationẽ generabit, aut quod non habet potentiã ad corruptionem corrũpitur. Sic declarabitur, ponendo ꝙ in A est potentia ad corruptionem, & nunq̃ corrumpetur. deinde ponatur ꝙ A corrumpitur. & ista positio erit falsum possibile, non ipossibile. quod.n. habet potentiam ad aliquid, si fuerit positum in actu erit falsum, sed nõ impossibile. falsum.n. impossibile est illud, in quo non est potentia. Cùm.n. posuerimus A corrumpi & non corrumpi, sequitur in tertia figura ꝙ quiddam, quod non corrumpitur, corrumpitur. Et, cùm fuerit positum ꝙ hoc falsum impossibile nõ sequitur ex propositione possibili, erit scitum ꝙ propositio, ex qua sequitur impossibile, est dicens ꝙ illud, in quo est potentia ad corruptionẽ, non corrumpitur. & proponit ad declarandum hoc, ꝙ ex possibili non sequitur impossibile. et hoc tecit in Prioribus analyticis, & in Cœlo, & mũdo. Et d. Et cum hoc, &c.t. & est manifestum ꝙ, cùm fuerint duo, quorũ alterum sequitur reliquum, v. g. ꝙ A sequitur B, si A fuerit necessarium, B erit necessarium: & si possibile, possibile: & si A fuerit, B erit. Et, quia syllogismus & conclusio sunt cõsequentia, est necessarium ꝙ, cum syllogismus fuerit ex propositionibus necessariis, cõclusio erit necessaria: &, si ex possibilibus, possibilis. D. incœpit dicere hoc, & d. Si igitur non fuerit possibile, &c.t. si ergo conclusio, quæ est B, non fuerit possibilis, & est conclusio syllogismi possibilis, s. A, ponatur ꝙ B sit non possibile, s. falsum impossibile. D.d. si igitur A est possibile, t. ponatur igitur ꝙ A est possibile, & B impossibile. D.d. cùm igitur fuerit possibile, &c.t. si A fuerit possibile, & fuerit positum esse in actu, continget vt cõclusio, quæ sequitur ex ipso, sit impossibilis: ergo A est impossibile non possibile: sed positum fuit A esse possibile. & hoc est inconuenies. qm̃ B, cùm non fuerit, non erit A. qm̃ positum fuit ꝙ, cũ A fuerit, erit B. D.d. Cùm igitur fuerit A, et B, &c.t. necesse est igitur, si A fuerit possibile, vt B sit possibile, cũ fuerint in hac dispositione, s. ꝙ B sequitur ex A. erunt A & B possibilia, s. syllogismus & conclusio, cùm fuerint posita in hac dispositione, s. ꝙ B sequatur ex A. D.d. Si autem A, & B fuerint in hac dispositione, &c.t. si autem A, & B fuerint fm ꝙ positum est de consecutione, & B nõ fuerit possibile, A etiã non erit, sicut est positum, x. nõ erit possibile. D.d. & si A fuerit possibile, &c.t. manifestum

Expõ textus.

nifestum est igitur ex hoc ꝙ, cùm A fuerit possibile, B necessario erit possibile. &, cùm A fuerit, B necessario erit. D.d. qm̃ possibilitas essendi B, &c.t. qm̃ possibilitas essendi B est necessaria p possibilitatẽ essendi A. D.d. cùm sit impossibile, &c.t. cùm sit impossibile aliquid in loco istius, s. cũ A fuerit vt sit B: & similiter si A fuerit in alia dispositione, B impossibile est vt sit, nisi fuerit illa dispositione. D.d. ergo necesse est vt sit B, cũ fuerit A, & vt sit in illa dispõne essendi, in qua est A.

Caput Sextum. Quæ potentiæ præcedente opere in re significantur, quæ uero non, & quo pacto potentiæ ad actum deducantur.

CVm autem omnium potẽtiarum quædam natura nobis insitæ sint, vt sensuũ: quædam consuetudine, vt tibijs canẽdi: quædam doctrina vt artium, has quidẽ necesse est eos, qui primo operati sunt, habere, quęcunq; scilicet consuetudine & ratione. quæcunq; vero nõ tales, & quę patiendi potentiæ sunt, nõ est necesse. Quoniam vero qd'potest, aliquid potest, & aliquando, et aliquo modo, & quæcunq; alia necesse est adesse in definitione: & quædam quidem ratione possunt mouere, et potentiæ eorũ cum rõne, quędam vero irrationalia, & potentię irrõnales, & illas quidem necesse est in aiato esse, has vero in ambobus: huiuscemodi quidẽ potẽtias necesse est, vt cũ quoad possint actiuum & passiuum approximent, hoc quidem faciat, illud vero patiatur, illas vero nõ est necesse. hę enim omnes, vna vnius factiua, illæ vero cõtrariorum. Quare, simul ne faciat contraria? hoc vero impossibile est. Necesse est igitur aliud quiddã esse, quod dominetur. dico autem, siue appetitũ, siue electionẽ. quodcũq; enim appetat, principaliter hoc faciet, cùm quoad possit proximet passiuo. Quare omne secundũ rationẽ potẽs necesse est vt, cùm appetat id, cuius potentiam habet, & vti habet, hoc faciat. habet autem passiuo præsente, & sic se habẽte, facere. sin minus, facere non poterit. nullo enim intrinsecus prohibente, separationem faciendo, nihilo opus amplius est: potentiam enim habet, vt eius quod est potestate faciẽdi. at nõ quomodocunq;, sed aliquo modo se habenti bus, à quibus separabuntur etiam extrinsecus prohibentia. remouentur enim hæc eorũ quædam, quę in definitiõe assunt. Quare nec si simul velit aut desyderet duo, aut cõtraria facere, faciet. non enim ita potentiam eorum simul habet, nec est potentia simul faciendi. at quorum est, ita faciet.

Et, cùm fuerint ocs potentię, & quędã hñt vnũ genus, vt sensus: & quædam per additamentum, vt musica: & quędam per doctrinã, vt artificiorum, ergo necesse est vt quædam sint in eis, quorum actio præcedit, & sunt omnia, quæ sunt per consuetudinem, & locationem. quæ autem non sunt talia, sunt ista, quæ sunt per passionem, & non est necesse vt sint sic. Et, cùm possibile est aliquid, possibile est in aliquo tempore, & quodammodo, & per omnia, quæ debent distingui necessario: & illa, quę possunt ad motum, sunt fm rationem, & potẽtię eorũ etiam sunt cum ratione etiam: ergo quæ non habent rationem potẽtiæ, eorum non habẽt rationem etiam. & est necesse illa esse in animato, ista vero in vtroq;. potentię autem, quę sunt tales, quãdo appropin quantur, fm ꝙ est possibile eis, de actiuo & passiuo, necesse est vt quædam agãt, & quædam patiantur, aliæ vero nõ est necesse. vna quæq;.n. omnium istarũ agit aliam, illa vero agunt contraria. Ergo agit contraria insimul: qd'est ipose. Ergo necesse est vt dominus dicẽs sit aliud. & hoc est appetitus, & voluntas. qm̃ nõ aget nisi illud, quod appetit in rei veritate, cùm fuerit fm suã potentiam, & fuerit propinquum passiuo. Ergo omne, quod habet potẽtiam fm rõnem, necesse est cũ fuerit appetẽs illud, qd'habet potentiã, vt agat illud, & fm ꝙ habet de appetitu ẽt, semper erit, cũ passiuũ fuerit propinquũ, et habuerit potentiam actionis in hac dispõne. & si actio põt ad hoc, & non indigetur addere in sermone, nisi fuerit aliquod extrinsecum, quia potentia est in eo, & quasi hoc in potentia actionis est additamentũ. & hoc non est omni modo, nisi in eis, quæ sunt quodã modo: & in hoc erit diuisio, & additio, et per res extrinsecas prohibentes, & quia ista diminuunt quædam in diuisione. Et ideo, si voluerit & appetierit agere contraria insimul, non aget: quia non habet potentiam ad illa fm hanc dispositionem, & etiam non habet aliquam potentiam, qua agat cum illo, quod potest agere hoc modo.

Artes operatiuę ꝙ nõ dis agrant.

Ideſt. Et cùm potentiæ modi sint diuersi: quædam existunt per naturam, & collocãtur sub vno genere, s. natura, s. ꝙ conueniunt in hoc, ꝙ existunt per naturã, v.g. sensus: & quædam existunt per assuetudinem. & quædam per disciplinam, v.g. vt plures artes agentes, ver.g. vt ars Medicinæ, & aliæ artes operatiuæ, quæ vtuntur ratione. Et d. hoc, quia artes operatiuæ, quædam acquiruntur per assuetudinẽ, & quædã per rationem, & quædam per rationem & assuetudinem. Et, cũ narrauit modos potẽtiarũ, d. ergo necesse est, &c.t. ergo necesse est vt potẽtię & habitus præcedant actiones illarum potẽtiarum & habituum. qui enim tangit citharam, non acquiret habitum tangendi citharam, donec tangat illam. D.d. quæ autem non sunt &c.t. potentiæ autem naturales præcedunt suas actiones in esse. qui enim habet potentiam visibilem, non est necessarium in hoc ꝙ acquirat hanc potentiam hoc, s. ꝙ ante videat. D.d. Et cũ possibile est, etc.t. et, cùm posse est aliqd, est pose in aliquo tpe, et in aliquo modo positis, & vniuersaliter omnes dispositiões, quæ debent distingui necessario in quolibet possibili. D.d.

& illa, quæ possunt ad motum, &c.i. &, cùm illa, quæ possunt aliquam actionem, fuerint rationabilia, potentiæ eorum agentes erunt coniunctæ cum ratione, & intendit ꝙ ratio est primus motor in eis. D. ergo quæ non habent rationem, &c.i. ergo omnis potentia, cuius actio non prouenit à ratione, est absoluta à ratione. D. dicit & est necesse, &c.i. & est necesse vt illa, quæ sunt cum ratione, sint inanimata: & quæ nō sunt cum ratione sint in vtroq; f. inanimato & inanimato. D.d. potentiæ autem, quæ sunt tales, &c.i. potentiæ vero, quæ sunt sine ratione, quādo agens appropinquat acto, & non est illic aliquod impediens extrinsecum, necesse est vt agens agat, & patiatur patiens. v.g. ꝙ, quādo ignis appropinquat alicui combustibili, & non fuerit illic aliquod impediens, necessario comburet. D. d. aliæ autem, &c.i. aliæ vero potentiæ, f. quæ sunt cum ratione, nō est necesse, quando appropinquāt suis agēdis, vt agant, qm̄ vtraq; illarum agit alterum contrariorum tantum, quæ autem sunt cum ratione, agunt duo contraria. scientia enim est scientia contrariorum. D.d. Ergo agit cōtraria insimul: quod est impossibile. Idest sed, si agit duo contraria insimul: quod est impossibile. D.d. Ergo necesse est vt dominus dicēs sit aliud. Idest ergo necesse est vt in ipsis sit principium prius potentijs motiuis, quæ sit causa in hoc, ꝙ agunt alterum contrariorum quandoq;, et alterum quandoq;. et vniuersaliter necesse est vt aliquid sit, quod faciat magis agere alterum contrariorum ꝙ alterum: & hoc est verum prius quam. D.d. ⁊ hoc est appetitus, & volitas. i. & hoc principiū, quod facit magis agere alterū cōtrariorū, est appetitus, & volitas, ꝙ est ab intellectu. appetitus n. cū tangit alterius cōtrariorū, tūc actio agētis pedit ex illo cōtrario, & sistit à voluntate. D.d. qm̄ non agit, &c.i. & illæ potentiæ nō agunt de contrarijs, nisi illud, quod magis appetūt, aut appetitu intellectus, aut appetitu imaginationis. Et d. f. m̄ suā potentiā: qā qñq; appetit, quod non pōt acquiri. Et d. qm̄ fuerint propinquæ, quia propinquitas est necessaria, & est cōmunis duabus potentijs, f. rōnali & irrationali. D.d. Ergo omne, quo habet potentiam, etc. i. ergo necesse est, cum rationem habuerit magnum appetitum ad illud, quod potest agere, vt agat illud f. m suum appetitum & suum posse. sed non agat, nisi quando patiens fuerit propinquum ei, & habuerit in tempore actionis istam dispositionem, qualem dicimus, f. appetitum, & potentiam ad agere. D.d. &, si actu potest, &c.i. & non indigemus dicere in hoc ꝙ potētia possit agere, & addere, nisi aliquid extrinsecum impediat. qm̄ sufficit in hoc, quod dicimus, ꝙ potentia possit agere: qm̄, cùm fuerit illic impediens, tunc potentia non poterit. et hoc intendebat, cum d. quia potentia est in eo. & ideo impedimenta in quibusdam virtutibus sunt per accidēs. D.d. & quia hoc in potentia actionis est additamentum, i. & dicere hoc in potentia actionis est superfluū. D.d. et hoc nō est omni modo, &c.i. & non excipiunt impedimenta extrinseca in omni potentia, sed in aliquo modo possibili. & istis, qm̄ distinguitur potētia actionis, dicens ꝙ potentia habet dominatum super agere: & impedimenta extrinseca auferunt. D.d. & quia non [illegible] quædā in diuisione, i. qm̄ in istis, qm̄ non [illegible] potentia agentis his duobus modis, tūc intendit [illegible] diuisionis. D.d. Et ideo, si voluerit, &c.i. & ideo [illegible] potentia agēdis ad actionem fit cū applicatione [illegible] inuenit a suo, qm̄, si appetuerit agere [illegible], pōt, qa nō habet potentiā ad illa insimul. D. [illegible] nō habet aliquā potētiā, &c.i. & ideo nō habet aliquā potentiā, qua agat illud, quod pōt agere f. m hūc modū, i. agere duo cōtraria insimul.

A bactiuo naturali debite approximato passo, & non impedito, necesse prouenit actio.

Potētiæ rōnales agunt duo contraria. Idem ius prædicit.

Caput Primū. Quid, et quale sit id, qđ actu dicitur.

Vide Auer. in Epi. Tra. terano.

VM autem de potentia, quę f. m. motum dicit, dictum sit, de actu determinemus quidnam actus, & quale quid sit. etenim possibile quoq; simul manifestū erit, si diuiserimus, quod non solum hoc dicimus possibile, quod natura aptum sit aliud mouere, aut moueri ab alio, aut simpliciter, aut quodam modo, sed etiā aliter. propter quod cùm inquiramus. de his etiam tractabimus. Est autem actus, rem existere, non ita quemadmodum dicimus potestate. Dicimus autem potestate, vt in ligno Mercurium, et in tota dimidiam, eò ꝙ aut erri possit. & scientem etiam illum, qui non speculatur, modo speculari possit. est autem hoc actu. Manifestum aūt quod dicere volumus per inductionem in singularibus. & non oportet omnium definitionem quærere, sed etiam quod proportionale est conspicere. quoniam vt ædificans ad ædificatiuum, & vigilans ad dormiens, & videns ad connuens habens tamen visum, & segregatum à materia ad materiam, et elaboratum ad inelaboratum. huius autem differentiæ alteri parti actus applicatus sit, alteri vero possibile. Dicuntur autem actu non omnia similiter, sed proportionaliter. vt hoc i hoc, aut ad hoc, ita illud in illo, aut ad illud in illo, aut ad illud. quædam enim, vt motus ad potentiam, quædam, vt substantia ad aliquam materiam. Aliter autem infinitum & vacuum, & quæcunq; huiusce modi, ꝙ pleraq; entium potentia & actu dicuntur, vt ꝙ videns, ambulans, & visum. etenim hæc quidem contingunt, & simpliciter, & quandoq; vera esse. visum. n. hoc quidem quoniā videtur, hoc vero quoniam videri possibile est. infinitum vero non ita potentia est, vt actu futurum separatum, sed cognitione. etenim potētia esse hunc actū attribuīt diuisioni, ne deficiat, non aūt vt separet.

Et, cùm dictum est de potentia, quæ est f. m modum motus, distinguemus actum. & quæstio est quid sit actus, qm̄ hęc distinctio manifestabit etiam possibile. nō. n. dicimus hic tantum esse possibile mouere aliud, aut moueri ab alio simpliciter, aut aliquo modo, sed et f. m alium modum etiam. & ideo apud nostram quęstionem dicemus ista etiam. Quod est igitur in actu est vt sit res non in dispositione, in qua dicitur esse potentia. Et hoc, quod intendimus dicere, declarabitur per sermonem & rationem sequentem in rebus simplicibus. & nō oportet quærere definitionem omni modo,

do, sed consyderatio est de rebus, quæ dicuntur f. m conuenientiā. qm̄ sicut proportio ædificatoris ad ædificatum, & vigilantis ad dormientem, & videtis ad clausum oculos quod habet visum, & abstracti à materia ad materiam, & artificiati ad artificem. sint igitur alterius duarum partium istius distinctiōis actus per se, & alterius potentia. Et non dicūtur de omnibus, quæ dicuntur potentia eodem modo, sed dicuntur aut f. m conuenientiam, vt sit ad hoc, hoc etiam in hoc, aut ad hoc. quædam enim sicut motus ad potentiam: & quædam sicut substantia ad aliquam materiam. Et alio modo dicitur ꝙ infinitum, & vacuum etiam, & omnia, quæ sunt talia in potētia & actu plurium prædicamentorum, vt dicitur in visu, & ædificato & inspecto. qm̄ in istis possibile est vt actus sit verus, & simpliciter etiam. illud autē, quod aspicitur, quia videtur, & aliud, quod habet potentiam vt videatur. infinitū autem non est in potentia aliquo modo, sicut illud, quod est separatū in actu, sed f. m cognitionē. neçesse est enim vt iste actus sit in potentia, ne diuisio finiatur, & non vt sit separatum.

Vnaquæque potentia nō intelligit nisi in respectu actus. idem infra tc. c. 20.

Actus & potētia sunt relatiue cōtraria. Relatiua seinuicem destruunt, et non accidit inde malum. Idē in porphyrio capite de specie.

Idest, & cùm omnia ista diximus de potentia, quæ in mobilibus, loquemur de distinctione illius, quod significat hoc nomē actus. & quæstio primo est quid sit actus. D.d. & quæstio est, &c.i. & quęstio, in qua est error, est scire primo quid sit actus, & quę sint differentiæ eius. qm̄ distinguendo illum per definitionem, distinguetur possibile etiam f. m definitionem eius: cùm possibile etiam non intelligatur, nisi in respectu actus. D.d. non. n. dicimus, &c.i. & causa, propter quam indigemus definire actum in sciendo possibile, est, quoniam, cùm dicimus ꝙ aliquid potest mouere aliquid & moueri ab aliquo, nō dicimus hoc simpliciter, sed in respectu. qm̄ vnaquæq; istarum potentiarum non intelligitur nisi in respectu actus. D. incœpit describere actum, & d. Quod est igitur in actu, &c. & iste sermo est intellectus per se. D.d. Et hoc, quod intendimus dicere, &c.i. & hoc, qđ dixtmus in descriptione actus, declarabitur ex inductione. & hoc intendebat per sermonem sequentem, cùm dixit ꝙ ista descriptio apparebit, qm̄ consyderauerimus quid significat actus i vnaquaq; rerum, quæ dicuntur esse in actu. nihil. n. aliud intendimus q̄ hoc, f. quod est in dispositione, in qua nō est, cū fuerit in potentia. & similiter aliquid esse in potētia significat quòd est in dispositione opposita dispositioni, in qua est in actu. &, quia actus & potētia sunt relatiua contraria: et vtrunq; relatiuorum accipitur in definitione alterius: & non accidit inde malum. Et d. & non oportet quærere definitionem omni modo, i. et non oportet quærere definitionem in omnibus rebus eodem modo. definitiones. n. rerum non relatiuarum debent esse alio modo à definitionibus rerum relatiua rum. D.d. sed consyderatio est de rebus, quæ dicuntur f. m conuenientiam. i. sed definitio, quam quęrimus hic est alio modo: cùm consyderatio hic est in rebus, quæ dicuntur f. m comparationem adinuicem, f. in rebus relatiuis. D.d. exemplum, & d. qm̄, sicut proportio, &c.i. qm̄ sicut ædificans dicitur in respectu ędificati, & ædificatum in respectu ædificantis: & dormiēs in respectu vigilantis, & vigilans in respectu dormien

tis: & videns in respectu clausi oculorum, & econuerso: & forma in respectu materiæ, & econuerso: & artifex in respectu artificiati, & econuerso, & similiter est in suis definitionibus, cùm significatio definitionis debeat esse æqualis significationi nominum. D.d. sint igitur alterius, &c.i. sint igit hæ duę definitiones actus vniuersalis. quod autem significat vtrunq; istorum in vnaquaq; specie est diuersum, nō consiſe. D.d. sed dicitur aut f. m conuenientiam, &c.i. qm̄ quædā de quibusdam dicuntur f. m conuenientiam & proportionalitatem, sicut dicitur hoc nomen potentia de duobus f. m proportionalitatem eorum. & hoc intēdebat, cùm d. vt sit. i. vt hoc nomen potentia dicitur de duobus, quorum proportio alterius ad illud, ad quod comparatur, est sicut proportio reliqui ad illud: & hoc per hanc præpositionē ad, aut aliās præpositiones. D.d. exemplum, & d. quædam enim sunt sicut motus ad potentiam, &c.i. v.g. in eis, quę dicuntur f. m proportionalitatem, est dicere potentia ad motum, & potentia, quæ est in materia ad formam: proportio. n. potentiæ, quæ est in moto ad motum, est proportio potentiæ, quę est in materia ad formam. D.d. Et alio modo, &c.i. & potentia dicitur alio modo ab eo, qui dicitur f. m conuenientiam. v.g. dicere ꝙ infinitum est in potentia. & intendit ꝙ non intelligitur hic per potentiā potentia, quæ dicitur respectu actus. ista. n. est finita, sed intelligitur cùm dicitur infinitum est in potentia. i. ꝙ semper potentia associatur ei, vt dictum est in Physicis. D.d. & vacuum. i. & sicut sermo dicentis ꝙ vacuum est in potentia in corporibus non actu, & sermo dicentis ꝙ in materia est potentia ad formas infinitas est de hoc genere. D.d. & oīa, quæ sunt talia in potētia, &c.i. & omnia, quæ dicuntur in potentia & actu f. m cōuenientiam, inueniuntur in pluribus speciebus entium. vt dicitur ꝙ in visu & ædificato, & inspecto. i. qm̄ dicitur ꝙ visus quidam est in potentia, & quidam in actu. & similiter visum quoddā est in actu, & quoddam in potentia. & similiter de ædificante & ædificato. Et, cùm induxit istos duos modos potentiæ, f. qui dicitur f. m conuenientiam, & qui non dicitur, incœpit distinguere eos, & d. quoniā in istis possibile est vt actus sit verus, &c.i. potentiæ autem eorum, quæ dicuntur in rei veritate, possunt exire in actum f. aliquo tempore, ita ꝙ in eis non remaneat potentia aliquo modo: & tunc erit verum dicere eas exire in actum simpliciter, nō in actum incompletum. D. induxit exemplum prædictum, & d. illud autem, quod aspicitur, quia videtur. i. illud autem, quod est visum in potētia, potest exire in actum, qm̄ in aliqua hora aspexerit aliquis ad ipsum, qm̄ in illa hora erit visum in actu. & similiter aspicies illud in potentia potest aspicere illud in actu, quia habet potentiam ad hoc. D. induxit secundum modum, & d. infinitum autem, &c.i. dicere autem ꝙ infinitum est in potentia, non intēdimus potentiam, quæ exit in actū, ita ꝙ non remaneat in eo potentia omnino. & hoc dixit ꝙ declaratum est in Physicis, ꝙ si ista potentia exiret in actum, tunc infinitum esset in actu: quod est impossibile. quoniam signum istius potentiæ est non cessare, neq; separari ab illo ad quod potest, & ipsum non potest, nisi ad singulas partes eius, quod exit in actum rei, cuius exitus est infinitus. Et de hoc genere est potentia accepta in definitione motus. quoniā, si ista potētia exiret in actum, destrueretur motus. Et d. ꝙ ista potētia non potest esse separata, sed f. m cognitionem: quoniam illud, quod est separatū ab ea, est illud, quod intellectus intelligit in actu, & iste modus potentiæ inuenitur in tempore, & in motu, & in diuisione quantitatum, vt dictum est in Physicis. D.d. necesse enim est, &c.i. & necesse est vt ista potentia sit in istis rebus

Proportio, quæ est i motu ad motu, ꝙ oportio potentiæ, quæ est in materia ad formam.

Quæ potentia ponit in definitione motus.

non

non ſeparata deſinens, neq; res infinita reuertatur finita. v.g. qñ potentia, qua diuiditur mẽſura, ſi finiretur, tunc finiretur diuiſio: quod eſt impoſſibile.

Quidnã igitur, & quale quid ſit, quod actu eſt, & his & huiuſmodi manifeſtum nobis ſit.

Caput Secundum. Quando aliquid dicendum eſt potentia eſſe, & quando non.

Viſe Auer. in Epi. Tra. tertio.

QVando autem potentia vnumquodq; eſt, & quando non, determinandum eſt. Non enim quandocunq; vtputa terra ne homo eſt potẽtia: An non, ſed magis cùm iam fuerit ſemen. nec hoc ãdhuc forſitan. quemadmodum nec à Medicina quod cunq; vtiq; ſanetur, nec à fortuna: ſed aliquid eſt, quod pollibile eſt, & hoc potentia ſanum. Definitio vero eius, quod à mente actu fit, ex potentia ente eſt, quando quod vult fiat, nullo eorum quæ extrinſecus ſunt, prohibente. ibi enim in eo qui ſanatur eſt, cùm nihil eorum quæ in eo ſunt, prohibeat. ſimiliter autem potentia & domus, ſi nihil eorum, quę in ea re & in materia ſunt, vt domus fiat prohibeat, nec eſt, quod aut addatur, aut tollatur, aut mutetur, hoc eſt potentia domus. Similiter autem in cæteris. quorum extrinſecus generationis principium, & quorum in habente ipſo, quæcunq; nullo exteriori prohibente per ſeipſa erunt: quale ſemẽ nondũ eſt. oportet nanq; in alio eſſe, & tranſmutari. cùm autẽ iam per ſuum principium tale fuerit, hoc iam potentia eſt, illud vero altero principio indiget. quemadmodum terra nondũ eſt potentia ſtatua: trãſmutata nanq; æs erit. Videtur autem eſſe quod dicimus, non hoc, ſed illiuſmodi. vt arca non lignum, ſed lignea: neq; lignum terra, ſed terreum. rurſus terra, ſi ſic nõ aliud, ſed quod illiuſmodi, ipſum ſemper potẽtia ſimpliciter poſterius eſt. vt arca, neq; terrea, neq; terra, ſed lignea. hoc enim potentia arca, & materia arcæ hæc. ſimpliciter quidem eius, quod ſimpliciter eſt, huius autem hoc lignum. Quòd ſi eſt aliquid primum, quod nõ ſecundum aliud dicitur illiuſmodi, hoc prima materia. vtputa, ſi terra aerea, aer vero non ignis, ſed igneus, ignis prima materia eſt, tanq̃ quodquid & ſubſtantia. hoc enim vniuerſale, & ſubiectum differt, eò quòd eſt quod quid aut non eſt. vtputa quod ſubijcitur paſſionibus, homo, corpus, & anima: paſſio vero muſicum et album. dicitur autem, muſica adueniente, illud non muſica, ſed muſicum: & hõ, nõ albedo, ſed album: nec ambulatio, aut motus, ſed ambulãs, aut motum, ſicut ipſum illiuſmodi. Quęcunq; igitur ita, vltimum ſubſtantia eſt. quæcunq; autem non ita, ſed forma aliqua, & quod quid eſt quod prędicatur, vltimum materia & ſubſtantia materialis eſt. Et recte ſanè accidit illiuſmodi dici ſecundum materiam, & paſſiones. ambo etenim indeterminata ſunt.

Declaratũ eſt igitur quid ſit actus, & quaſ lis eſt, ex iſtis ſermonibus, & ſimilibus. Diſtinguemus igitur in vnoquoq; particularium, qñ eſt in potentia, & qñ non. Qñ, neque erit ſemper, neq; ſimile. nõ. n. homo eſt in potentia illud, ex quo eſt, ſed ſperma, qñ perficiẽ ſua generatio, & qñ non fuerit tale. & rectum eſt vt ſit, ſicut non ſunt illa, quæ ſunt omniũ, quę ſunt in Medicina, neq; caſus etiam: ſed aliqd eſt, quod habet potentiam, & hoc eſt virtus vel potẽtia ſanans. Et definitio eius, quod eſt in actu, eſt ſm perfectionem ex illo, quod eſt in potentia, qñ voluerit vt ſit, & nullum prohibet extrinſecum. illud vero in eo agit ſanitatem, qñ non prohibet aliquid in eo. & ſimiliter etiam domus in potentia, ſi nõ prohibet aliquid, ex quibus eſt vt ſit domus: illud enĩ, quod eſt poſſibile vt ſit additio talis, & diminutio & tranſmutatio eſt in eo. hæc igitur eſt domus in potentia. Et ſimiliter in aliis rebus, quarum principium generationis eſt ab extrinſeco. & etiam omnia, quorum principium generationis eſt in illo, cuius eſt omnia, per quæ nullum erit eorum, qui ſentiũtur ex extrinſeco, vt ſperma. qñ, non quando fuerit in alio, tranſmutatur, ſed quãdo fuerit ſicut hoc per principium quod habet, tunc erit in potentia, illud autem indiget alio principio. vt terra, quæ non adhuc eſt idolum in potentia: & ſi tranſmutatur, erit cuprum. Et videtur vt ſit illud, quod dicitur, nõ hoc, ſed de quo. v.g. arca, quæ non eſt lignum, ſed lignea: neq; lignum terra, ſed terreum. et etiam terra, ſi dicitur hoc modo, non alterius, ſed de quo ſemper, & eſt illud, quod eſt in potentia ſimpliciter, & eſt aliud. vt arca, quæ non terrea, neque terra, ſed lignea. & ideo hoc eſt in potentia arca, & eſt materia arcæ. ſimpliciter vero illud quod eſt ſimpliciter, iſtius vero iſtud lignum. Et ſi aliquod primum non dicitur de alio ſolo; hæc eſt prima materia. verbi gratia ſi terra fuerit aerea, & aer non eſt ignis, ſed igneus, ignis erit prima materia, cùm non ſit hoc. eſt. n. differentia inter vniuerſale & ſubiectum paſſionũ. vt homo, & corpus, & anima: & paſſio, vt muſicus, et albus. illud autẽ, in quo eſt muſica, non dicitur muſica, ſed muſicus: neq; homo dicitur albedo, ſed albus: neq; ambulatio, neq; motus, ſed ambulans & motum ſic dicitur de quo. Omnia igitur, quę ſunt ſm hunc modum, vltimũ eorum eſt ſubſtantia. & omnia, quæ non ſunt talia, ſed ſunt alia

alia forma, & hoc prædicabile, vltimũ eorum eſt materia, & ſubſtantia materialis. Et accidit ſuperfluum in hoc, quod dicitur de materia & de paſſionibus, qñ vtrũq; eſt indefinitum.

82 Declaratum eſt igitur, &c. i. declaratum eſt igitur quid ſit actus, & quæ eſt differẽtia eius, & quid ſit potentia, & quæ eſt differentiæ eius ex iſtis ſermonibus prædictis, & poteſt declarari etiam per alia ſimilia. D. dicit. Diſtinguemus igitur, &c. i. dicamus igitur quando erit vnumquodq; particulariũ in potẽtia, & quando non, i. dicemus ſubiectum propinquum, quod poteſt eſſe: & deſcribamus ipſum per deſcriptionem, qua diſtinguamus ipſum ab aliis. D. d. qñ neq; enĩ erit, ſemp neq; ſimile. i. non enim erit ſubiectum in potẽtia ſemper, neq; ſimile recepto: ſed hoc erit ſi aliqua hora, & alicuius ſubiecti, neq; in qualibet hora neq; in quolibet ſubiecto. D. d. nõ enĩ homo eſt in potẽtia, &c. i. homo enim nõ eſt i potentia in illo, ex quo generatur, v.g. patre aut quatuor elemẽtis, ſed in ſpermate, quando perficietur eius generatio. D. d. quando non fuerit tale. i. non fuerit in diſpoſitione diminuta, ſed in diſpoſitione, per quã eſt generatum. Et hoc eſt manifeſtius in alia translatione, in qua dicitur. & non quando inuenitur homo eſt homo in potentia, ſed quando fuerit ſperma proprie: & forte neq; tunc etiã. D. d. et rectũ eſt vt ſit, ſicut, &c. i. & forte quemadmodum caſus nõ eſt agens omnia exiſtentia in arte medicandi, ſ. ſanitatem, ſed aliquid, quod habet potentiam vt agat ſanitatem eſſentialiter, & hæc eſt virtus ſanans, ita eſt in omnibus actis, ſ. qp agens illa non eſt caſus, ſed potẽtia aliqua, quæ eſt ex eis, ſicut potẽtia ſãnans de arte Medicinæ. D. d. Et definitio eius, &c. i. & terminus ſanitatis,

* a.l. quę eſt poſt. * qui eſt per potẽtiam ſtatim propinquam, eſt ex ratione in actu & complemento, i. ex forma ſanitatis rationalis ex illo, quod eſt in potentia, quãdo aliquis artifex voluerit vt ſit, & nullum extrinſecũ impediet. & iſta definitio, licet induxerit eam in ſanitate, eſt vniuerſalis oĩbus rebꝰ factis ab artificio. D. d. illud vero, etc. i. homo vero, qui recipit ſanitatem, agit in ipſum faciẽs ſanitatem, quando nullum impediet extrinſecum, aut intrinſecum ad recipiendam ſanitatem. D. d. & ſimiliter domus in potentia. i. & ſimiliter illa ẽt, ex quibus eſt domus, ſunt domus in potentia, quando artifex fuerit preſens, et voluerit facere domum, et non fuerit aliquod impediens. D. d. illud enim, quod eſt poſſibile, &c. i. illud enim, quod eſt generatum in potentia, recipit additionem, & diminutionem, & tranſmutationem. Et d. hoc quia generatio perficitur per hęc tria, neceſſe eſt enim, qñ aliquid generatur, vt aliquid ſuperfluum, quod non conuenit ad recipiendum formam, diuidatur à ſua materia: & neceſſe eſt etiam vt aliquid addatur ei, ſ. forma, per quam dicitur generari: & additio & diminutio non erunt ſine tranſmutatione. D. dicit. hæc igitur eſt domus in potentia, &c. i. & illud, quod eſt domus in potentia, eſt illud, in quo ponũt eſſe hæc tria, & hoc eſt in omnibus rebus, quarum generatio extrinſeca eſt. D. d. & etiam omnia, quorum principium, etc. i. generabilia autem ex ſe illa eorũ, quæ ſunt in potentia, ſunt omnia in quibus nõ eſt aliquid, quod indiget primo motore extrinſeco, ita qp ſit in potentia illud. D. d. vt ſperma, &c. i. vt ſperma. & qñ non qñ fuerit in alio, in quo indiget tranſmutãte à quo trãſmutetur, & tunc erit ſperma: qñ tunc non dicitur eſſe in potentia, v.g. qñ eſt ſanguis in venis: ſed cùm fuerit ſperma in actu, & habuerit virtutem, per quam eſt ſperma. D. d. illud autem indiget, &c. i. materia autem remota non eſt in potentia illud, cuius eſt materia: qa indiget in hoc, qp exeat in actum alio motore ab eo, quod generat illud, quod eſt in potentia. v.g. qñ terra non eſt idolum in potentia, ſed eſt cuprum potentia. qñ, cùm tranſmutatur à corpore cœleſti, erit cuprum: & cuprum eſt idolum in potentia, qñ eſt illud, quod ab vno motore fit idolum, ſ. à faciente idola. Et intendebat declarare hoc, qp materia, quæ poteſt ſimpliciter, non indiget in hoc qp exeat in actum, niſi vno motore tantum. Materia autẽ, quæ non dicitur poſſe ſimpliciter, ſed per potentiam remotam, exit in actum per plures vno motore ſm remotionem, aut propinquitatem. D. d. Et videtur vt ſit illud, quod dicitur, non hoc, ſed de quo. i. videtur qp illud, quod deſert potentiã propinquam rei, eſt illud, per cuius nomen principale non diſponitur illud, ad quod poteſt, ſed per nomen denominatiuum. v.g. qñ idolum non dicitur eſſe cuprum, ſed cupreum: neq; quando demonſtratur idolum, & cuprum dicitur hoc, ſed hoc cũ hoc. & hoc eſt proprium idiomatis Græcorum. D. d. exemplum, & d. ver. g. arca, &c. i. hoc, quod d. manifeſtum eſt in noſtris idiomatibus in rebus naturalibus, & in artificialibus non eſt manifeſtum. D. d. & etiam terra, ſi dicitur, &c. i. & etiam terra, ſi habet materiam, de qua prædicatur, non dicitur qp eſt illud, quod eſt materia illius, ſed illud quo. D. d. & eſt illud, quod eſt in potẽtia ſimpliciter. i. & illud, à quo denominatur nomen generati, eſt illud, quod eſt i potẽtia illud, quod poteſt ſimplr. D. d. vt arca, quæ non eſt terrea, &c. i. v.g. arca, qñ materia eſt remota, v.g. terra, non dr principaliter de arca, neq; ſm denoiationem. non. n. dr qp arca eſt terrea aut terra, ſed dr arca eſſe lignea, qa eſt potentialr arca, et eſt materia arcę. D. d. ſimplr vero, &c. i. & illud, quod eſt in potentia ſimplr, eſt illud, quod eſt materia ſimpliciter. & hæc eſt materia propinqua. remota aũt non dr materia ſimpliciter, neq; in potentia ſimpliciter. D. d. Et ſi aliquod primũ, &c. i. & ſi fuerit hic aliquod primum ſubiectum, quod non prędicaſ de alio, hoc ſolum erit materia prima. D. d. vel. gr. ſi terra fuerit aerea, i. v.g. ſi terra nõ vere dicatur aer, ſed aerea, tunc aer erit materia terræ. & ſilr ſi aer non vere dicaſ ignis, ſed igneus, tunc ignis erit materia actus. & ſi ignis non denoiatur ab alio, tũc ignis erit prima materia. D. d. cùm non ſit hoc. i. cùm non prædicatur de alio. D. d. eſt. n. dr ia, &c. i. eſt. n. differẽtia inter totale, quod eſt cõgregatum ex materia & forma, vt hõ, qui eſt cõgregatus ex anima & corpore: & inter animam & corpus, & inter ſubiectum & paſſiones, vt albus & muſicus. non. n. dr qp homo eſt albedo, ſed albus: neq; dicitur qp hõ eſt muſica, ſed muſicus: ſicut eſt diſpoſitio in oĩ re cum ſua materia, i. qp materia non prædicatur de illo noĩe principali, ſed denoiatiuo. vt ſcala prædicatur de re ſm qp eſt, vt dicit qp homo eſt alal. D. d. Omnia igitur, quæ ſunt, &c. i. oĩa igitur illa, quę ſunt compoſita ex accidentibus, vltimum eorum eſt ſubſtantia deferens illa. illa aũt, quæ ſunt cõpoſita ex formis, vltimum eorum eſt materia. D. d. Et accidit ſuperfluum in hoc, &c. i. & accidit additio in definitionibus rerum, quæ dñr ſm noſa denoiatiua, & noſa attributiua. neutrum enim habet definitionem & in rei veritate, vt declaratum eſt in tractatu de ſubſtantia.

Materia nõ prædicatur de materiata nomine principali, ſed denominatiuo. Met. cõm. 11. & quæ ibi.

Quando igitur dicendum eſt potentia, & quando non, dictum eſt.

Caput Tertium. Actum priorem eſſe potentia, generatione, & tempore.

QVoniam autẽ quot modis dicaſ prius determinatum eſt, manifeſtum eſt qp actus prius potentia eſt. Dico autem

eam

Dña ſm materiã propinquam, & remotam.

non ſolum illa potentia definita, quæ dicitur principium tranſmutatorium in alio prout aliud eſt, ſed prorſus omni motiuo, & ſtatorio principio. etenim natura in eodem fit. in eodem enim genere cum ipſa potentia. principium enim motiuum: nō tamen in alio, ſed in ipſo, prout ipſum. Omni itaq; tali prior eſt actus, & ratione, & ſubſtantia: tempore vero quodam modo quidem eſt, quodam modo vero non. Quòd autem ratione prior, patet. potens enim eſt, quod primo poteſt, propterea quòd contingit operari. vtputa ædificatiuum, quod poteſt ædificare: & viſiuū, quod poteſt videre: & viſibile, quod poteſt videri. eadem autem de cæteris quoq; ratio eſt. quare neceſſe vt ratio præcedat, & notitia notitiam. Tempore autem prius ſic. quod idem ſpecie agit prius, numero vero non. dico autem hoc, q̃ eo quidem homine, qui actu iam eſt, & frumento, & vidente prior tẽpore materia, & ſemen, & viſiuum eſt, quæ potentia quidem homo, & frumentum, & vidẽs ſunt, actu vero nondum: ſed his alia tẽpore priora actu exiſtentia, e quibus hæc facta fuerūt. ſemper etenim ex eo, quod potentia eſt, fit actu ens ab actu exiſtente, vt homo ex homine, muſicus ex muſico, ſemp̃ aliquo primo mouente. mouens autem actu iam eſt.

Dictum eſt igitur, qñ oportet dicere potẽtiam, & quando non. Et, cùm diſtinctum ſit ſecundum quot modos dicitur actus, manifeſtum eſt q̃ actus eſt ante potentiam. Et dico potentiam non definitum, quod eſt principium trāſmutationis in aliud ſm q̃ eſt aliud, ſed vniuerſaliter omne principium habens motum, aut quietẽ. natura enim eſt in genere, quod eſt potentię, quia eſt principium habens motum: ſed non in alio, ſed in ſe, ſm q̃ eſt ipſum. Actus igitur eſt ante omnia, quæ ſunt talia ſm definitionem & ſubſtantiā: tempore vero forte eſt, et forte non. Manifeſtum eſt igitur q̃ eſt ante, ſicut diximus. primum enim in potentia eſt illud, quod habet potentiam in poteſtate actus. v. g. ædificator, quoniam eſt illud, quod poteſt ædificare: & viſus eſt illud, quod habet potentiam vt videat: & viſum eſt illud, quod habet potentiam vt videatur. & iſte ſermo eſt de aliꝭ etiam. ergo neceſſe eſt vt in definitione ſit ante non eſſe. Et vt ſit ante tempus tempore illud, quod agitur rem, numero vero non. v. g. quoniam in homine, qui eſt in actu, & tritucum, et videns, materia eſt ante ſecundū tempus, & ſemen etiã, & viſum, quod eſt in potentia homo, & tritucum, & videns, in actu vero non eſt ante: ſed quia eſt ante ſecundum tempus per alium actum, & ex eo generantur iſta. ſemper enim ex illo, quod eſt in potentia, erit iſtud, quod eſt in actu, vt homo ex homine, & muſicum ex muſico, ſemper ex alio primo motore. & motor eſt in actu ante.

Ideſt, Declaratum igitur eſt quando aliquid erit in potentia, & quando non erit. Et, quia incœpit in hoc tractatu dicere ſm quot modos dicitur potentia, & actus, deinde definiuit potentias actuas & paſſiuas, et diſputauit contra negantes potentiã præcedere actum ſecundum tempus, deinde definiuit quid ſit potẽtia & actus ſimpliciter, vult quærere quod eorum, ſ. potẽtiæ & actus, ſit prior reliquo, & d. Et, cũ diſtinctũ ſit, &c. ideſt &, cùm diſtinctum ſit in Quinto ſm quot modos dicitur prius & poſterius, manifeſtum eſt q̃ actus eſt ante potentiam ſm ſubſtantiam, & definitionem, & quia potentiæ dicunt̃ de artificialibus & naturalibus, d. q̃ iſta prioritas inuenitur in vtriſque. Et d. & dico potentiã, &c. i. et nõ intelligo hic p̃ potẽtiam, potentiã, quã definiuimus in p̃ncipio iſtius tractatus, ſ quo dixim⁹ q̃ potentia actiua eſt principium trãſmutationis in aliud, ſm q̃ eſt aliud, et paſſiua principium tranſmutationis ex alio, ſm q̃ eſt aliud non ex ſe: ſed intelligo hic per potentiam omne, quod eſt principium motus omnis habentis motum, & principium quietis omnis habentis quietem. Et eſt intelligendum hic per motum trãſmutationem, & per quietem priuationẽ tranſmutationis. D.d. natura enim, &c. i. natura. n. collocatur in genere, quod eſt in potentia. natura. n. eſt principium: & omne principium eſt potentia: & potentia eſt genus eorum, quia continet artificialia & naturalia. D.d. ſed non in alio, &c. i. ſed natura non eſt principium in alio, ſed in eſſentia rei, ſm q̃ eſt eſſentia illius rei: quod non eſt in rebus artificialibus. D.d. Actus igitur, &c. i. & actus in omnibus rebus naturalibus & non naturalibus eſt ante potentiam ſm definitionem & ſm ſubſtantiam, i. ſm formam: ſm vero tempus forte actus præcedit potentiam in quibuſdam rebus, & forte in quibuſdam rebus non præcedit. D.d. Manifeſtum eſt, &c. i. & manifeſtum eſt q̃ actus eſt ante potentiam ſm definitionem & ſubſtantiam, vt declaratum eſt prius de definitione eius, quod eſt ī potentia. illud. n. quod eſt principium potentiæ, eſt illud, quod ſi natum eſt eſſe in actu ab aliquo, quod eſt i actu. ergo actus præcedit in eſſe potentiam, aut apud naturam, aut apud artificium. illud. n. quod poteſt ædificare, eſt illud, quod habet formam ædificati. & ſimiliter illud, quod videt, eſt illud, in quo eſt præparatio ad recipiendum rem viſam, & vniuerſaliter, quia potentia eſt non eſſe, & actus eſſe, neceſſe eſt vt eſſe p̃cedat non eſſe, & agens præcedat tempore actum. D.d. numero vero, &c. i. generatum autem vnum in numero, & iſte homo generatus demonſtratus non eſt antequam generetur, ſed eſt poſt ſuam materiam ſm tempus. & agens aliquid eſt etiam ante actum ſm tempus, actum autem non eſt ante materiam ſm tempus, neque ante agens, ſed agẽs eſt ante actum ſm tempus. & quia materia eſt, etiam ſimiliter poteſt facere aliud ſibi ſimile ex illa materia præcedenti. Quod. n. generatur, generatur à ſuo ſimili in potentia, & ab agente ſibi ſimili in ſpecie. homo enim generatur ex eo, quod eſt homo in potentia, & ab eo quod eſt homo in actu. omne enim generatum mouetur: & omne, quod mouetur, mouetur à motore in actu ante ipſum. Deinde dicit in actu vero non eſt ante. ideſt actus vero in hoc demonſtrato non eſt ante potentiam ſecundum tempus. Deinde d. ſed quia eſt ante, &c. i. quoniam illud, quod eſt in potentia, non fit actu, niſi p illud, quod eſt in actu illius ſpeciei. vt hõ ex homine, & muſicus ex muſico: oẽ. n. generatum mouetur à motore priore ipſo in actu.

Idẽ. 8. huius cõ. 16. & 8. Phy. 17.

Dictum eſt autem in ſermonibus de ſubſtantia, quòd omne, quod fit ex aliquo, aliquid, & ab aliquo fit. & hoc ſpecie idem. Quare videtur impoſſibile eſſe ędificatorem, qui nihil ędificauerit, aut citharœdum, q̃ nihil citharizauerit. qui enim diſcit citharizare, citharizando diſcit citharizare. ſimiliter etiam alij. Vnde redargutio ſophiſtica oriebatur, q̃ aliquis non habẽs ſcientiam, faciet id, cuius ſcientia. qui nanq; diſcit non habet. ſed quoniã eius, quod fit, aliquid factum eſt, & eius, quod aliquo modo mouetur, aliquid motum eſt (hoc autem in de motu manifeſtum eſt) diſcentem quoque neceſſe fortaſſe eſt aliquid ſcientiæ habere.

Et dictum eſt in ſermonibus de ſubſtantia, q̃omne, quod generatur eſt ex aliquo, & per aliquod. & quòd hoc eſt ſm formam idem. & ideo exiſtimatur q̃ impoſſibile ſit vt ſit ędificator, qui nõ ędificet omnino, & vt ſit cithariſta, qui non citharizet omnino. qui enim addiſcit citharizare citharizat et addiſcit. et ſimiliter de aliꝭ etiam. Et ex hoc fuit cauſa ſermonis Sophiſtarum, q̃ poſſibile eſt vt cognitio non ſit in vno, et vt agat illud, quod habet dominus cognitionis. non igitur habet addiſcens, niſi vt ſit aliquid ex eo, quod habet generatũ, & vt moueat aliquo motu eorꝫ, quę vniuerſaliter habet motor. et eſt manifeſtum in ſermonibus de motu, qñ eſt neceſſe vt hoc & addiſcens habeant aliquid de cognitione.

Sexto Phyſ. tex. cõ. 32.

14 Intẽdit per ſermonem de ſubſtantia Septimũ iſtius libri, in quo locutus eſt de principiis ſubſtantię ſenſibilis. Et cùm d. ex aliquo intendit materiam, & per aliquid, intendit agens. et q̃ agens & actum ſunt idem in forma. totum enim hoc declaratũ eſt in illo tractatu, et intẽdebat declarare per hoc, q̃ actus eſt ante potentiã ſm tempus, & ſm ſubſtantiam. D.d. & ideo exiſtimatur q̃ impoſſibile ſit vt ſit ædificator, qui non ędificet omnino. i. & quia actus præcedit potẽtiam tẽpore, exiſtimat q̃ impoſſe eſt vt acquirat artẽ ędificatoriæ q̃ nõ ędificat, neq; artẽ citharizandi, q̃ nunq̃ citharizauit. D.d. qui enī addiſcit citharizare, &c. i. qui enim addiſcit citharizare citharizat vt addiſcat, & ſic acquirit artẽ citharizandi. & ſimiliter in aliꝭ artificiꝭ, quæ addiſcunt̃ p exercitiũ. D.d. Et ex hoc fuit cauſa, &c. ideſt, & ex hoc, quòd actus præcedit potentiam, fuit cauſa quæſtionis Sophiſtarum famoſæ attributę Menoni, per quam deſtruit ſcire & addiſcere. dicebat enī quòd impoſſibile eſt aliquid addiſci. quoniam addiſcere aut erit ſine aliqua actione ſcientiæ addiſcentę, aut per aliquam actionem. ſi igitur ſine aliqua actione, nõ erit illic addiſcere omnino: & ſi per actiones illius ſcientiæ, tunc addiſcens erit ſciens, & non indigebit addiſcere, verbi gratia quòd, ſi non addiſcit citharizare niſi qui citharizat: & non citharizat niſi qui ſcit citharizare: ergo impoſſibile eſt addiſcere citharizare. Sequitur enim ex hac quæſtione vt qui neſcit citharizare agat cithariſtæ actionem, & hoc intendebat, cùm d. & vt agat illud, quod habet dominus cognitionis. ideſt vt addiſcens agat actionem ſcientis: dicendo quòd qui addiſcit habet ſcientiam: & qui habet ſcientiam eſt ſciens: ergo addiſcens eſt ſciens. Deinde dicit. non igitur habet, &c. ideſt, quoniam omne quod generatur et fit aliquid, impoſſibile eſt hoc fieri, niſi vt habeat naturaliter illud aliquid ex eo, quod habebit in poſtremo. verbi gratia, quoniam impoſſibile eſt vt citharizet, niſi ille, qui habet aliquid de arte citharizandi, & ideo aſinus non addiſcit citharizare, neque homo, qui non eſt innatus citharizare. et hoc intendebat cùm dicit, & vt moueatur, &c. ideſt & omne, quod mouetur in aliquo motu, impoſſibile eſt vt moueatur illo motu, niſi habeat aliquid eorum, quæ habet motor: & ſi non habet eodem modo, ſecundum quòd habet motor. D.d. & eſt manifeſtũ ex ſermonibus de motu, etc.

Agẽs et actũ ſunt idem in forma. Idem 7. Meta. 28.

Mennonis ambiguitas, de qua Philoſophus mouit in primo Poſter.

At ex hoc quoque patet q̃ actus prior potentia, & generatione, et tempore eſt.

Capit̃ Quartum. Actum ſubſtantia priorem eſſe potentia.

AT vero ſubſtantia etiam. Primo quidẽ, quia quæ generatione poſteriora, forma & ſubſtantia priora ſunt: vt vir puero, & homo ſemine. illud enim iam habet formam, hoc vero nõ. Et quoniam omne, quod fit, ad principium & finem progreditur. etenim cuius cauſa principium eſt. generatio vero finis gratia. finis vero actus, & huius gratia potentia ſumitur. non enim vt viſum habeant animalia viderint, ſed vt videant viſum habent. ſimiliter etiam ędificatiuam vt ędificent, & ſpeculatiuam vt ſpeculẽtur, nõ vt ſpeculatiuam habeant ſpeculantur, niſi qui exercitantur. hi vero non ſpeculãtur, ſed aut ſic, aut quia non indigent ſpeculari.

Et etiam eſt rectum vt ſit manifeſtũ quòd actus hoc modo etiam eſt ante potentiam ſecundum generationem, et tempus, & ſubſtantiam etiam. Primo vero, quia quod in generatione eſt poſt eſt ante ſecundum formam, & ſubſtãtiam etiam. v. g. vt qui eſt antequam puer, & homo eſt ante vtiq; in quibuſdam enim forma præcedit, & in quibuſdam non. Et aliquid generatur, tunc ad principium, & complemẽtum, per quod eſt. & generatio eſt propter complemẽtum. actus vero eſt via. & propter hoc inuenitur potentia. animal enim nõ videt vt habeat viſum, ſed vt videãt illum habent. et ſimiliter ſciẽtia ędificatorię eſt vt ędificet, & ſcientia conſyderationis eſt vt conſyderet. ſed non conſyderant quando generatio eſt in eis præter illos, q̃ conſulunt. & iſti non quia conſyderant, ſed quia hoc fuit, quia non indigent conſyderare aliquid omnino.

Ideſt, & rectum eſt vt appareat etiã q̃ actus eſt ante potentiam, non ſolummodo tempore & generatione, ſed etiam ſubſtantia hoc modo. D.d. Primo vero Metaphy. cũ cõ. Auer. Pa[illegible]

ro, &c.i. primo vero, quia omne, cuius generatio est
post in tempore, est ante secundum formam et subſtan
tiam. vt vir, qui ſecũdum formam est ante puerum, &
in generatione est poſt illũ, & homo præcedit vtrunq;
ſm formam. D.d. in quibuſdam enim, &c.i. et cauſa in
hoc est, qm̃ illa, quæ ſunt poſteriora in generatione, ha
bent formam & priora non hñt formã, quæ est comple
mentum. Et in alia translatione d. illud enim habet for
mam, & hoc non habet. vir enim habet formam com
pletam, & puer non habet. & ideo præcedit ipſum ſe
cundum formam. D.d. Et, ſi aliquid generatur, &c.i.
& apparet etiam q̃ actus præcedit potentiam in eſſe,
ſecũdum quòd apparet q̃ finis præcedit illud, cuius est
finis. omne enim, quod generatur, fit per ſuam genera
tionem ad complementum. D.d. actus vero est via,
ideſt actus vero est via, & finis ad quem fit generati.
D.d. & propter hoc inuentę potentia. i. propter actum
inuenitur potentia ante actum. D.d. animal. n. non
videt, &c.i. animal enim non videt vt acquirat virtu
tem viſibilem, ſed habet virtutem viſibilem vt videat
per illam. & ſimiliter ſcientia ędificandi est vt ędificet,
& conſyderandi vt conſyderet, non econuerſo. D.d.
ſed non conſyderant, &c.i. ſed non conſyderant, quan
do conſyderatio generatur in eis, ſed quando genera
tio ſcientiæ ſpeculatiuæ perficitur in eis. D.d. præter
illos, &c.i. & iſti enim conſyderant vt acquirant illud,
per quod est conſyderatio, & vniuerſaliter agunt vt
acquirant illud, per quod est actio. ſed iſti non habent
veram conſyderationem, quæ est ex ſcientia. illi enim,
qui habent conſyderationem, non indigent conſydera
revt acquirant conſyderationem. & hoc intendebat,
cũm d. & iſti non quia conſyderant, &c.i. & illi, q conſ
yderant conſyderatione diſciplinæ conſyderant, non
quia ſunt de numero conſyderantium, ſed cõſyderant,
vt ſint in tali diſpoſitione, in qua non indigent conſy
derare de aliquo omnino. Et in alia translatione, d.
& illa non conſyderant, ſed ita accidit vt non indigeãt
conſyderare de aliquo omnino. i. & iſti non ſunt vere
conſyderantes, ſed per iſtam actionẽ accidit eis vt ſint
in tali diſpoſitione, in qua non indigent tali conſyde
ratione, quia acquirent conſyderationem.

Item materia est potẽtia, quia progredi põt
ad formam, cum vero actu ſit, tunc in forma
est. ſimiliter etiam de cæteris, & quorũ motio
finis. Quare quemadmodum docentes, cùm
diſcipulum oſtendant operantem, putant im
poſuiſſe finem, ſimiliter etiã natura. Si enim
non ita fit, erit Mercurius Paſonis. non enim
erit manifeſtum, an intra vel extra ſit ſcientia,
quemadmodum etiam ille. opus enim finis,
operatio vero opus. vnde nomen operatio
dicitur ab opere, & tendit ad perfectionem.
Cùm autem quorundam quidem vltimum
ſit vſus, vt viſus viſio, & nihil prẽter hãc aliud
à viſu hat opus, à quibuſdam vero fiat aliud,
vt ab ędificatiua domus præter ędificatio
nem, nihilominus tamen illic quidem finis,
hic vero magis finis potentiæ est. ędificatio
nanq; in ędificato ſimul & fit, & est cum do
mo. Quorumcunque itaque aliud quiddam
prẽter vſum est id, quod fit, horum actus in eo,
quod fit, eſt: vt ędificatio in eo, quod ędifica-
tur, & contexio, in eo, quod contexitur. ſimi-

liter & de alijs, & omnino motus in moto.
Quorum vero non est aliud quoddam opus
præter actionem, in ipſiſmet actio est. vt viſio
in vidente, & ſpeculatio in ſpeculante, & vita
in anima. quare felicitas etiam, vita nanque
quædam est.

Et etiã, quia materia est in potẽtia, impoſſi
bile est vt veniat ad formam. et, cùm materia
fuerit in actu, tũc erit in forma. & ſimiliter in
alijs etiam, & in eis, quorum complemẽtum
est motus. & ideo, quemadmodum quando
ſciunt, et faciunt addiſcentem agentem, vidẽt
q̃ iam veniunt ad perfectionem, ſimiliter est
de natura etiã. Qm̃, ſi nõ fuerit in hac diſpoſi
tione, tũc Mercurius erit Onoſius. & erit ſciẽ
tia nõ manifeſta, ſi fuerit intrinſecus, & ſi fue
rit extrinſecus, ſicut Mercurius. opatio. n. est
cõplementũ, & actio est operatio. et ideo hoc
nomen actus etiam dr̃ de operatione in Grę
co, & habet quaſi complementum. Ergo erit
in vſu rerum, quæ ſunt magis propriæ, vt cõ
ſyderatio viſus, & non erit alia operatio con
ſyderationis præter hæc omnino, & erit ope
ratio ex quibuſdã rebus aliquid, ſicut est do
mus ex arte ędificatoriæ. & est aliud ab arte
ędificatoriæ, ſed est potentiæ quaſi aliquod
complemẽtum in aliquo, aut est in aliquo nõ
complementum. ędificatoria enim est in illo,
quod ędificatur, & textoria in illo quod texi
tur. & ſimiliter in alijs rebus, & vniuerſaliter
motus in moto. Omnia vero, quæ nõ habẽt
aliam operationem præter actũ, actus est in
eis. vt conſyderatio in conſyderante, & vita
in anima. & ideo fortuna est in anima, quia
est qualitas alicuius vitæ.

Ideſt, Et etiam materia, dum est in potentia, non est perfecta per formam, neq; habet eſſe, quod habet forma. &, cùm venit ad actum, tũc perficitur per formã, & habet eſſe, quia habet formam. Et potentia iſtius declarationis est talis. quia forma præcedit ſubſtantiã, & eſſe materiam, & materia perficitur per illud, quod est perfectum ſecundum actum, non ſecundum potentiam, & ideo neceſſe est vt actio ſit perfectior potẽtia, & prior in ea in eſſe. D.d. & ſimiliter falſis. i. & ſimiliter est de alijs potentijs, niſi potentia, quæ est in prima materia. D.d. & in eis, quorum complementũ est motus. i. & ſimiliter est in eis, quorum perfectio est in motu, ſ. q̃ perfectio non erit in eis, niſi per actum, non per potẽtiam: & illud, propter quod acquiritur perfectio, est perfectius. D.d. & ideo quemadmodum, quando ſciunt, &c.i. & quemadmodum magiſtri, quando faciunt addiſcentem eſſe ſcientem, vident ſe peruenire ad complementum et perfectionem, ita est de natura, quia non ceſſat mouere rem, donec perueniat ad ſuam vltimam perfectionẽ, & tunc ceſſat. & declarat per iſtam, quòd ars & natura intendunt actum, non potentiam. D.d. Quoniam, ſi non fuerit, &c.i. quoniam, ſi eſſe rei non fuerit, ſecũdum quòd est in actu, ſed ſecundum q̃ est in potentia, tunc ignorans & ſciens erunt idem. verbi gratia Mercurius, qui fuit valde ſciens, & Onoſius,

16

Illud, per quod acquiritur perfectio, & perfectius.

Natura non ceſſat mouere rẽ, donec perueniat ad vltimam perfectionem.

ſius, qui fuit valde turpis. & tunc ſcientiam existere in
anima est ſicut existere extra animã, ſcilicet quòd ani
ma non habet proprium de ſcientia aliquid, quod non
est extra animam. anima enim non proprie diſponitur
per ſcientiam, niſi quando fuerit ſciens in actu: & maxi
me quando fuerit in ſua vltima pfectione, ſcilicet quan
do vtitur ſcientia. D. d. ſicut Mercurius. ita quòd ac
cidit hoc in Mercurio, ſcilicet vt diſponatur per ſcien
tiam, quando ſit in potentia, ſicut diſponi illud, quod
non habet ſcientiam. Deinde d. operatio enim, &c.i. et
ſignum eius, quòd actus est complementum, & perfe
ctio, est, quoniam actus est operatio, & operatio eius
est complementum, & perfectio operantis. et ideo hoc
nomen actus etiã dicitur de operatione in lingua Grę
ca, & ideo ſignificat illud, quod ſignificat complemen
tum, & perfectio. Et cùm d. quòd actus & operatio
est finis, incœpit definire operationem, & actum, quæ
ſunt huiuſmodi in vnoquoq; ente. Deinde d. Ergo erit
aut per vſum rerum, &c. ideſt iſta operatio eſt, quan
do vnumquodq; entium vtitur actione ſibi propria,
verbi gratia viſum vti inſpectione, quæ est ſua opera
tio propria, in qua non conuenit cum alio. & ideo iſta
operatio est finis viſus. Deinde d. & erit opatio, &c.
ideſt & iſta operatio in quibuſdam rebus est in hoc, q̃
faciat aliquod proprium, vt ars ędificatoria, quoniam
operatio eius propria est facere domum. Et d. hoc,
quoniam quædam res ſunt, quarum finis eſt agere tan
tum, & quędam ſunt, quarum finis eſt aliquod actum.
omnia igitur entia conueniunt in hoc, quòd comple
mentum & perfectio eorum est in operatione propria.
& hoc duobus modis: quoniam aut finis erit agere vt
in viſu, aut aliquod actum vt in ędificatoria. D.d.
ſed est potentiæ, &c. ideſt, quoniam actus est perfectio
potẽtię, et omni modo materię, ſiue fuerit complemen
tum in re, in qua est complementum, aut in alio etiam.
Deinde d. ędificatoria enim est in ędificato, & textoria
in texto. ſimiliter in alijs rebus etiam vniuerſaliter mo
tus in moto. & hæc est pars, in qua est actus. Dein
de d. Omnia vero, quæ non habent aliam operatio
nem, & cætera. ideſt omnia vero, quæ nõ habent acta,
ſed finis eorum est actio, actiones eorum exiſtunt
in eis, vt videre in vtiſu, & vita in anima & fortuna in
ea: quoniam fortuna est qualitas alicuius vitæ, &
est vitæ nobilis.

Operatio & complementum, & perfectio operãtis.

Quędam res ſunt, quarum finis est agere tantum, & quędam ſunt, quarum finis eſt aliquid actum.

Fortuna est qualitas vitæ nobilis.

Vide Auer. 3 Epi. Tra. tertio.

Omnis potentia ſimul cõtradictionis est.

Vnde patet q̃ ſubſtantia, & forma, actus
est. Et ſecundum hanc igitur rationem ma
nifeſtum est q̃ prior ſubſtantia actus, quàm
potentia. Et, quemadmodum diximus, tem
pore ſemper præcedit actus, alius ante alium,
vſq; ad eum, qui est primo mouẽtis. Verun
tamen etiam magis principaliter. ætèrna enĩ
priora corruptibilibus ſubſtãtia ſunt: nihil ve
ro potentia æternum est. Ratio autem hæc.
omnis potẽtia ſimul cõtradictionis est. quod
enim non eſt poſſibile eſſe, non inerit alicui.
omne vero poſſibile, cõtingit nõ agere. quod
igitur est poſſibile eſſe, contingit eſſe & non
eſſe. quod vero est poſſe nõ eſſe, cõtingit non
eſſe, quod autem contingit non eſſe, corrup
tibile est, aut ſimpliciter, aut hoc ipſum, quod
dicitur contingere non eſſe, ſiue ſecũdum lo
cum, ſiue ſecundum quantum, ſiue ſecũdum
quale: ſimpliciter vero quod ſecundum ſub
ſtantiam. Nihil igitur ſimpliciter incorrupti-

bilium ſimpliciter potentia est: ſecundum ali
quid autẽ nihil prohibet, vt quale, aut vbi. actu
ergo omnia. Nec eorũ, quæ neceſſario ſunt,
licet hæc prima. ſi. n. ipſa nõ eſſent, nihil eſſet
profecto. Nec igiſ motus, ſiquis æternus eſt,
neq; ſi quid quod mouetur æternum, non ſe
cundum potẽtiam mouetur, niſi vnde, quò.
huius autem materiam nihil prohibet eſſe.
Quare ſemper agit Sol, & ſtellæ, totumq; cœ
ſum. Neq; timendum ne quãdoq; ſtet: quod
metuunt quidã Naturales. non enim fatigan
tur, cùm hoc faciunt, eò quòd motus eis non
eſt circa contradictionis potentiam, quemad
modum corruptibiliũ, ita vt laborioſa eis ſit
motus continuatio. ſubſtãtia nanq; , materia
& potentia exiſtens nõ actu, huius cauſa eſt.

Non ſ timẽdũ, ne quando q̃ cœlum ſtet.

Manifeſtum eſt igitur quòd ſubſtantia, &
forma eſt actus. Et ſecundũ hunc ſermonem
manifeſtum eſt quòd ſubſtantia, et actus ſunt
ante potentiã. Et, ſicut diximus, ſemper præ
cedit tempore: ergo præcedit actus, qui est an
te illud, quod ſemper mouetur primo modo.
Et alio modo etiam dicens verum. æterna. n.
ſunt ſecundum ſubſtantiam ante illa, quę cor
rumpunt̃, & nullum eſt æternum in poten
tia. Et omne verbum, & omnis potentia eſt
contradictoriorum inſimul. illud enim, quod
non habet potẽtiam vt ſit, non erit: quia non
eſt aliquid. & omne quod habet potentiam,
poſſibile eſt vt non agat. ergo illud, quod ha
bet potẽtiam vt ſit, poſſibile eſt vt ſit, & vt nõ
ſit. ergo illud habet potentiam vt ſit, & non
ſit. & illud, quod habet potentiam vt ſit, poſ
ſibile eſt vt non ſit. & illud, quod habet poten
tiam vt non ſit, corrumpetur, aut modo ſim
plici, aut hoc modo. quod igitur dicitur quòd
eſt poſſibile vt non ſit, aut quãtitate, aut qua
litate, aut modo ſimplici per ſubſtantiam. Er
go nullum eorum, quæ non corrumpuntur
modo ſimplici, eſt in potentia modo ſimplici.
aliquo vero modo nihil prohibet, vt qualitas,
aut vbi. ſed omnes ſunt in actu. Et non ſunt
ex eis, quæ ſunt neceſſario, quoniam, ſi iſta
prima fuerint ita, ergo nihil omnino eſt in po
tentia. Neq;, ſi motus fuerit æternus, neq; ſi
aliquid motum æternum, non eſt motum in
potẽtia, niſi ſit de vbi in vbi. et nihil prohibet
vt hic ſit materia. Et ideo Sol ſemper agit, &
ſtellæ & totum cœlũ. Et non eſt timendum
q̃ geſcant in aliqua hora, ſicut eſt timendũ de
duabus materijs, ne habeãt fatigationem de
hac actione. quoniam non eſt eis magis q̃ po
tentia contradictorię, ſicut eſt motus in eis,
quę cõrumpuntur, vt motus continuus ſit
compoſitus. quoniam, ſi ſit materia, & ſit in
potentia non in actu, hæc eſt cauſa eius.

17 Et, cùm sit declaratum ꝙ actus est forma, & ꝙ forma est ante potentiam secundum definitionem, manifestum est ꝙ definitio, & illud, quod est in actu, est ante illud, quod est in potentia secundum definitionem, & quidditatem. D.d. Et, sicut diximus, &c.i. & actus etiam, qui est motor, inuenitur præcedere tempore rem motam, & ascendit hoc ad primum motum, & ad primum motorem, in quo non est potentia omnino. Et intendit illud, quòd declaratum est in Physicis, scilicet ꝙ omnia mota reducuntur ad primum motorem, qui est actus, in quo non est potentia omnino. Deinde d. Et alio modo etiam dicens verum, &c.i. & in alia trãslatione. Sed illud, quod est magis verum, est dicere ꝙ æterna sunt priora substantijs sensibilibus. & nullum æternorum est in potentia. i. & illud, quod est manifestius, & magis verum est dicere quòd res æternæ sunt priores rebus generabilibus & corruptibilibus. & in æternis potentia non est: potentia enim non est nisi in generabilibus & corruptibilibus. D.d. & omnes potentiæ, & omne possibile est potentia ad esse, & ad non esse, non potentia ad alterum cõtradictoriorum. quoniam, si habuerit potentiam ad alterum contradictoriorum, non habebit ad alterum: & illud, ad quod non est potentia, non erit: & quòd non erit, est impossibile. & si alterum contradictoriorum est impossibile, reliquum est necessarium: & sic non erit possibile. & hoc intendebat, cùm d. illud enim, quod non habet potentiam vt sit, non erit: quia non est aliquid, ideſt quia est non esse impossibile. Deinde d. & omnia, quæ habent potentiã vt agant, possibile est vt non agant cum potentia possibilitatis in duo contradictoria. D.d. ergo illud, quod habet potentiam, &c. & hoc est manifestum per se. Deinde d. & illud, quod habet potẽtiam vt non sit, corrumpetur, &c.i. et omne corruptum aut dicitur esse corruptum simpliciter, & est corruptum secundum substantiam: aut dicitur esse corruptum per aliquod eorum existentium in eo, ut qualitas aut quantitas. Deinde d. Ergo nullum eorum, quæ non corrumpuntur, &c. ideſt declaratum est in scientia Naturali quòd nullum eorum, quæ non corrumpuntur ſm substantiam, habent potentiam quòd substantiæ eorum corrumpãtur. Et hoc d. in hoc loco, quasi vagando, & declaratio eius pfecta est in Primo Cœli & mundi. illic enim declarauit quòd impossibile est vt in æterno sit potentia ad corruptionem. Deinde d. aliquo vero modo, &c. ideſt, sed est possibile vt in quibusdam æternis sit potentia aliquo modo modorum potentiæ. verbi gratia vt partes eorum sint in potentia in aliquo loco, non in alio, aut in aliqua qualitate. hoc enim non est prohibitum. & istæ qualitates, quæ possunt esse & non esse in corporibus cœlestibus, sunt aliæ ab eis, quę attribuuntur alterationi, vt obscuritas Lunæ, & illuminatio, & similia. Deinde d. sed omnes sunt in actu, ideſt, sed omnes transmutationes, quæ apparent in cœlo, sunt secũdum genus in actu, scilicet quòd in eis non inuenitur aliquod genus transmutationum in potentia, postquam non sunt. sed illud, quod inuenitur ex eis potentia ante actum, est sicut singulæ partes illarum transmutationum. Deinde d. Et non sunt ex eis, quę sunt necessario. ideſt & non omne, quod apparet in cœlo, est in actu semper sine potentia, & sine motu. quoniam, si ita esset, inueniretur in potẽtia, scilicet factum de nouo. & hoc intendebat, cùm d. quoniam si ista prima fuerint ita, nihil omnino erit in potentia. Deinde dicit. Neque, si motus fuerit æternus, &c. ideſt, & similiter, si fuerit motus æternus, impossibile est vt suum totum sit ante in potentia, scilicet secũdum genus, sed secundum partes. & totum hoc declaratum est in Physicis. Deinde d. & nihil prohibet vt hoc sit materia, ideſt & hoc, quòd corpus cœleste non denudatur à potentia in vbi, non prohibet vt sit materia, hæc enim est dispositio materię, scilicet non denudari à potentia, sed prohibet vt sit forma. Deinde d. Et ideo Sol semper agit, &c.i. quoniam non est in eis potentia ad fatigationem magis quàm potentia ad corruptionem: sicut est dispositio in motibus & in motis ex se generabilibus & corruptibilibus, scilicet quòd potentia fatigationis in eis est maior potentia ad corruptionem. Et, cùm in corporibus cœlestibus non est potentia ad corruptionem, quæ est minor potentia fatigationis, quanto magis non erit in eis potentia ad fatigationẽ. & natura aufert à corporibus cœlestibus potentiam ad corruptionem, vt motus sit continuus & æternus. Deinde dicit. quoniam, si sit materia, &c. ideſt quoniam, si materia est in generabilibus & corruptibilibus, & est in potentia, ista potentia, quæ in eis est, est causa fatigationis & corruptionis.

8. Physi. 78. &. 79.

In æternis ſ ꝛ potẽtia. Vi de. 2. Cœli. 52. &. 14. & 12. Met. 30.

Nihil prohibet vt cœli sit materia, sed prohibet vt sit forma. vide. 2. cap. de subia orbis. & octauo Met. cõ. 12. &. 1. Ca. 20. & quæ ibi.

Idem. 8 Ph. 79. &. 2. 1. de substãtia orbis.

Imitantur aũt incorruptibilia & illa entia, quę i trãsmutatione sunt, vt terra, & ignis. etenim semper hæc agunt. per se enim, & in seipsis habent motum. Cæteræ vero omnes potentiæ, vt determinatum est contradictionis sunt (quòd enī potest sic mouere, potest etiã non sic) quæcunq; scilicet secundum rationẽ. Irrationales vero, eo ipso quòd adsunt & absunt, contradictionis erunt eædem. Si igitur aliquæ naturæ, siue substantiæ tales sunt, quales dicunt in sermonibus ideas, multo magis sciens aliquid erit, quàm ipsa sciẽtia, & motum, quã motus. illa enim magis actus, hę vero horũ potentię. Quòd igit̃ actus prior et potentia et oĩ transmutatiuo principio est, patet.

Et illa, quæ transmutantur, assimilantur illis, quæ non corrumpuntur, vt terra & ignis, ista. n. sunt agentia, quia habent motum per se, & in eis. Aliæ vero potentiæ, ex quibus aguntur, omnes sunt cõtradictoriorum. illud enim, quod habet potentiam mouere, hoc habet potẽtiam mouere non hoc etiam, vt omnia quæ hñt verbum. Illa autem, quę non hñt definitiones, erunt contradictoriorum, cùm sint prçsentes primo. Si igitur ista fuerint natura aliquæ, aut v t substantiæ tales, sicut illa, quæ dicunt qui faciunt exemplaria in verbis, tunc erunt illa, quæ sunt cognitio magis multum aliqua cognitione, & motus etiam motu. ista. n. sunt magis actu, illa vero sunt potẽtię istorum. Manifestum est igitur ꝙ actus est ante potentiam, & ante omne principium transmutationis.

Et illa, quæ transmutant, &c.i. & illa, quæ corrumpuntur ſm partes, ſ. elemẽta, assimilant in hoc, ꝙ agũt perpetue similiter eis, quæ non corrumpunt, neq; ſm totum neq; ſm partes, ſ. corporibus cœlestibus. D.d. quia hñt motũ, &c.t. qa in natura eorũ est vt moueant ex se, ſ. vt assimilent motis ex se, ſ. motis per principiũ in eis, nõ ex extrinseco. D.d. Alię vero potẽtię, &c.i. & intendit per potentiã corpa cœlestia. qm̃ in corporibus cœlestibus est potentia adgenerationem & corruptionem istorum, & ad generationem contrariorum apud

18

apud propinquitatem & remotionem. D.d. illud. n. quod habet potẽtiam, &c.i. illud. n. de corporibus cœlestibus, quod habet potentiã vt sit aliquid, habet pocentiam vt sit non illud, sed contrariũ: sicut est dispositio in oĩbus quæ sunt cum rõne, ſ. quia agũt contraria in diuersis: sicut dictum est superius. D.d. Illa autem, quę non hñt definitiones, &c. sic inuenit in exẽplari, ſ. ꝙ sunt contradictoriorũ, sine non. & debet esse quòd non sunt contradictoriorũ: quia hoc declaratum est in principio istius tractatus. Et demonstrat hoc, qa in alia translatione sic est. Illa aũt, quæ sunt sine ratione, quia sunt præsentia, & non sunt contradictoriorũ generationis istorũ, i. quę autẽ sunt sine ratione, nõ agunt contraria primo et essentialiter, qñ est præsens illud, in quod agunt. & est necesse vt sit præsens: qa agunt, qñ actum intelligunt. D.d. Si igit̃ ista fuerint naturę, etc. & in alia translatione sic inuenitur. si aũt inuentur aliqua natura sicut ista, aut substãtię, sicut dicunt illi qui verificant exẽplaria per sermones. dicunt. n. ꝙ homo est sciens magis multum q̃m scientia, & motus mobilis magis q̃m motus. ista. n. sunt magis actu, illa vero sunt potentię. i. qñ si fuerint hic formæ, & substantię separatæ, quæ largiuntur sensibilibus cognitionem & esse, tunc homo, qui est ex talibus formis sciens, est perfectioris scientiæ illis: & formæ motæ ex eis sunt etiam perfectioris in motu, q̃m motus qui est in illis formis. Istę. n. formæ sunt potentiæ, quæ agunt qñq;, & non agunt qñq;, & acta eorum sunt perfectio & complementum actionum. & si sint similia, intrant magis capitulum actus, q̃m separata: quod est impossibile.

In malis ad⁹ est deterior potentia.

Caput Quintum. Actum priorem esse studiosa potentia.

QVòd autẽ melior ac præstãtior quàm ipsa studiosa potentia actus sit, ex his patebit. Quęcũq; enim ſm posse dicuntur, idem est potens contraria. vt quod dicitur posse sanũ esse, idem est etiam ęgrotans, et simul. eadẽ enim potẽtia est sanũ & ęgrotũ esse, & gescere & mouere, & extruere & destruere domũ, et extrui domũ et destrui. Posse itaq; cõtraria sil'est: cõtraria vero simul eẽ impossibile est, vt sanum & ægrotum esse. quare necesse est vnum eorum bonum esse. ipsum autem posse vtrunq; simul, aut neutrũ. actus igitur melior. Necesse autem est etiam in malis finem & actum deteriorem potentia esse. etenim potens est idem ambo cõtraria. Patet igitur quòd malum nõ est præter res. malum nanq; natura posterius potentia est. Non igitur quicquam in his, quæ à principio, & quæ perpetua sunt, malum est neq; corruptum. etenim corruptio de malis est.

Quoniam autem actus est melior, & nobilior potentia nobili, manifestum est ex istis sermonibus. Vnũquodq; enim eorum, quæ dicuntur in potentia, est in potentia cõtraria. v.g. illud, quod dicitur habere potentiam sanitatis, est infirmus etiam, et erũt insimul etiã. potentia. n. sanitatis, & infirmitatis est idem. Similiter & potenna quietis & motus, & mouere, & ædificare & diruere, & ædificari & diruere. Contraria igitur ſm ꝙ sunt in potentia sunt insimul: secũdum autem quòd sunt contraria est impossibile. & actiones etiam impossibile est vt sint insimul, vt sanare & debilitare. ergo necesse est vt alterum sit bonum. potentia vero similiter, aut neutrũ. ergo actus est melior. Et necesse est etiã in rebus malis vt actus, & cõplementum sit pcius potentia. idẽ enim, quod potest esse vtrunq; contrarium. ergo manifestum est ꝙ non est malum absolutum à rebus. malũ enim naturaliter est post potentiam. Non igitur in rebus, quæ sunt ex principio, & in rebus quę sunt æternæ, nõ est aliquid malum oĩno, neq; error, neq; corruptio. corruptio enim est ex rebus malis.

19

Cùm declarauit ꝙ actus præcedit potentiam in oĩbus modis prædictis, vult etiã declarare illum præcedere eam in nobilitate, & d. Qm̃ autem actus, &c.i. quoniam autem actus, quod est bonum, est melior potentia ad illum, manifestum est ex hoc, quod dicam, ſ. ꝙ potentia est potẽtia ad rem, & ad suũ contrarium: et alterum contrariorum necessario est malum potentia & admixtetur cum malo: cum actu vero bono non admisceatur malum oĩno, & est actus, inter quem fecit cõparationem, & potentiã, quę est bonum. Et cùm d. ꝙ potentia est potẽtia ad duo cõtraria insimul, dedit exẽplũ, & d. v.g. illud, quod dr̃ hr̃e potẽtiã sanitatis, etc. i. v.g. ꝙ illud, quod recipit sanitatem, recipit infirmitatẽ, v.g. quatuor humores. D.d. & erunt insimul, &c. ideſt & actus, quod est bonũ, est melior potentia ad illũ, quia cũ potentia ad bonum admisceretur potentia ad malũ: & cum bono, quod est in actu, non admisceretur malũ. Et hoc intendebat, cùm d. ergo necesse est, &c. i. ergo necesse est vt, cùm bonum extiterit in actum, sit bonum tm̃: cùm autem fuerit in potentia, similiter ex ſ. ꝙ potentia ad bonum erit bona, sed cùm ista potẽtia admisceatur potentia ad malum: qm̃ illud, quod est in potentia ad aliquod malum, aut habebit potentiã ad duo contraria insimul, aut ad neutrum. D. induxit conclusionem, et d. ergo actus est melior. i. ꝙ potentia ad illũ. D. Et necesse est etiam in rebus malis, &c.i. & apparet ex hoc sermone, ꝙ necesse est vt actus malus ſit peior potentia ad illum. illud. n. quod potest illud, põt illud, & contrariũ eius, quod est bonum, & actus malus est malum simpliciter. D.d. ergo manifestum est ꝙ non est malum, &c.i. manifestum est igitur ꝙ malum non est distinctum à rebus, quæ sunt in potentia. malũ. n. non inuenitur nisi post potentiam. D.d. Non igit in rebus, &c.i. manifestum est igitur ꝙ in rebus, quæ non sunt post potentiã, & sunt illa quæ sunt æterna, sed esse eorum est principium, non est malum oĩno, neq; error, neq; corruptio. corruptio enim est ex rebus malis. Et ex hoc cognoscitur hoc, quod dicũt Astronomi, quòd quędam stellæ sunt fortunatæ, & quædam infortunatæ. sed tantum impossibile est scire de eis ꝙ quædam sunt meliores quibusdam. hoc enim inuenitur in ablolutis à motu, nedum in mobilibus.

Potentia ad sanitatem & ęgritudinem ē eadẽ. Oppositum Ph. text. 60. Vide cõra. Zim.

In sempiternis nõ ē malum, neq; error, neq; corruptio.

In absolutis a motu reperitur bonũ, & melius. Oppositum 1 Met. 12 text. cõ 12. Vide cõtra. Zim.

Caput Sextum. Quo pacto Designationes Geometricæ actu inueniuntur.


FIgũræ quoq; actu inueniunt̃. diuidentes nanq; inueniunt. ꝙ si diuisæ essent, manifestę essent. nunc autem insunt potentia. Cur triangulus duo rectis: quia qui circa vnũ pun-

* Designationes quoque geometricę.


ctum anguli duobus rectis æquales sunt. si igitur qui circa latus est, educeretur, videnti mox esset manifestū. Cur in semicirculo vniuersaliter rectus? quia si tres æquales, et qui basis est duo, et q ex medio supra stat rectus, videnti manifestū erit ei, qui illud sciat. Quare patet ꝙ quę potẽtia sunt, redacta in actum inueniũtur. Causa autem est, quia intellectio est actus, quare ex actu, potentia, & ob hoc agendo cognoscũt. posterior nanq; generatione est, qui secundum numerum actus est.

Et figuræ linearum inueniuntur etiam in actu. qm̃, cùm diuidunt inueniũt eas. sed sunt diuisæ manifeste. sed modo est in eis in potentia. Quare triangulus habet duos rectos, hoc est manifestum, quia duo anguli, qui sunt in lateribus vnius puncti, sunt æquales duobus rectis. igitur, si extrahatur vnum vel alterum trianguli, declaratur ꝙ duo anguli, qui sunt ex duabus partibus lateris tangentis, erunt æquales duobus rectis. Et similiter, quare in quolibet semicirculo est vnus rectus in circũferentia, siue crura sunt equalia, aut non. et cũ basis fuerit diametri, siue ceciderit in medio circunferentię, aut in alio. Ergo manifestum est ꝙ illa, quæ sunt in potentia, cũ sint in actu, sunt existẽtia. Et causa in hoc est, ꝙ actus erit per intelligere in eo, ꝙ potentia erit ex actu. et propter hoc, quando agunt, sciunt. actus enim numero est post generationem.

Figura, per quam demonstratur trianguli angulos duobus rectis æquales esse.



Figura, per quam demonstratur angulum, qui est in semicirculo, rectum esse.



Intendit declarare ꝙ res non inueniuntur, & sciunt̃, nisi quãdo sunt in actu, & dat exemplum in Mathematicis, quia non inueniuntur in actu, aut sciunt̃, nisi quãdo Geometer ponit ea in suum intellectum, & extrahit ea de potentia, in actũ. & intendit per hoc declarare ꝙ actus est nobilior potentia, cùm esse sit nobilior non esse, & scientia ignorantia. Et d. Et figurę linearũ, &c. t. & figurę, quę sunt in lineis non inueniunt̃, & sciunt̃, nisi qñ sunt in actu. D. d. qm̃ cùm diuidũt, inueniũt eas. t. Geometer. n, qñ diuidit figuras, inuenit, & scit eas. v. g. cũ dicit ꝙ figuras; quędã constãt ex lineis rectis, & quædã ex non rectis: & rectarum quædam cõstant ex tribus lineis rectis, & quædã ex quatuor. qm̃, cũ pficiunt diuisionẽ, tunc inueniunt̃ & sciunt̃ in actu: dũ aũt non diuidunt̃, non sciuntur neq; sunt. D. d. sed sunt diuisæ manifeste. t. sed illud existit in actu, & scit in actu, qñ diuidunt̃ suę spẽs: ꝓpria vero earũ inueniunt̃ in eis post diuisionẽ in potẽtia, ita ꝙ, cũ in actu extuerint cãæ, quę faciũt vt illa ꝓpria existãt in eis in actu, tũc exibũt in actũ, & sciunt̃ in actu: aũ vero neq; erũt exãtes in actu, neq; sciunt̃. v. g. ꝙ triągulus p diuisionẽ existet in actu, & erit scitus, qñ vero anguli eius sunt duo recti, erit scitũ in potẽtia in eo. D. d. qa duo anguli, &c. t. sed cũ alterũ laterũ extraheť, et apparebit ꝙ duo anguli, q sunt in duabus partibus lineæ triągli tangẽtis lineã extractã, sunt ęquales duob⁹ rectis, statim appebit in actu ꝙtres anguli trianguli sunt ęquales duobus rectis. qñ ẽt extrahit̃ à puncto, in quo triągulus tągit latus extractum, linea ęqdistans lineæ tertiæ triągli, tunc fiẽt ibi tres anguli æquales duobus rectis: quoꝝ vnus est continuus triangulo, & duo reliqui sunt ęquales duobus reliqs triangulis. ille vero, q appropinquat latęri triangli tągentis lineã extractã, erit ęqualis alternato triągli, & reliquus reliquo: qa alter est extrinsecus, & alter intrinsecus. D. induxit ẽt aliud exẽplum, & d. Et sit̃, quare in oĩ semicirculo, &c. & sit̃ etiã erit scitũ in potentia, & exñs ẽt in potẽtia in triągulo, q cadit in semicirculo, quare angulus, q est in circũferẽtia, semper est rectus, siue duo latera triągli exeuntia ad duo extrema diametri sint æqualia, aut inæqualia. etenī hoc non scitũ in actu, nisi qñ in actu diuidit in media, & cõpleť figuratio. D. d. ergo manifestũ est, &c. t. ergo declaratũ est ex hoc, ꝙ illud, quod est in potẽtia, non erit scitum, neq; ens, cũ extuerit in actũ. D. d. Et cã in hoc est, &c. t. & causa i hoc est, qa intelligere, quod est i potẽtia, nõ venit ad actũ, nisi ꝓ intelligere aliud, quod est in actu. D. d. & propter hoc, qñ agũt, sciunt. t. & ideo qñ consyderans cõsyderat in scientijs scit. D. d. actus enim numero est post gñationem. t. qm̃, cùm comparatur inter potentiã & actũ illius potentiæ, inuenit̃ ꝙ illa potẽtia prędedit tpe actum. cũ aũt comparaĩ inter potentiam, quæ est in generato, & inter actum, quod est extrahens illud, quod est in potentia in actu, inuenitur quòd actus præcederet tempore potentiam, & esse.

Intelligere, quod ẽ in potẽtia nõ venit ad actum nisi per intelligere aliud, quod est in actu.

Caput Septimum. Quo pacto ex ueritate, & falsitate, actus potentia fit præstantior.

Vide Auer. in Epi. Tra. tertio.

CVm autem ens & non ens dicaĩ, quoddam quidem secundum figuras prædicamentorum: quoddam autem ſm potentiam, aut actum horum, aut cõtraria: quoddã vero maxime proprię ens verum aut falsum: hoc autem in rebus est compositione vel diuisione: quamobrẽ verum dicit, qui diuisum diuidi, & compositum componi putat: falsum autem qui contra ẽa res se habeant, aut quando sunt, aut non sunt: quare ꝙ verum aut falsum dicit̃, quid profecto hoc dicimus,

consyderandum

consyderandum est. Non enim propterea ꝙ nos te vere putamus album esse, tu albus es: sed propterea ꝙ tu albus es, nos, qui dicimus, verum dicimus. Si quædã itaq; semper composita & ipossibilia diuidi: quædã vero semp diuisa et impossibilia cõponi sunt: quędã vero contingit cõtraria esse, esse qdẽ est cõponi, & vnum esse: non esse vero nõ componi, sed plura esse. Ergo circa contingentia quidẽ eadem fit falsa & vera opinio, & eadem oratio, et contingit quandoq; verã, qñq; falsam esse: circa vero impossibilia aliter se habere non fit quandoq; verum, quandoq; falsum, sed hæc semper vera, & falsa sunt.

Et cùm dicitur ens & non ens, alterum vero ſm figuras prædicamentorum, & alterum ſm potentiam & actum, quæ sunt istorũ, aut ſm contraria. & dicuntur in rei veritate, aut modo vero, aut modo falso. et hoc est i rebus, aut per compositionem, aut per diuisionem, ergo qui videt ꝙ diuisum diuiditur, verum dicit, et qui videt ꝙ congregatum congregatur aliquid. Ablatio i Greco. sermo falsum etiã. oportet. n. ponere aliquid, cũ dicitur ꝙ illud quod existimatur, est malum. Qui igitur dicit hoc, dicit verum. Et in alia translatione loco istius. & istud, quod est valde verum, aut verum dicit, aut est fallax: & hoc est in rebus cõponi, aut diuidi. & ideo qui existimat quòd illud, quod est diuisum, est diuisum, verum: & qui existimat compositum esse diuisum, existimat falsum. Deinde sequitur in duabus translationibus hoc, quod dicit modo. Si igitur quædam sunt semper composita, & non possunt diuidi: & quædam semper diuisa, & non possunt componi: & in quibusdam possunt esse contraria entia: igitur & cõpositio et essentia vnius, & nõ essentia est nõ compositum, sed vt sint plura. In rebus igitur possibilibus erit vna existimatio, quæ est falsa & vera. sermo enim idem est, & potest esse verus in aliquo tempore, & falsus in alio. in illis autem, quæ non habent potentiam vt sint alio modo, non erit hoc. & non erunt quandoque vera & quandoq; falsa, sed semper vera aut falsa.

In reb⁹ possibilib⁹ eadẽ erit existimatio qñq; vera & qñq; falsa: secus aũt in necessarijs. Idem in sequẽ.

21 Intendit declarare ꝙ actus est nobilior. qm̃ cognitio rei, in qua non est potentia ad mutationem in falsis, est nobilior illa, in qua est posse vt reuertatur falsa, postquam fuerit vera: quemadmodũ illud, quod semper est, nobilius est corruptibili. Deinde d. & cùm dicitur ens, &c. idest & cùm hoc nomen ens dicitur de vnoquoq; prædicamentorum, & similiter non ens: & vtrunq; istorum diuiditur in potentiam & actum, aut in contraria. D. d. & dicuntur in rei veritate, &c. t. & etiam quæhibet diuisio entis dicitur aut vere aut falsò, & etiam affirmatio significat compositionem eorum adinuicem, & negatio significat diuisionem, manifestum est ꝙ, qui opinatur compositum esse compositum, affirmatio eius est vera: & qui opinatur diuisum esse diuisum, negatio eius est vera: & qui opinatur econuerso, fallitur in affirmatione & negatione, s. qui opinatur compositum esse diuisum, & diuisum esse compositũ, & forte hic diminutũ est à libro. D. d. Si igitur quædam sunt composita semper, &c. t. si igitur quędã sunt composita semper, & quædam semper sunt diuisa: & quædam qñq; composita sunt, qñq; diuisa, tunc quidditas rerum, & vnitas, & veritas earum est in compositione & diuisione. Quędam igitur sunt, quorum veritas est semp, & nunq; mutantur: & similiter sunt quędam, quorum falsitas est semper, & nunq; mutatur: & quædam mutantur de vero in falsum, & de falso in verum. scire igitur illa dicitur scire, scire autem essentiam mutabilem dicitur existimare. D. d. In rebus igit possibilibus, &c. t. &, cùm sit sicut narrauimus, manifestũ est quòd in rebus possibilibus erit eadem existimatio qñq; vera & qñq; falsa. & nos non percipimus. In rebus vero possibilibus, quæ non mutantur à compositione in diuisione, nec econuerso, non est possibile, sed verum in eis semper est verum, & falsum semper est falsum. Et intendit quoniam, cùm scientia non transmutabilis sit nobilior transmutabili: & non transmutatio est rerum existentium in actu, & transmutatio est rerum, quæ sunt in potentia: sequitur quod actus sit nobilior potentia necessario.

Circa incomposita vero quid esse, aut non esse, & verum & falsum: Non enim est compositum, vt sit quidem si componatur, nõ sit autem, si diuisum fit, sicuti album lignum, aut diametrum incommensurabilem esse, nec verum, & falsum similiter etiam in illis erit. An, quemadmodum neq; verum est, idem in his, ita nec ipsum esse: sed illud quidẽ verum, hoc vero falsum est. Attingere nanq; ac dicere verũ est: non enim est idem affirmatio & dictio: nõ attingere vero est ignorare. Non est enim decipi circa quod quid est, nisi secundum accidẽs. similiter autem est circa nõ compositas substãtias, nõ enim est decipi. Et cunctæ sunt actu, non potentia. generarẽtur etenim profecto, ac corrumperẽtur. nunc autem ipsum ens nõ fit, neq; corrumpitur: ex aliquo enim vtique generaretur. Quęcunq; itaq; sunt vere ipsum esse quid & actu, circa hæc non est decipi, sed aut intelligere, aut non. verum quod quid est de eis quæritur, si talia sint, an non. esse vero vt verum est, & non esse vt falsum. vnum quidem si componitur, verum: si vero non componitur, falsum. vnum vero si est quidem ens sic, est: sin vero non ita, non est. verum autem intelligere hæc. falsum vero non est deceptio, sed ignorantia. non qualis cæcitas est: etenim cæcitas quidem, sicuti si omnino non haberet aliquis intelligendi potentiam. Manifestum autem est ꝙ neq; de immobilibus deceptio est ſm qñ, siquis immobilia putet. vtputa si triangulum non putet mutari, non opinabitur modo duos rectos habe-

re,modo non:mutaretur etenim. verum aliquid quidem,aliquid vero nō. vtputa parem numerum primum nullum eē: aut quoſdam quidem,quoſdam vero non. quòd autem numerum circa vnum,nec hoc. nō amplius enim quædam quidem, quædam vero non putabit, ſed verum dicet, aut falſum, tāquam ita ſemper ſe habeat.

Illa autem, in quibus non eſt compoſitio, vt aliquid ſit,aut nō ſit, verum,& falſum non eſt ita. Nō enim eſt cōpoſitum, vt ſit ſi fuerit compoſitum,et non ſit ſi fuerit diuiſum,vt album lignum,aut ſymetrum diametrū:& non eſſentia veri & falſi in hoc eſt,ſicut in illis etiā. Quoniam,ſicut verum in iſtis non eſt idem, ſimilr eſſentia:ſed eſt aut verum,aut falſum. Et quoddam eſt verum, nō quia dicitur: quia affirmatiua & terminus non ſunt idē: & ignorantia eſt, quæ non tangit rem. Non eſt enim deceptio in eo quod eſt,niſi per accidens. & ſimiliter in ſubſtantijs compoſitis, quoniam in eis eſt deceptio. Et ſunt omnes in actu,non in potentia. & ſi non,generarētur et corrumperentur. ens enim per ſe non generatur, neque corrumpitur. & ſi nō,eſſet aliquid ex nihilo. Omnia igitur, quæ ſunt in ſuis eſſentijs aliquid & ſunt in actu,etiam non eſt in eis deceptio,niſi per intelligere. ſed quæritur in eis quid ſint, vtrum ſint hoc,aut nō: aut erit ſicut verꝫ, aut non erit ſicut falſum. vnū. n. ſi fuerit cōpoſitum,eſt verū: & ſi non fuerit cōpoſitū, eſt falſum. vnū aūt ſi fuerit ſm ꝙ eſt in hac diſpone,eſt: et ſi nō fuerit ſm hanc diſpōnē, tūc intelligere eas nō eſt verū. & hoc non eſt falſum,neq; deceptio, ſed ignorātia, nō ſicut cæcitas. iſta. n. ignorantia eſt ſicut cæcitas intellectus, cùm nullus eorꝫ habuerit intellectū omnino. Manifeſtum eſt igitur ꝙ in rebus, quæ non mouentur, non eſt deceptio, etiam ſi attribuantur alicui tempore. v,g. ſi aliquis exiſtimet ꝙ triangulus eſt non verum, quia non tranſmutatur nonnunquā, exiſtimat ſemper quòd poſſibile eſt vt in aliquo tēpore habeat duos angulos rectos,& in alio non: quoniam ſi fuerit, tranſmutabitur. ſed aut p aliquid qd erit, aut per aliquid quod non erit. v.g. vt non ſit neq; vnus numerorū numerus perfectus, aut non: aut quidam ſit aut non: aut vt ſit ſm numerū in vno, non. quoniam nō eſt hoc aliquid & aliquid non eſt. & in hoc non eſt exiſtimatio, ſed aut eſt verum aut falſum, quia ſemper eſt in hac diſpoſitione.

11 Illa autem, in quibus non eſt compoſitio, &c.t. res autem ſimplices, quarum eſſe, aut non eſſe non attenditur vt ex eis ſit aliquid, aut non ſit, ſicut eſt diſpō in compoſitis, verum & falſum contingentia in eis non ſunt in eis ſicut verum & falſum in compoſitis. D.d. cauſam & d. non enim eſt compoſitum, &c.t. quia verum & falſum in ſimplicibus non aſſimulantur compoſitioni aut diuiſioni exiſtentibus extra animam. D. dicit vt album lignum. v.g. qm̄ dicere hoc eſſe albū, cùm ſit verum, cauſa in hoc eſt, quia albedo eſt compoſita extra aīam cū ligno: & dicere ꝙ diameter eſt ſymeter coſtæ eſt falſum, & cauſa falſitatis eſt, qa ſunt diuiſa extra animam. D.d. & nō eſſentia veri & falſi, &c.t. & quiditas veri & falſi in ſimplicibus non eſt ſicut in compoſitis: & intendit in qōne quid eſt. D.d. cām, & d. Qm̄, ſicut verum in iſtis, &c.t. qm̄, ſicut verꝫ in compoſitis in qōne vtrum ſit non eſt idem, ita verum non eſt in eis idem in qōne ꝙ ſit, ſ. in ſimplicibus & compoſitis. D.d. ſed eſt aut verum, aut falſum, &c.t. ſermo, qui ſignificat vtrunq; quid ſit, eſt aut verus aut falſus: ſed in quibuſdam, ſ. in compoſitis, quia aliquid prædicatur de aliquo, & in ſimplicibus, non quia aliqd prædicatur de aliquo. D.d. quia affirmatiua, & terminus, &c.t. & cauſa in hoc eſt, quia deceptio, quæ accidit in quiditate compoſitorum, eſt ſimilis deceptioni accidenti in affirmatiua, & quę accidit intelligere ſimplicia eſt de modo deceptionis accidētis in definitionibus ſm ꝙ ſunt definitiones, & nō ſunt idem ſermo definitiuus, & ſermo affirmatiuus. D.d. & ignorantia eſt, quæ non tangit, t. & ignorantia, qua accidit vnum intelligere ſimplicia, eſt vt intellectus nihil intelligat de eis. eſt igitur ſm ignorantiā, quæ eſt priuatio ſcientiæ. D.d. Non eſt enim, &c.t. & cauſa in hoc eſt, quia nō accidit deceptio in quid eſt, niſi per accidens. in cōpoſitis quidem per deceptionem in affirmatiua, quæ eſt ignorantia ſm habitum: in ſimplicibus uero per priuationem intelligendi, quæ eſt ignorantia ſm priuationem. D.d. & ſimiliter in ſubſtātijs. &c.t. & in ſubſtantijs non compoſitis non accidit deceptio ex ſuis naturis. & ſimiliter eſt in ſubſtantijs cōpoſitis, cum quibus non admiſcetur potentia & ſunt in actu: ſed deceptio in hoc eſt nobis. & ſi in eis acciderit deceptio ex ſuis naturis, tunc generarentur, & corrūperentur. & ſi quiditates & formæ etiam generarentur & corrumperentur, tunc generarentur ex nihilo. & hoc intēdebat, cùm d. ens. n. per ſe, &c.t. & innuit hoc, quod declaratum eſt i tractatu de ſubſtātia. D.d. Omnia igitur, quę ſunt, &c.t. & omnes ſubſtantiæ, quæ ſunt compoſitæ, nō accidit in eis ꝙ ſit deceptio eſſentialiter, ſed per accidens. quæritur enim, quando ſunt ignorati eſſe, expoſitio nominum ſuorum per ſermonem cōpoſitum. ſi ergo compoſitio fuerit vera, tunc eſſe et intelligentia erit verum. & ſi non fuerit vera, tunc eſſe erit falſum. v. g. vt ſi aliquis quęrat quid ſit vacuum, et dicetur ei quid intendis per hoc nomen vacuū. ſi igitur dixerit dimenſionem ſeparatam, conſyderabitur ſi fuerit impoſſibile dimenſionem ſeparatam eſſe, tunc vacuum nō erit, ex ſermone iudicante, non ex ſermone exponente, ſm ꝙ eſt exponēs. D.d. & ſi nō, &c.t. ſubſtātię vero ſimplices ſi intelliguntur, tunc intelligere earum erit ſm illud, quod ſunt. & ſi non intelligantur, tunc nihil ex eis intelligitur, quod ſit verum, niſi ſm ꝙ non eſſe intelligendi ea non eſt verum, non ſm ꝙ accidit in eis intelligere falſum. falſum enim intelligere non eſt niſi p cōpoſitionem. Et hoc intendebat, cùm dicit intelligere eas nō eſt verum. t, &, cùm dicimus ꝙ apud nos nō eſt verū de ſubſtātijs ſimplicibus, nō intendimus ꝙ accidit nobis error, qui eſt ignorātia ſm habitū, ſed accidit priuatio veritatis, q̄ eſt ignorātia trū. et hoc eſt in virtute rationali, ſicut cęcitas in oculo. Et innuit per hoc, ꝙ nō intelligere res ſeparatas per intellectum humanū eſt in intellectu noſtro in primo ſimile cæcitati in oculo, ante quam perficiatur intellectus. Hoc enim non ſolummodo reperitur in hac virtute in ſuo primo eſſe, ſed in ſuo eſſe

Sermo definitiuus, & affirmatiu⁹ nō ſunt idē ſ. ſimile t. 3. ſſe. t. c. t.

Si in ſubſtantijs non compoſitis accideret deceptio ex ſuis naturis, tunc generarentur & corrūperentur. Vide t. 12. huius.

Vide. 1. de ala. cō. 56. Fortunitas maxima non currit modo potẽtiarum, cogitatiuarū vt exiſtimauit Auen pace. Vide idē 3. de anima. com. 36.

esſe vltimo. et hoc iam declarauimus in alio loco. Et declarauimus ꝙ fortunitas maxima, quæ eſt inſpicere intellectum ſeparatum, eſt per potentiam, quæ ſit in intellectu ſpeculatiuo apud ſuam vltimam perfectionem, ſimile potentiæ, quæ fuit in vſu apud aſpectum ad colores, non per potentiam de modo potentiarum cogitatiuarum, quæ acquiruntur per cognitionem. quoniam non eſt ſicut exiſtimauit Auen pace, ꝙ hoc acquiritur per * cognitionem. Deinde dicit. Manifeſtum eſt igitur, &c.t. declaratum eſt igitur ex hoc ꝙ in rebus neceſſarijs non tranſmutabilibus non decipitur homo ex natura rei, ita ꝙ ſcientia de aliquo reuertatur exiſtimatio in aliquo tempore. Et d. hoc: quia, quando ſenſatum recedit à ſenſu, ſtatim certitudo ſui eſſe mutatur in exiſtimationem, abſq; eo ꝙ in nobis accidit error. D.d. verbi gratia ſi aliqs exiſtimet, &c.t. verbi gratia ꝙ ſcire triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis non mutatur de certitudine in exiſtimationem, cū non ſit timendum in hac hora ſi ſit triangulus, cuius anguli nō ſunt æquales duobus rectis. Deinde d. cauſam in hoc, & d. quia nō tranſmutatur, &c.t. et cauſa in hoc eſt, qa nō eſt timendū vt natura trianguli trāſmutetr. & ideo nullus exiſtimet eſſe poſſe vt aliqua hora veniat, in qua ſint anguli æquales duorum rectis, & alia hora nō. D.d. qm̄, ſi fuerit, trāſmutabitur. t. ſi hoc accidit in ſcia triāguli, tunc natura triāguli trāſmutaret. ſed cōſequēs nō eſt * genus, neq; accidēs. D.d. ſed aut per aliqd qd erit, aut p aliqd qd nō erit. t. ſed res neceſſarię aut diſponunt p aliqd qd eſt in eis ſemper, aut per aliqd qd nunq̄ eſt in eis. D.d. exemplum. & d. v.g. vt non ſit, &c.t. v.g. qm̄ aut ſemp erit verū ꝙ nullus numerorū erit pfectus, aut oīs numerus pfectus eſt, aut qdā eſt pfectus & qdam non. D.d. aut vt ſit ſm numerum in vno, &c.t. vt aut ſit hoc in vno ſm numerꝫ, ita ꝙ qnqꝫ ſit in eo, & qnq; nō ſit, eſt impoſe etiā vt qnqꝫ ſit in rebus: & illę res ſunt eędē in ſpecie. D.d. & in hoc nō eſt exiſtimatio. t. & ideo nō accidit t tali gñe exiſtimatio, ſed iudiciū in ipſo aut ſemp erit verū aut ſemp erit falſum, qa iſta ſemp ſunt eodē mō. Et intēdebat p oīa iſta ꝙ ſcire ea, q̄ ſunt in actu, eſt nobilius q̄ ſcire ea, q̄ ſunt in potētia. Et illud, cuius eſt ſcia nobilior, eſt nobilius.

*2. t. verum, neq; antecedens.

Illud, cuius ſcia nobilior eſt nobilius. Idē. 6. Met. t. c. 2. et. 1. de Aia. t. cō. 1.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER DECIMVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMÆ LIBRI.

In prima agitur de Vno, ſecundum ſe conſyderato. In ſecunda de Vno reſpectu multitudinis: vbi de Cōtrarietatibus multa pertractantur.

Summæ Primæ Caput Primū. Quot modis unum dicatur: & aliud eſſe quærere quæ unum dicuntur, & uni eſſe, ac eius rationem.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 5.



VOd vnū multis dicatur modis in diuiſione de quoties, dictum eſt prius. Cū autē multipliciter dicatur, primorum, & eorum, quæ ſecundū ſe, nō ſecundum accidens dicuntur vnū, quatuor in ſumma modi ſunt. Et ipſum nāq; continuum aut ſimpliciter, aut maxime quod natura, & non tactu, neq; ligatione. & horum illud magis vnum, & prius, cuius motus indiuiſibilior, & magis ſimplex eſt. Item tale etiam magis eſt, quod totum eſt, aliquamq; formam & ſpeciem habens, & maxime quodcunq; natura tale ſit, et non vi: quemadmodum quæcunq; aut glutine, aut clauo, aut coniūctione, at habeat in ſe, quod cauſa ei ſit, vt continuū ſit. tale vero eſt, cui vnus motus loco, & tempore indiuiſibilis ſit. Quare manifeſtum eſt, quòd ſi quid natura motionis primæ principium habet primum (dico autem lationis circulationem) id prima magnitudo vna. Quędam itaq; ita vnum, aut continuum, aut totum ſunt. Quędam autem, quorum vna ratio eſt. talia vero, quorum intellectio vna. talia autem, quorum indiuiſibilis. indiuiſibilis vero eius eſt, quod aut ſpecie, aut numero indiuiſibile eſt. Numero igitur in diuiſibile eſt ſingulare. Specie vero cognoſcibili & ſcibtia. quare vnum vtiq; erit primum, quod ſubſtantijs, vt vnum ſint, cauſa eſt. Toties igitur dicitur vnum, & quod natura continuum eſt, & totum, & ſingulare, & vniuerſale. hæc autē omnia vnum ſunt, eò quòd quorundam motus, quorundam intellectio aut ratio indiuiſibilis eſt.

Dictum eſt prius ꝙ vnum dicitur multipliciter in diſtinctionibus, in quibus narratur ſecundum quem modum dicitur res. Dicitur enim multis modis, quicū capitulantur, fiunt quatuor modi rerū, quæ dicuntur per ſe vnū, non per accidens. Eſt enim continuum, aut ſimpliciter, aut magis illud, quod eſt naturaliter, non per contactum, neq; per ligamētum. & magis quàm hoc vnum, & eſt ante, & magis quod non diuiditur motus actionis, & eſt magis ſimplex. Et etiam eſt tale, aut magis, totum, quod habet aliquam naturam etiam, & formam, et maxime quod eſt tale naturaliter, non violente: vt illud, quod eſt vnum per glutinum, aut per clauos, aut per ligamenta, ſed habet aliquid in ſe, quod eſt cauſa ſuæ continuationis. & tale eſt, vt motus ſit vnus, et non diuidatur ſecūdum locum & tempus. Et hoc eſt manifeſtum, ſi fuerit aliquod primū principium primi motus naturaliter, vt motus circularis & motus ſimplex, quòd hæc eſt prima magnitudo. Quædam igitur ſunt vnū & ſecundum hunc modum, aut quia ſunt continua, aut quia ſunt totum. Et quędam ſunt talia ſm cōuenientiam. ſicut iſta quorum intelligere eſt vnū, & ſicut iſta, q̄ nō diuidunt, neq; diuidunt in indiuiſibilia, vt definitiones indiuiſibiliū. ſicut definitio puncti, q̄ nō diuiditur. Si autem fuerit numero ſingulare, non diuiditur numero. Vnum autem ſecundum ſormā

eſt

est illud, quod non habet diuisionem secundum cognitionem. vnum igitur primum est illud, quod est substantiarum causa vnius. Ergo vnum dicitur secundum numerum istorum modorum, sicut illud, quod est continuū naturaliter, & totum etiam, & singulare, & vniuersale. omnia enim ista sunt vnum, quia non diuiduntur, quędam vero secūdum motum, quædā secundū intellectū & rationem.

1 

Ntendit per distinctiones Quintum librum, in quo distinctæ sunt significationes nominum. Deinde dicit. Dicitur enim, &c.1. quoniam, & si illic numerauimus plura, de qbus dicitur hoc nomen vnū, videntur concludi in quatuor generibus primis: et sunt illa, quę dicuntur vnum per se, non per accidens. Deinde incœpit numerare illa, & d. Est enim continuum, &c.1. & vnus istorū modorum, de quibus dicitur vnum, est continuū, aut simplex, aut secundum prius. & hoc est continuum per naturam, non continuum per contactum, aut ligamentū, & vniuersaliter per artificium. Deinde d. & magis q̄ hoc, &c.1. hoc nomen vnum dicitur magis de cōtinuis per naturam de illo continuo, quod habet vnum motū indiuisibilem. & hoc est continuum rectum: quoniam cōtinuum tortuosum, quod habet angulos non mouetur secundum omnes suas partes motu æquali quando mouetur secundum totum. & hoc intendebat cùm d. & est magis simplex. Deinde induxit secundum modum illorum quatuor, & d. Et etiam est tale, aut magis, &c.1. & hoc nomen vnum dicitur, sicut de continuo, aut magis de toto, quod est totum, & continuum per formam existentem in ipso. & hæc est dispositio in diuiduorum habentium formas. & d. aut magis, quia causa in hoc, quòd indiuiduum sit cōtinuum, est forma eius. ergo forma dignius dicitur vnum q̄ continuatio, cùm forma sit causa continuationis. Et quia totū, aliud est totum naturaliter, aliud artificio, & maxime quod est naturaliter non violente. quia indiuiduum artificiale est vnum per violentiam, deinde dicit. sed habet aliquid in se, &c.1. sed vnum indiuiduum i rei veritate est illud, quod habet in se causam continuationis, s. formā. & intendit indiuiduum naturale, quod est vnum per continuationem secundū suam formam. Deinde d. et tale est, vt motus sit vnus, etc.1. vnum in rei veritate in hoc genere est illud, cuius motus est vnus, & indiuisibilis secundum tempus, & secundum locum. & tu bene scis quis sit ille motus vnus ex Quinto Physi. Deinde dicit. Et hoc est manifestum, &c.1. & est manifestū q̄, si fuerit aliquid hic, quod moueatur per priorem in eo primo motu naturaliter, scilicet circulari simplici, & istud motum est primum corpus, & quod mouetur vno motu, qui non diuiditur, neq; secundum locum, neq; secundum tempus. Deinde dicit. Quædam igitur sunt vnum, &c.1. declaratum est igitur q̄ omnia ista reducuntur ad vnum secundum continuationem, & vnum secundum totum. Deinde dicit. Et quædam sunt talia secundum cōsequentiam, &c.1. & vnum dicitur etiam de illis, q̄ eorum proportio ad intellectum est, sicut proportio illorum ad sensum. & sunt illa, quæ non diuiduntur, quando intelliguntur, & istorum quædā sunt, quæ non diuiduntur in intellectu, neq; diuiduntur in aliquod indiuisibile, sicut punctus, & vnum in numero, et vniuersaliter quod non diuiditur secundum definitionem in illo genere vt definitio hominis, quę non diuiditur in magnitudinem, et definitio vnius in numero, quæ non diuiditur secundum numerum. Deinde dicit. Vnum autem secundum formam est illud, quod non diuiditur secundum cognitionē, & diuiditur in esse. & hoc est vnū * diuisibile econtrario de vno secundum definitionem in vnoquoq; genere. D. d. vnum igitur primum, &c.1. & cùm primum in vnoquoq; genere est illud, quod non diuiditur secundum definitionem in illo genere: & substantia est primum omnium entium secundum definitionem, manifestum est q̄ vnum primū, quod non diuiditur secundum definitionem in substantiā, est causa vnius in omnibus generibus entium. Deinde dicit. Ergo vnum dicitur, &c.1. declaratum est igitur ex hoc q̄ omnia, de quibus dicitur hoc nomen vnum, concluduntur in quatuor. Primum vero est cōtinuum per naturam. Secundum illud, quod est totum & perfectum: & est vnum indiuiduum naturale. Tertium autem est illud, quod est simplex in vnoquoq; genere decem prædicamentorum. Quartum est vnum secundum formā, & vniuersaliter vniuersale. & istorum, duo, s. cōtinuū per naturam, & indiuiduum, quod est totum, & complementum dicuntur vnum, quia sunt duo indiuidua, quorum vtrunq; mouetur vno motu. duo autem alia dicuntur vnum, quia non diuiduntur in intellectu: alterum vero in definitione, reliquum autem in natura cōtinua pluribus vno.

* 2.1. Indiuisibile.

Idē. 7. Met. tex. cō. 4.

Cōtinuū tortuosum non mouetur secundum omnes suas partes motu q̄li.

Causam hoc q̄ indiuiduū habet vnum & continuū forma sua. Vide 4. de anim. 90.

In secundum artem tale est vnum per violentiam. Idē infra 10 li.

Tex. cō. 14.

Oportet autem cōsyderare, quòd non est eodem modo accipiendum, cùm dicatur, quę vnum dicuntur, & quid est vni esse, quæue ratio eius est. Vnū etenim toties dicitur, & vnū quodq; eorum, cui aliquis horum modorum insit, vnum erit. Esse autem, quandoque quidem alicui horum erit, quandoq; vero alteri, quod & magis propinquum nomini est. illa vero, potentia. quemadmodum si de elemento, & causa oporteat dicere, & de ipsis rebus, determinando, & nominis definitionem reddendo. ignis etenim quodam modo quidem est elementum (fortassis vero secundum se etiam ipsum infinitum, aut aliquid aliud tale) quodam modo vero minime est. non enim est idem igni, & elemento esse, sed tanquā res quædam, & natura ignis elementum est. nomen autem significat q̄ hoc ei cōperat, quod ex eo, tanquam ex primo inexistente aliquid fit. ita & de causa, & vno, & cunctis huiuscemodi. Propter quod vnum esse est indiuisibile esse, ipsum re vera ens & inseparabile, aut loco, aut specie, aut mente, aut toto atque determinato.

Caput Secundum. Vnius esse, ac naturam maxime in hoc consistere, quòd prima omnium mensura sit: proprissime vero ipsius quanti, & ab ipso in alijs mensuram dici.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 3.

MAxime autem mensuram esse cuiusq; generis primam, & maxime proprie quanti. hinc enim & ad alia aduenit. Mensura enim id est, quo quātum cognoscitur: cognoscitur autem quantum vt quantum, aut vno, aut numero: omnis vero numerus vno: quare omne quantum, prout quantum, vno cognoscitur,

gnoscitur, & quo primo hoc cognoscitur, ipsum vnum. propter quod vnum principium est numeri, prout numerus est.

Et oportet existimare per cognitionē, quoniam nō oportet existimare q̄ dicitur eodem modo illud, quod videtur vnum per quale, & quod est per essentiam vnum. Vnum enim dicitur secundum numerum istorum modorū, & quodlibet istorum erit vnum, quando habuerit aliquem istorum modorum. Secundū autem q̄ est vnum, forte erit alterius istorum, & forte erit aliud, quod est propinquum secūdum nomen, magis q̄ ista. illa autem in potētia. vt si esset necesse loqui de elemento & causa, & distinguere ea à rebus, & inducere definitionem nominis. ignis enim est sicut elementum. & rectum est vt sit infinitum per se, aut per aliud tale. & quòd nō est ita. essentia enim ignis et elementi non sunt idem, sed ignis est elementū sicut natura alicuius. & hoc nomē aut accidit sicut accidit ei p cōplementum, qa est aliquid ex hoc, sicut est ex primo, quod est in re. & similiter essentia etiam & vnum, & omnia, quæ sunt in talibus istis. Et ideo essentia vnius est vt non diuidatur. & est quia ista res est, & est non separata per locum, aut formam, aut cognitionem, & est totum & terminatum. Et ideo est magis q̄ aliud prima mensura cuiuslibet generis, & quantitates valde dominæ. & ex hoc est in alijs rebus. Mensura enim est illud, per quod cognoscitur quantitas: et quantitas cognoscitur secundum quòd est quantitas, aut per vnum, aut per numerū: & omnes numeri cognoscuntur per vnum: ergo omnis quantitas, secundum quòd est quantitas, cognoscitur per vnum, et illud, per qd primo cognoscitur, est vnum. & ideo vnū est principium numeri, & non numerus.

Res in potēa est similiter. Vide. 9. Meta. cō. 7. & quæ ibi.

2 Idest, Et non est existimandum q̄ illud, quod significat hoc nomen vnum in eis, de quibus dicitur, est idē dictum vnuoce, s. secundum nomen & definitionem. Deinde dicit. Vnum enim dicitur, &c.1. apparet enim q̄ hoc nomen vnū dicitur de istis modis diuersis, quos numerauimus, & quòd omne ens nō simpliciter habet hoc nomen, nisi habuerit aliquam istarum intentionum, quas numerauimus. Deinde dicit. Secundū autem q̄ est vnum, forte est alterius, & cæ.1. illud autem, quod significat hoc nomen vnum, secundum quòd est vnum, forte est primum in hoc genere: & forte inuenitur et aliquid, quod appropinquat significato huius nominis, secundum q̄ est vnum magis q̄ aliud. Illud autem, quod est præter vnum primum, inuenitur ei de significato huius nominis vnum, secūdum q̄ est vnum, aliquod simile illi primæ intentioni. & hoc intendebat, cùm d. illa autem in potentia, quoniam simile rei dicitur esse res in potentia. Deinde dedit exemplum & d. vt si esset necesse loqui, &c.1. & dispositio debet esse, quando volumus loqui de vno, sicut dispositio debet esse, qñ volumus loqui de elemēto et causa, & de alijs, quæ dicuntur primo & secūdo. s. vt primo inciptamus ab eo, quod significat definitio illius nominis, secundū q̄ est illud nomē, deinde distinguemus illa significata, si inuenitur aliquod, quod cōuenit definitioni illius nominis, dicemus q̄ illud est primum in illo genere. & si non inuenimus tale, accipiemus illud, quod est magis propinquum, & dicemus ipsum esse primum in illo genere. vg. cū quæsierimus quid sit elementū, & inuenimus q̄ illud, qđ significat definitio elemēti, est aliud ab eo, qđ significat hoc nomē ignis, et ideo nō dicemus q̄ ignis sit primum elemētū. et si inuenieremus definitionē elementi, in quo est magis propinquum quàm ignis, dicemus ipsum esse primum elementū, vt quidam Antiqui dicebāt q̄ infinitum est primū elementum. D. d. & q̄ non est ita, &c.1. & illud, in quo non inuenitur essentia elementi, secundum q̄ est elementum, non dicitur esse primum in illo genere, vt ignis. quoniam quidditas & definitio eius non est definitio elementi, sed dicitur hoc nomine, quia in eis est aliquid de natura significati istius nominis elementum. & sic accidit eis hoc nomen, sicut accidit hoc nomen verū ei, quod habet hanc intentionem complete, vt prima materia in cōpositis. quatuor enim elementa sunt elementa compositorum, sed non primo: quia sunt composita ex prima materia & formis simplicibus. Deinde dicit. & similiter essentia etiam, & vnum, &c.1. & similiter hoc nomen vnū, secundum q̄ est vnum, quia illud, quod non diuiditur aliquo modo, neq; fm locū, neq; fm formam, neq; fm cognitionem, & est totum & terminatum, ideo necesse est vt vnum in vnoquoq; genere, secundum q̄ est indiuisibile, sit prima mensura illorum, quę sunt in illo genere. s. q̄ natura vnius est natura mensuræ, & præcipue in generibus habentibus mensuram primo, & essentia liter, s. in quantitate discreta. hoc enim est in eis prius alijs rebus, quibus accidit mensurari. Deinde dicit. & ex hoc est in alijs rebus. s. & de quantitate discreta, & vno numerali transmutat hoc nomen mensura ad alia genera, quæ vtuntur mensura. Deinde dicit. mensura enim est illud, &c.1. & definitio mensuræ est illud, per quod mensuratur quantitas discreta, s. cognoscitur. & quantitas cognoscitur, aut per vnum, aut per numerū, s. q̄ numerus cognoscitur et mensuratur per vnū: ergo omnis quantitas discreta cognoscitur per vnū. et ideo vnū est principium numeri, non numerus. nam, si esset numerus, cognosceretur per vnū: quod est impossibile.

Prima materia verissime elementū dicitur. Videl. Met. c. 4. & 2. de Generatione, & corruptione com. 6.

Hinc aūt & in alijs id dicit mēsura, quo primo vnūquodq; cognoscitur, & vniuscuiusq; mensura vnum est, in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate, in celeritate. Grauitas enim, & celeritas communis est in contrarijs. duplex enim & vnumquodq; horum est. vt grauitas, & quæ quantumcunque ponderis habet, & quæ excedit pondere: & celeritas, quæ quantumcunq; motum habet, & quæ excedit in motu. etenim est aliqua tardi celeritas, & leuis grauitas. In his itaq; omnibus mensura, & principium vnum quiddam & indiuisibile est. nam & in lineis vtuntur pedali tanquam indiuisibili. vbiq; etenim mensuram vnum quiddam & indiuisibile quærūt. hoc autem simplex, aut quali, aut quanto. Vbi itaq; videtur non esse aut auferendum, aut addendum, illa certa mensura est. Quare numeri certissima est. vnitatem etenim ponunt, quę omnino indiuisibilis est. in cęteris vero imitā-

tur

tur huiuſcemodi. ex ſtadio nanq; & talento, ac ſemper à maiore magis profecto latebit, et additum aliquid & demptum, quàm ex minore. Quare à quo primo ſecundum ſenſum nõ contingit, hoc omnes menſuram, & humidorum, & ſiccorum, & grauis, & leuis faciunt: & tunc putant cognoſcere quantum, cùm per hanc menſuram ſciant.

Et ex hoc dicitur mẽſura in alijs, per quam ſcitur primo quodlibet eorum, & actio cuiuſlibet eorum eſt vna, in longitudine, & in latitudine, & profundo, & velocitate. Grauitas enim, & velocitas ſunt communes in contrarijs. & vtraq; earũ eſt duplex. vt graue, quod eſt illud ex declinatione eſt in re, & etiã illud, quod habet additionem declinationis. & velocitas, quę habet aliquem motum eius, quod habet per quantitatẽ, & quod habet additionem motus etiam. graue enim habet velocitatem, & leue tarditatem. In omnibus igitur iſtis eſt menſura, et principium, quod non diuiditur. in lineis enim alij vtuntur menſura æquali menſurę, ſicut illud, quod non diuiditur. quia quærunt menſuram in omnibus rebus aliquod indiuiſibile. & hoc eſt ſimplex, aut qualitas, aut quãtitas. Vbi igitur exiſtimatur quòd non eſt diminutio, aut additio, illud eſt menſura vera, quia numeri ſunt certi. Et poſitio eorum eſt, ꝙ vnum non diuiditur. & in alijs rebus aſſimilat ei, qd eſt tale. quoniam ex linea, & ex tali quod eſt centum libræ, ſemper à maiori magis latet, & ſi diminuitur, aut additur in eo aliquid quàm latet in minori. Ergo illud, in quo eſt impoſſibile vt hoc ſit in eo ſenſibile, accipitur in omnibus pro menſura in rebus humidis, & in grauitate, & in magnitudine: & tunc exiſtimant quòd ſciunt quantitatem, quando ſciunt illã per hanc menſurã.

3 Et ex hoc dr̃, &c.t. ex vno numerali fuit tranſumptũ hoc nomen menſura ad quodlibet eorum, quæ dicuntur menſurare ex eis, quæ ſunt in genere quantitatis: ſicut fuit tranſumptum ad aliud genus hoc nomen quantitas à quantitate numerali. Deinde d. & actio cuiuslibet earum, &c.t. & cauſa in tranſumptione iſtius nominis ad illa, quæ ſunt præter numeros eſt, quia actio eorum eſt vnum in omnibus, quoniam, ſi fuerit vnum in longitudine, erit in longitudine, & ſi fuerit vnum in latitudine erit vnum in latitudine, & ſi in profundo erit in profundo, & ſi fuerit vnũ in velocitate motus, cuius cauſa eſt grauitas & leuitas, actio eius erit vna in menſura grauitatis. Deinde dicit. Grauitas enim & velocitas, &c.t. & cauſa in hoc, ꝙ actio mẽſurę in vnoquoq; iſtorum generum, eſt vna actio, eſt quia vnum quodq; iſtorum generũ diuiditur in duo cõtraria, & ſunt quaſi duplicia. verbi gratia quoniã graue diuiditur in illud, quod eſt magis graue, & in illud, quod eſt minus graue. & ſimiliter velocitas, cuius cauſa eſt, quia quantitas grauis diuiditur in illud, qd eſt minoris velocitatis & maioris velocitatis, cum ſit res grauis et leuis, illud quod eſt minoris grauitatis: grauis vero eſt velocitas, leuis vero tarditas. Et hoc eſt manifeſtius in alia trãslatione, in qua dicitur, Grauitas enim & velocitas eſt cõplementum commune in contrarijs: quoniam vtrunq; eorũ eſt duplex. graue enim eſt illud, quod habet paucam declinationem, & quod habet multam declinationem. & velox etiam ſecundum hunc modum eſt illud, quod habet paruum motum & magnum motum. velocitas enim inuenitur in tardo, & tarditas in veloci. t. quoniam velox dicitur tardus ad illud, quod eſt velocius: et tardum dicitur velox ad illud, quod eſt tardius. & intendit ꝙ ſimiliter eſt in quãtitate continua. Et intendit declarare ꝙ in iſta non inuenitur aliquod vnũ, ſ. indiuiſibile per naturam: ſed, cùm homines voluerint menſurare in iſtis rebus, poſuerunt vnum per inſtitutionem, & inſpexerunt ꝙ eſſet valde ſimile vni numerali. Et intẽdebat per hoc ꝙ, cũ fuit neceſſe vti põdere per grauia, acceperunt illud, quod nõ recipit magis & minus in ſenſu: ſicut fecerunt in ponderibus, quæ fundantur ſuper grana ordei. Et hoc intendebat, cùm d. In omnibus igitur iſtis eſt menſura. t. in omnibus iſtis rebus menſurabilibus & ponderoſis metibilibus accipiunt vnam menſuram indiuiſibilem, aut ſecundum inſtitutionem, aut ſecundum ſenſum ſimilem menſuræ * naturali, ſ. vno numerali. In ponderoſis enim ponunt aliquod indiuiſibile ſecundum ſenſum, vt grana ordei. * a.l. numerali.
et in ſpacijs continuis aliquod ęquale minori menſurę, quæ eſt naturaliter: vt menſura pedis & cubiti, & notificant cubitos per palmas, & palmas per digitos. D.d. in lineis enim, &c.t. quoniã, quando menſurant lineas, ponunt menſuras æquales aliter quantitati lineæ menſurabilis, & ponunt illam menſuram quaſi indiuiſibilem, verbi gratia cubitum aut palmam. Deinde dedit cauſam in hoc, & d. quia quærunt menſuram, &c.t. & cùm inuenunt illud in illo genere, ponunt ipſum indiuiſibile ſecundum inſtitutionem. Deinde dicit, et hoc eſt ſimplex, &c.t. & menſura, cui aſſimilant alias menſuras, eſt illud, quod non diuiditur. in qualitate autem eſt illud, quod non diuiditur in qualitate: in quantitate vero eſt illud, qd nõ diuidit̃ i q̃titate. D.d. Vbi igit exiſtimatur, &c.t. & cũ accidit eis aliquo genere inuenire menſuram, in qua nõ eſt additio nec diminutio, illa mẽſura eſt apud nos menſura certa, quia eſt ſimilis menſuræ numeri certę ſimpliciter, quæ eſt vnum. Deinde dicit. Et poſitio eorum, &c.t. quoniam opinabantur ꝙ vnitas eſt prima menſura, ideo quærũ: ſimile et in alijs rebus. Deinde dicit. quoniam ex linea, & ex tali, &c.t. & cùm fuerint duæ menſurę diuerſę, cũ de maiori diminuit aliqd, aut addit̃ aliquid, latet diminutio et additio, magis quàm lateat additio, & diminutio in mẽſura minori. & quanto magis menſura fuerit minor, tanto magis apparebit additio & diminutio. & ideo menſurare per minorem mẽſuram ſemper eſt certius. Deinde d. ergo illud, i quo eſt impoſſibile, &c.t. ergo illud, in quo additio aut diminutio nõ eſt ſenſibilis, accipitur ab omnibus hominibus per menſuram in menſuratione rerũ humidarum, & in menſura grauitatis, & in mẽſuratione magnitudinum: &, cùm menſurant per talem menſuram, ſunt certi in cognitione quantitatis.

Ac etiam motum ſimplici & velociſſimo motu. minimum enim tẽpus hic habet. Quapropter in Aſtrologia tale vnum, pricipium & menſura eſt. motum enim ęqualem & velociſſimum cœli ſupponũt, ad quem cæteros iudicant. & in Muſica * primus ſenſibilis tonus, quia minimum. & in voce elementum. & hęc omnia ita vnum quiddam, non vt commune quiddam vnum, ſed vt prædictum eſt. * διαστ.

Caput

Caput Tertium. Menſuram vnam eſſe, & indiuiſibilem quo pacto ſit intelligẽdum: Eamq; ſemper eiuſdem generis eſſe. Et quo pacto ſcientia, ac tempus menſura rerum eſſe dicantur.

NOn ſemper autem menſura numero vnum eſt, verum aliquando plura. vt puta primi ſenſibilis toni duo, qui non ſecundum auditum, ſed in rationibus ſunt. & voces plures, quibus menſuramus. & diameter duobus menſuratur, et latus, et omnes magnitudines. Sic igitur menſura omnium vnum eſt, quia cognoſcimus ex quibus ſubſtantia eſt, aut ſecundum quantum, aut ſecundũ formam diuidentes. Et propterea vnum indiuiſibile eſt, quia primum ſingulorum indiuiſibile eſt. non tamen omnia ſimiliter indiuiſibilia ſunt, vt pes, & vnitas, ſed hoc quidem omnino, illud vero vult in indiuiſibilia ad ſenſum, vt iam dictum eſt. fortaſſis etenim omne continuum diuiſibile eſt. Semper autem menſura eiuſdem generis eſt. magnitudinum nanq; magnitudo, & ſecundum vnumquodq; longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocum vox, grauitatis grauitas, vnitas vnitatũ. ita enim accipere oportet, & non quòd numerorum numerus. At oportet, ſi ſimiliter. non tamen ſimiliter cenſet, ſed ac ſi vnitatum vnitates, & non vnitatem cenſeret eſſe menſuram. numerus enim vnitatum eſt multitudo.

Menſura ſem per eſt eiuſdẽ generis.

Et vtuntur hoc in motu ſimplici, & veloci propter paucitatem temporis. Et ideo in computatione ſtellarum vnum, quod eſt tale, eſt principium in menſura. eſt enim poſitũ apud eos quòd motus cœli eſt eodem modo, & valde velox etiam, & per illum motum iudicant de alijs motibus. & in Muſica dieſis, quod eſt neuma duorum punctorum, quod non diuiditur, quia eſt valde breuis. & in voce literæ. vnum enim in omnibus iſtis eſt hoc modo. vnum enim non eſt commune, ſed ſicut dictum eſt. Et non ſemper menſura eſt vnum numero, ſed forte magis. vt dieſis, quoniam ſunt duo, quæ non ſunt auditus, ſed in ſermone & vocibus, per quas menſurant, ſunt multæ. & diameter menſuratur per duo, & latus etiam. & ſunt aliquę magnitudines, & habent omnes magnitudines. Vnum igitur non eſt menſura omnium rerum, neq; omnium magnitudinum, quæ cognoſcuntur. & exiſtis eſt ſubſtantia, cùm diuidimus eam, aut per quantitatem, aut per formam. Et ideo vnum non diuiditur, quia eſt primum omnium rerum, quæ non diuiduntur. & non omne vnũ eſt indiuiſibile eodem modo, vt pes & vnitas, ſed quædam non diuiduntur omnino, & quędam volumus vt ſint idiuiſibilia per ſenſum, vt dictum eſt. quoniam omne continuum eſt diuiſibile. Et menſura ſemper eſt vnigenea. verbi gratia quoniam menſura magnitudinũ eſt magnitudo, & ſimiliter in vnoquoq; ſimplicium. longitudinis ergo longitudo, & latitudinis latitudo, et vocis vox, et grauitatis grauitas, et vnitatum vnitas. oportet enim accipi hoc mõ, nõ ꝩt numerorũ numer⁹. Et ſi oportet vt ſit ita, ſed non eſt neceſſe vt ſit ſicut hoc, ſed eſt neceſſe vt ſint mẽſura vnitates. numerus autem eſt multitudo vnitatum.

Et vtũtur hoc, &c.t. & ponunt motum ſimplicem, qui eſt velociſſimus omnium motuum, menſurã, per quam menſurant omnes motus. & iſte motus eſt motus cœli diurnus. tẽpus enim iſtius motus eſt minimũ omnium temporum. Deinde dicit. Et ideo in computatione, &c.t. & ideo menſurant motum orbium ſtellarum per iſtum motum, qui eſt principium omnium motuum. Deinde d. cauſam in hoc, & d. eſt enim poſitum apud eos, & cętera. adeſt, & faciunt hoc proprie de motu cœli diurno, quia opinantur quòd motus cœli non additur, neque diminuitur, & ꝙ eſt valde velox. & iſta ſunt neceſſaria in menſura, ſecundum ꝙ eſt menſura in vnoquoq; genere. Deinde dicit. & in Muſica dieſis. & intendit totum. Deinde dicit, & in voce literæ. t. quæ ſunt menſura dictionum. Deinde d. vnum enim in omnibus iſtis eſt hoc modo. t. eſt minimum in illo genere: & nõ eſt in eo additio nec diminutio. D.d. vnum enim nõ eſt commune. t. & vnum in vnoquoq; genere eſt proprium illi generi, quia nõ eſt vnum commune, ſicut dictum eſt. Et, cùm declarauit ꝙ vnum numero eſt prima menſura in vnoquoq; genere, declarauit ꝙ non vſitatur in quolibet genere vna menſura, ſed quandoq; duabus. ſed tamen, quia maior notificatur per minorẽ, deinde d. Et non ſemper vna menſura, &c. t. & menſura in quolibet genere non eſt vna, ſed inuenitur in vno genere plus q̃ vna mẽſura, ſed maior menſuratur per minorem. vt neumata compoſita, quæ menſurantur per plus vno neumate. & hoc non eſt in auditibilibus tantum, ſed in dictionibus, vt ſyllabæ pedes. Deinde dicit. Et diameter menſuratur per duo. t. & diameter circuli menſuratur per latus exagoni, & per alia latera cadẽtia in circulo. & ſimiliter latera per plus mẽſurantur vna quantitate diametri. Deinde dicit. Vnũ igitur non eſt menſura omnium rerum. t. & nõ eſt hoc vnum, quod in ſua natura ſit vnum, quod ſit menſura omnium rerum, niſi omnia haberent cãdem naturam. Deinde dicit. neq; omnium magnitudinum. t. neq; oẽs magnitudines habent vnum, quod menſurat omnes, & præcipue corpus: & maxime quando menſuramus ipſum quandoq; per quantitatem, & quandoq; partes eius, quæ ſunt ſecũdum qualitatem. Deinde d. Et ideo vnum non diuiditur, & cę. t. & in vnoquoq; eſt vnum quod non diuiditur: quia primum in quolibet genere debet eſſe indiuiſibile. & ſi non, non eſſet primũ. D.d. & nõ omne vnum eſt indiuiſibile eodem modo, & c.t. & non omnes vnitates, quæ accipiuntur ad menſurandum, ſunt indiuiſibiles eodem modo: ſed quædam ſunt indiuiſibiles ſimpliciter, & vnum in numero: & quędã per inſtitutionem, vt pes & palma: & quædã quia ſunt res indiuiſibiles in genere ſecundum pondus, vt grana ordei. Deinde dicit. quoniam omne continuum eſt diuiſibile. t. & diximus ꝙ quædam menſuræ non diuidũtur in ſenſum, quia naturales menſuræ ſunt de natura continui: & omne continuum eſt diuiſibile. Deinde dicit.

Mensura est vnigenea. Idem .4. Physico.119.

dicit. Et mẽsura semper est vnigenea, &c. & hoc, quod dixit, est manifestum, ſ. ꝙ vnum, quod mẽsurat in quo libet genere, est de natura illius generis. ga numeri nõ mensurantur per magnitudinem, neque magnitudines per vnitatem. Deinde dicit. oportet enim accipi hoc modo. ſ. vnum mensurat numerum secũdum ꝙ est cõpositus ex vnitatibus: non secundum ꝙ est numerus. numerus enim non mensuratur secundum ꝙ est numerus nisi per numerum. Deinde dicit. Et si oportet vt sit, &c. ſ. &, si numerus mensuratur per numerum, tamen non est necesse vt ille numerus mensurans mensuretur à numero, sed oportet vt mẽsuratio perueniat ad numerum, qui mensuratur per vnum, quoniam numerus est multitudo vnitatum. Et d. ꝙ mensura numerorum est vna, non vnitas, ad notificandum ꝙ mensura cuiuslibet rei est sui generis, adeo ꝙ mensura numerorum non est vnitas, sed vnum est mẽsura numerorum. Et intendit, vt reputo, ꝙ cùm sit ita in vno & vnitate, licet vnum denominetur ab vnitate, quanto magis in eis, quæ sunt diuersa in specie, vt vnum & numerus.

At scientiam quoq; & sensum mensuram rerum dicimus esse, propterea quia per ea aliquid cognoscimus. atqui mensurantur magis quàm mensurent. sed accidit nobis, ac si alio nos mensurante, cognosceremus quantinam sumus, eoq; toties nobis cubitalis mensura admota est. Protagoras autem hominẽ ait mensuram esse cunctorum, perinde ac si scientem, aut sentientem diceret. istos autem, quia habent, ille quidem scientiam, hic vero sensum, quæ dicimus obiectorum mensuras esse. nihil itaq; dicentes egregium, aliquid dicere videntur. Quòd itaq; vni esse (maxime secundum nomen, quod determinant) mensura quædam est, maxime proprie quantitatis, deinde qualitatis, manifestum est. tale autem erit, si hoc quidem secundum quantitatẽ, hoc vero secundum qualitatem indiuisibile sit. Quare vnum, aut simpliciter, aut prout est vnum, indiuisibile est.

Protagoras hominem aut mẽsurã esse cunctorum.

Et dicimus etiam ꝙ scientia est mensura rerum, & sensus propter eandem causam. scimus enim per ista aliquid. & si non magis dignum est vt mensurentur, q̃s vt mensurent. sed accidit nobis, quasi si aliquis mensuraret nos, sciremus cuius mensurę sumus per mensuram cubiti positam super nos. Et Protagoras dicebat ꝙ homo est mensura omnium rerum, scilicet per sciens & sentiens, quia alter istorum habet sensum, & alter scientiam. ideo dicimus ꝙ sunt mensurę rerum positarum. & quia nihil dicebant distinctum, nedum vt aliquid dixissent. Manifestum est igitur quòd essentia vnius magis est, et nomen, quod ponũt perfectus, est principaliter quantitatis, deinde qualitatis. & erit tale, alterum vero si fuerit indiuisibile secundum quantitatem, & alterum si fuerit ſm qualitatem. Et ideo vnum est indiuisibile, aut modo simplici, aut quia est vnũ.

Et dicitur ꝙ intellectus & sensus sunt mensuræ, intellectus vero rerum intelligibilium et sensus sensibilium, quia per ista cognoscuntur entia, & illud, per quòd cognoscuntur, est mensura. & hęc est causa cõmunis sensui & intellectui & vni. & si nõ dignus est vt entia mẽ furent scientiam & sensum, quàm vt mẽsurentur entia. non enim est mensura, nisi si entia sequerẽtur illud, qđ est in anima, vt d. Protagoras. cùm autem illud, quod est in anima, sequatur entia, necesse est vt entia mensurent animam. & nos apprehendimus quãtitatem eius, ꝙ existit in anima ex hoc. sicut si aliquis mẽsuraret hos per cubitum, tunc comprehẽderemus quot cubiti sunt in nos. Et hoc intẽdebat, cùm d. sed accidit nobis, &c. Deinde dicit. Et Protagoras dicebat, &c. ſ. quia opinabatur quòd verum est illud, quod omnes opinabãtur. adeo ꝙ si duo homines opinantur duo opposita in aliquo, ꝙ vtrunq; erit verum. opinabatur enim ꝙ verũ sequitur opinionem. Deinde dicit. ſ. per sciens, & sentiens. i. et diximus ꝙ homo est mensura, quia est sciens & sentiens. ſ. & dicimus hoc de scientę & sentiẽte, quia ista pars animæ habet sensum, & ista alia habet scientiam. Deinde dicit. & quia nihil dicebant, &c. i. & intuentes illos, qui locuti sunt de definitione vnius, absq; eo ꝙ distinxerunt ſm quot modos dicitur vnum. sic enim existimant dicere aliquid de definitione eius, & ipsum nihil dicunt. Et ideo dicit post, Manifestum est igitur ꝙ essentia vnius, & œ. i. &, cùm constet quòd ratum fuerit de vno, secũdum ꝙ distinximus, manifestum erit ꝙ essentia vnius, & intentio illius, quod est significatum à nomine perfecto in hoc genere, inuenitur modo priori, & simpliciter in vno, quod est in quãtitate, deide in vno, quod est in qualitate, & ꝙ vnum non habet vnum in omnibus rebus, neq; principium, sicut existimauerũt. Et hoc inuenitur in alia translatione sic. Illi autem, qui dicunt ꝙ sunt mensuræ positæ, opinantur aliquid dicere distinctum, vt sit magis per nomen vnius, per quod distinguunt, mensura primo vere quantitatis, et similiter qualitatis. tdest, & illi, qui definiunt vnitates, quia sunt mensuræ rerum mensurandarum, existimant aliquod rectum dicere cùm distinguunt illa, quæ significat hoc nomen. & cùm distinguunt, vident quòd per hoc nomen mensura & vnum metri significat quantitatem existentem in vera quantitate, ſ. discreta, deinde, in qualitate. et sic apparebit ꝙ illud, quod dixerunt, est falsum. Deinde dicit. & erit tale, &c. ſ. & vnum in prima mensura. quod autem existit in quãtitate, est illud, quod non diuiditur secundum quantitatem. & quod existit in qualitate, est illud, quod non diuiditur in qualitate, & præcipue substantiali. Deinde dicit. Et ideo vnum est indiuisibile, &c. ſ. aut secundum ꝙ est vnum, indiuisibile in substantia, aut secundum ꝙ est vnum indiuisibile in quantitate. Et in alia translatione. & ideo vnum est indiuisibile, secundum ꝙ est simpliciter, & secundum ꝙ est vnum. Et intendebat declarare ꝙ dimittere distinctionem huius nominis vnum, fuit causa in opinione opinantium ꝙ vnum, quod est in quantitate discreta, est substantia, et quòd est principiũ entiũ, et ꝙ numeri pp hoc sunt substãtię. Et hoc etiã fuit causa in opinione Auicen. ꝙ vnum, quod est principium numerorũ, est genus decẽ entiũ, tta ꝙ significant accidẽs cõe eis: qa ignorauit differẽtiã inter hoc nomẽ vnũ, qđ significat principiũ numeroꝝ, qđ. ſ. est in q̃titate, & hoc nomen vnum, quod est synonymũ huic nomini ens.

Auicen. ignorauit ꝙ vnũ, q̃ est principiũ numerorũ, ẽ aliud ab vno qđ ẽ synonymũ entis. 4. Met. c. 1. & infra cõ. 8.

Caput Quartum. Dubitationis solutio, an unum sit rei substantia, ipsiusq; ad ipsum ens comparatio.

SEcundum substantiam autem & naturam quonam modo se habeat quærendum

Dubitatio. Vide Auer. in Epit. Tractatu. 4.

dum est, quemadmodum in dubitationibus tractauimus, quidnam vnum sit, et quomodo de eo opinari oporteat. vtrum vt ipsum vnũ substãtia sit, quemadmodum Pythagorici dixerunt prius, & Plato posterius: an magis alia qua subijcitur natura. & quo modo oporteat notius dici. & an magis, sicuti Naturales. illorum enim quidã amicitiam ipsum vnum ait esse, quidam aerem, quidam infinitum. Si autem nihil vniuersalium possibile est substantiam esse, quemadmodum in sermonibus de substantia, & de ente dictum est, nec hoc ipsum, vt vnum quid præter multa, substantiam esse possibile est (commune nanq;) sed vt prędicatio solum, patet, quòd nec ipsum vnum. ens enim, & vnum vniuersaliter maxime de omnibus prædicãtur. Quare neq; genera naturæ quædam, & substantiæ à cæteris separabiles sunt: nec ipsum vnum genus contingit esse, propter eadem causas, propter quas nec ens. adhuc autem similiter in omnibus necesse est se habere.

Solutio.

Secundum autem substantiam et naturam perscrutemur quomodo est, quemadmodũ perscrutati sumus de quæstionibus difficillibus. & difficultas est quid sit vnum, & vtrum oportet existimare ipsum esse vnũ, sicut substantia alicuius, sicut dixerunt Pythagorici, & Plato post: aut est alia natura posita. & oportet cum hoc dicere sermonem magis clarum, vt dixerunt Naturales. quidam enim dixerũt ꝙ vnum est amicitia, & quidam finitũ, & quidam infinitũ. Sed, si sit impossibile vt aliquod vniuersalium sit substantia, sicut dictum est in sermonibus de substantia, & qui dicti sunt de ente, ergo hoc non est substãtia etiam. impossibile enim est vt aliquid sit præter multitudinem, quia est commune, sed quia est dictum tantum. manifestum est igitur ꝙ non est substantia, sicut non est vnum. i. &, cũ vniuersalia non sint substantiæ, manifestum est ꝙ ens commune non est substantia existens extra animam, quemadmodum vnum commune non est substantia, D. d. vnum enim & ens, &c. ſ. quoniam vnum & ens prædicamenta sunt vniuersalia, q̃ non habent esse nisi in anima. Et dixit magis: quia hoc nomen ens dicitur de pluribus entibus, à quibus dicitur hoc nomen vnum, vt cùm dicitur de significato rei. D. d. Ergo neq; genera, &c. ſ. & cùm vniuersalia non sunt substantiæ: ergo neq; genera sunt etiam substantiæ. D. d. & impossibile est vt vnũ sit genus propter illas causas. ſ. propter illas causas, per quas sunt impossibile vt vniuersalia essent substantiæ. D. d. neq; substantiæ sunt genera, &c. ſ. quia genera sunt vniuersalia. Deinde dicit. & etiam necesse est vt omnia sint similiter. ſ. omnia vniuersalia, siue fuerit vniuersalia substantiarum, aut vniuersalia accidentiũ.

Vnũ, & ens (ût vtrũ, quæ nõ habẽt esse, nisi in alia. Idem. 1. Met. cõ. 1. et quę ibi a Hoc nomẽ ens dr̃ de pluribus entibus, de quibus dicitur hoc nomen vnũ. Oppositum. 4. Met. te. 6. & infra hoc ipsum text. sequenti. Vide contra dictio. Zim.

Dicuntur autem æqualiter ens & vnum. Quare, cùm in qualitatibus sit aliquid ipsum vnum & aliqua natura, similiter autem & in quantitatibus, manifestum est quòd omnino quærendum est quidnam vnũ sit, sicuti quid ens: tanquam non sufficiens sit ꝙ hoc ipsum eius natura sit. at vero in coloribus est vnus color, vtputa album: deinde alij ex hoc ex nigro fieri videntur. nigrum autem priuatio albi est, sicuti tenebræ lucis. hæ autem lucis priuatio sunt. Quare, si entia colores essent, aliquis profecto numerus entia essent. sed quorum ? patet ꝙ colorum. & ipsum vnum esset vtiq; aliquid vnum, vtputa album. Similiter, si entia modulationes essent, numerus essent profecto. attamen primorũ sensibiliũ tonorũ, sed nõ numer⁹ esset substãtia ipsorũ. et ipsum vnũ vtiq; esset aliqd, cuius substãtia nõ ipsum vnũ, sed primus sensibilis tonus. Similiter aũt & in sonis elementorum essent entia profecto numerus, & ipsum vnum elementum vocale. Et si figuræ linearum rectarum, figurarũ profecto numerus essent, et ipsum vnũ triãgulũ. eadẽ vero ratio & in cęteris generibus est. Quare, si cũ in passionibus, qualitatibus, quãtitatibus, ac in motu numeri sint, et vnũ quod dam in ꝙmnibus, & ipse numerus aliquorum sit, & ipsum vnum aliquid vnum, non autem hoc ipsum substãtia eius sit, necesse est vt etiã in substantijs sic se habeat. similiter nanq; in oĩbus se habet. Quòd igitur in oĩ genere ipsum vnũ aliqua natura est, & ꝙ nullius hoc ipsum

vnum natura est, patet. quemadmodū. n. in coloribus ipsum vnū vnus color q̄rendus est, ita & in substantia vna substantia ipsum vnum.

Et ens dicit modis equalibus modis vnius. Cùm igitur vnum est i qualitatibus, & est alia natura, & hoc est in quātitatibus etiam, manifestum est ꝙ oportet vniuersaliter querere qd sit vnum, sicut ens: cùm i cognitione quod est hoc nō est sufficiētia. sed in coloribus est vnus color, vt albus: alij autem vidētur generari ex hoc & ex nigro. & nigrum est priuatio albi, sicut obscuritas priuatio lucis. hæc igitur priuatio lucis. Ergo, si entia essent colores, tunc entia haberent numerum, sed aliquorum. manifestum est igitur ꝙ essent colores, & vnum etiam, ſm ꝙ est vnum, si fuerit vnum, vt albū. Et similiter, si entia essent neumata, tunc diesis esset numerus. sed non componeretur ea substantia & vnum, ergo quodlibet est aliquid habens substantiam, non vnum, sed diesis. Et similiter in neumatibus etiam, si entia essent litteræ, numerus eorum esset vna littera vocalis. Et, si essent figuræ rectarum linearum, tunc numerus figurarum esset figurę, & vnum triāgulus. & idem sermo est de alijs generibus etiā. Ergo, si in passionibus, & in qualitatibus, & in quantitatibus, & in motu est numerus, & in omnibus vnū aliquod, & numerus est alicuius vnus etiam, & non est hoc in substantia, necesse est vt similiter sit in substantia etiam. est enim consimile in omnibus. Manifestum est igitur ꝙ vnum in quolibet genere est natura, & non est hoc vnum natura alicuius eorum. sed sicut in coloribus quærere vnum colorem est vnum, similiter in substantia etiā quærere vnam substantiā est vnū.

7 Et cùm dicatur vnū modis equalibus eis, quibus dicitur hoc nomen ens, sed differunt ſm modū: & in qualitate est vnum indiuisibile per naturam, & similiter in q̄ntitate: manifestum est quoniam tam oportet quærere quid sit vnum in ente. & hoc declarādo quid sit vnum primum in substantia, quod est indiuisibile in ea. D.d. cum in cognitione, &c. t. cùm non sufficit scire ꝙ in substantia est aliquid tale, sed & scire quid est illud, quod est vnum in substantia. D.d. sed in coloribus est, &c. t. apparet enim ꝙ in substātia est dispositio sicut dispositio in coloribus. quemadmodū igitur in coloribus est vnum indiuisibile ſm qualitatem, & est illud, ex quo componuntur alij colores, s. album, ita in substantijs dicetur esse aliquod tale. Et nō debet aliquis dicere ꝙ colores componuntur ex duobus, s. albo & nigro. cùm nigrum sit priuatio albi, sicut obscuritas est priuatio lucis. ergo nigrum coloribus non est principium, et mēsura nisi vnum. D. decreauit hoc & d. Ergo, si entia essent colores, &c. t. v.g. ꝙ, si omnia entia essent colores haberēt aliquem numerum, qui esset numerus colorum, et non numerus alterius, et haberent vnum numerans, s. vnū colorem. v.g. album. Et cùm d. sed aliquorum, intendit, sed est album numerus colorum, nō numerus simpliciter, sed neq; numerus alterius naturæ. D. induxit aliud exemplum, et d. Et similiter, si entia essent neumata, &c. t. & tunc numerus esset numerus neumatū tū, & diesis esset vnum numerans in eis. D.d. sed non componuntur, &c. i. sed tunc entia nō fierent ab vno, quod est substantia, neq; ab vno, quod est principium quantitatis, sed ab vno, qd̄ est diesis. D.d. ergo qd̄libet, &c. t. ergo entia fierent ab aliquo, quod habet naturam, & substantiam, non naturam vnius, ſm ꝙ est vnum, sed vnum, quod est diesis. D. induxit etiā aliud exemplū, & d. Et similiter in neumatibus, &c. i. & si entia essent dictiones, tunc vnum numerans esset litera vocalis: & illa litera esset principiū entium. Et similiter, si entia essent figuræ, tunc vnum numerans esset triangulus, & similiter cōtingit in alijs generibus entium. D.d. ergo in passionibus, &c. & cùm sit verificatum ꝙ in passionum prædicamentis, & qualitatum, & quātitatum, & motus sunt numeri, & in omnibus est vnum, quod est principium illius numeri, & est illud, quod non diuiditur in illa natura, et hoc nō apparet sensui in substātia, neq; vna substātarum vnitatum est apta vt sit principiū numerorum substantiæ, necesse est ſm hoc vt similiter sit in substantijs, s. vt in eis sit vnum, quod est principiū numeri eorum, et principiū sui esse. omne enim, qd̄ est principium esse, est principium numeri: & quod est principium numeri, est principium essendi. idem enim cōtingit ex hoc in omnibus generibus. Et hoc intendebat cùm d. est enim consimile in omnibus. D.d. Manifestū est igitur ꝙ vnum in quolibet genere, &c. t. et cùm hoc sit ita, sicut apparet ſm inductionem, manifestū est ꝙ vnum in quolibet genere est alia natura simpliciter naturæ illius generis: & vnum non est natura alicuius eorum, s. vnum vniuersale. D. dicit. sed sicut in coloribus, &c. t. quod est principium esse substantiarum est principium numeri eorum, quæ existūt in substantia. Et intēdit ꝙ, cùm hoc fuerit tam tam quod declaratū est in Phisicis, s. hoc esse primum motorem æternum, & absolutū ab omni materia, & declarant post ꝙ hoc non solummodo est principium tanquam motor, sed tāquam forma & finis, declarabitur ꝙ illud est vnum, de quo declarauimus sunt hoc, ꝙ est principium substantiæ sicut est declaratum ꝙ est actus vltimus, cui nō admiscetur potentia omnino.

Quòd autem idem quodam modo significat vnum et ens patet etiam ex eo, quòd ęqualiter sequitur prædicamenta, & in nullo est, nec in ipso quid est, nec in ipso quale, sed similiter se habet sicuti ens. Et ex eo, quòd in prædicatione vnus homo non addit aliquid aliud q̄ homo, sicut nec ipsum esse, præter quid est, aut quale, aut q̄tū, et vni esse est vnicuique esse.

Quoniā aūt intētio vnius est eadē quoquo mō cū intētione entis manifestū est, qm̄ modi cōsecutionis istorū ad p̄dicamenta sunt æquales, & quia essentia eorū nō est vna, neq; alterum solum, sicut est vnum in prædicamento, qd̄ dicitur qd. & in qualitate nō est vnum, sed sile sicut ens. Et quia nō additur p̄dicamento aliud, & vnus hō hoium, sicut neq; p essentiā, p̄ter quale, aut vbi, aut quantum, & illud, qd̄ est essentia vnius etiā, est essentia cuiuslibet.

Quoniam aūt hoc nomen vnū, & ens sunt synonyma, manifestum est ex hoc, ꝙ ęqualiter diuiduntur prędicamenta ſm ea. qm̄, sicut dicimus ꝙ ens diuiditur in substantiā, & q̄tum, et quale, et alia, ita dicimus ꝙ vnū aliud est substantia, & vnū quale. & sic de alijs. & hoc intendebat, cū d. qm̄ modi consecutionis, &c. Et Auic. d. ꝙ ens & vnū significant intentionē additā essentiæ rei. Non. n. opinatur ꝙ res est ens per se, sed per dispositionē additā ei: vt dicimus aliqd esse albū. vnum igitur & ens apud ipsum significāt accidēs in re. Et iam diximus impossibilia contingentia huic positioni in alijs locis, et post continget ei hoc, s. ꝙ illa dispositio, aut illud accidens per vnū est vnū & ens. Ens aūt est etiā vnū, & ens per aliquod additū, aut per se. si per additū, procedetur in infinitū. si per se, ergo cōcessum est aliquid esse vnū & ens per se. Sed deceperūt eū duo, s. quia opinabatur ꝙ vnū, qd̄ est principiū q̄ntitatis, est vnū, qd̄ est synonymū enti. & quia hoc vnū numeratur in accidētibus, existimauit ꝙ vnū, quod significat oīa p̄dicamēta, est accidens. Et etiam fuit deceptus, quia ignorauit differentiam inter hoc nomen ens, qd̄ significat genus, & quod significat verū. Quod. n. significat verum, est actus, & quod significat genus, significat vnūquodq; decem prędicamentorū multipliciter. D.d. & quia essentia eorū, &c. t. & qua essentię, & quiditates p̄dicamentorum sunt diuersę, & nō est in eis aliquod cōe, ita ꝙ vnū & ens sint tanq̄ genus. qm̄ si ita esset, tūc hoc nomen vnum nō significaret illud, quod significat in p̄dicamento substātię, aut qualitatis, aut q̄titatis prima significatione, & sine medio, sed significaret quemadmodū hoc nomen genus significat spēs mediante aliquo cōi. D.d. neq; alterū solum. i. neq; substantia vnius ex eis, q̄ sunt in quolibet p̄dicamento, est substātia. D.d. sicut est vnū in prædicamēto, quod dicitur quid, &c. t. sicut nō inuenitur aliqd, qd̄ sit vnū cōe p̄dicamento substātię & qualitatis, & aliorū prędicamētorū: sed dr̄ de eis principaliter & secundario, sicut dicit hoc nomen ens. Et, cū induxit has duas rationes super hoc, ꝙ hæc noīa vnū et ens significāt vnam essentiam, sed differunt ſm modum, induxit tertiam rationem, et dixit. Et quia nō additur, & cætera. idest, & signum eius est quòd, cùm aliquis dixerit de aliquo homine demōstrato esse vnū hominem, & esse hominem, nihil aliud induxit diuersum ab eo, nisi liget hoc nomen vnum per aliquod prędicamentum, verbi gratia vt dicat, quòd est vnus in vbi, aut vnus substantia, aut vnus in q̄to. & hoc intendebat, cū d. & illud, qd̄ est essentia vnius essentiæ cuiuslibet. Et nō intendit ꝙ ita noīa vnum & ens sunt idē oībus modis, sed intendit ꝙ significant idem ſm subiectū & diuersa ſm modū, & ideo deceptus fuit Auic. cū d. si hæc noīa vnū & ens essent synonyma cū hoc noīe res, nō esset verū dicere rem esse vnā. v.g. et, si vnus homo significaret hoiem, tunc dicere istum hoiem demōstratum esse vnum non esset enunciabile compositum ex prædicato & subiecto: sed dicere hominē esse vnū, esset sicut dicere hominem esse hominem.

Digressio cōtra Auic. de vno, reg. te in. 4. Me. com. 3. Impugnatio

Causa prima erroris Auicen.

Causa secda.

Ens & vnū significant decē prędicamēta sine medio. Vide cōsimile. 12. Meta. 19. & 20. c.

Documentū

Hinc sumitur p̄dicationem cuiusdē de seipso esse nugatoriā. Vid idem. 4. Metaphy. cō. 5.

8. Phis. t. 29. Primus motor est primus tanq̄ motor, & tanq̄ forma etiā. Idē. 12. Metā. cō. 18. 40. &c. t. et 1. de substantia orbis.

Summa Secunda. De Vno respectu multitudinis considerato: ubi de Contrarietatibus quamplura.

Caput Primum. De Vno, & Multitudine, ac ijs, quæ ad ipsa consequantur.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 5.



Pponuntur autem vnū & multa multis modis. quorum vno vnum & multitudo, vt indiuisibile & diuisibile. quod enim aut diuisum, aut diuisibile est, multitudo quędam dicitur. quod vero indiuisibile, aut non diuisum, vnum. Cùm autem oppositiones quatuor sint modis, & horum alius secundum priuationem dicatur, contraria erūt profecto, & neq; vt cōtradictio, nec vt ea, quę ad aliquid dicuntur. Dicitur autem ex contrario ipsum vnum, & significatur ex diuisibili indiuisibile, eò ꝙ magis multitudo, & indiuisibile sensibile est. Quare multitudo rōne prior q̄ indiuisibile propter sensum est.

Et etiam vnum & multū opponuntur sibi ſm situm multis modis. & vnus eorum est vnū & multū, vt diuisum & nō diuisum. vnū enim eorum ſm ꝙ diuiditur, dicitur multum. illud enim, quod non diuiditur, dicitur vnum ſm ꝙ non diuiditur. Ergo opposita ſm situm sunt quatuor modis. & vnus eorū dicitur ſm priuationem. sunt igitur contraria, & non dicuntur de contrario esse, sicut contradictoria, neq; sicut relatiua. Et scitur vnum indiuisibile per vnum diuisibile. multum enim est magis sensibile, & quod diuiditur est magis sensibile quàm illud, quod non diuiditur. Ergo sermo de multo est ante sermonem de indiuisibili propter sensum.

Intendit per opposita secundum situm quatuor opposita, & vnum opponitur plurimis magis q̄ secundum vnum modum modorum oppositorum quatuor. Deinde dicit. & vnus eorum est vnum & multum, vt diuisum & non diuisum. vnum enim est indiuisibile, multum autem diuisibile est. & hoc intendebat, cùm dixit vnum enim eorum, & cætera. idest, multum enim dicitur illud, quod diuiditur. vnum autem, secundum quòd est vnum, est illud, quod non diuiditur. Ergo opposita secundum situm, & cætera. idest, &, cùm dictum est in alijs locis quòd opposita sunt quatuor modis affirmatiua & negatiua, & cætera, manifestum est quòd vnum opponitur pluri secundum hunc modum, scilicet habitum & priuationem. indiuisibilitas enim est priuatio diuisibilitatis. Deinde dicit. sunt igitur contraria, & cætera. idest, multum igitur & vnum sunt contraria ea contrarietate, secundum quam sunt contraria priuatio & habitus. Et vocauit priuationem & habitum contraria, quia contraria vera reducuntur ad hoc genus. Deinde d. & non dicitur de contrario, &c. idest, & vnum & multum non dicuntur oppoſi, secundum quòd opponuntur sibi relatiua. Deinde dicit. Et scitur vnum indiuisibile, & cętc. et vnum opponitur pluri, secundum quod priuatio opponitur habitui. quia indiuisibilitas est priuatio diuisibilitatis, & diuisibilitas est quasi habitus. Deinde dedit causam in hoc, quòd diuisibilitas est manifestior indiuisibilitate, & dixit. multum enim est magis sensibile, & cætera. idest, & causa in hoc est, quia diuisibile est multum, & manifestius singulari, & etiam diuisibile est maius indiuisibile, & maius est manifestius minori: ergo concedere multum est ante concedere indiuisibile. & dixit hoc, ne aliquis dicat quòd multum est priuatio vnitatis.

Vt ſ. & multa sunt opposita ſm priuationem & habitum.

Item vnius quidem est (quemadmodum et in diuisione contrariorū descripsimus) idē, simile, et ęquale: multitudinis vero diuersum, dissimile, & inæquale est. Cùm autem idē multipliciter dicatur, vno qdē mō ſm numerū, qd̄ quoq; dicimus ipsū. Hoc vero si & rōne & nu-

mero vnum ſit. vtputa tu tibi ipſi & forma, & materia vnum. Item ſi primæ ſubſtantiæ ratio vna ſit. vt æquales lineę rectę eędem, & æqualia, et ęqualium angulorum quadrata, tametſi plura ſint, æqualitas tamen in eis eſt vnitas.

Et, ſicut deſcripſimus in diuiſione cõtrariorum, vnum habet idem, & ſimile, & æquale: & multũ habet diuerſum, & diſſimile, & inæquale. Cùm igitur dicitur idem multis modis, quorum vnus eſt numerus, quem forte dicimus idem. & etiam ſi fuerit vnum per definitionem & numerum. aut illud, quod dicitur idem ſm formam & numerum etiam. Et etiã, ſi definitio, quæ eſt ſubſtantiæ, fuerit vna. ut dicitur cp lineæ æquales ſunt lineæ rectæ idẽ. & ſimiliter figuræ quadrangulę ęquales, quoniam anguli earum ſunt ęquales. qm & ſi ſint plures, ſed tamen æqualitas in iſtis eſt vna.

10 Et iam numerauimus, cùm diximus propria oppoſitorum, & diximus cp idem et ſimile, i. in quo non eſt diuerſitas ſm qualitatem, & æquale, in quo non eſt additio neq; diminutio ſunt, propria vni, et cp oppoſita iſtis, ſ. diuerſum, & diſſimile & inæquale ſunt propria pluri, vnum igitur opponitur pluri ſecundum iſtos modos. D. d. Cùm igitur dicitur idem multis modis, i. &, quia iam prædiximus cp idem dicitur multis modis, neceſſe eſt vt vnũ opponatur pluri omnibus iſtis modis. Quorum vnus eſt, vt exiſtimant quidam, ſ. cp entia non diſtinguuntur adinuicem, niſi propter hoc, cp ſunt numerus. et ſecundum hoc demonſtratum eſt vnum, quia diſtinguitur per vnitatem numeralem, quæ eſt ipſum. & ſimiliter multum demonſtratum nõ eſt multũ niſi per multitudinem numeralem, ita cp hæc dictio duo demõſtrata non ſunt duo niſi propter dualitatem numeralẽ. & ratiocinabantur ad hoc ex hoc, cp alij dixerunt, ſ. cp numerus eſt prior naturaliter numeratis, & vnitas numeralis vno. Cõtinuum autem videtur eſſe vnum per vltima terminãtia, qm corpus terminatẽ à ſuperficiebus, & ſuperficies à lineis, & linea à punctis. D. d. & etiã, ſi fuerit vnum ſm definitionem, & cæ. i. & dicitur vnum illud, quod eſt vnum ſecundum formam & materiam, vt Callias demonſtratus. quoniam forma eius eſt vna, ſ. indiuiſibilis: & ſimiliter materia eius. D. d. Et etiam ſi definitio, quæ eſt ſubſtantiæ, & c. i. & etiam illa, quæ conueniunt in definitione ſubſtantiali, dicũtur vnum. vt dicitur cp lineæ rectæ ſunt æquales econtrario de lineis non rectis, aut de rectis cum non rectis. linea enim arcualis non poteſt æquari lineæ rectæ, neq; non recta non rectę. D. d. & ſimiliter qui definit figuras rectorũ angulorum, quia ſunt illæ, quæ habẽt quatuor angulos æquales. D. d. quoniam etſi ſint plures, & c. i. quoniã figurę habẽtes quatuor angulos rectos, & ſi habẽt plures ſpecies, tamen conueniunt in hoc, quòd anguli earũ ſunt æquales. & ſimiliter lineæ rectæ, & ſi habent plures ſpecies, tñ conueniũt in hoc, cp recipiũt æqualitatẽ.

Linea arcualis nõ poteſt æquari lineæ rectæ, neque non rectus rectæ. vide Oppoſita ſm prædicamenta vbi de ſecundã circulũ ſcibilitẽ non dum tñ ſcitã. Vide contra dicta. Zum.

Similia vero, ſi cùm non ſint eadem ſimpliciter, nec ſecundum ſubſtantiam ſubiectam in differentia, ſecundum formam eadem ſint. quemadmodum maius quadratum minori ſimile eſt, & lineæ inæquales. hę enim ſimiles quidem, verum non eædem ſimpliciter ſunt. Quædam vero, ſi cum eandem formam habeant, in quibus magis & minus ſit, neq; magis neq; minus ſit. Quædam autem, ſi eadem & vna ſpecie paſſio ſit. vt valde album & minus, ſimilia eſſe aiunt, quia vna ſpecies eorum eſt. Quædam vero ſi plura habet eadẽ quam diuerſa, aut ſimpliciter, aut quæ in promptu ſunt. vt ſtannum argento quam auro: aurum vero igni, put flauus & ruſus eſt. Quare manifeſtum eſt cp diuerſum, & diſſimile multipliciter dicuntur. Aliud cp & idem oppoſitę. Vnde omne ad oẽ, aut idem, aut aliud eſt. hoc vero, niſi ſit & materia & ratio vna (quare tu & propinquus diuerſum) tertium autem, ſicut illa, quæ in mathematicis ſunt. Diuerſum igitur aut idẽ ideo omne ad omne dicitur, quòd quæque vnum & ens dicuntur. non eſt enim contradictio ipſius eiuſdem. Quare non dicitur de non entibus (at non idem dicitur) ſed de omnibus entibus. aut enim vnum, aut nõ vnum natura aptum ens, & vnũ eſſe. Diuerſum igitur & idem ita opponuntur.

Et dicuntur conſimilia, cùm non fuerint idem ſimpliciter, & non fuerint diuerſa per lineam compoſitam ſecũdum formam, & fuerint idem. verbi gratia cp quadrãgulus maior eſt cõſimilis quadrangulo minori, & lineæ, q̃ ſunt inæquales, etiam ſunt cõſimiles. Quædã autem ſunt eadem non ſimpliciter, ſed habẽt formam, quæ eſt eadem, & eſt in eis magis & minus, cũ non fuerit magis & minus. Et quędam, quãdo paſſio fuerit eadem in forma. vt album valde, & minus dicuntur conſimilia, quia forma eorum ſemper eſt vna. Et quædã, quando in eis fuerint idẽ magis, q̃ diuerſa, aut ſimpliciter, aut facilis eſſe. vt ſtannũ argento & auro, quia eſt ruffum & igneum Ergo manifeſtum eſt cp diuerſum etiam et diſſimile dicunt multis modis. Et aliud autẽ & idẽ dicunt ſm opinionẽ in ſitu. Et ideo omne dicitur aut idẽ aut aliud. & q̃dam, cũ materia & definitio nõ fuerit vnũ (& ideo oppoſitũ etiã eſt diuerſum) et tertiũ ẽ ſicut illud, qd̃ eſt i mathematicis. Diuerſum. n. aut idẽ pp hoc vtrũq; i reſpectu vniuſcuiuſq; alioꝝ, et eſt omne, qd̃ dicitur vnũ & ens. nõ. n. cõtradictorie eſt idẽ. Et ideo nõ dr̃ in eis, q̃ nõ ſunt (nõ idẽ aũt dr̃) in oĩbus vero entibus dicitur. qm̃ vnum aut eſt vnum naturaliter, aut multum. vnum enim dicitur de ente naturaliter, & de ente per accidens, i. vnũ artificiatũ, ſicut ſcãnum, aut erit vnũ naturaliter, aut nõ erit, & ens vnum. Et diuerſum & idem ſm hoc opponuntur ſibi in ſitu.

Cùm declarauit cp vnũ, et multũ opponũtur ſm oppoſitionẽ eiuſdẽ, & diuerſi, et ſimilis & diſſimilis, et declarauit ſm quot modos opponuntur ſimile & diſſimile, idem & diuerſum, vult etiam declarare ſecũdum quot modos opponuntur, & d. Et dicuntur conſimilia, & c. i. &

i. & dicũtur conſimilia, cùm non fuerint idem ſecũdũ formã, neq; etiam fuerint diuerſa ſm formas per diuerſitatem linearum, ex quibus componuntur. vt diuerſitas trianguli à quadrato. Deinde dedit exẽplum, & d. verbi gratia quòd quadrangulus maior, & minor, qui ſunt conſimiles in forma. Et in alia translatione. verbi gratia, quoniam quadrangulus magnus eſt ſimilis quadrangulo paruo. i. quoniam figurę proportionales non ſunt eędem. v. g. quoniam duo quadranguli ęquales dicuntur eſſe idem, & non dicuntur eſſe conſimiles. & ſimiliter non dicitur cp quadrangulus, & figura oblonga rectorum angulorum & æqualium laterum ſunt cõſimiles. D. d. & lineæ, quę ſunt inęquales. i. & lineę rectæ non æquales in iſtis figuris cõſimilibus ſunt etiam conſimiles, i. proportionales. D. d. Quædã aũt ſunt eadem non ſimpliciter, & c. i. & dicuntur proportionalia illa, quę conueniunt in formam non ſimpliciter, ſed cõueniunt in forma ſm magis & minus. D. d. Et quędã, quando paſſio, &c. i. & dicuntur conſimilia illa, quorũ paſſiones, i. qualitates ſunt eædem in forma, ſed diuerſantur ſm magis & minus. v. g. illa, quę conueniunt in albedine, ſed diuerſantur ſm magis & minus. Dicũtur enim conſimilia alio modo à primo: qm̃ ſubiecta diuerſantur ſm magis & minus ſm accidentia, & illa diuerſantur ſm magis & minus in hoc, cp ſunt decem prædicamenta. D. d. & quędã, qm̃ in eis, & c. i. & dicũtur cõſimilia illa, in quibus diſpoſitiones conuenientes ſunt magis & minus diuerſæ, aut ſimpliciter, aut quia poſſunt eſſe per artificium conuenientia in pluribus diſpoſitionibus leuiter, & facile. vt ſtannum et argentum: qm̃ per artificium poſſunt eſſe conuenientia in pluribus diſpoſitionibus, ita cp exiſtimabitur ſtannum eſſe argẽtum. et ſimiliter cuprum cum auro. D. d. Ergo manifeſtum eſt cp diuerſum, & c. i. & cùm diuerſum opponitur eidem, & idem dicitur multipliciter, manifeſtũ eſt etiam cp diuerſum dicũ multipliciter. & ſitr̃ ſi conſtat dicti multipliciter, manifeſtũ eſt cp diſſimile dicti multipliciter. D. d. Et aliud aũt, & idem, & c. i. & diuerſum aũt & idẽ ſunt oppoſita ſm poſitionem, ſ. cp, cũ alterũ ponitur, auferẽtur reliquum. D. d. & quędam cum materia, & definitio non fuerit eadem. i. & quædã q̃ſr̃ diuerſa, qm̃ diuerſantur in materia & forma. & hoc eſt oppoſitũ eidem, ſ. vno in materia & forma. D. d. & ideo oppoſitũ etiã eſt diuerſum. i. et ideo oppoſitum huic modo vnius eſt nõ vnus. Et intendit cp iſte modus nõ dicitur in verum & falſum, niſi inter duo exiſtentia. D. d. & tertiũ eſt, ſicut illud, quod eſt i mathematicis. i. & tertius modus, in quo inueniuntur iſte modus poſitus, ſ. idẽ & diuerſum, eſt illud, quod eſt in mathematicis. vt dicimus ſimile aut diſſimile. D. d. Diuerſum autẽ, & idẽ propter hoc, & c. i. & ideo diuerſum & idem non opponuntur, niſi inter duo exiſtẽtia, qm̃ oõ parantur vnum ad alterũ. D. d. & eſt omne, quod dicitur vnum & ens. i. vnum autem, quod eſt ſynonymum cum ente, nõ opponitur ei, qd̃ eſt nõ vnũ: qm̃ diuerſum eſt illud, qd̃ dicitur i reſpectu vnius ad vnũ: & ideo nõ opponitur vni hoc, qd̃ dicitur hoc nomen ens, cũ dicimus aut eſt ens, aut non eſt ens, ſed opponitur omne, qd̃ eſt præter illud de entibus, vt dicimus, aut eſt vnum aut multum. Et cùm d. cp vnũ, qd̃ eſt ſynonymũ cũ ente, opponi multo, dem de dedit cùm in hoc, & d. qm̃ vnũ, aut eſt vnum naturaliter, aut multũ, & c. i. & eſt neceſſe vt omne ens ſit aut vnum naturaliter, aut multum. qm̃ omne vnũ, aut eſt vnũ naturaliter, aut multũ. vnũ. n. per artificiũ, vt ſcãnũ eſt multũ. quia eſt vnũ per accidens: et vnũ per accidens eſt multũ. & ideo dimdit verũ & falſum de omni dictione ſm hoc ſignificatũ huiꝰ nois vnũ. aut eſt vnũ aut multũ. ſcamnũ. n. eſt multũ, nõ vnum naturaliter. D. d. & ens vnum. i. naturaliter. D. d. Et diuerſum, &

Scamnũ eſt multum, non vnũ naturaliter. Vide ſupra c. 6. i.

Diuerſum, et differens differunt.

idem, & c. i. & idem, & diuerſum ſm hoc opponuntur ſibi perfecta oppoſitione, cõtrario de eodem & diuerſo, quę dicuntur in reſpectu alicuius ad aliud vnum.

Differentia vero & diuerſitas aliud eſt. diuerſum nanq;, & illud, à quo diuerſum, nõ eſt neceſſe aliquo eſſe diuerſum. omne etenim, quodcunq; fit ens, aut idem, aut diuerſum eſt: differens vero ab aliquo, aliquo differens eſt: quare neceſſe eſt aliquid idem eſſe, quo differãt. hoc vero idem, aut genus, aut ſpecies eſt. omne nanq; differens, aut genere, aut ſpecie differt. genere qdẽ, quorũ nõ eſt cõmunis materia, neq; mutua generatio, vtputa, quorum alia prædicationis figura eſt: ſpecie vero, quorum idem genus. dicitur autem genus, quo ambo q̃ differunt, ſm ſubſtantiã idẽ dicuntur.

Diuerſitas autẽ et alietas alio modo. diuerſum enim, & illud, cuius eſt diuerſum, non eſt neceſſe vt ſit diuerſum à re. omne enim ens aut eſt diuerſum, aut idem: quod autem differt ab aliquo per aliquid differt: ergo eſt neceſſe vt ſit aliquid idem, per quod non differt. & hoc eſt genus aut forma. omne enim differẽs differt per genus, aut formã. ſm genus autẽ illa, quę non habent materiam communem, neq; generantur ex inuicem, vt omnia, quorũ figura prædicamenti eſt alia: per formam vero illa, quorum eſt genus idem. et dicitur genus illud, quod eſt idem per ſubſtantiã oĩa differẽtia.

Diuerſa autem, & non diuerſa opponuntur ſibi alio modo ab eo, ſm quem opponuntur idem. D. in prædicamento differẽtiam, & d. diuerſum enim, & c. i. diuerſum eſt opponitur eidem, nõ eſt de capitulo ad aliquid, quia cp ſit diuerſum ab aliquo, vt differens eſt differes ab aliquo, & conuenies alicui cõuenienti. D. d. omne, n. ens. i. omnia enim duo entia aut ſunt diuerſa, aut idem. D. d. illud autem, quod differt, & c. i. et quia differens differt per aliquid, neceſſe eſt vt illud quod non differt conueniat cum illo, per quod fiunt differentia. et vt illud, per quo conuenit, ſit illud, per quod differt. Strigitur ſingulum conuenientia cõueniunt ſm genus, aut ſm formam. Et eſt ſe eſt vt illa, quæ differunt, & differãt aut ſm genus, aut ſm formã. D. d. ſm aũt genus illa, quę nõ habent &c. i. & illa, quę differũt ſm genus, ſunt illa, quæ nõ habent materiam communem, in qa tranſmutatur adinuicem. D. d. hoc, quia illa, quæ tranſmutantur adinuicem, habent materiam communem. D. d. vt omnia, quorum ſunt ſumma prędicamenti eſt alia. i. vt omnia, quę ſunt ſub diuerſis prædicamentis. vt linea, & album. iſta enim non cõueniunt in aliquo genere, quia vnum et ens nõ ſunt genera vera, & ideo nõ tranſmutantur adinuicem. D. d. per formam vero, & c. i. illa enim, quæ differunt per differentias formales, ſunt illa, quorum genus eſt vnũ. Deinde deſcripſit ipſum genus. et d. et dicit genus, & c. ideſt, & dicitur genus illud, quod eſt prædicabile de diuerſis, ſecundum quod eſt vnum quodq; eorum. iſta enim eſt diffinitio prædicabilis ſubſtantialis.

Et in quę tranſmutantur adinuicem, habent materiam cõmunem. 1. de Generatione. 49. & 51.

Cõtraria vero differẽtia ſunt, et cõtrarietas q̃dam differentia eſt. Quòd aũt recte hoc ſit ponimus ex inductione patet. Cũcta. n. differre videtur, & nõ ſolũ diuerſa eſſe, ſed q̃da ſm

genus diuersa, q̃dã in eadẽ prædicationis co-
ordinatione. quare & quę eadem specie in eo
dem genere sunt. determinatũ autem in alijs
est, quæ eadem, aut diuersa genere sunt.

Caput Secundum. Contrarietatem differentiam esse perfectam: et quomodo differant ipsa contraria.

Hinc sumi solet definitio contrariorũ. Vide Auer. in Epit. Tra ctatu. 3.

CVm autem contingit inuicem differre, quæ differũt, & plus & minus, est etiam quædam maxima differentia. & hanc dico cõtrarietatem. Quòd autem maxima differentia est, manifestum est ex inductione. Quæ. n. genere differunt, nõ habent ad se mutuo viã, sed plus distant, et non conueniunt. illis vero, quæ specie differunt, generationes ex contrijs tãquam ex vltimis sunt. distantia vero vltimorum maxima est, quę etiam contrariorũ. Atqui quod maximum est in quoque genere perfectum est. etenim Maximum est, cuius non est excessus. Perfectum vero, extra quod non est possibile aliquid habere. finem nanq; habet perfecta differentia. quemadmodum cætera perfecta dicuntur, eò quòd habeant finem. extra finem autem nihil est. vltimum enim in re omni est, et cõtinet. quare nihil extra finẽ est, nec indiget aliquo, q̃d perfectũ est.

Maximũ q̃d. Perfectũ q̃d.

Quoniam autem & contrarietas est aliqua diuersitas, manifestum est ex sequentibus q̃ bene fuit hoc positum. omnia enim videntur esse differentia, & non illa, quæ sunt diuersa tãtum. sed quædam sunt diuersa secundum genus, & quædam per ordinem vnius prædicamenti. ergo sunt in eodem genere, & sunt eadem secũdum genus. & determinatum est in alijs locis, quæ sunt ſm genus idẽ, aut diuersa. Cũ igitur pol'e est vt differant abinuicem differentia maiori & minori, manifestũ est q̃ aliqua differẽtia maxima est. Qm̃ illa, q̃ differũt ſm genus, impol'e est vt sint ex inuicẽ, sed distant magis, & non conueniunt. illa autẽ, quę differunt ſm formã, generantur ex cõtrarijs, quia sunt maiora: & distantia aliarũ rerum est maxima distantia: ergo distantia contrariorũ est. Sed maximũ in quolibet genere est perfectum. Maximũ. n. est illud, cui nõ est additio. Perfectum vero, extra q̃d nihil est. diuersitas enim habet perfectionem. sicut alia etiam dicuntur perfecta, quæ habent complementum. & complementum est, extra quod nihil est. vltimum enim est in ente, & est continẽs. & ideo nihil est extra complementum, & cõplementum nullo indiget omnino.

13 Quoniam autem bene posuimus q̃ cõtraria & contrarietas est aliqua differẽtia, manifestum est ex sermone sequenti, s. ex inductione. D.d. omnia enim videntur, &c.t. apparet enim q̃ omnia, quę dicuntur esse differentia, & non conuenientia, non dicit hoc in illis, quę sunt diuersa simpliciter, sed in eis, quæ sunt diuersa ſm genus, aut diuersa ſm formam tãtum, sed quædam ſm genus, quędam ſm formam. D.d. ergo sunt in eodem genere, &c.t. ergo illa, quę sunt differẽtia, sunt quæ nõ cõueniunt in eodem genere, & quæ sunt conuenientia conueniunt in eodem genere. D.d. et determinatũ est in alijs. t. distincti sunt supertus modi rerum, quæ sunt eædem ſm genus, aut diuersæ ſm genus. D.d. Cũ igit possibile est, &c.t. &, cùm possibile est vt res differant abinuicem magna differẽtia & parua, manifestum est q̃ differentia, quæ est in fine, est maxima differentia. D.d. quoniam illa, quæ differunt ſm genus, &c.t. illa vero, quæ differunt in genere, non agunt in se inuicem; neq; sunt contraria, sed distant ab inuicem, & in rei veritate non sunt differentia. differentia enim agunt in se inuicem, illa vero, quæ differunt ſm formam, aut sunt contraria, aut sunt illa, quorum generatio est ex contrarijs, & sunt contraria, quæ contraria sunt maioris distãtiæ in esse, quemadmodum illa, quę sunt differentia prima in loco, sunt illa, quorum distantia est maxima. Et debes scire q̃ hæc definitio est contrariorum propter contrarietatem, quæ est in loco. distantia enim in loco est maxima, s. centri ad circunferentiam. & ista distantia est causa in contrarietate substantiarum corporum propriorum istis locis. et ideo dictum est in definitione contrariorum simpliciter, q̃ sunt illa, inter quę est distãtia in esse maxima. D.d. Sed maximum, &c.t. si distãtia maxima in quolibet genere. s. distantia in loco, & distantia q̃ qualitate, & forma est perfecta. D.d. Maximũ enim est illud, cui non est additio. t. & illud, cui non est additio. t. et illud, cui nõ põt fieri additio, est cõplementum. D.d. & cõplemẽtũ est, extra quod nihil est. t. & illud, extra quod nihil est, est cõplemẽtũ. ergo distãtia, quæ est inter res contrarias & differentes, est distãtia complera. D.d. & est continẽs, s. complemẽtũ. & ideo nihil est extra complemẽtũ. t. quia est continẽs, et complementum nullo indiget omnino, t. nullo addito.

Documentũ Idẽ. 8. Met. com. 4. Cõtrarietati locus est sola in contrarietate. l. distantia corporũ, appropriatis istis locis Oppositum. s. h. cõ. 10. vbi nõ cõcedit contrarietatem absq; in subiecto. Vide dicto. 2. in.

Quòd igitur cõtrarietas est differentia perfecta, ex his patet. Cùm autẽ multipliciter dicantur contraria, ita perfectum sequitur, sicuti eis ineſt esse contrarijs. His autem existentibus, patet quòd non contingit vni plura contraria esse. nec enim vltimo vlterius aliqd erit, nec vnius distantiæ plura, quàm duo vltima. & omnino si contrarietas differentia est, differentia vero duorum est, ergo & ipsa perfecta. Necesse autem alias contrariorum definitiones veras esse. etenim plurimum differt perfecta differentia. Nanq; non est aliquid sumendum extra ea, q̃ & genere differunt, & specie. ostensum est enim quòd ad ea, quæ extra genus sunt, non est differentia. horum autẽ hæc maxima est. Et quæ in eodem genere plurimum differunt, contraria sunt. maxima enim horum differẽtia est, quæ perfecta est. Et quæ in eodem susceptiuo plurimum differunt, cõtraria sunt. materia enim eadem cõtrarijs. Et quæ sub eadem potentia plurimum differũt. etenim scientia circa vnum eorum genus vna, in quibus perfecta differentia, maxima est.

Quòd igitur differentia completa cõtrarietas est, manifestum est ex istis. Et, cùm cõtraria

ria dicũtur multis modis, accidit eis vt sint cõpleta hoc modo, ſm q̃ est eis essentia, vt sint contraria etiam. Et cùm ita sit, manifestum est q̃ impossibile est vt vnum habeat multa contraria. nullum enim est magis posterius q̃ postremum. & vna dimensio non habet plus q̃ duo vltima. et vniuersaliter, si diuersitas est differentia, & diuersitas est duorum, ergo & cõplementum etiam. Et necesse est etiam vt definitiones contrariorum postremæ sint veræ. diuersitas enim completa habet diuersitatem maximam. impossibile est enim vt aliquid sit magis distans in diuersis ſm genus & formã. Declaratum est igitur q̃ diuersitas non est in eis, quæ sunt extra genus, & q̃ hoc in eis est maximum. Et q̃ maxime diuersa in vno genere sunt contraria. diuersitas enim maxima in istis est diuersitas completa. Et etiam differentia maxima diuersitate, quæ sunt in eodem genere. materia enim est eadem contrariorũ, et q̃ sunt in eadẽ potẽtia sunt diuersitate maxima diuersa. eadem enim scientia est in eodẽ genere, & in eis est cõpleta diuersitas, & maxima.

14 Manifestum est igitur ex sermonibus prædictis, s. q̃ diuersitas, quæ est in cõtrarietate, est diuersitas, cui nõ possibile est addere in illo genere, neq; vt aliquid illius generis sit extra illud. & quod est tale, est completum in distantia: ergo contrarietas est diuersitas completa. D.d. Et cùm contraria dicuntur, &c.t. &, cùm sit declaratum q̃ cõtrarietas est diuersitas completa, ſm q̃ est contrarietas: contraria autem dicuntur multis modis, vt dictum est superius: manifestum est q̃ diuersitas inter modos eorum debet esse completa ſm essentiam cõtrarij, ſm q̃ est contrarium. quoniam, si fuerit in loco, tũc diuersitas in loco erit perfecta. et, si fuerit in forma, tunc diuersitas in forma erit completa. et, si sunt in qualitate etiam erit completa. Et, cùm declarauit hoc, incœpit declarare q̃ contrarium vnum habet contrariũ. & hoc vtitur in cœlo et mundo tanquam sumpto, et d. Et, cùm ita sit, manifestum, &c. et hoc intellectũ est per se. D.d. demonstrationem, & d. quoniam non aliquid erit, &c.t. quoniam positum est q̃ contrarium est in extremo vltimæ distantiæ: & vltimum non est nisi vnũ, quemadmodum & primum: & ideo d. & distantia nõ habet plura q̃ duo, scilicet q̃ duo vltima, s. principium & finem. D.d. & vniuersaliter, &c.t. & vniuersaliter, si contrarietas est diuersitas, & diuersitas est duorum, manifestum est q̃ diuersitas eorum est completa. D.d. Et necesse est etiã, &c.t. manifestum est ex hoc sermone q̃ definitio contrariorum cõuenit diuersis, maxime in eodem genere. contraria enim sunt illa, quorũ diuersitas est completa: & diuersitas completa est posit q̃ nõ est maior: & nulla diuersitas est maior q̃ illa, quæ sunt in eodem genere: quoniam inter illa, quæ sunt diuersa ſm genus & formam, non inuenitur magis distans & magis propinquum, s. quoniam inter illa nõ accidit cõparatio, sicut non accidit mẽsura inter diuersas magnitudines in genere. D.d. Declaratum est igitur, &c.t. declaratum est igitur q̃ non inuenitur diuersitas completa in eis, quę non sunt in eodem genere. quoniam diuersitas, quæ est inter illa est maxima. Et est declaratum etiam, q̃ illa, quæ maxime differunt in eodem genere sunt contraria. & est econtrario sermoni dicenti q̃ con-

t. cœ. t. c. 10.

2. Inter illa, quę sunt diuersorum generũ, nõ accidit cõparatio. Idẽ 1. Phy. tex. com. 27.

traria sunt in eodem genere, et quòd sunt maxime differentia in illo genere. Deinde dicit. Et etiam differentia, &c. t. & etiam est declaratum q̃ illa, quæ maxime differunt, sunt in eodem genere, et q̃ differentia eorum est completa. Deinde dicit. materia enim eorum contrariorum, &c. t. & significat q̃ illa, quæ sunt in eodem genere, sunt contraria, hoc, q̃ materia recipit cõtraria, & q̃ illa, quæ sunt in potentia in eodem loco sunt diuersa maxima diuersitate. & ideo eadẽ est scia cõtrariorũ.

Caput Tertium. Primum contrariorum esse priuationem & habitum: omnemq; contrarietatem priuationem esse, & nõ econtra.

PRima vero cõtrarietas habitus & priuatio ẽ. nõ tñ ois priuatio (multipliciter. n. priuatio dr̃) sed q̃cunq; pfecta sit. Cætera vero contraria secundum hæc dicentur, quædam, eò quòd habeant: quędã, eò quòd faciant, aut factiua sint: quædam, eò quòd accipiant, abijciant hæc, aut alia contraria. Si opponuntur itaq; contradictio, priuatio, contrarietas, & ad aliquid: horum autem primum contradictio: contradictionis vero nihil medium est, cõtrariorum autem contingit: patet quòd nõ idem est contradictio & cõtraria. Priuatio vero quę dam contradictio est. aut enim quod omnino impossibile est habere, aut quod, cùm natura aptum habere sit, nõ habeat priuatum est, aut totaliter, aut modo quodam determinatũ. multipliciter enim hoc, vt in alijs diuisum à nobis est, dicimus. quare priuatio quædam contradictio est, aut impossibilitas determinata, siue simul accepta cum susceptiuo. Ideo cõtradictionis quidem non est medium, sed priuationis alicuius est. omne enim, aut æquale, aut non æquale. æquale vero, aut inæquale non omne, nisi solũ in susceptiuo æqualitatis.

Vide Auer. in Epit. Tractatu. 3.

Et prima contrarietas est habitus & priuatio. & nõ omnis priuatio (quoniam priuatio dicitur multis modis) sed illa quę est perfecta. Alia vero contraria dicuntur de talibus istis: quædam enim, quia habent; & quædam, quia aguht, & quia habent agentia: & quædã, quia sunt diminutio, & etiam ista & alia contraria. Et si opponuntur ſm oppositionem contradictoria, & contraria, & priuatiua, & relativa: & contradictoria sunt prima istorum; & non est medium contradictoriorum. contraria vero possunt habere medium: manifestũ est igitur quòd contradictoria & contraria nõ sunt idem. Priuatio autem est cõtradictio quoquo modo. quoniam, si illud, quod non habet potentiam vt omnino sit, & illud, quod non habet istud, quod naturaliter debet habere, est priuatio, aut vniuersaliter, aut aliquo modo singulari. quoniam hoc dicitur multis modis, sicut diximus in alijs locis. ergo priuatio est

contradictoria, quę distincta est sine potentia accepta cum recipiente. Et ideo nō est mediū inter cōtradictoria, alia autem priuatio habet medium. quoniam equale illud, quod non est æquale. æquale vero totū, & inæquale, si fuerit in receptione æqualis.

15 Et prima contrarietas, &c. & d. hoc, quia opposita fm habitum et priuationē precedunt naturaliter opposita fm contrarietatem. Omnia enim contraria opponuntur fm priuationem et habitum: quia vltius cōtrariorum accidit ei vt sit perfectionis priuatio: & declaratum est in Physicis q̄ prima contrarietas est priuatio & forma. D.d. & non omnis priuatio, &c. i. sed non omnis priuatio et habitus precedunt contraria: sed priuatio, quę est pura priuatio, & non coniuncta cum esse omnino. D.d. Alia vero contraria, &c. i. alia vero cōtrarta dicuntur contraria, quia pendent ex istis contrarijs descriptis. quoniam quædam dicuntur contraria, quia habent aliquid de intentione verorum contrariorum: quædam dicuntur contraria, quia sunt acta à contrarijs: & quædam, quia sunt agentia contraria. D.d. & quædam, quia est diminutio. i. et quędā dicuntur cōtrarta, quia alterum eorum est cōpletus habitus, & alterum diminutus. D.d. & etiā ista, & alia contrarta. i. ista igitur est dispositio contrariorum, de quibus induximus exemplum superius, & alia contraria sunt, quæ non diximus. D. dicit. Et si opponuntur fm oppositionem, &c. i. &, cùm opposita completa sint quatuor, vt descriptum est in alijs locis, cōtradictoria illorum sunt magis opposita, & prima in hoc, et hoc declaratum est i vltimo capitulo peri Hermenias. D. incœpit dare differentiam in hoc, & d. & non est medium contradictoriorum. i. affirmatiua & negatiua differūt à contrarijs: quia affirmatiua & negatiua non habent medium, & quædam contraria habent: ergo manifestum est q̄ contradictoria & contraria nō sunt eadem. D.d. Priuatio autem est cōtradictoria quoquo modo. & d. hoc, quia priuatio & habitus non diuidunt verum et falsum, nisi quando subiectum eorum fuerit ens, aut terminatum. contradictoria vero diuidunt verum & falsum, siue subiectum fuerit ens siue non, vt declaratum est in Logica. Deinde incepit dare differentiam inter illam & contrariam dictoriam, & d. quoniam, si illud, quod non habet potentiam, &c. i. et priuatio est contradictio quoquo modo, quia quandoq; priuatur ab aliquo illud, quod non habet potentiam vt sit in eo, vt rationalitas ab asino: et quandoq; priuatur ab aliquo illud, quod naturaliter habet aut simpliciter et in omni tempore, vt cęcitas in homine à principio nativitatis, aut in aliquo tempore, vt barba i puero. priuatio enim dr multis modis, et necesse est in omnibus recipiens esse. & ideo d. ergo priuatio est contradictoria, &c. ergo priuatio est negatio, in qua nō est potentia ad affirmationem, cum fuerit accepta cum proprio accipiente. D.d. Et ideo non est medium, &c. i. & ideo causa in hoc, q̄ contradictoria non habent medium, est, quia contradictio est priuatio nō in recipiente proprio. Priuatio autem et habitus habēt simile medio, quando prædicantur de alio à proprio recipiente, quoniam tunc falsant ambo. Deinde d. exemplum, & d. quoniam æquale, &c. v. g. æquale & inæquale. in albo enim falsant ambo, s. equale & inequale. Deinde dicit, æquale vero totum, &c. i. æquale vero et inæquale, quando prædicantur de subiecto proprio, s. magnitudinibus, diuidunt verū & falsum, quando accipitur oppositum æquale & inæquale. diuiditur enim verum & falsum. dicitur enim q̄ ista linea est aut equalis illi, aut inæqualis. sed, si fuerit declaratum q̄ est non æqualis, diuiditur etiam in magnum & paruum. diuisio enim perfecta est dicere quod ista linea est æqualis, aut maior, aut minor.

Si itaq; generationes ipsi materię ex cōtrarijs: fiunt autem aut ex forma, & habitu forme, aut ex aliqua priuatione speciei & formę patet q̄ omnis quidem contrarietas priuatio est, priuatio vero non omnis fortasse contrarietas est. Causa vero est, qa multipliciter priuari contingit quod priuatum est. à quibus enim vltimis transmutationes, hæc contraria sunt. Hoc autem & per inductionem manifestum est. omnis nanq; contrarietas habet alterius contrariorum priuationem: verum non omnia similiter. inequalitas enim equalitatis, dissimilitudo vero similitudinis, vitium autē virtutis. Differt autem, vt dictum est. etenim hoc quidem, si solum priuatum sit: hoc vero, si sit, aut quando, aut in aliquo. vtputa in alia qua ætate, aut in principali, aut omnino. Ideo horum quidem est aliquid medium, & est nec bonus homo, nec malus: illorum vero nō est, sed necesse est esse parem, vel imparem. Præterea, quædam habent subiectum determinatum, quædam non. Quare manifestum est, quòd semper alterum contrariorum secūdum priuationem dicitur.

Et si generationes in materia sunt ex contrarijs: & generantur aut ex forma, & ex habitu formę, aut ex aliqua priuatione formæ: manifestum est q̄ contraria omnia erūt, priuatio vero non erit, neq; omnia contraria. Et causa in hoc est, qa possibile est priuatū priuari multis modis. ista enim contraria sunt ex alijs, ex quibus sunt transmutationes. Et hoc manifestum est ex sermone sequenti. omnia enim cōtraria habent priuationem alterum contrariorum. sed non est simile in omnibus. quoniam inequalitatis est æqualitas, & dissimilitudinis similitudo, et prauitas studiositatis. Et differūt sicut dictum est. Vnum enim qñ fuerit priuatū tm̄, & aliud qñ in aliquo tpe fuerit alicuius, sicut est alicuius in aliquo tpe fuerit alicuius, aut modo dominăti in natura totius. Et ideo q̄dam hñt mediū, & est homo nō bonus, aut malus. sed & i quibusdā nō est, sed impar, aut par. & etiā in quibusdā est subiectū terminatū, & in quibusdam nō. Ergo manifestū est q̄ semp alterū cōtrariorū est mō priuatiuo, et q̄ hoc necesse est.

Ideſt, si generatio est in materia inter cōtraria: et ois generatio est ex forma cōpleta in formā diminutā, aut econuerso, & generatio est ex contrarijs: manifestū est q̄ in altero cōtrariorū est priuatio, & nō omne, in quo est priuatio, est cōtrarū. D.d. priuatio vero, &c. i. sed nō de necessitate ois priuatio est contrarium. quoniam q̄dam priuationes sunt, in quibus non est contrarietas, s. cū cōplętę priuationes. Et causa i hoc est, qm̄ in oī priuatione nō est contrarū: qm̄ priuatio, aut est priuatio fm totū, aut est priuatio, quia caret perfectione tantū. D.d. ista enim, &c. i. & causa in hoc, q̄ cum contrarijs admiscetur aliqua priuatio, est, quia sunt ex principijs contrarietatis, ex quia fit generatio simpliciter, s. quæ sunt forma & priuatio. & hoc est manifestum etiam ex inductione, s. quòd alterum omnium contrariorum est priuatio. nigrum. n. quoquo modo est priuatio albi, & similiter calidum & frigidū, & leue & graue. D.d. sed nō est simile in omnibus, &c. i. sed habitus & priuatio, quę est in altero contrariorum, non est similis in omnibus modis contrariorum. etenim inæqualitas opponitur æqualitati, & dissimilitudo similitudini. & quod opponitur prauitati est studiositas. & cùm ista sint diuersa fm sua cōtraria: ergo & priuationes coniunctę in eis sunt diuersæ. D.d. Et differunt, sicut dictum est, &c. i. & istæ priuationes diuersantur, qm̄ quædā sunt, in quibus est priuatio simpliciter: & quędam sunt, in quibus est priuatio fm aliquod tempus, v. g. fm aliquod tempus ętatis, vt priuatio barbę ante pubertatem: & quædam habent de priuatione intentionem dictam principaliter & vere. D.d. Et ideo quędā habēt mediū, &c. i. & propter diuersitatem naturæ contrariorum & naturę priuationū accidit vt q̄dā habeāt mediū. v. g. qm̄ homo eremita, qui non est pars ciuitatis, non est bonus aut malus, & est medius. Et quædam non habent medium: vt par & impar. & etiam quædā priuationes habent subiectum terminatum, & quædam non. & intendit priuationem, quam significat hæc particula nō. D.d. Ergo manifestū est, etc. i. ex prædictis manifestū est, q̄ necesse est ex hoc vt priuatio et habitus sint illa, ad quæ reducuntur contraria.

Eremita, q non est pars ciuitatis, nō bonus aut malus. Idem 1. Metaphy. com. 27.

Sufficit vero etiam, si prima & genera contrariorum, vtputa vnū & multa. cætera enim ad hæc reducuntur.

Caput Quartum. Quo pacto Æquale magno & paruo opponatur.

Vide Auer. in Epit. Tractatu 3.

CVm autem vnum vni contrariū sit, dubitauerit quispiam quonam modo vnū & multa opponunt̄, & æquale magno & paruo. ipsum enim vtrum, semper in oppositione dicimus, vtputa, vtrum albū, an nigrum? vtrum album, an non album? vtrum vero homo, an album, nō dicimus, nisi ex suppositione, & quærentes. vtputa, vtrum Cleon venit, an Socrates. sed hoc in nullo genere necesse est. Verum hoc quoq; illinc aduenit. sola nāq; opposita non contingunt simul esse, quo & hic vtit̄, in eo q̄ est vter venit. nā, si simul, cōtingeret, ridicula esset interrogatio. q̄ si etiā ita, sit etiam in oppositionē cadit, ad vnum, aut multa. vtputa vtrum ambo venerūt, an alter.

Et si principia contrariorum & genera eorum sunt, sicut vnum et multum, vnum attribuitur istis. Sed, cùm vnum est contrariū vni, rectum est, vt aliquis quærat quęstionem difficilem, quomodo opponuntur fm oppositionem vnum & multum & æquale magno & paruo. qm̄, si opposita fm oppositionē dicuntur semper per vtrum, s. vtrum album aut nigrum, & vtrum album & non album. & non dicimus vtrum homo aut nō album, nisi per accidens. & quęstio est ille veniens est Cleon, aut Socrates. qm̄ hæc nō est necesse in aliquo genere omnino. Sed iste deide fuit deceptus. opposita enim fm positionem non possunt existere insimul. & ipse vtitur hoc etiam cùm dicit, vtrum veniēs est alter. qm̄, si essent insimul, tunc q̄stio esset derisibilis. et, si fuerit hoc modo etiā, tūc caderet sub oppositione i vno aut multo, sicut vtrū veniunt ambo, aut alter.

Et si principia et genera contrariorum sunt vnum et multum, quia vnum accipitur in definitione contrariorum. Sed, si vnum & multum sunt contraria, & est dictum quòd contrarium nō habet nisi vnum contrariū, & multum non est vnum: & similiter æquale, quod est proprium vni, opponitur magno & paruo: & cùm oppositum & contrarium in istis non est vnum, sed plura vno, quomodo igitur dicitur q̄ vnum est contrarium vni? D. incœpit declarare diuersitatem inter opposita, & non opposita, & dicit. qm̄, si opposita fm oppositionem, & cætera. ideſt, quoniam si illa, quæ sunt opposita fm oppositionem, sunt illa, de quibus quæritur per hāc particulam vtrum, v. g. vtrum iste color est albū, aut nigrum, aut medium, aut iste color sit albus, aut nō albus. D.d. & non dicimus vtrum homo, &c. i. & nō quęritur per hanc particulā vtrum in eis, quæ non sunt opposita, nisi oppositio accidat in eis per accidēs. v. g. quando aliquis quærit vtrum veniat Socrates, aut Plato, non est necesse vt ista sit oppositio in aliquo genere omnino: quoniā possibile est vt veniāt ambo insimul. D. incœpit dare modum, fm quem homines quærunt hanc quæstionem, & d. Sed iste deinde fuit deceptus. i. sed qui hoc quærit, fuit etiā deceptus ex hoc: quia quærens talem quæstionem credit q̄ non veniens insimul: & tunc quærit aut scit quòd alter eorum debet venire. & ideo sunt opposita per accidēs, s. quia accidit eis hoc fm quærentem, s. quia quærens scit q̄ illi non veniēt insimul: aut quia alter eorum debet venire, et ignorat quis. D.d. causam in hoc, & d. opposita enim fm positionē, &c. i. & hæc particula vtrum contingitur semper cum oppositis, quia opposita non possunt esse insimul. D.d. testimonium super hoc, q̄ qui quærit hoc, scit q̄ nō veniunt insimul, & d. & ipse vtitur hoc, &c. i. & potentia istius quæstionis est sicut quæstio quærentis vtrum veniens est alter istorum. Et d. hoc, quia, si potentia istius quæstionis non est potentia alterius interrogationis, tunc potentia esset octoſa. D.d. & fiat hoc modo, &c. i. &, cùm declaratum sit q̄ ista interrogatio, s. vtrū venit Socrates aut Plato, est sicut interrogatio, quæ est an venit alter eorum, manifestum est, quod ista interrogatio reducitur ad interrogationem, quæ est in oppositis: sicut interrogatio, quę est in oppositione, quæ est inter multum & paucū. & intendit per hoc q̄ omnis interrogatio est in oppositis.

Si itaq; ipsius vtrum quæstio semper in oppositis fit: dicitur autem vtrum maius, an minus, an æquale: quænam equalis ad hęc oppositio est? Nec alteri soli contrarium, nec ambobus est. cur enim magis maiori, q̄ minori? Præterea inæquali æquale contrariū. quare in pluribus q̄ vno erit. qd si ineq̄le idē ambobus simul significat, erit qdē ambobus oppositū.

Et si semper in oppositis est interrogatio per vtrum, & dicitur vtrum est magis, aut minus, aut equale: quid igitur opponitur fm op

poſitionem æquali. quoniam non eſt contrarium, neq; alteri tãtum, neq; vtriq;. quoniam erit maius minori. Et etiam æquale eſt contrarium non æquali. ergo erit aut multitudinis, aut vnitatis. & ſi non æquale ſignificat idem vtriq;, ergo erit oppoſitũ i oppoſitione vtriq;.

18 Cùm declarauit ꝙ interrogare per vtrum eſt in quatuor oppoſitis, ꝙrit nunc quomodo æquale, et magnũ, & paruum opponuntur, cũ in eis vſitatur iſta particula vtrum. Et d. Et ſi ſemper, &c.i. ꝙ ſi interrogare per vtrum eſt in quatuor modis: & multotiens interrogamus i magnitudinibus vtrum ſit maius aut minus aut æquale: quomodo eorũ opponitur æquale, minori, aut maiori? D.d. quoniam non eſt contrarium, &c.i. qm̃, ſi fuerit cõtrarium, aut erit contrariũ alteri, aut vtriq;. & impoſſibile eſt vt ſit contrarium alteri, verbi gratia minori. inuenit enim maius minori, & minus maiori. Deinde dicit. Et etiam æquale, &c.i. et, cùm dicimus ꝙ æquale eſt contrarium inæquali, tunc dicere non æquale, aut ſignificat vnam naturam, aut plures. ſi igitur inæquale ſignificat vnam naturam oppoſitam naturaliter æquali, contingeret vt illud, quod non eſt non æquale, ſit æquale: quod eſt falſum.

Et dubitatio iuuat illos, qui dicunt inæquale dualitatem eſſe. verum accidit vnum duobus contrarium eſſe: quod impoſſibile eſt. Itẽ æquale quidem medium magni et parui videtur. cõtrarietas vero neq; media videt, neq; ex definitione poſſibile eſt. non enim eſſet perfecta, ſi alicuius media eſſet, ſed magis ſemper aliquid ſurſpſius medium habet. Reſtat itaq;, aut vt negationẽ opponi, aut vt priuationẽ. Alterius igitur non contingit (cur enim magis magni quàm paruũ) amborum ergo priuatiua negatio. ideo ipſum vtrum ad ambo, non ad alterum ſolum dicitur. vtputa, vtrum maius an æquale, vel vtrum æquale an minus, ſed tria ſemper. Non autem priuatio neceſſario. etenim non omne, quod non maius, aut minus, æquale eſt, ſed in quibus apta natura ſunt illa eſſe. Eſt igitur æquale, quod, cùm nec magnum, nec paruum ſit, natura tamen aptũ eſt magnum, aut paruum eſſe. & ambobus, tanquam priuatiua negatio opponitur, ideo & medium eſt. & quod nec bonum, nec malum eſt, ambobus opponitur, verum innominatum eſt. multipliciter nanque vtrunq; dicitur, & ſuſceptiuum non eſt vnum. ſed magis, quod nec album, neq; nigrũ. neq; tamen hoc dicitur vnum, ſed determinati quodammodo colores ſunt, de quibus priuatiue hæc negatio dicitur. neceſſe eſt enim, aut fuſcum, aut pallidum, aut huiuſcemodi aliquid aliud determinatum eſſe. Quare non recte reprehendunt, qui ſimiliter putant omnia dici. vt calcei & manus mediũ ſit, quod neq; calceus, neque manus eſt: quandoquidem & quod nec bonum, nec malum eſt boni & mali, ac ſi omniũ eſſet aliquod medium. Verum non eſt neceſſe, vt hoc accidat. eteni hæc negatio ſimul oppoſitorum eſt, & quorum aliquod medium, ac aliqua diſtãtia natura apta eſt eſſe. illorum autem non eſt differentia. in alio enim genere ea ſunt, quorum ſimul erant negationes. quare quod ſubijcitur, non eſt vnum.

Et quæſtio difficilis accidit dicẽtibus ꝙ inæquale ſolum eſt inter. ſed accidit vt vnum cõtrarium ſit duobus: qd̃ eſt impoſſibile. Et etiã æquale videtur inter magnum & paruum. contrarium enim non videtur inter. & impoſſibile eſt hoc de definitione etiam. quoniam, ſic, nõ eſt cõpleta ſi fuerit inter, ſed habet ſem per aliquid inter. Remanet igitur vt opponãtur ſm oppoſitionẽ, ſicut negationẽ, aut ſicut priuationem. Sed impoſſibile eſt alteri. nõ. n. eſt negatio magni magis q̃ pui. ergo eſt vtriq; negatiua priuatiua. & ideo dicitur vtrum de vtroq;, & non dicitur de altero vtrũ eſt maius aut æquale, aut vtrum eſt æquale aut minus: ergo ſunt tria. Priuatio autem neceſſario: quoniã non omne, quod nõ eſt maius aut minus, eſt æquale, ſed illa, quę ſunt in eis, eſt æquale. Æquale enim eſt illud, quod nõ eſt magnum aut paruũ, & naturaliter eſt magnũ aut puũ. ſed non habet nomen. & opponit̃ ambobus ſm oppoſitionẽ, qm̃ vtrũq; dicitur multis modis. & recipiens nõ eſt vnum, ſed plura. & nõ eſt album aut nigrum. neq; hoc eſt vnum, ſed terminatur aliquo modo illud, de quo dicitur hęc negatiua modo priuatiuo. quoniã neceſſe eſt vt ſit aut rubei coloris, aut alteri⁹. Ergo non eſt verus ſermo exiſtimantium ꝙ ſermones omnium rerum ſunt cõſimiles. ergo erit inter manum & veſtimenta manus, quod eſt neq; veſtimentum aut manus, cũ nõ ſit bonũ aut malũ etiã inter bonũ & malũ. eſt enim medium inter oia. Et nõ accidit vt hoc ſit de neceſſitate. negatiua vero cõgregata, q̃ opponit̃ ſm oppoſitionẽ, eſt mediũ, & habet naturam vt ſit aliqua diſtãtia. quędam autem nõ habẽt diuerſitatẽ, quorũ negatiua congregata ſunt in eodem genere. ergo ſubiectum nõ eſt vnum.

Et quæſtio difficilis accidit dicentibus ꝙ inæquale ſolum ita inuenitur in exemplari. & ſi non eſt error, intendit ꝙ dicentes ꝙ inæquale ſignificat vnam intentionem, & eſt inter æquale & nõ æquale, accidit etiam eis q̃ſtio iſta, et eſt ꝙ inter affirmationem et negationẽ eſt mediũ. D.d. Et etiã æquale videt, &c.i. & etiã q̃le dr̃ eſſe mediũ inter magnũ & paruũ: et neutrũ cõtrariorũ eſt mediũ inter duo extrema. D.d. nec eſt poſſibile hoc etiam ex definitione, &c.i. et etiam hoc impoſſibile eſt ex definitione contrariorũ, ſ. ꝙ maxime diſtãt, vt æquale ſit contrarium magno & paruo. Quod enim eſt contrarium non eſt medium inter duo contraria: ſed cõtraria ſunt illa, inter quæ eſt medium. & ex hoc apparet ꝙ magnũ nõ eſt contrariũ paruo, neq; æquale mediũ inter illa: magnũ enim et paruũ nõ maxime diſtant, ſ. perfecte, cùm inueniatur maius magno, & minus paruo.

D.d.

D.d. Remanet igitur, &c.i. & cùm æquale non opponatur magno & paruo ſm contrarietatem, remanet vt ſint oppoſita aut ſm affirmationem aut negationem, aut ſm priuationem & habitum. D.d. Sed impoſſibile eſt, &c.i. ſed impoſſibile eſt vt æquale ſit oppoſitum alteri illorum ſm negationem: qm̃ non magis opponitur magno ſm negationem, q̃ paruo. Et d. hoc: quia, ſi eſſet negatio, eſſet negatio vnius tm̃: cùm ſit impoſſibile vnam negationem eſſe duorum: quod nõ eſt in ꝙuatione. D.d. ergo eſt vtriq;, &c.i. & cũ inęquale non opponitur æquali ſm negationem, ergo opponitur ſm priuationem. Et cùm d. ꝙ eſt vtriq; negatiua priuatiua, ſ. illud, quod ſignificat inęquale, incœpit declarare qũo apparet ꝙ non eſt priuatiua vnius, & d. & ideo dicitur vtrum, &c.i. & inæquale, quod ſignificat alterum, ſ. aut magnum aut paruum, non opponitur æquali, quia nõ quæritur vtrũ hoc ſit maius aut æquale, aut vtrũ hoc ſit minus aut æquale. D.d. ergo ſunt tria, &c.i. ergo quærere per vtrum eſt de tribus, ſ. vtrũ ſit aut maius, aut minus, aut æquale. D.d. Priuatio aũt neceſſario, etc.i. ęquale aũt eſſe oppoſitum magno & paruo ſm oppoſitionem priuationis & habitus ſequitur neceſſario non ſm negationem & affirmationem. inæquale autem non eſt negatiuum æqualis: qm̃ non omne, quod eſt maius aut minus, eſt æquale. v.g. qm̃ color nec eſt minus nec maius, tm̃ non eſt æquale. ſed ęquale inuenitur in natura, in qua inuenitur magis & minus: & ideo non ſignat maius nec minus. D.d. Æquale enim eſt illud, quod, &c.i. inęquale. n. non eſt negatio æqualis: qm̃ æquale & inęquale non diuidunt verum & falſum inter ſe, niſi in natura terminata, ſ. in natura, quæ recipit magis & minus, non in oibus entibus, ſicut eſt diſpoſitio de affirmatione & negatione. & ideo æquale & inæquale non diuidunt verum & falſum in colore. D.d. ſed non habet nomẽ, &c.i. ſed inæquale, ſm quod ſignificat maius & minus, non habet nomen, quod ſignificat aliquod finitum. maius. n. dicitur maius reſpectu plurium, & ſimiliter minus, ita ꝙ hoc procedit in infinitũ, vnde ſequitur vt priuatio eorum dicatur de intentionibus infinitis: ideo nõ fuit poſitum terminatum. Et quia cauſa fuit in hoc, ſ. ꝙ negatiua priuatiua, quæ negant extrema oppoſita, non ſignificant vnam naturam. v.g. non maius non minus, non album non nigrum, ſ. in hoc, ꝙ imponeret eis nomina, incœpit declarare hoc, & d. & recipiens non eſt vnum, &c.i. & illud, quod ſignificant hæc duo negatiua priuatiua, ſ. non album, non nigrum non eſt una natura: quemadmodum illud, quod ſignificat non maius & non minus, nõ eſt vna natura, cùm maius & minus ſint relatiua. D.d. neq; hoc eſt vnum, &c.i. & illud, quod ſignificat non albũ & non nigrum, nõ eſt vnum ſignificatum, ſed plura terminata, ſ. colores mediũ inter album & nigrum. & cùm d. illud, de quo dicitur hęc negatiua modo priuatiuo, intendit non album et non nigrum. & vocauit hęc duo priuatiua, quia non ſunt negatiua ſimpliciter, quia ſignificant naturam exiſtẽtem & terminatam. D.d. qm̃ neceſſe eſt, &c.i. neceſſe eſt enim illud, quod ſignificat non albũ et non nigrum, ſit color rubeus, aut viridis, aut alius color inter album et nigrum. D.d. Ergo non eſt verus ſermo, &c.i. ergo non eſt verus ſermo fingentium ꝙ ſermones omnium rerum ſm affirmationem & negationem oium ſunt ſimiles. qm̃, ſi negatio eſſet quorũlibet duorum diuerſorum abinuicem, ſicut negatio duorum oppoſitorum à mediis amborum, tunc eſſet inter veſtimẽta manus & manus aliquid, quod eſſet nec veſtimenta manus, nec manus: ſed eſt impoſſibile, qm̃ non eſt medium inter manum & veſtimẽta manus, neq; inter pedem & manum, neq; inter aſinum & equum, ſicut iter bonum & malum, ſ. vir neq; bonus neq; malus. Duo autem negatiua, quæ negant ſm priuationem extrema oppoſita, quæ ſunt in eodem genere, ſignificant naturas mediας. & hoc intendebat, cùm d. negatiua vero congregata, &c.i. duo autem negatiua congregata ex negatiõe duorum extremorum oppoſitorum ſunt illa, quæ ſignificant aliquod medium, ſ. tertiam naturam. D.d. & habet naturam, &c.i. & illud medium habet naturam, per quam habet diſtãtiam terminatam à duobus extremis, ſ. ꝙ pertinet naturæ mediorũ. Quædam aũt negata abinuicem non habent hanc naturã, quæ inuenit inter oppoſita, ſ. quę ſunt in eodem genere, ſ. ꝙ negatio duorũ extremorum in eis vere dicitur de mediis.

Vide cauſas ſupra cõmẽ. 15. & quæ ibi.

Vide ſupra cõ. 16.

Caput Quintum. Quo pacto unum, & multa opponantur.

Vide Auer in 8 pri. Tractatuo.

SImiliter autẽ de vnõ et multis quiſpiam dubitare poſſit. Etenim, ſi multa vni ſimpliciter opponũtur, accidunt quædã impoſſibilia. vnũ etenim paucũ, aut pauca erit. multa etenim paucis opponuntur. Præterea duo ſunt multa (ſiquidem duplex multiplex) dicitur autẽ duplum à duobus: quare ipſum vnũ paucum erit. ad quid enim ipſa duo dicerẽtur multa, niſi ad vnum & paucum? nihil nanq; eſt minus. Præterea, ſi vt i longitudine lõgum et breue, ita in multitudine multum et paucũ, & quodcũque ſit multum & multa, & rurſus quæ multa etiam multum. niſi ergo in continuo facile terminabili differat, quod pauçum eſt quædam multitudo erit. quare ipſum vnũ multitudo quędam eſt, ſiquidem & paucum. hoc vero eſſe eſt, ſi ipſa duo multa ſunt. Verũ fortaſſis multa dicuntur quidẽ, ſicuti & multum, ſed vt differens: veluti aqua multũ, multa vero minime. ſed quæcũq; diuiſibilia ſunt in his dicũtur. vno quidẽ modo, ſi qua multitudo ſit, exceſſum aut ſimpliciter, aut ad aliquid habens; paucumq; ſimiliter, multitudo defectum habens. alio vero, vt numerus, qui ſolum vni opponitur. ita enim dicimus vnũ, aut multa, quemadmodum ſiquis dicat vnũ & ipſa vna, aut album & ipſa alba, & mẽſurata ad menſuram & menſuratum. ſic & multiplicia dicuntur. multa nanq; vnuſquiſq; numerus, quia vnius, & quia vnuſquiſq; menſurabilis, et tanq; vni, nõ pauco oppoſitus. Hoc itaq; modo multa ſunt & ipſa duo: tanq; vero multitudo, aut ad aliquid, aut ſimpliciter exceſſum habens non ſunt, ſed prima. ſimpliciter vero ſunt pauca ipſa duo: multitudo nãque eſt prima defectum habens. Quare non recte fuerit dicens Anaxagoras, quòd ſimul cunctæ res erant, multitudine & paruitate infinitæ. oportebat nãq; pro paruitate dicere, & paucitate. nõ enim infinitæ, cùm paucum nõ ꝓpter vnum, vt quidã aiunt, ſed propter duo.

Quærenda eſt quęſtio hęc de vno etiam & multo. Qm̃, ſi multum opponitur vni modo,

ſimplici

simplici, accident quædam impossibilia. tunc enim erit vnum paucum aut pauca. multa. n. paucis opponuntur. Et etiam duo erunt multa: cùm duplum est de magnis multiplicibus, & opponitur duobus etiam: ergo vnum est paucum. & si non fuerit ita, quomodo igitur opponuntur duo, & erunt multa, nisi vni aut paucor⁹ nihil enim est mín⁹ de numero. Et ẽt, si quẽadmodũ est in lõgitudine longũ & breue, ita in multitudine multum & paucum, ergo quod est multũ est multa, & quod multa est multũ. nisi igitur hoc differat aliquo mõ in continuo facilis determinationis, tunc erit paucum aliqua multitudo. ergo vnũ erit multitudo, & si sit paucum etiam. et similiter necesse est vt duo sit multitudo. Sed rectum est vt quędam multa dicãtur multitudo ẽt, qa est diuersum: et quędã non. vt aqua est multũ, nõ multitudo. sed sicut illa, quæ non diuiduntur in ísta. qm̃ ísta dicunt̃ vno modo, si fuerit multitudo quędam, quę habet partes quasdã. i. & sua quędam sunt sicut numerus, et opponuntur vni tantum. & similiter opponitur vnum multitudini, sicut cùm aliquis dicit vnum & vnum semper, aut album & album, & mensurata in respectu mensuræ, & mensuratum est vnum. & oẽ vnum est mensuratum ab vno. sed quemadmodum oppositum est vnum, non paucum, similiter duo sunt multa etiam, addita aut alicui, aut simpliciter. sed duo sunt pauca simpliciter, quia est prima multitudo, quæ habet quædam. Et ideo non bene dixit Anax. in hoc, quod dicit, ꝙ oĩa erant insimul infinita in multitudine & paruitate. deberet enim dicere in loco paruitatis paucitatẽ. quoniam non sunt finita in paucitate vnius, sicut dixerunt quidam, sed propter duo. *

* Co Græ. hæc addit. opponuntur itaq; &c.

Cũ induxit quæstiones contingentes in hoc, ꝙ quale opponitur magno & paruo, & declarauit ꝙ de necessitate opponitur sm habitum & priuationem, incepit perscrutari de vno & multo quomodo opponuntur sibi, & d. Quærenda est, &c. t. & quærebatur sum est hoc similiter de vno & multo, s. vtrum opponantur simul sm contrarietatem, aut alio modo. D. d. Qm̃, si multum, &c. t. qm̃, si vnũ opponitur multo simpliciter sm cõtrarietatem, accident plura impossibilia. D. incœpit dicere impossibilia, & d. tunc enim erit vnum paucum, &c. t. qm̃, si fuerit positum ꝙ vnum est contrarũ multo: & illud quod est cõtrarium multo est paucum: accidet vt vnum sit paucum. D. incœpit declarare quæstionem, & d. Et etiam duo erunt multum, &c. & etiam duo sunt multa, quia sunt duplum, et duplum est multitudo, quia dicit in respectu paucitatis, sicut multiplex dicitur in respectu submultiplicis. D. d. conclusionem ex hoc, & d. ergo vnum est paucum, &c. t. qm̃, cùm duo fuerit duplum: & duplũ est multitudo respectu eius cuius est duplum: sequitur ꝙ illud, cuius duo sunt duplum, s. vnum sit paucum. qm̃, si vnum nõ fuerit paucum, cum igit cõparãtur duo, cũ dicant esse multa & ꝙ oẽ multũ comparat pauco, si non cõparat ad vnũ, aut ad aliqd minus vno: sed nihil est minus vno & ergo de necessitate * comparãtur adinuicem: & vnum est illud paucum, ad quod comparatur multitudo multa, quæ sunt duo. D. d. aliam quæstionem, & d. Et etiam, si quemadmodum in lõgitudine, &c. i. & etiam debet aliquis dicere, qm̃ quẽadmodum in omni longo est longũ & breue: longum scilicet in respectu breuioris, & breue scilicet in respectu longioris: et omne multum est paucum in respectu pluris, & multum in respectu paucioris. si autem vnum fuerit paucum in respectu duorum, continget vt sit multum in respectu paucioris: sicut continget ut duo sint pauca in respectu pluris. & quia vsus est in hoc sermone, ꝙ omne, quod est multum est multitudo multa, & hoc non est verum in liquabilibus, excepit illa. & hoc nõ nocet in hoc, quod intendit concludere. qm̃ numerus non est de liquabilibus, & multum dicitur de numeris, & de liquabilibus æquiuoce. & hoc intendebat, cùm d. nisi igit hoc differat, &c. Et cùm compleuit hanc dubitationem, quæ sequitur ab impossibili, quod est vnum diuidi, incœpit soluere eam, & declarare quomodo vnum & multum opponuntur sibi, & dixit. Sed rectum est vt & quædã multa, &c. t. sed rectum est vt quædam, quæ dicuntur multa, vere dicãtur multitudo, quia natura eorũ diuersatur: & quædam non vere dicãtur multitudo, & vere dicantur multa. vt aqua, quæ vere dicitur multa, & non vere dicit multitudo. Multitudo vero, cuius vnitates non diuiduntur, dicitur vno modo, cùm partes eius fuerint sicut partes, s. de quãtitate discreta. Et intendit ꝙ nõ omnis multitudo est multitudo eius quod est paucioris, neq; omnis paucitas est multitudo eius quod est paucioris. & hoc manifestum est de multitudine & paucitate in numeris. et ideo non est necesse vt ex numero vnum opponatur duobus sm paucitatem & multitudinẽ. D. d. & opponitur vni tantũ, &c. i. & modus, quo vnum opponitur multitudini, & multitudo vni, est modus, quo vnum opponitur multo, quod est de specie illius vnius. & vnum album opponit pluribus albis, & vnum pluribus vnis. & ista oppositio nulla alia est nisi oppositio mensurantis ad mensuratũ, & numerãtis ad numeratum. Omnis enim multitudo mensuratur per vnum suæ speciei. & ideo non opponit sibi sm contrarietatem, sed sm numerans & numeratum. Et declaratum est in principio istius tractatus ꝙ vnum, sm ꝙ est vnum & simplex, est mẽsura eius, qđ componitur ex illo. D. d. sed quemadmodum oppositum, &c. t. & quemadmodum illud, quod opponitur multitudini, est vnum sm mẽsuram & proportionem mensurantis ad mensuratum, non sm paucum & multum, ita est de vno & duobus. D. d. qm̃ autem habet multitudinem, &c. t. duo vero, quę sunt multitudo, dicuntur multa, quia addunt supra paucius illis: aut quia sunt multa simpliciter, dicuñ in respectu eius, ad quod dicitur multitudo simpliciter, s. paucitas: et non est ita. D. d. sed duo sunt pauca, &c. t. sed duo sunt primus numerus numerorum paucorum. sunt igitur pauca simpliciter, cùm non inueniuntur pauciora. et ideo nõ sunt prima multitudo. D. d. Et ideo non bene dixit Anaxag. &c. t. quoniam illud, quod opponitur multitudini, est paucitas, & illud, quod opponitur paruo, est magnum. Si igitur dixerit ꝙ omnia sunt infinita propter paruitatem & magnitudinem, non est sermo falsus. &, si dixerit infinita in paucitate & multitudine, esset falsus quodammodo, & verus alio modo. falsus vero, qa quod disponitur per multitudinem et paucitatem, non procedit in infinitum: verus autem, quia paucitas opponitur multitudini. D. d. deberet enim dicere, &c. t. si aliquis dixerit ꝙ illa, quæ disponuntur per multitudinem, sunt finita in paucitate, & perueniũt ad vnum, non

* a. t. comparat ad vnũ.

Omnis multitudo multitudinis p vnũ. s. suę speciei.

non diceret verum: sed verum est dicere quòd sunt finita in paucitate, quia perueniunt ad duo, quę sunt pauciora paucorum.

Opponuntur autem vnum & multa, quæ in numeris, vt mensura mensurato: hęc vero, vt ea, quæ ad aliquid, quęcunq; eorum, quæ ad aliquid non secundum se. distinctum autẽ à nobis in alijs est, ꝙ ea, quæ ad aliqd, duplici ter dicuntur. quædam vt contraria, quædam vt sciẽtia ad scibile, eò ꝙ aliquid aliud dicatur ad ipsum. Vnũ vero aliquo minus esse, vtputa duobus nihil prohibet. non enim si minus est, etiam paucum est. Multitudo autẽ quasi genus numeri est. numerus etenim est multi do vno mensurabilis. Et quodã modo vnum & numerus opponuntur, non vt contraria, sed quemadmodum dictum est, vt quædam eorũ, quæ ad aliquid. quatenus enim hoc qdẽ mensura, illud vero mensurabile, eatenus opponuntur. Ideo non oẽ, quod vnũ sit, numerus est. vtputa, si quid indiuisibile sit. Cũ autẽ similiter dicatur scientia ad scibile, non similiter assignatur. videri nanq; possit scientia quidem mensura esse, scibile vero quod mensuratur. accidit autem omnẽ quidem scientiam scibile esse, scibile nõ omne scientiam esse, eò quòd modo quodam scientia scibili mensura tur. Multitudo autem neq; pauco contraria est, sed huic multum, tanquã excedens multitudo excellæ multitudini. nec vni omnino, sed hoc quidem, vt dictum est, quod diuisibile, hoc indiuisibile, tanq; ad aliquid, quẽadmodũ scientia scibili, si fuerit numerus, vnum vero mensura est.

Et vnũ opponitur multo, vt mẽsura mensurato: illa autem, quæ opponuntur sm relationem, sunt omnia, quæ non sunt per se de capitulo relationis. & iam distinximus in alio libro ꝙ relatiuum dicitur multis modis. vno modo sicut contraria, & alio modo sicut sciẽtia ad scitum. dicitur enim istud in respectu illius. Vnum autẽ nihil prohibet vt sit minus aliquo, v. g. duobus. qm̃ non si est minus, est paucum etiam. Multitudo vero est tanq; genus numeri. numerus. n. est multitudo mensurata ꝑ vnũ. Et opponunt̃ vnũ & numerus quoquo modo, nõ sicut contrarium, sed sicut dictũ est in qbusdam relatiuis, quę opponunt̃ sibi. opponũt̃. n. sicut mẽsura, et mẽsuratum. Et ideo non omne, quod est vnum, est numerus etiam, sicut est omne quod diuiditur. Et scientia dicitur tali modo in respectu sciti, sed non conuertitur. rectum est igitur vt scientia sit mensura & scitum mensuratum, sed accidit ꝙ omnis scientia sit scitum, sed non omne scitum est scientia. scientia. n. quoquo modo mensuratur per scitum. Multitudo vero non est contraria pauco etiam, sed hoc multum, quod est sicut multitudo vna addita multitudini, ei est cõtraria. Et multitudo non est contraria vni omni modo, sed cuidam, sicut dictum est, quia diuiditur. illud vero, quod non diuidit̃, est sicut relatiuũ, sicut scia scito, si fuerit numerus sciti, vnũ vero est mensura.

Et vnum opponitur, &c. i. & vnum est oppositum multo, non sm relationem cõtrariam, vt multum pauco, sed sm relationem, in qua non est contrarietas, vt mensura & mensuratum. Et d. hoc, quia posuit in quęstione prędicta ꝙ vnum opponitur multo, sm ꝙ multum opponitur pauco. D. d. illa autem, quæ opponuntur, &c. t. illa, quę sunt opposita sm relationem tãtum, sunt illa, quę non sunt relatiua in se. Declaratum est. n. in tractatu, in quo exposuit nosa ꝙ relatiuum est duobus modis: quorum vnus est illud, quod est relatiuum per se, & alius relatiuum per aliud, s. quia aliud comparatur ad ipsum vt sensatum & intellectum. sensatum. n. & intellectum sunt relatiua, quia intellectus & sensus, quæ sunt relatiua non per se, comparãtur ad ipsum, & per se non sunt relatiua. D. d. & iam distinximus in alio libro, &c. t. & iam distinximus in alio tractatu ꝙ relatiuum est duob⁹ modis. Vnus autem modus est, relatiua per se: & sunt illa, quorum vtrunq; non habet esse, nisi sm ꝙ refertur ad secundũ. & isti relationi accidit contrarietas, vt paucum & multum. Secundus aũt illa, quæ non sunt relatiua per se & sunt illa, in quibus non accidit contrarietas, vt sciẽtia & scitum. D. d. dicitur. n. istud, &c. t. scitum enim dicitur relatiuum, non quia est relatiuum per se, sed quia aliud cõparatur per se ad ipsum, s. scientia. D. d. Vnum autem nihil prohibet, &c. t. Et d. hoc ad dissoluendum quæstionem prædictam, dicentẽ ꝙ, si duo sunt multa, sequitur ꝙ vnum sit paucum, quia est paucius. & d. respondendo ꝙ non sequitur ut omne, quod est minus aliquo, sit diuisibile, sed potest esse indiuisibile omnino. & hæc est dispositio vnius cum duobus. et ideo vnum non est paucum. D. d. Multitudo vero est tanq; genus numeri. et multitudo vero opposita vni est multitudo, quę est liquatum genus numeri. & minus per hoc illud, quod dictum est in definitione numeri, ꝙ est multitudo composita ex vnitatibus. & ideo d. numerus. n. est multitudo mensurata, s. numerata per vnum. D. d. Et opponit tantum, & numerus, &c. t. & forte non opponitur numero sm oppositionem cõtrarij, sed sm oppositionem modi relatiui, quod non est relatiuum per se. Et d. hoc, qa posuit quæstione prædicta ꝙ multitudo opponatur vni, sm ꝙ opponitur pauco, & est oppositio sm contrarietatẽ & ideo sequitur ex illo sermone vt vnum sit paucum. Et cùm dixit ꝙ multitudo opponitur vni modo relatiuo, dedit exemplũ, & d. opponũtur. n. sicut opponuntur mensura, et mensuratum. D. d. Et ideo non oẽ, &c. t. deest, & ideo non sequitur vt illud, quod est vnum, & mensurat multitudinem, vt sit sicut paucum. vnũ. n. mẽsurans potest esse indiuisibile omnino. D. d. Et scientia dicitur, &c. t. & scitum cognoscitur per scientiam, sicut mensuratum per mensuram. & scientia dicitur hoc modo sm relationem ad scitum: sed non conuertitur, s. vt sit, sicut omnis scientia habet scitum, vt omne scitum habeat scientiam. Et intendit sicut cõuertitur, dicere omnis mensura est mensura mensurati, & omne mensuratum est mensuratum per mensuram. D. d. rectum est igitur, &c. t. rectum est igitur vt scientia sit mensura, & scitum sit mẽsuratum, sed accidit vt omnis scientia sit scitum, scilicet vt omne mensurans sit mensuratum,

* Met. tex. cõ. 20.

mensuratum, & non omne scitum sit scientia, i. cognoscitur per scientiam, scientia. n. quoquo modo cognoscitur per scitum. D.d. Multitudo vero, &c.t. multitudo vero non opponitur paucitati simpliciter, sed opponitur paucum multitudini, quæ dicitur sm additionem supra aliam multitudinem. D.d. Multitudo vero non est contraria omni vni, &c.t. & multitudo non est contraria omni vni sm paucitatem, sed quibusdam vnis, s. vni, quod dividitur. illud. n. quod non dividitur de vnitatibus, opponitur multitudini, sicut scientia opponitur scito, & hoc intendebat, cũ d. illud vero, quod non dividitur, est sicut relatiuũ, &c.t. illud vero, quod non opponitur, sicut scientia, scito opponitur, si scientia fuerit numerus, & mensura sciti. D.d. vnum vero est mensura. t. qm̃ nõ accidit in eo vt sit mensuratũ sm ꝙ est vnum, sicut accidit sciæ vt sit mensurata ꝑ scitum.

Caput Sextum. Media contrariorum in eodem genere cum ipsis contrarijs esse, ac ex ipsis componi.

Vide Auer. in Epi. Tra. tertio.

CVm vero contrariorum contingat aliquid medium esse, & quorũdam hit, necesse ex contrarijs media esse. Omnia enim media, & illa, quorum media sunt, in eodem genere sunt. Media nanq; illa dicimus, in quę necesse est primo transmutari, quod transmutetur. vt puta si ab vltima ad primã paulatim pertranseat, prius ad medios sonos veniet. & in coloribus, si ex albo ad nigrũ veniat, prius ad puniceum, & fuscum, quàm ad nigrum veniet. similiter autem & in alijs. Transmutari vero ex alio genere in aliud genus nõ est nisi secundum accidens, vt ex colore in figuram. necesse igitur vt media et sibijnuicem, & quorum media sunt, in eodẽ genere sint. At vero omnia aliquorũ oppositorum sunt. ex his nanq; solis per se transmutari est. Quare impossibile est media esse non oppositorum, esset nanq; protecto transmutatio etiam ex nõ oppositis. Oppositorum vero cõtradictionis quidẽ nullum est medium. Hoc enim est contradictio, oppositio, cuius cũ nihil habeat medium, cuicunque altera pars adest. Cæterorum vero quædam ad aliquid, quędam priuatio, quædam contraria sunt. Eorum vero, quæ ad aliquid, quæcunq; non sunt cõtraria, non habent medium. causa vero, quia non in eodem genere sunt. quid nanq; sciẽtiæ & scibilis medium: verum magni & parui est.

Cùm vero cõtraria possunt esse mediata, i qbusdam est necesse vt sit medium inter contraria. Omnia. n. mediata sunt in eodem genere, & illa, quę habent medium etiam. Et dico media omnia ista, ad quæ primo transmutabile transmutatur necessario primo. v.g. ꝙ, si motus fuerit de neumate ad acutũ, primo veniet in neumatibus minus cõuenientibus, quæ sunt inter se. & similiter in coloribus, si fuerit motus de albo i nigrum, primo veniet ad rubeum & glaucum. & similiter de alijs.

Trãsmutatio vero de vno genere in aliud nõ est nisi per accidens, vt de colore in figuram: ergo de necessitate media, & illa, quæ habent media, sunt in eodem genere. Sed omnia media sunt rerum oppositarum, qm̃ ex istis solummodo est transmutatio per se. & ideo impossibile est transmutari illa, quæ non opponuntur. ergo transmutatio & non transmutatio erit de oppositis. Et oppositorum contradictoria non habent medium. Contradictoria. n. sunt opposita, quorum altera pars semper est, & nullum habet medium omnino. Alia vero opposita quædam sunt relatiua, & quædam priuatiua. Relatiuorum vero omnia, quæ non sunt contraria, non habent medium. & causa in hoc est, quia non sunt in eodem genere. & nõ erit medium inter scientiam & scitum: sed iter magnum & paruum.

Idest, & proprium est contrarijs inter alia opposita ꝙ si quibusdam eorum est medium. Et causa in hoc est ꝙ in quibusdam generibus, in quibus sunt, necesse est vt sit medium inter contraria. qm̃ media, & illa, inter quæ sunt media, sunt in eodem genere: & cõtraria sunt in eodem genere: ergo sequitur per conuersionem maioris propositionis vt media sint in contrarijs. D. descripsit medium. Et d. & dico media, &c.t. et intelligit ꝑ medium illud, ad quod transmutabile transmutaꝫ primo & essentialiter, s. quando transmutatur de contrario in contrarium. D.d. exemplum, & d. ver. g. &c.t. v.g. qm̃ transmutatio, quæ est à neumate grauissimo ad acutissimum erit per trãsmutationẽ supra neumata, q̃ sunt inter graue & acutum. & sic motus de albo in nigrum fit per motum supra colores medios primo, & post peruenitur ad nigredinem. Et causa i hoc est, quia transmutatio est de contrario in contrarium, & contraria sunt in eodẽ genere, & media in genere, in quo sunt contraria, sunt illa, in quæ primo cadit transmutatio? Transmutatio vero de genere in genus, s. quæ non est in eodem genere, non est nisi per accidens, v.g. de colore in figurã. D.d. ergo de necessitate, &c.t. & cũ trãsmutatio fuerit de contrario in medium primum, deinde in sui contrarium: & contraria sunt in eodem genere sicut dictum est: ergo necesse est vt media et contraria sint in eodem genere. D.d. Sed omnia media, &c.t. et, quia media sunt contraria, ideo etiam transmutatio ex eis adinuicem erit per se, sicut erit inter extrema mediantibus illis. D.d. & ideo impossibile est, &c.t. & propter hoc, ꝙ transmutatio debet esse de contrario in contrarium, non transmutantur illa, quę nõ opponuntur sibi adinuicem essentialiter. ergo transmutatio erit de illis, quæ sunt opposita. Et quasi iste sermo est conuersus primi. in primo. n. posuit ꝙ transmutatio est de contrario in contrarium, & declarauit ex hoc, ꝙ transmutatio erit primo ad media. in hoc autem posuit ꝙ transmutatio est ad media, & declarauit ex hoc, quòd transmutatio est de cõtrarijs. ista. n. videtur conuerti. D.d. Et oppositorum, &c.t. & contradictoria inter opposita non habent medium. & hoc manifestũ est. D.d. Alia vero opposita, &c.t. & illa, q̃ sunt opposita apud interrogationem per vtrum, sunt quatuor, cõtradictoria, & relatiua, & priuatiua, et contraria. Relatiuorum autem illa, quæ non sunt contraria, non habent medũ. D.d. & causa in hoc, s. ꝙ quædam relatiua non habent medium, est ꝙ vnum relatiuorum potest esse i aliquo genere,

Scia 21 qualitate, & scitu i in substa. Oppositum 7. Phys. 20. Vide cõtra. Zim.

genere, & suum correlatiuum in altero. vt scientia & scitum. scientia. n. est in qualitate, & scitum in substantia. Et ideo d. & non erit medium inter scientiam & scitum. D.d. sed inter magnum & paruũ. t. & medium non inuenitur in relatiuis, nisi in quibus est contrarietas, vt magnum & paruum, inter quæ est æquale.

Quòd si media in eodem gñe sunt, vt ostẽsum est, & contrariorũ media necesse est ipsa ex his contrarijs componi. Aut enim erit aliquod genus eorũ, aut nullũ. & si genus quidem ita erit, vt aliquid prius cõtrarijs sit, differentiæ priores contrariæ erunt, quæ faciunt contrarias species, tanq; generis. ex genere nanq; & differentia species sunt. vtputa si album & nigrum contraria sunt: est autem illud segregatiuus color, hoc vero congregatiuus: hæ differentiæ cõgregatiuum & segregatiuum priores. quare priora inuicem contraria sunt. at vero quæ contrariè differentia sunt, magis contraria sunt. cætera quoque & media ex genere & differentijs erunt. vtputa quicunq; colores medij inter album & nigrum sunt, hos oportet vt & ex genere dicãtur (est autem genus color) & ex quibusdam differẽtijs. hę vero nõ erunt prima contraria. quod si secus, vnumquodque aut album, aut nigrum erit, ergo aliæ. mediæ igitur primorũ contrariorum hæ erunt. primæ vero differentiæ segregatiuũ & cõgregatiuum. Quare hęc primum quærendum est, quæcunq; contrariã nõ in genere, ex quo media eorum. Quæ enim in eodem genere sunt, necesse est vt aut ex incompositis genere componantur, aut incõposita sint. & quidem contraria inuicem incomposita, propterea ꝙ principia sunt. media vero, aut omnia, aut nullum. ex cõtrarijs vero aliquid fit. quare erit in hoc trãsmutatio, ante quam i illa. vtroq; enim & magis & minus erit. medium igitur cõtrariorum hoc etiã erit. Ergo cætera quoq; media cõposita sunt. id eni, quod vno minus, altero magis est, cõpositum ex illis quodam modo est, quorum vno minus, altero magis dicitur esse. Cùm vero contrariorum alia priora eiusdem generis non sint, omnia media profecto ex cõtrarijs erunt. quare & omnia inferiora, tum contraria, tum media, ex primis contrarijs erunt.

Si igitur media sunt in eodẽ genere, sicut declaratum est, & contraria habent media, necesse est vt sint composita ex istis contrarijs. Qm̃ aut habebunt aliquod genus, aut nõ habebunt. si habebunt, ergo erunt secundũ hũc modum, quasi aliquod recipiens: ante contraria, & erunt contraria ante differẽtias, quæ fecerunt contraria. formæ. n. sunt ex genere & differentijs. vt album & nigrum sunt contraria, & alterum color segregans, & alterum color congregans. istæ igitur differentiæ segregãs & congregãs sunt ante. ergo ista sunt cõtraria ante. sed illa, quæ differunt sm contrarietatem, sunt magis contraria: ergo erunt ista media ex genere et differentijs. vt omnes colores, qui sunt inter album & nigrũ. oportẽt igitur vt ista dicantur ex differentijs, & genus est color, & ꝙ ista sunt ex aliquibus differẽtijs, sed non erunt contraria prima. & si nõ, erit quodlibet aut album, aut nigrum, aut aliud mediũ. ergo erunt ista inter prima contraria, & primas differentias, quæ sunt tales, & quæ continent. Ergo quærẽda sunt ista primo, & omnia contraria, quæ non sunt ex aliquo medio i genere. Necesse est. n. vt illa, quę sunt in vno genere, sint cõposita ex illis, quæ non sunt composita sm genus, aut sunt non cõposita. Quoniam contraria non sunt composita ex inuicem, ergo sunt principia. media vero aut omnia, aut nulla. & erit aliquod ex contrarijs. ergo erit transmutatio in hoc, antequam perueniat ad ista: erit enim vtrunq; eorum minus, aut maius. Ergo et hoc etiam est inter contraria. & ideo oẽs partes compositæ sunt mediæ. compositũ. n. ex altero magis q̃ ex altero minus, dicitur quoquo modo, quod est ex altero magis, & ex alio minus. Et cùm non sint diuersa oĩa contraria, ergo media sunt ex contrarijs. ergo oĩa, quæ sunt sub, & cõtraria & media erũt ex primis cõtrarijs.

Si igitur media & cõtraria sunt in eodem genere, vt dictum est, & media sunt media inter contraria, necesse est vt media fiat composita ex illis contrarijs. D.d. Quoniam aut habebunt genus, &c.t. contraria autem aut habebunt idem genus, aut non. sed, si non habebũt idem genus, non erunt contraria. & si habuerint, continget vt idẽ genus recipiat contraria. t. & sic illud genus recipiet contraria, & illa quæ sunt inter contraria. & continget vt sint cõtraria ante differentias, ex quibus constituuntur contraria. D.d. formæ. n. &c.t. species. n. componitur ex generibus & differentijs. v.g. album & nigrum, quæ sunt contraria: & albedo est color disgregãs visum, et nigredo color cõgregãs visum: & istæ dñę sunt priores dñjs, qbus constituuntur media. segregãs. n. & cõgregans sunt ante i cõtrarietate album & nigro, cũ per illa sint cõtraria album & nigrum. & D.d. sed illa, quę differũt, &c.t. & ipẽs contrariorũ, vt albũ & nigrum, sunt maioris contrarietatis, q̃ differentiæ. & d. hoc, quia disgregatio & congregatio accidit eis magis & minus. D.d. ergo erunt ista media, &c.t. & cùm hæc contraria fuerint composita ex genere & primis differentijs, & media illius generis sint inter ista, necesse est vt ista media sint cõposita ex genere & illis duabus differentijs oppositis sm mixtionem: qm̃ illæ differentiæ recipiunt magis & minus. v.g. colores medij inter album & nigrum, quæ cõponuntur ex colore & segregatione & cõgregatione, sed differunt sm magis & minus. D.d. oportet igitur sm hoc vt media sint in eodem genere, & vt habeant aliquas differentias contrarias, sed nõ erunt prima contraria. D.d. & si non, erit quodlibet. &c.t. qm̃ differentiæ mediorum aut erunt eædem cum differen-

Vide ifr. 1 Th. t. cõ 11

Differ colo rum recipiũt magis & minus.

tijs

eſis primorum contrariorũ, aut mediæ inter contraria: ſed differentiæ eorum non ſunt primorum contrariorum: ergo ſunt media inter differentias primorum contrariorum. v.g. qm̃ medium inter albũ & nigrum, aut eſt album aut nigrum, aut medium inter illa. D. d. ergo erunt iſta, &c.t. ergo ſequitur, vt iſta media ſint inter contraria, quæ continent omnia media, & vt differentiæ eorum ſint inter differentias primorum contrariorum. D.d. Ergo quærenda ſunt, &c.t. ergo oportet quærere ſemper iſta media, & contraria, quæ non hñt aliquod medium in vno gñe. qm̃ illa, quę ſunt in vno gñe, neceſſe eſt vt ſint cõpoſita ex illis, q̃ non ſunt cõpoſita ex illis, quę ſunt in illo gñe, aut ut nõn ſint cõpoſita, ſ. aut ſint cõpoſita ex ſimplicib⁹, aut vt ſint ſimplicia. D.d. Qm̃ cõtraria, &c.t. qm̃ cõtraria, cũ nõ ſint cõpoſita ex illo genere, ſequit vt ſint principia compoſitorum ex illo genere, ſ. mediorum. D.d. media vero neceſſe eſt, aut vt omnia ſint ex contrarijs, aut nullum eorum ſit ex contrarijs. Et intẽdebat declarare q̃ eſt impoſſibile opinari q̃ quædam ſint ex contrarijs, & quædam non: & tacuit deſtructionem partis, dicentis q̃ nullum eorum componitur ex partibus contrarijs, quia eſt manifeſtum ex hoc q̃ ſunt media, & quia primo ad illa tranſmutantur contraria. & ideo d. ergo erit tranſmutatio, &c.t. tranſmutatio ergo de cõtrario erit ad illud, quod eſt medium, anteq̃ veniat ad ſecundum contrarium. &, ſi eſſent alterius naturæ, tunc tranſmutatio de contrario in contrariũ mediantibus illis eſſet p accẽs. D.d. erit. n. vtrũq; cor⁹ magis aut minus. t. & cauſa in hoc, q̃ trãſmutatio de contrarijs erit ad media, eſt, quia contraria recipiunt magis & minus. aut intendit e contrario, ſ. q̃, cum fuerit poſitum, quia trãſmutatio eſt primo de contrario in medium, ſequitur ut contrarium recipiat magis & minus. Illud enim, quod non recipit magis aut minus, non habet tranſmutationem. & ideo, ſi media differunt in ſpecie ab extremis, non eſſet illic inter, quod eſt neceſſarium in motu, vt declaratum eſt in naturalibus: nec eſſet illic trãſmutatio omnino. & ideo d. poſt. Ergo & hoc ẽt eſt inter contraria. t. ergo tranſmutatio eſt neceſſario inter contraria. D.d. ideo & omnes partes, &c.t. & non ſolummodo eſt verum dicere q̃ omnia media ſunt compoſita ex contrarijs, ſed e contrario, ſ. q̃ omnia compoſita ex contrarijs ſunt media. compoſita. n. ex duobus debent habere ex altero illorum minus, & ex altero magis. [a] Et hoc demonſtratur ex ſuo ſermone: qm̃ impoſſibile eſt q̃ in compoſito ex contrarijs ſint duæ partes æquales: ſed altera debet eſſe dominans, cui attribuat forma. Et hoc demõſtrat quòd impoſſibile eſt inueniri complexionem mediam in extremis contrarijs, vt dixit Gal. poſſibile eſſe. Quoniam, ſi eſſet poſſibile, tunc eſſet poſſibile inuenire compoſitum ex ipſis extremis, abſq; eo q̃ accideret eis tranſmutatio aut diminutio. Et tam fecimus ſermonem contradicentem Galeno. D.d. compoſitũ. n. etc. t. qm̃ in compoſito inuenitur ex altero contrariorũ magis, & ex altero minus, non ſimpliciter, ſed aliquo modo, t. in potentia. [b] partes. n. cõpoſiti ſunt in compoſito in potentia, nõ in actu. & ideo compoſitum eſt vnum in actu, & forma per partem dñantem, et ſi non, non eſſet vnũ in actu. D.d. Et, cum nõ ſint diuerſa oſa cõtraria, ergo media ſunt ex cõtrarijs. t. &, cũ media ſint inter res diuerſas: & diuerſitas earum nõ differt à diuerſitate cõtrariorũ: ergo media neceſſario ſunt inter cõtraria: ergo oſa, q̃ ſunt ſub medijs, & cõtraria nõ prima, & media ſunt ex primis cõtrarijs.

Et quidem q̃ cuncta media i eodẽ genere, & contrariorum media ſint, ac ex contrarijs componãtur, patet.

Caput Septimum. Differentiam ſecundum ſpeciem contrarietatem eſſe.

DIuerſum autem ſpecie ab aliquo diuerſum aliquid eſt, & hoc ambobus ineſſe oportet. vt ſi animal ſpecie diuerſum, ambo animalia. neceſſe eſt igitur in eodem genere eſſe, quæ ſpecie diuerſa ſunt. Huiuſcemodi enim appello genus, quo vnum & idem ambo dicuntur, non ſecundum accidẽs differentiam habens, ſiue vt materia exiſtens, ſiue vt aliter. etenim non ſolum commune oportet exiſtere, vt ambo animalia, verum etiam vtrique diuerſum hoc ipſum animal: vt hoc quidem equum, hoc vero hominem. quare hoc cõmune diuerſum ſpecie viciſſim eſt. erit itaque ſecundum ſe hoc quidem tale quid aĩal, hoc vero tale qd: vt hoc quidẽ equus, hoc vero homo. Neceſſe igitur hãc differentiam generis diuerſitatem eſſe. dico nanq; differentiam generis diuerſitatem, quę diuerſum hoc ipſum facit. Contrarietas igitur hæc erit. Patet autem ex inductione. cuncta nanq; oppoſitis diuiduntur. & quòd contraria in eodem genere ſint oſtenſum eſt. contrarietas enim perfecta differentia erat: omnis vero ſpecie differentia eſt alicuius aliquid: quare hoc & idem, & genus in ambobus. ideo in eadẽ coordinatione prædicamenti ſunt omnia contraria, quæcunq; non genere differunt, & inuicem maxime diuerſa. perfecta nanq; differentia, & ſimul inuicem non fiunt. Differẽtia ergo cõtrarietas eſt. Hoc enim eſt diuerſa ſpecie eſſe, quòd, cùm in eodem genere ſint, contrarietatem habent, individua exiſtentia. Eadem autem ſpecie, quæcunq; contrarietatem non habent, individua exiſtentia. in diuiſione nanq; & in medijs fiunt cõtrarietates, anteq̃ ad individua deueniantur. Quare manifeſtum eſt, quòd ad id, quod vocatur genus, nec eadem, neque diuerſa ſpecie, vlla, quæ vt generis ſpecies, conueniunt. materia nanq; negatione oſtenditur: genus vero materia eius eſt, cuius genus dicitur, non vt quod Heraclidarum, ſed vt quod eſt in natura. Nec ad ea, quę non in eodem genere ſunt, ſed ab illis genere different, ſpecie vero ab his, quæ in eodem genere ſunt. etenim differẽriam neceſſe eſt eſſe cõtrarietatẽ eius, à quo ſpecie differt: hęc autẽ his ſolis ineſt, quæ in eodem genere ſunt.

Declaratum eſt igitur q̃ omnia media ſunt in eodem genere, & q̃ ſunt inter contraria, & quòd omnia ſunt compoſita ex contrarijs. Illud aũt, quod eſt aliud per formam, eſt aliud alicuius, & oportet vt hoc in ſit vtriq;. qm̃, ſi aial eſt aliud ſecundum formam, neceſſe eſt vt vtrũq; ſit animal, & vt illud, quod eſt aliud

ſecundum

Vide cõtra. Zim.

[a] Digreſſio, qua dendit nõ p ſe data. & quæ ad p ondus, nec cmpſionem ſpectam, quale poſſunt Gal. Vide & cõ. & ſolligat cap. 1.

[b] Partes cõ poſiti ſunt in compoſito i potentia. ex hoc vt ex trema nõ cẽ actu in medio. Vide. 6. Phyſi. 6. 19. 92. & 2. de Aĩa 118, & 2. de Gen. c. 31. vbi d. oppoſitum. Vide cõ. Zim.

Si media differẽt ſpẽ ab extremis, ñ eẽt illic inter, neq; motus.

ſecundum formam, ſitin eodem. Illud enim, quod eſt tale, bene dicit̃ q̃ ambo ſunt ex eodem, cùm differunt non per accidens, ſed ſecundum naturam, ſiue alio modo. oportet. n. vt habeant illud, quod eſt commune tantum, vt animal vtriq;, ſed vt quodlibet eorum habeat aliud, & etiam idem animal. ver. g. vt ſit equus, & aliud homo. Neceſſe eſt igit vt iſta diuerſitas ſit alietas i genere. dico. n. q̃ diuerſitas generis eſt alietas, & alietas eſt illud, quod facit hoc aliud. Contrarietas igitur, quæ eſt in re, eſt eadem. Et hoc manifeſtũ eſt ex ſermone ſequenti. omnia. n. diuiduntur ſm oppoſitionem. & iam declarauimus quòd cõtraria ſunt in eodem genere. contrarietas. n. eſt perfecta diuerſitas, & diuerſitas ſecundum formã: omne. n. aliquod eſt alicuius genus hoc: ergo illud, quod eſt idem, & genus etiam dicitur de vtroq;. & ideo omnia contraria conueniunt in eodem prædicamento, quæ differunt ſm formam, non ſm genus. & iſta quædam à quibuſdã alijs magis. diuerſitas eni eſt cõpleta, et non eſt in ſimul vtriq;. Ergo diuerſitas eſt contrarietas. Et dicuntur idem ſecundum formam omnia, quæ non habent contrarietatem: & ſunt illa, quæ non diuiduntur. cõtrarietas enim eſt in diuiſione, & in eis, quę ſunt media, anteq̃ perueniãt ad illa, quę non diuiduntur. Ergo manifeſtum eſt q̃ nihil eſt in rei veritate apud illud, quod dicitur genus, neq; idem, neq; aliud i forma omnino in illa, quę eſt ſicut forma generis. materia. n. cognoſcitur per negatiuã. genus autem eſt materia illius, quod dicit̃ genus, non ſicut genus Herculeorũ, ſed ſicut illud, qd̃ eſt in illis, quæ ſunt naturaliter. Neq; in illis, quæ non ſunt in eodem genere, ſed differunt ab iſtis ſm genus, & differunt ſm formam ab illis, quæ ſunt in eodẽ genere. contrarietas. n. eſt diuerſitas eius, quod differt ſm formam: & iſta eſt in illis, quæ ſunt in eodem genere tantum.

24 Cùm declarauit q̃ contraria ſunt in eodem genere, & q̃ medium componitur ex contrarijs, & q̃ media ſunt inter contraria, fecit rememorationem de hoc. Deinde incœpit declarare q̃ illa, quæ differunt ſecundum differentias & formas, conueniunt in genere, & d. Illud autem, quod eſt aliud, &c.t. illud autem, quod eſt aliud ſecundum formam, inuenitur in alio, & non ſunt diuerſa exiſtentia in eodem ſubiecto, ſed in genere, in quo cõueniunt. & hoc intẽdebat, cùm d. & oportet vt hoc in ſit vtriq;. D.d. qm̃, ſi aial, &c.t. neceſſe eſt. n. ſi animal diuiditur in duo diuerſa ſm formam, ſ. in duas ſpecies, vt animal ſit in vtroq;, ſ. q̃ vtrunq; ſit animal. D.d. & vt illud, &c.t. & vniuerſaliter neceſſe eſt vt illa, quæ differunt ſecundum formam, ſ. ſpecies, ſint in eodem genere. D.d. Illud. n. quod eſt tale, &c.t. illa. n. quę differũt tali diuerſitate, ſ. ſecundũ formam, ſunt in eodem genere, cùm nõ differant per accidens, ſicut illa, quæ cõueniunt in forma, & differunt ſm materiam. v.g. duo annuli, alter de auro, & alter de argento. D.d. oportet. n. vt habeant, &c.t. oportet vt nõ cõueniant niſi in re communi tantum, & vt differant in illo, per quod vtrunq; eſt aliud. Et intendit per hoc diſtinguere inter res diuerſas, quæ faciunt illa, in quibus inueniuntur diuerſa in ſpecie, & res diuerſas, quæ congregantur in eodem ſubiecto, & non faciunt illa, in quibus inueniũtur diuerſa ſm colorem & ſaporem: in illis enim non eſt contrarietas. illa autem, quæ faciunt res exiſtentes diuerſas, faciunt hoc per cõtrarietatem, quæ eſt eis, cùm dictum ſit q̃ contraria ſunt illa, quæ nqu congregantur in eodem ſubiecto eodem modo. D.d. Neceſſe eſt igitur vt iſta diuerſitas, &c.t. ergo neceſſe eſt vt iſte modus diuerſitatis, quæ facit cõtrarietatem, ſit illud, per quod differt intra ſe idem genus in ſua ſubſtãtia. D.d. dico. n. &c.t. & ideo dico q̃ illud, per quod differt idem genus, eſt aliud: & iſta alietas tã cũ genus diuidi per differentias contrarias. D.d. Contrarietas igitur, &c.t. et, cũ iſta ſit contrarietas, quę exiſtit in forma, eſt illa, quæ facit vt habeat idem genus. D.d. Et hoc manifeſtum eſt, &c.t. et hoc, q̃ forma, per quam diuiditur genus primo & eſſentialiter, habet in ſe contrarietatem, manifeſtum autem eſt ex inductione, t. qm̃, cùm conſyderata fuerint omnia genera, quæ nũtur ita. D. d. omnia. n. diuiduntur, &c.t., quæ non congregantur in eodem. Et, cùm poſuit propoſitionem dicentem q̃ differentiæ, quibus genus diuidit̃, ſunt contrarię, poſuit q̃ contraria ſunt in eodem genere, ad concludendum q̃ formæ, quibus diuiditur aliquid, ſunt in eodem genere, & d. & iam declarauimus, &c.t. & iam declarauimus ſuperius q̃ contraria ſunt in eodem genere, Contrarietas. n. eſt completa diuerſitas: & completa diuerſitas non intelligitur, niſi inter duo, quę ſunt eiuſdem naturæ, v.g. inter duas extremitates longiſſimæ lineæ, & in qualitate inter duas formas remotiſſimas. D.d. & diuerſitas, quæ eſt ſecundum formam, & c.t. & diuerſitas, quæ eſt ſm formam, eſt contrarietas, quæ facit vt illa, quæ diuerſantur ſm ipſam, non congregantur. D.d. ergo illud, quod eſt idem, & genus, t. illud ergo, in quo conueniunt duę formæ diuerſæ, eſt idem, & genus, de quo prædicantur. D.d. & ideo omnia cõtraria, &c.t. et propter hæc omnia contraria, quæ ſunt in eodem prædicamẽto ſm formam, diuerſantur non ſm genus. vt album et nigrum, dulce & amarum, quæ ſunt in qualitate. D. d. & iſta quædam à quibuſdam alijs magis. i. & iſta differunt abinuicem magis q̃ alia differentia, ſ. quę inueniuntur in eodẽ ſubiecto. D.d. diuerſitas. n. eſt cõpleta. & c.t. & intendit q̃ duo diuerſa non ſuentiuntur ſimul. Et in alia translatione d. diuerſitas. n. completa non erit, cùm quædam fuerint cum quibuſdam in ſimul. t. diuerſitas. n. completa nõ inuenitur in diuerſis, quæ ſunt ſimul in eodem, vt color, & albedo, & rationabilitas. & ideo iſta inueniuntur in generibus diuerſis. illa autem, quæ differunt perfecta differentia, ſ. quæ non inueniuntur in eodem, neceſſario ſunt in eodem genere. D.d. Ergo diuerſitas, &c.t. ergo diuerſitas ſm formam eſt diuerſitas ſm contrarietatem. diuerſitas. n. ſm formam eſt illa, ſm quam diuiditur idem genus, & non congregantur in eodem. & iſta eſt diſpoſitio contrariorum. D.d. Et dicuntur idem, &c.t. illa, quę ſunt idem ſm formam, ſunt omnia, quæ non habent contrarietatem, ſ. particularia, quæ nõ diuiduntur. vt Socrates & Plato. D.d. contrarietas. n. &c.t. contrarietas. n. eſt in forma, per quam diuiduntur prima genera, & media genera, donec perueniantur ad illa, quæ non diuiduntur ſecundũ formam, & ſunt vltimæ ſpecies, quæ diuiduntur in individua. D.d. Ergo manifeſtum eſt, &c.t. ergo in genere non inuenitur aliquid, quod in rei veritate ſit

idem

idem cũ forma, quæ est in genere, aut aliud, qm̃ genus est materia. & materia cognoscitur per negatiuam, cũ dicitur ꝙ materia est priuatio formæ, & intẽdebat declarare ꝙ in genere nihil est in actu, ita ꝙ diceretur aut est idem cũ forma existente in eo, aut aliud. D.d. genus autem est materia, &c.i. genus autẽ significat materiam, s. genus quod dicitur in re veritate, nõ genus, quod dicitur de* oĩbus ĩdiuiduis eidem* parti. v.g. genus Herculeorum. D.d. ied aliud, quod est, &c.i. sed genus, quod prædicatur de rebus existentibus secundum naturam, quod ita definitur, s. ꝙ est prædicabile de pluribus speciebus in eo ꝙ quid. D.d. Neque in illis, quæ non sunt in eodem genere. i. neq; diuersitas secundum formam inuenitur inter illa, quæ non sunt in eodẽ genere. D.d. & differunt secundum formam, &c.i. & illa, per quæ differt forma, sunt in eodem genere. et causa in hoc est, quia contrarietas secundum formam est diuersitas & diuersitas secundum formam est diuersitas secundum contrarietatem: & cõtraria sunt semper in eodem genere. ergo diuersa secundum formam sunt in eodem genere. & hoc intẽdebat, cùm d. & erũt ista, quæ sunt in eodem genere, s. diuersa secundũ formam.

Gen* sigñat materiã. Vide oppositã Meta. 17. Vide cõtra. Zim. * ab hoibus * ad primũ.

Caput Octauum. Dubitationis solutio, cur quædam contrarietas diuersa specie faciat: quædam uero non. Et an materia, diuersa specie faciat, uel ne.

Vide Auer. in 1. pri. Tr. 3. cer. 10.

DVbitabit autem quispiam, cur mulier à viro nõ specie differat, cùm mas, & fœmina contraria existant, differentia vero contrarietas sit. neq; diuersum specie animal masculus, & fœmina, cùm tamen hęc differentia per se animalis sit, & non vt albedo, aut nigredo, sed quatenus animal, & masculus, & fœmina existant. Hæc autem dubitatio terè eadem est, & cur hæc quidem contrarietas diuersa specie faciat, hęc vero non. vt grestibile, & volucre, albedo vero & nigredo nõ. An, quoniam illa quidem propriæ passiones generis sunt, hęc vero minime. & cùm illud quidem ratio, hoc vero materia sit, quæcunq; in ratione contrarietates sunt, specie differentiã faciunt: quæcunq; vero in coassumpto materiæ, minime faciunt. Quare hominis albedo, vel nigredo non facit, nec hominis albi ad hominem nigrum secundum speciem differentia est, etiam si vnum nomen ponatur. homo nanq; vt materia est. materia vero non facit differentiam. nõ enim hominis species sunt homines. Quare & si carnes, & ossa, ex quibus hic, & hic est, diuersa sint, attamen totum diuerium quidem, specie vero non est diuersum, quoniam in ratione non est cõtrarietas. hoc autem est vltimum indiuiduum. Callias vero rõ cũ materia est, et albus hõ, qm̃ Callias albus. per accidẽs igitur hõ est albus. Nec ęneus et ligneus circulus, siue triãgulus ęneus, et circulus ligneus ob materiã spẽ differunt, sed qm̃ in rõne contrarietas inest. Vtrũ autem materia non faciat diuersa specie, cùm quodam modo diuersa sit? An aliquo modò facit. Cur. n. hic equus ab hoc homine diuersus specie, cùm rationes eorum cum materia sint? An, quoniã in ratione cõtrarietas inest. eteni hominis albi, & equi nigri specie diuersitas est, non tamen prout hic quidem albus, hic vero niger: siquidẽ & si ambo albi essent, nihil minus specie diuersi essent. Masculus autem & fœmina propriæ quidem animalis passiones sunt, sed non secundum substantiam, verum in materia, & corpore. ꝙuare idem semen aliquam passionem passum, aut fœmina, aut mas fit.

Et quærendũ est, quare mulier non differt à viro secundum formam, cùm masculus sit contrarius fœminæ, & diuersitas est cõtrarietas. et quare animal masculum non est aliud à fœmina fm formã. ista. n. diuersitas est per se animalis, & nõ est sicut albedo & nigredo, sed fœmina, & masculus sunt secundum ꝙ animal. Ista. n. quæstio appropinquat qõni, dicenti quare quædam contraria faciunt alia fm formam, & quædam non. vt ambulans et pẽnatum, albedo vero & nigredo nõ. Quædam enim sunt passiones propriæ generi, & quædam non. ergo quædam sunt verbum et quædam materia. ergo omnia contraria, quę sunt in definitione, faciunt diuersitatem fm formam: & omnia, quæ sunt in re cum materia, non faciunt. Et ideo albedo non facit hominẽ neq; nigredo: neq; homo albus differt fm formam i respectu hominis nigri, neque si fuerit positum vnum nomen. homo. n. est sicut materia, & materia nõ facit diuersitatẽ. quoniam homines non habent formas ideę. Ideo et si carnes & ossa sunt alia & alia, ex quibus sunt hæc et hoc, sed tamen totum congregatum est aliud: fm vero formã non est aliud, qm̃ in verbo non est cõtrarietas. et hoc est vltimum, quod non diuiditur. Callias vero est sermo cũ materia, et albus est homo, qm̃ Callias est albus, et homo est albus peracci dẽs. Nec circulus cupri & ligni, neq; triangulus cupreus, & circulus ligneus differunt fm formam propter materiam, & non sunt diuersa fm contrarietatem, sed quia in verbo est contrarietas. Sed vtrum materia non facit aliud fm formam, cùm sit diuersa aliquo modo? Et forte possibile est vt faciat. Et quare est equus alius fm formam ab hoc homine, cùm verba eorum sunt cum materia? Aut quia in verbo est contrarietas, vt hominis albi et equi nigri. habẽt enim formas, sed non quia alter albus, et alter niger. qm̃, si ambo eẽnt albi, & formæ eorum essent in alia dispõne. Masculus uero et fœmina & si sint passiones ꝓpriæ animali cum

cùm non sint secundum substãtiam, sed sunt in materia & corpore. & ideo idem sperma erit aut fœmina aut masculus, postquam patitur aliquam passionem.

Et quærendũ est quare masculus non differat à fœmina fm formam, cùm sint duo cõtraria: & diuersitas fm contrarietatem est diuersitas fm formam. & quare animal masculum non est contrarium animali fœmino, ita quòd sit substãtia, adeo quòd diuidatur his duabus differentijs diuisione specifica. Et dixit hoc, quoniam manifestum est per se quòd masculus & fœmina sunt in omni genere animalium eiusdem speciei. D.d. causam faciẽtem hanc quæstionem, & dicit. ista enim diuersitas, &c. idest animal enim diuiditur his duabus differentijs essentialiter, non accidentaliter, sicut diuiditur in album & nigrum. & intendebãt quoniam, si diuiditur essentialiter, necesse est vt masculus sit vna species, & fœmina alia species. Deinde dicit, sed fœmina, &c. idest & est necesse vt ista diuisio sit essentialis, quoniam diuisio animalis in masculum & fœminam est fm quòd est animal, quod non est ita in albo & nigro. Deinde, d. Ista enim quæstio, &c. idest & similis est isti quæstioni quęstio, dicens quare quędam contraria faciũt species, verbi gratia ambulatio & volatus & natatio. ambulans enim & volans & natãs diuersantur secundum speciem. & quædam non faciunt speciem, vt albedo & nigredo. in eadẽ enim specie inueniuntur album, et nigrũ. Deinde, d. causam in hoc, & dixit. Quædam enim sunt passiones, &c. & causa in hoc est, quoniam quædam contraria, in quæ genus diuiditur, sunt accidentia & passiones illius generis, non differentiæ substantiales, & quędam non, i. non differentię substantiales. Deinde, d. ergo quædã sunt verbũ, &c. i. ergo quædam contraria sunt forma, quæ est pars substantiæ rei, per quam disponitur, & quædam est materia non attributa substantiæ rei. Deinde, d. ergo omnia cõtraria &c. idest ergo omnia cõtraria, quę sunt in definitionibus, scilicet quę accipiũtur in eis pro differentijs, faciunt diuersitatem secundum speciem, s. faciunt species contrarias. Omnia vero contraria, quę inueniuntur in materia, & sunt accidentia materię non faciunt species, & ideo albedo addita animali nõ facit hominem, sicut rationalitas addita animali facit hominem: neq; homo albus differt ab homine nigro. Deinde, d. neq; si fuerit positum, &c. idest & si aliquis posuerit nomen proprium hominis nigro, & nomen proprium hominis albo, tamen propter hoc non faciet hominem duas species, quoniam homo est sicut materia albi & nigri, & album & nigrum sunt passiones materiæ: & passiones contrariq materię non faciunt materiam species cõtrarias. Deinde, d. quoniam homines non habent formas ideę, s. quia sunt albi & nigri, aut habent alia contraria accidentia materiæ, sed facit homines esse homines rationalitas. Deinde, d. Ideo & si carnes, &c. idest & nulla alietas inuenit in homine fm materiam, etsi carnes & ossa, ex quibus componitur hoc demonstratum, sint alia à carnibus & ossibus, ex quibus componitur hoc aliud, s. diuersæ complexionis. & ideo totum congregatum ex istis ossibus & carnibus non est aliud à toto congregato ex istis ossibus & carnibus. et homo est vnus fm formã, et alietas non inuenitur, nisi qm̃ in forma sint contrarietates. D.d. quoniã in verbo non est contrarietas. i. et causa in hoc, ꝙ hõ est vnus in tua forma, est, qa in sua definitõe non accipiuntur differentię cõtrariæ. Illa. n. in quorum definitionibus accipiuntur differentię contrariq, sunt contraria. D.d. & hoc est vltimum, quod non diuiditur. i. & illud, quod fm formã est vnum, est vltima species, quæ nõ diuiditur nisi in indiuidua. D.d. Callias vero, &c. i. indiuiduum vero, v.g. Callias, est cõpositum ex forma & materia. D.d. & albus est hõ, &c. i. quoniam albedo & nigredo insunt homini per accidens. et istæ differentiæ non faciunt in eo specialitatẽ. albedo enim non est in hoie, nisi quia est in quibusdam individuis hominis, vt Socrate & Platone. est igitur in homine non fm ipsum, sed fm sua individua. est igitur in specie ꝓ accidẽs. Et ideo dicit. Nec circulus cupri, etc. idest nec ẽt diuersantur res in specie propter diuersitatem suarũ materierum in specie, cùm forma sit vna, vt circulus tactus ex cupro aut ligno, & triãgulus tactus ex cupro aut ligno. D.d. & non sunt diuersa fm contrarietatem. i. & ideo illa, quę diuersantur fm speciem, nõ diuersantur fm diuersitatem suarum materierum, sed quia in suis formis est contrarietas. D.d. Sed vtrũ materia, &c. idest & quæritur vtrũ sit possibile vt materia faciat aliud in specie, quando materia fuerit diuersa quoquo modo. D.d. Et forte, &c. i. & forte existimatur possibile esse vt ista diuersitas fm materiam faciat diuersitatem in specie, qñ duæ diuersitates fuerunt cõgregatæ, s. in specie & forma simul. D.d. Et quare est equus alius, &c. i. verbi gratia, vt alius quia aut quare equus & homo sunt alia fm speciem, vtrum per diuersitatem formarum, aut materierum, quia sunt diuersa in ambobus. Et intendit, quoniam potest aliqs fingere in talibus ꝙ diuersitas earum in specie est propter diuersitatẽ eorum in materia. D. dedit exemplum, et dicit. vt hominis albi, &c. idest, v.g. homo albus & equus niger. hæc enim duo sunt diuersa fm materiam & formam. diuersa. n. fm materiam, quia alter est albus, & alter est niger: fm formam vero, quia hoc est rationale, hoc autem irrationale. Deinde d. sed non, quia alter albus, &c. idest, sed manifestum est per te ꝙ homo albus non differt ab equo nigro in hoc, quod homo illius, & equus niger. Deinde dedit causam. hoc, & dicit. quoniam, si ambo essent albi, & c.i. quoniam, si ambo conuenirent in albedine, essent in forma diuersi, & propter hoc non conuenirent in forma. & intendit quòd sic est intelligendum in diuersitate hominis & equi in materia, scilicet ꝙ ista diuersitas nõ [illegible] diuersitatem in forma, sicut est dispositio in homine albo et homine nigro. Et, quia quæstio, à qua incepit in masculo & fœmina nõ est dissoluta dissolutione propria, incepit dicere hoc, & dicit. Masculus vero & femina, &c. i. quæstio autem dicta de mare & femina existentibus in animali sic dissoluitur. quoniam masculinitas & fœminitas, licet sint passiones essentiales animali & propriæ ei, tamen nõ sunt de numero differentiarum essentialium substantialium, sed sunt accidentia essentialia materiæ, & corporis animalis. sed animal accipitur in definitione earum, non autẽ illa in definitione animalis. Deinde, d. & ideo idẽ sperma, etc. idest, & ideo materia maris & fœminæ vniuersaliter est vna. Idem enim sperma, quando patitur aliqua passione, fit ex eo masculus: & quando patitur passione contraria, fit ex eo fœmina. Et dixit hoc, quia passio est in predicamento qualitatis, non in predicamento substantiæ: & sperma est in genere substantiæ. Et forte intendit ꝙ passionẽ illud, quod accidit ei de caliditate & frigiditate, illud quod declaratũ est in generatione animalũ.

Illa, quæ diuersant fm speciem, nõ diuersant fm diuersitatem suarum materierũ, sed qa in suis formis est contrarietas. Idẽ pone de Anima cõ. 41.

Quid igitur sit specie diuersum esse, & cur quædã specie differant, quædã non, dictũ est.

Caput Nonum. Quæ sint contraria, quæ genericam faciant differentiam.

CVm vero contraria specie diuersa sint, corruptibile autẽ & incorruptibile con

traria sunt(priuatio nanque determinata im-
potētia)necesse est diuersum genere esse cor-
ruptibile & incorruptibile. Nunc quidem in
ipsis vniuersalibus nominibus diximus. qua-
re videbitur vtiq; non esse necesse quodcūq;
corruptibile & incorruptibile diuersa specie
esse,quemadmodum nec album,& nigrum.
Idem enim contingit & simul esse, modo vni
uersalium sit. sicut homo ꝓfecto esse possit
& albus, & niger. & singularium fuerit idem
(non simul)& albus,& niger, tametsi album
nigro contrarium sit. Verum contrariorum
quædam secundum accidens quibusdam in-
sunt,vt ea quæ nunc dicta sunt,ac alia multa:
quædam impossibile est, quorum est corru-
ptibile,& incorruptibile. nihil enim secūdum
accidens corruptibile est.accidens nanq; con
tingit non esse: corruptibile vero eorum est,
quæ necessario insunt his, quibus insunt. aut
vnum & idem corruptibile,& incorruptibile
erit,si contingit nō inesse ei corruptibile. Aut
substantiam igitur, aut in substātia cuiq; cor-
ruptibilium necesse est corruptibile esse. Ea-
dem autem ratio & de incorruptibili est. eo-
rum enim ambo sunt,quæ necessario insunt.
Prout igitur & secūdum quòd primum hoc
quidem corruptibile, illud vero incorrupti-
bile, oppositionem habent. quare necesse
est genere diuersa esse. Manifestum itaque
est quòd non contingit tales formas esse,
quales quidam aiunt. erit nanque & ipse ho-
mo hic quidem corruptibilis, ille vero incor-
ruptibilis, quāus formæ eædem specie cum
particularibus esse dicantur, & non æquiuo-
cæ. quæ vero genere diuersa sunt, plus di-
stant,quam quæ specie.

Dictum est igitur quare sunt alia in forma,
& quare quædam sunt diuersa in forma, &
quædam non. Et cùm contraria sint alia in
forma: & corruptibile & incorruptibile sunt
contraria: alia magis est necessarium vt sint
genere corruptibile & incorruptibile ex pri-
uatione per differentiam sine potentia. Et
ideo diximus nunc in nominibus. ergo pos-
sibile est existimare quòd non est necesse vt
incorruptibile & corruptibile sint alia in for
ma, quemadmodum neque nigrum neque
album. Quædam enim possunt esse idem in-
simul, cùm fuerint ex vniuersalitate, vt ho-
mo quoniā potest esse albus & niger.et pos-
sibile est vt hoc sit in rebus simplicibus, & vt
sit vnum, & non insimul album & nigrum,
& si album est contrarium nigro. Sed quæ-
dam contraria in quibusdam rebus sunt per
accidens,dicta nunc,& alia multa,& quędam
non possunt esse alicuius. & similiter corru-

ptibile, & non corruptibile. quoniam nihil
corrumpitur per accidens.accidēs enim pos-
sibile est vt non sit: corruptibile autem & in-
corruptibile sunt rerum, quæ sunt necessario
in his,in quibus sunt.cùm idem fuerit corru-
ptibile etiam, & si fuerit possibile vt non ha-
beat corruptionē, similiter. Ergo necesse est
vt corruptio sit substantia,aut in substātia cu-
iuslibet eorum, quæ corrumpuntur. Et iste
sermo est possibilis etiam in eis,quę non cor-
rumpuntur. vtrūq; enim est ex illis, quę sunt
necessario,quoniam sunt superius etiam pri-
mo modo,per quem sunt opposita. alterum
enim est corruptibile, & alterum incorrupti-
bile. ergo necesse est vt sint alia secundum ge
nus. Et est manifestum, quòd impossibile est
vt sint formæ tales, vt quidā dicunt.& si non,
tunc homines quidam corrumpūtur,& qui-
dam non, etsi istæ formæ dicantur quòd se-
cundum formam sunt eædem cum singula-
ribus, non æquiuoce.illa vero, quæ sunt alia
in genere,magis distant, quàm illa, quæ sunt
alia secundum formam.

Dictum est igitur de causa, propter quam dicitur 26
aliud esse aliud in specie. D.d.& quare quædam, &c.
idest & quare quædam eorum,quę diuiduntur secun-
dum contraria, diuersantur in specie, & quędam non
diuersantur in specie. Et,cū possit hanc quęstionem,
incœpit perscrutari de corruptibili & incorruptibili,
quomodo diuiditur ens in ipsa: vtrum secūdum quòd
genus diuiditur per differentias contrarias substantia
les, aut secundum quòd materia diuiditur per acciden
tia opposita: aut corruptibile & incorruptibile diuer-
santur secundum genus & formā, contraria enim non
fugiunt ab ista tria diuisione. Deinde.d.Et cùm con
traria sint alia,&c. idest, & cùm contraria faciant spe-
cies diuersas:& corruptibile & incorruptibile sunt con
traria: ergo corruptibile & incorruptibile sunt species
diuersę. Quòd enim est tale, non collocatur sub vno ge
nere.illud enim,per quod differt corruptibile ab incor
ruptibili,est differentia priuationis diuersarum poten
tiarum duarū, scilicet quòd corruptibile differt ab in-
corruptibili,quia alterum habet ad corruptionem po-
tentiam, &,alterum non habet potentiam ad corru-
ptionem.Contraria vero, quę sunt in eodem genere,
differunt, quoniam in genere cōmuni eis sunt duę po-
tentię diuersę:quarum vna recipit alterum contrario-
rum,& altera alterum,& ideo corruptibile & incorru
ptibile sunt diuersa non secundum formam tātum, sed
secundum formam & genus. Deinde.d.Et ideo dixi-
mus nunc in nominibus. & dixit hoc, quia corruptibi
le & incorruptibile sunt duę differentię contrarię: & il
lud, quod cōgregat illa, est nomen æquiuocum:& qui
loquitur de tali natura, verbi gratia qui loquitur de cor-
pore simplici, non loqtur nisi de nominibus,quoniam
hoc nomen corpus verbi gratia, quod dicitur de cor-
ruptibili & incorruptibili, est nomen æquiuocum. &
ideo necesse est, si corpus corruptibile est cōpositum
ex materia & forma, vt non corruptibile sit non com-
positum, & vt materia & forma dicantur æquiuoce,
cum materia & forma sit generabilis & corruptibilis.
Deinde.d.ergo possibile est existimare,&c.idest ergo
est possibile existimare de corruptibili & incorrupti-

bili,

Corpus di-
ctum de cor
ruptibili &
æterno est
nomen æqui
uocū. Idem
primo cœli
cōmen. 5.

Illa, quæ di-
stant fm ge-
nus,nō con-
ueniūt i vna
natura omni
no. vide idē
supra cō. 8.

bili, quòd quędam talium contrariorum possibile est
vt inueniantur in eadem natura insimul, quādo illa na
tura fuerit vniuersalis. vt homo, possibile enim est vt
quidam sit albus, & quidam niger, & hoc insimul.
Deinde dicit & possibile est vt hoc sit in rebus sim-
plicibus, &c. idest & possibile est in talibus istis con-
trarijs vt inueniantur in re singulari, ita quòd vnum
sit album & nigrum, sed non insimul,sed album in al-
quo tempore,& nigrum in alio. Deinde.d.& si album
est contrarium,&c.idest,sed ista quæstio, & si conce-
datur in ea quòd corruptibile est contrarium incorru-
ptibili:quoniam quædam accidunt illi cōtraria,in quo
sunt,& quædam impossibile est vt sint in eodem gene
re. Et intendit quòd,cùm cōtraria sunt tribus modis,
quorum duo sunt destructi in definitione corruptibi-
lis & incorruptibilis, remanet tertius, scilicet contra-
ria substantialia,quæ non sunt in eodem genere. De-
inde d. & similiter corruptibile & incorruptibile,&c.
idest,quoniam sunt ex contrarijs existentibus in re es-
sentialiter,non accidentaliter:cùm impossibile est dice
re in aliquo corruptibili quòd est corruptibile per ac-
cidēs. Illud enim,quod corrumpitur, nō corrumpitur
nisi in sua substantia, scilicet illud, quod videī corrum
pi simpliciter. Deinde d. accidens enim possibile est
vt non sit,&c.idest,& est differentia inter contraria es-
sentialia & accidentalia: quoniam accidētalia possunt
esse in illo,in quo sunt,& non esse:essentialia vero sunt
necessario. & corruptibile & incorruptibile sunt de re
bus necessarijs in rebus,quæ disponitur per illa. De-
inde d. cū idem fuerit, &c. idest quoniam cùm idem
fuerit corruptibile, est corruptibile necessario.& simi-
liter, si fuerit incorruptibile, semper etiam disponetur
per incorruptibilitatē necessario. Deinde dicit.Ergo
necesse est, &cætc. idest, & cùm corruptio est de re-
bus necessarijs rebus corruptibilibus, ergo necesse est
vt corruptio sit substantia cuiuslibet eorum, aut sit
aliquid exstens in substantia cuiuslibet eorum, scili-
cet aut est substantia, aut sequitur substantiam rei.
Deinde d. Et iste sermo,etc. idest & talis sermo dicitur
de rebus,quæ non corrumpūtur, scilicet quoniam pri-
uatio corruptionis, aut est substantia eorum, aut sequi
tur substantiam. Deinde d.quoniā sunt superius,etc.
idest magis enim differunt quàm illa, quæ opponūtur
primo modo: & sunt illa,quæ sunt opposita,quorū ge
nus est idem. Deinde d. ergo necesse est,&c. idest,&
cùm magis differāt quàm opposita in genere,ergo ne-
cesse est vt sint diuersa secundum genus. Deinde d.
Et est manifestum,etc.idest & manifestum est ex hoc,
quòd impossibile est vt sit hic eadem forma in specie
æterna & non æterna, sicut quidam dicunt.quoniam,
si ita esset, esset possibile vt quidā homines essent ęter-
ni, & quidam generabiles & corruptibiles: quoniam
& generatio & corruptio tunc esset in eis per accides,
vt albedo & nigredo. Deinde d. est istæ formę, etc.
idest,& impossibile sequitur, quoniam formæ separa-
tæ ponuntur eædem cum singularibus in natura: ita
quòd nomē homo dicatur de separato & sensibili vni-
uoce & nō æquiuoce. Et dixit hoc,quia iste sermo est
ponentium formas.dicunt enim quod formæ separatę
sunt substantiæ formarum sensibilium. Qui autem po
nit formas æquiuocas cum istis formis sensibilibus,
non est loquendum cum eo. Deinde.d.illa vero, quæ
sunt alia in genere,&c,idest & illa,quæ distant secun-
dum genus,magis distant quàm illa,quę distant secun
dum formam: quoniam illa,quæ distant in forma,sunt
in eodem genere,& illa,quæ distant secundum genus,
non conueniunt in vna natura omnino propter cau-
sam prædictam.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER VNDECIMVS,

cum Auer. Commen.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima reassumūtur dubitationes,de quibus in Ter-
tio libro habitus est sermo.

In Secunda narrantur ea, quæ ad huius scientiæ consy
derationem pertinent: de quibus in Quarto libro.
ex his autem nonnullarum quæstionum supradi-
ctarum solutiones eliciuntur.

In Tertia ex ratione consyderandi ac definiendi mo-
do annotatur huiusce scientiæ ad alias differen-
tia: quarum hic fit diuisio. Item ens per accidens à
scientiarum consyderatione abijcitur: de quibus
omnibus in Sexto.

In Quarta agitur de Motu,de Infinito, de Diuisioni-
bus motus, & de Nonnullarum definitionibus: de
quibus omnibus in Tertio, & Quinto Physicorū.

Summæ Primæ Caput Primum. Mouentur dubitationes circa Sapientiæ consyderationem.



Vòd quidem Sapientia scien
tia quædā circa principia est,
patet ex primis, in quibus ad
ea, quæ ab aliis, de principijs
dicta fuerunt, dubitatum est.
Ambigat aūt quispiā, vtrum
ipsam Sapientiā par sit vnam
esse scientiam, an plures. si enim vnam, vna
certe semper contrariorum est. at principia
contraria non sunt. ꝙ si nō vnam,quales has
ponere oportet. Item demonstratiua princi
pia speculari vtrum vnius est,an plurū. nam
si vnius, cur huius magis quàm cuiuscunq;.
quòd si plurium, quales has ponere oportet.
Præterea, vtrum omnium substantiarum,an
non.nam si omnium,difficile erit qualiū nam
sit reddere. si autem non oium vna,incertum
est quonam modo contingit plurū eandem
scientiam esse. Præterea, vtrū circa substan-
tias solum,an ēt circa accidentia.si.n.circa ac-
cidentia demōstratio est, circa substātias non
est.ꝙ si alterā,quænā vtraq;,& vtra sapientia
sit. demonstratiua enim sapientia, quæ circa
accidentia est:quæ vero circa ipsa prima,quæ
substantiarum est. At nec circa causas, quæ
in Physicis dictę sunt, quam quærimus,scien-
tia ponenda est. neq;.n.circa ipsum cuius cau
sa.tale.n. est bonum. hoc vero in agendis. &
his,quæ sunt an motu, existit. & hoc primum
mouet. tale nāq; finis est. in imobilibus vero

primum mouens non est. Et omnino dubi
tationem habet, vtrũ circa sensibiles substan
tias est, quæ nũc quæritur, scia, an non, sed cir
ca alias quasdã. etenim si circa alias, aut circa
formas erit profecto, aut circa mathematica.
quòd aũt formæ non sint, manifestũ est. At
tamen ẽt, si quis eas ponat esse, dubitationem
habet, cur nõ ita se habet de cæteris, quorum
formę sunt, quemadmodũ de mathematicis?
dico aũt, quòd mathematica quidem, media
ponunt formarũ, & sensibiliũ esse, quasi ter
tia quædã præter formas, & ea, quæ hic sunt.
at tertius homo non est, nec equus, præter ip
sum, & particulares. Quòd si, vt aiunt, non
sunt, circa qualia ponendũ est, quod Mathe
maticus tractet: non.n. circa ea, quæ hic sunt.
nihil.n. horũ tale est, quale Mathematicę scien
tiæ quærũt. At vero nec circa mathematica
est, quæ nũc quæritur scientia. nihil.n. horum
separatũ est. Verũ nec sensibilium substantia
rum. corruptibiles nãq; sunt. Et oĩno dubita
re aliq; possit qualisnã scientiæ sit, de Mathe
maticorũ materia dubitare. nec.n. Naturalis,
eò q; circa ea, quæ in se principium motus &
quietis habent, ois Naturalis intẽtio est. Nec
illius, quæ de demonstratione, & scia tractat.
circa nãq; idipsum genus consyderationem
facit. Restat itaq; Philosophiã propositã de
hisce rebus tractare. Dubitauerit aũt quis
piam profecto, si hæc, quæ quæriũ, scientia po
nenda sit circa principia, quæ à quibusdã ele
menta vocantur. hæc aũt omnes inesse cõpo
sitis ponũt. At magis videatur vniuersalium
eã oportere esse quæ quæritur scia. omnis. n.
ratio, omnisq; scientia vniuersaliũ, non vlti
morum est. quare sic erit vtiq; primoꝝ gene
rum. hæc aũt tunc fuerint ens, & vnum. hæc
enim maxime putabuntur cuncta entia con
tinere, & maxime principijs assimilari, eò q;
natura prima sint. corruptis nãque eis, simul
cætera quoque pereunt. omne enim, ens &
vnum. Quatenus autẽ necesse est, vt differen
tiæ participent his, siquis hæc genera ponat,
nulla vero differentia participat genere, hoc
pacto nõ videbitur ea genera ponere, neque
principia. Itẽ, si magis principium est, quod
simplicius, q̃ quod minus tale sit, vltima ve
ro eorum, quæ ex genere sunt simpliciora, q̃
genera sint? hæc enim indiuidua sunt: genera
vero in plures species, & differentes diuidun
tur. magis species, q̃ genera videantur prin
cipiũ esse. quatenus vero species simul cum
generibus pereunt, genera magis assimulan
tur principijs. principium nanque est, quod
cointerimit. Hæc vtique & huiuscemodi alia
sunt, quæ dubitationem habent.

Caput Secundum. Proponuntur dubitationes de rebus ijs, quæ ab hac scientia consyderari dicuntur.

ITem, vtrũ ponendum est quicquam præ
ter particularia, an nõ, sed horum est, quæ
quæritur, scientia. at hæc infinita sunt. quę ve
ro præter singularia sunt, aut genera, aut spe
cies sunt. neutrius aũt horum, quæ quæritur,
scientia est. cur. n. hoc impossibile sit, dictum
est. Etenim oĩno hæsitationem habet, vtrum
arbitrandum sit aliquam separatam substan
tiam præter sensibiles substantias, & has quę
hic sunt, an non, sed illa esse entia, & circa illa.
Sapientiam versari. quærere nanq; videmur
aliam quandã, & hoc est nobis propositum.
dico autẽ videre si quid per se separabile sit,
& in nullo sensibilium existens. Itẽ, si præter
sensibiles substantias est aliqua alia substan
tia, præter quales sensibiles ea ponenda esset.
cur enim magis præter homines, quàm præ
ter equos, aut alia animalia, aut omnino etiã
inaiata ponenda sit? at his sensibilibus, et cor
ruptibilibus substãtijs alias sempiternas equa
les ponere profecto extra rõnem cadere vi
deretur. Quòd si id, quod nunc quæriẽ, prin
cipium nõ est à corporibus separabile, quod
aliud magis, cũ materiã q̃s ponet? at hęc actu
quidẽ non est, potentia vero est. Magis itaq;,
ac principalius ea videatur esse principiũ, spe
cies & forma. verum hęc quoq; corruptibilis
est. quare oĩno, nõ est perpetua substantia, &
per se separabilis. Sed hoc incõueniẽs est. vi
detur nanq; esse, ac ab ipsis maxime* gratia
præditis quæriẽ, tanquã sit tale principiũ, ac
talis substãtia. Quo nãq; pacto ordo erit, non
existẽte aliquo ꝑpetuo separato, ac ꝑmanẽte?
Itẽ, si est aliqua substãtia, & principium natu
rale, quale nũc quærimus, & hoc oĩbus vnũ,
& idẽ perpetuis, atq; corruptibilibus, dubita
tionẽ habet, cur cũ idem principiũ sit, quędã,
quæ sub illo principio sunt, æterna sunt, quę
dã non. hoc.n. incõueniẽs est. Et si aliud qui
dẽ corruptibiliũ principiũ, aliud ęternoꝝ est.
si ẽt corruptibiliũ ęternũ est, similiter dubita
bimus. Cur.n. principio æterno existẽte, non
æterna, quæ sub æterno sunt: corruptibili ve
ro existẽte, aliud quoddã huius principiũ fit,
et illius aliud, et hoc in infinitũ ꝓcedet. Quòd
sigs rursus cũ maxime videnti immobilia princi
pia esse) ens & vnũ ponat, primo quidem nisi
quod qd & substantiã vtrũq; eoꝝ significet,
qũo separabilia, & per seipsa erũt? talia nanq;
prima, & æterna principia quærimus. Quòd
si substantiã, & quod qd vtrũq; eorum signi
ficet, oĩa entia substantię sunt, cũ de oĩbus ens
prędicetur. de quibusdam vero etiam vnum.

cuncta

*Elegantissimus

cuncta vero entia substãtiam esse falsum est.
Item illis, qui primũ principiũ ipsum vnum
aiunt, & hoc substantiam esse, ex vno vero, et
materia primo numerum generant, & hunc
substantiam esse dicunt, quomodo contingit
verum esse quod dicitur? Dualitatem nanq;,
& cæterorum compositorum numerorum
vnumquenq;, quonam modo vnum intelli
gere oporteat? de hoc enim nec dicũt aliquid,
nec vt dicãt facile est. Si quis vero lineas, aut
quæ has sequuntur (dico autem primas su
perficies) principia esse ponat, hæc non sunt
substantiæ separabiles, verum sectiones & di
uisiones, illæ quidem superficierum, hæ vero
corporum. puncta vero linearum sunt, & ẽt
ipsarum earũdem termini. hęc autem omnia
in alijs sunt, & nihil separabile est. Item, quo
nam modo arbitrari oportet vnius & puncti
substantiam esse? omnis nanq; substantię ge
neratio est, pũcti vero minime. punctũ enim
diuisio est. Præbet autem dubitationem hoc
etiam, quòd omnis quidem scientia vniuersa
lium est, & eius, quod tale est: substantiam ve
ro non esse vniuersalium, sed magis ipsum
quod quid & separabile. quare, si scientia circa
principia est, quonã modo arbitrari oporet
principium substantiam esse? Item, vtrum
est aliquid præter ipsum totum, an non. dico
autem materiam, & quod cum ea est. Nam si
non est, quæ in materia sunt, omnia corrupti
bilia sunt. quod si est aliquid, species & forma
profecto fuerint. hoc itaq; in quibus est, in qui
busue non est, difficile determinare est. in qui
busdam enim manifestũ est non esse formam
separabilem, vtputa domo. Item principia,
vtrum specie an numero eadem sint. si enim
numero vnum, omnia erunt eadem.

Summa secundi. Narrantur ea, quæ ad huius scientiæ consyderationem pertinent, de quibus in Quarto libro. Ex ijs autem nonnullarum quæstionum supradictarum solutiones eliciuntur.

Caput primum. Primam Philosophiam de ente, prout est ens, speculari: quod ut ea, quæ ab uno, uel ad unum, dicitur.

Prima Philosophia entis vt entis vniuersaliter & ẽ ꝑtem consyderat.



VTrum autem Philosophi scientia
sit entis, put ens, vniuersaliter,
& non ꝑtem partẽ, ens vero mul
tipliciter, & non ꝑtem vnum mo
dum dicatur, si æquoce, & non
ꝑtem aliquid cõmune dicitur, non est sub vna
scientia: talium enim nõ est vnum genus. q̃ si
ꝑtem aliquod cõmune, erit vtiq; sub vna scien
tia. Videtur autẽ prædicto modo dici, quem
admodum medicatiuum, & salubre. etenim
vtrunq; horum multipliciter dicitur. dicitur.
nanque hoq; modo vnumquodq; eorum, eò
q̃ hoc quidem ad medicandi scientiam quo
dam modo ꝑficeratur, hoc vero ad sanitatem,
hoc vero alterer, vnumquodq; vero ad idem.
medicatiuum nãq; sermo, & cultellus dicitur,
eò quòd ille quidem à medicandi scientia, hic
vero ei vtilis. similiter & salubre. hoc enim,
quia sanitatis significatiuum: hoc vero, quo
niam factiuum. idem autem modus, & de cæ
teris est. Eodẽ autem modo & omne ens dici
tur. eo nanq; quòd entis, prout ens est, passio,
aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut ali
quid huiuscemodi sit, dicitur ens vnũquodq;
eorum. Cũ autem omnis entis ad vnũ quid
& cõmune reductio fiat, contrarietatũ quoq;
singulæ ad primas differentias, & contrarieta
tes entis reducẽtur, siue multitudo & vnum,
siue similitudo & dissimilitudo primæ sunt
entis differentiæ, siue aliquæ aliæ, sint autem
hę speculatione perceptæ. Nihil autẽ interest
ad ens, vel ad vnum entis reductionem fieri.
etenim si non idem, sed aliud sit, attamen con
uertitur. & ipsum enim vnum quodã modo
ens, & ipsum ens vnum est. Cũ autem vnius
& eiusdem scientiæ sit cuncta contraria spe
culari, vnumquodq; autem horum ꝑ priua
tionem dicatur, quorũ aliquid intermedium
est, quemadmodum iustũ & iniustũ, dubitaue
rit quispiã quonam modo ꝑ privationem
dicantur. Cũ ea omnia talia sanè privatio po
nenda non totius rationis, sed vltimę speciei.
vtputa si iniustus est ꝑ habitum quendam le
gibus obtẽperans, iniustus non erit omnino
tota ratione privatus. circa vero obediẽtiam
legũ deficiens, aliquo pacto, & ob hoc ei pri
uatio inerit, eodẽ aũt modo & de aliis. Quem
admodum aũt Mathematicus circa abstracta
speculatur? tollendo nanq; oĩa sensibilia, ita
speculatur, vtputa grauitatẽ & leuitatem, du
ritiẽ & contrarium, item aũt caliditatẽ & frigi
ditatem, & cæteras sensibiles contrarietates:
solũ vero dimittit quantũ & continuum, hoꝝ
rum quidẽ ad vnum, horũ vero ad duo, horũ
autem ad tria, & passiones eorũ prout quãta,
& continua sunt, nõ prout aliqd aliud ꝑ se
latur, & horũ quidem situs admittẽ consyde
rat, & ea quæ eis insunt, horũ vero cõmensu
rationes & incõmensurationes, horũ autem
rationes, attamen vnam omnium, & eãdem
scientiã ponimus Geometriã: eodem modo
etiam circa ens se habet. Quæ enim ei prout
ens est accidunt, & eius prout ens contrarie
tates, non est alterius scientiæ, quàm Philo
sophiæ speculari. Naturali nanque specula
tionẽ de eis, non prout entia, sed prout motu
participãt, attribuere queat q̃spiã. Dialectica

vero,& Sophistica de his, quæ accidunt quidem entibus sunt, verum non prout entia sunt,nec circa ipsum ens prout ens est. vnde restat Philosophum esse circa prædicta speculatiuum,prout entia sunt. Cùm vero & omne ens secundum vnum quid & commune dicatur,multipliciter dictum, contraria quoque eodem modo(ad primas nanq; contrarietates,& differentias entis reducuntur) huiuscemodi vero possibile sit sub vna scientia esse, soluetur profecto dubitatio à principio dicta.dico autem in qua dubitatur, quonam modo multorum & genere differẽtium vna quædam scientia erit.

Vide 11. Meta. có. 1.

Caput Secundum. Primum Philosophum uersari circa communia principia in uniuersum.

CVm autem etiam Mathematicus proprie specialiter communibus vtatur,horum quoq; principia speculari primæ Philosophiæ profecto erit.quod enim ab æqualibus demptis æqualibus,æqualia sunt quę restant,commune quidem in omnibus quantis est.Mathematica vero accipiẽs,circa quandam suæ materiæ partem speculatur, vt circa lineas,aut angulos,aut numeros, aut aliquid cæterorum quantorũ: non tamen prout entia,sed prout vnumquodque horũ ad vnum, vel duo,vel tria continuũ est.Philosophia vero de particularibus quidem, prout vnicuiq; horum aliqd accidit,non consyderat:circa vero ens prout ens, vnũquodq; horũ speculatur.Eodem autem modo circa etiam Naturalem scientiam se habet, quo Mathematica.Naturalis nanq; accidentia & principia entium prout mouentur,& non prout entia sunt,speculatur. primam vero scientiam horum diximus esse, prout ipsa subiecta entia sunt,& modo prout aliquid aliud.Propter quòd & illam,& Mathematicam scientiã Sapientię partes esse ponendum est.

Vide 1. Meta. có. 9.

Caput Tertium. Quòd circa primum principium non contingat falsum dicere: redarguunturq; illi, qui aliter senserunt.

EST autem aliquod in entibus principium, circaquod dicere falsum non erit,sed necesse est semper contrarium facere. dico autẽ verum dicere, vtputa quòd nõ contingit idẽ secundum vnum,& idem tempus esse,& nõ esse:& cætera eodem atq; hęc,opposita.& de his talibus simpliciter quidem demonstratio non est,ad aliquem autem est.nõ est enim ex certiore principio syllogismum ipsius eiusdẽ facere, quod esse oporteret, si simpliciter demõstrare esset. Ad illum vero,qui dicit locutiones oppositas, accipiendum est ab eo,qui mõstrat hoc falsum esse,aliquid tale,quod idẽ erit quidem ei,quod non cõtingit secundum vnum & idem tempus idem esse,& non esse, non autem appareat idem esse. sic enim solummodo demõstretur ad eum,qui dicat oppositas locutiones de eodẽ verificari. Qui autem sermonem inuicem cõmunicaturi sunt, oportet vt aliquatenus inuicem intelligant, hoc enim non facto,quomodo erit eis inuicẽ sermonis communicatio? Oportet igitur nominum vnumquodq; notum esse,& aliquid significare,nec multa,sed vnum. quòd si plura significet,manifestare ad quod eorum nomen fert. Qui igitur dicit esse hoc & nõ esse hoc,quod oino esse dicit, non dicit. quare id, quod nomen significat,idipsum non significare dicit. hoc aũt impossibile est.vnde siquidem significat aliquid,hoc scilicet esse hoc,impossibile est contradictionem de eodem verificari.Item, si nomẽ aliquid significat,& hoc verificatur,oportet hoc necessario esse.quod vero necessario est non contingit tunc non esse.oppositas ergo non est possibile locutiones de eodem verificari.Item,si nihil magis affirmatio, quã negatio verificatur,qui dicit hominem,vel non hominem, nihil magis verũ dicet.attamen videri potest, quòd si hominẽ non equum esse dicat,aut magis,aut non minus verum dicere,quàm si non hominẽ. vnde etiam,si eundem dicit equum esse, verum dicet.oppositas enim similiter erit veras esse. accidit igitur eundem,& hominem,& equũ esse,aut cæterorum animalium aliquod.Horum sanè nulla est simpliciter demonstratio: verum ad eum, qui hæc ponit, demonstratio est. Facile autem & ipsum Heraclitum quispiam hoc modo interrogans cõcedere cogeret nũquam possibile esse oppositas locutiones de eodẽ verificari.nunc vero, cũ seipsum quidnam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit.Omnino autem si hoc, quod ab eo dicitur, verum est, nec hoc ipsum verũ erit, scilicet inquam, quòd contingit idem secundum vnum & idem tempus esse.Quemadmodum enim & ipsis diuisis nihil magis affirmatio,quàm negatio verificatur, eodẽ modo simul vtroq;,ac complexo, ac si vna quædã affirmatio esset,nihil, magis negatio, quã totum tanquam in affirmatione positum verificabit.Item, si nihil est vere asserere, id etiã ipsum falsum erit dicere, assertionem nullam veram esse.quòd si aliquid sit, soluetur profecto, quod ab illis dicitur, qui ad huiuscemodi instant, & qui totaliter ipsum disputare perimunt.

Caput

Caput Quartũ. Redarguitur Protagoræ opinio falsa,asserentis omne,quod opinamur uerum esse: assignaturq; deceptionis ipsius causa.

Protagoras aiebat hoies omnium rerum ẽ mensurã. Infrà. x. Meta. t.

SImile autem dictis est & quod à Protagora dictum est.& ille nãq; omnium rerum mensuram hominem aiebat esse: nihil aliud dicens,nisi quod id, quod vnicuiq; apparet, hoc etiam indubitato esse. hoc autem posito, idem accidit esse,& non esse,& malum & bonum esse,& cætera, quæ secundum oppositas locutiones dicuntur:propterea quòd plerunque his quidem hoc apparet, illis vero contrarium esse bonum: mensuram autem esse,quod vnicuiq; appareat. Soluetur autem hæc dubitatio, viso vnde huius opinionis pricipium venit.Videtur etenim quibusdam quidem ex Naturalium opinione sumpsisse principium,quibusdã vero ex eò quòd non omnes eadem de eisdem cognoscãt,sed quibusdã hoc apparere delectabile, quibusdam contrarium. nihil.n. ex nõ ente fieri, oẽ vero ex ente fieri oium Naturalũ est decretũ. Cùm igitur non albũ ex perfecte albo fiat, & minime ex nõ albo, nunc vero factum nõ album,si fieret ex nõ ente albo, quod sit non album fieret profecto ex non ente secundũ illos,si non erat idem album & non albũ.Non est autem difficile hãc dubitationem soluere. dictum est enim i Naturalibus, quomodo ex nõ ente, & quomodo ex ente fiant quæ fiũt. At similiter vtrisque opinionibus , ac imaginationibus eorum , qui sibi ex aduerso addubitant,attendere stolidum est.manifestum est enim, quòd alteros eorum necesse est falsum dicere.Hoc etiam ex illis patet,quæ secũdum sensum fiunt.nunquam enim idem quibusdam dulce,quibusdam contrarium appareret,non corruptis,& læsis alteris organo sensus,& iudicatiuo prædictorum saporum.hoc autem ita se habente, alteros quidem putandum mensuram esse,alteros vero minime.Similiter autem& de bono,& malo,& turpi,& alijs huiuscemodi dico.nam nõ ponere esse, nisi ea quæ apparent , nihil differt ab his, qui digitum vitui supponentes,ex vno duo apparere faciũt,ac duo esse putãt,propterea quòd tot apparent,& rursus vnum allis nãque,qui visum nõ mouent,vnum apparet,quod vnũ est. Simpliciter autem incõueniens est ex eo, quod præsentia videntur mutabilia , & nunquam in eisdem permanentia, ex hoc de veritate iudicare.oportet etenim ex eis, quæ semper similiter se habẽt, nullamq; mutationem faciunt, veritatem venari.talia vero sunt,quæ in mundo. hæc enim non quandoque quidem talia,rursus autem alia apparent,verum semper eadẽ, nullius mutationis participantia.Præterea, si motus,& aliquid motum est, oẽ vero ex aliquo in aliquod mouet, oportet igit quod mouet esse adhuc i eo,ex quo mouetur , & non esse in eo, & ad hoc moueri,ac fieri in eo , aut cõtradictionem non verificari secundum eos. At si secundũ quantum præsentia fluunt & mouentur,& hoc aliquis ponat, quãuis verum non sit , cur secundũ quale non manent? Videntur aũtem haud minime ea,quæ fm contradictiones sunt, de eodẽ prędicari,ex eo,quod putant quantum in corporibus non manere,propterea quòd idem & quatuor cubitorum est,et non est.substantia vero secundum quale.hoc enim determinatæ naturæ,quantum vero indeterminatæ est.Item cur,cùm hunc cibum præcipiat medicus,sumũt: quid nanq; magis hoc, panis ẽs nõ panis sit: quare nihil differt comedere,vel nõ comedere.nunc vero tanq; verum dicẽte circa idipsum,& hoc cibo existente,qui præceptus fuit,sumũt illum.at non oportebat,cùm nulla naturam sensib.libus firmiter maneat, sed omnes semper fluant,ac moueãtur. Item, si semper quidem alteremur,& nunquam idem permaneamus,quid mirum, si nũquam nobis eadem apparent,quemadmodũ etiam ægrotis? etenim his eò quòd non similiter dispositus habitus eorum sit,vt cùm sani erant, non ea apparent similia,quæ secundum sensus,cùm ipsa quidem sensibilia nullam mutationem propter hoc participent,diuersas tamen ægrotus , & non eadem sensationes facit . Eodem igitur modo fortasse necesse est se habere,si dicta mutatio sit. Quòd si nõ mutamur, sed idem permaneamus, sit aliquid profecto permanens.

Nihil ex nõ ente, oẽ vero ex ente fieri. Sed ẽ Naturalium decretum. Ideo infrà. 34.

Scibilia sunt semper, et mutata.

Veritas ex quibus.

Caput Quintum . Quibus supradicta oppugnantibus eum difficultate, facileue sit occurrere. Item locutiones omnes nec ueras, nec falsas esse possibile esse .

AD eos igitur,q ex ratione prędictas dubitationes habent, non est facile dissoluere,si nihil ponãt,nec huius rationem quærant . hoc enim modo omnis ratio , oisq; demonstratio sit. si enim nihil ponũt,ipsum disputare,& omnino orationẽ perimunt . quare ad eos quidem nõ est sermo. Ad illos vero. qui hęsitant, facile est ex iam traditis dubitationibus obuiare,& ea dissoluere, quæ faciũt in eis dubitationẽ: vt ex prędictis patet. Quare manifestũ est ex his,quòd non est posse locutiones oppositas de eodẽ, vno & eodẽ ipse verificari:nec ipsa contraria,cùm omnis contrarietas secũdum priuationem dicatur. hoc aũt patebit,resoluẽtibus ad principium rationes

cõtrariorum. Similiter nec mediorum quicq; possibile est de vno & eodem prædicari. si.n. album sit aliquod subiectũ, dicentes illud, nec nigrum, nec album falsum dicim⁹. accidet. n. illud album esse, & nõ esse. alterum enim cõplexorum de eo verificabitur. hoc autem est albi cõtradictio. Neq; igitur secundum Heraclitũ dicẽtibus, vera dicere possibile est, neq; secundum Anaxagoram. aliter accidet contraria de eodem prædicari. cùm enim in omnire dicat omnis rei partem esse, non magis dicit esse dulce, quàm amarum, aut quãcunq; cæterarum contrarietatum, si omnia quidem non solum in omni potẽtia, verum etiã actu, & seiunctim insunt. Similiter autem nec omnes locutiones falsas, nec veras possibile est esse: tum, ppter alias multas difficultates, quæ ob hanc positionem euenirent: tum etiã, qm̃ si cuncte falsę sint, nec cùm hoc ipsum aliquis dicet, verum dicet. si autem verę, cùm omnes falsas dicet, non falsum dicet.

Sũma Tertia. Annotatur Primæ Philosophæ ad alias scientias differentia. Item ens per accidens à scientiarum consyderatione abycitur: de quibus omnibus supra in Sexto.

Caput Primum. Primam Philosophiam ab aliis differre scientijs, quarum hic fit diuisio, ex consyderandi ratione, ac definiendi modo.



OMnis autẽ scientia circa vnum quodq; eorum, quæ sub ea scibilia sunt, principia quædam & causas quærit, vt Medicatiua, & Exercitatiua, ac singulæ Effectiuarum, vel Mathematicarum. harum etenim vnaquæque circa quoddam circumscriptum genus, tanquam existens, & ens, non tamen prout ens est. tractat. sed hęc alia quędam scia præter illas scitias est. dictarum vero scitiarum vnaquęq; accipiens aliquo modo ipsum quid est in vnoquoq; genere, cętera vel debilius, vel exactius conatur ostendere. Accipiunt autem ipsum quid est quædam per sensum, quædam supponentes. Vnde ex hac inductione patet substãtiæ, & ipsius quid est demonstrationem non esse. Cùm autem sit aliqua de natura scitia, patet quòd et ab actiua, & ab effectiua diuersa erit. Effectiuæ nanq; in faciente, non in eo quod fit, motus principiũ est. & hoc, aut ars quædam, aut alia vis est. Similiter & actiuę, nõ in eo quòd agitur, sed magis in agẽtibus motus est. Naturalis vero scitia circa ea, quæ in seipsis habent motus principium est. Quòd itaq; neq; actiuam, neque effectiuam, sed speculatiuam esse Naturalem scientiam necesse sit, ex his patet: in vnũ nanque horum genus eã cadere necesse est. Cùm vero vnicuiq; scientiarum necesse sit aliquo modo ipsum quid est scire, & hoc vt principio vti, oportet nõ latere quonã modo definiendum Naturali sit, quòue modo substantię ratio sumenda sit, vtrum vt simum, an magis vt concauum. horum enim, simi quidem ratio vnà cum materia reidicit, concaui vero absq; materia. simitas nanq; in naso sit. & ideo ratio quoq; eius cum eo dicitur. simũ eni est nasus concauus. manifestum est igitur etiã carnis, & oculi, cęterarumq; partium rationem cum materia reddendam esse. Cùm autem quædã sit entis sciẽtia, prout ens & separabile est, cõsyderandum est vtrum eam eandẽ cum Naturali ponendum sit, an magis aliam. Naturalis sanè circa ea est, quæ motus principium in seipsis habent. Mathematica vero speculatiua quidem est, & hæc quædam circa manentia, non tamẽ separabilia. Circa separabile igitur ens, & immobile alia præter has ambas scientia est, si aliqua quidẽ talis substantia est. dico autem separabilis, & immobilis, quod tẽtabimus ostẽdere. &, si qua talis in entibus natura sit, illic profecto diuinitas erit, & hoc erit primum & principale principium. Patet igitur tria genera speculatiuarum esse scientiarum, Naturalẽ Mathematicam, Theologiam. Optimũ igitur speculatiuarum quidẽ scientiarũ genus, harum sanè ipsarum ea, quę vltimo dicta est. circa nanq; honorabilissimũ entium est. vnaquæq; vero melior, aut deterior dicitur secundum proprium scibile. Dubitauerit autem quispiam, vtrum entis, prout ens est scientiam vniuersalem ponere oporteat, an nõ. Mathematicarum etenim vnaquæq; circa vnum quoddam determinatum genus est. vniuersalis vero communis de omnibus est. Si itaq; naturales substantiæ primæ sint entium, ipsa quoq; Naturalis scientia prima scientiarum erit. quòd si alia natura, atq; substantia separabilis, et immobilis est, necesse est vt scitia quoq; eius alia sit, & Naturali prior, & vniuersalis prior.

Caput Secundum. Ens per accidens à nulla consyderari scientia: ipsumq; non habere causas nec principia. Nec etiam de ente uero quæ renda esse principia. Item de Fortuna causa per accidens existente.

CVm autem simpliciter ens pluribus eẽ modis dicatur, quorũ vnus est, qui secundum accidens dicitur esse, primo de ente hoc pacto consyderandum est. Quòd igitur nulla scientiarum, quæ traditæ sunt, circa accidens versetẽ, patet. Nec enim ars ædificatoria,

quidnam

quidnam illis, qui vsuri sunt domo, accidit cõsyderat: vtputa, si anxie, vel è contrario habitabunt, neq; textura, neq; futura. quod vero proprium sibijpsi est, solum vnaquæq; istarum scientiarum consyderat. hoc autem finis proprius est. neq; quatenus musicum & grãmaticum. nec quod is, qui musicus est, factus grammaticus simul ambo erit, cùm prius nõ esset. quod autem cùm non semper esset, est, hoc fiebat. quare simul musicus, & grammaticus fiebat. Hoc autem nulla earum, quę certæ scientiæ sunt, quærit, præter Sophisticam, hæc enim sola circa accidens versatur. Quare nõ male Plato ait, cùm dixit Sophisticam circa non ens immorari. Quòd autẽ nec sit possibile accidentis scientiam esse, manifestũ erit, si videre conabimur quidnã accidens sit. omne itaq; dicimus quoddam quidem semper, et ex necessitate esse (ex necessitate autem non ea dico, quę secundum violentiam dicitur, sed qua in demõstrationibus vtimur) quoddam vero vtplurimum, quoddam autem, nec vtplurimum, nec semper & ex necessitate, sed vt contingit. vtputa sub cane fiat frigus: sed hoc nec vt semper ex necessitate, nec vtplurimum fit, quãdoq; tamen accidet. accidens ergo est, quod fit quidem, non semper tamen, nec ex necessitate, nec vtplurimum. Quid itaque accidens sit dictum est. Cur vero non sit huiusce modi scientia, patet. omnis nanq; scitia eius est, quod semper, aut plurimum est. accidens vero in neutro horum est. Quòd autem entis secundum accidens non sint causę, & principia talia, qualia per se entis, manifestũ est. essent enim omnia ex necessitate. nam si hoc existẽte, hoc erit, & hoc, hoc (atq; id nõ vt contingit, sed ex necessitate) illud quoq; ex necessitate erit, cuius hoc causa erat, vsq; ad vltimum dictum causatum. hoc vero secundum accidẽs erat. quare ex necessitate omnia erunt, & de entibus auferetur, tum quod ad vtrumlibet se habet, tum ipsum contingere & fieri & non fieri. At & si causa non vt ens, sed vt ea, quæ fit, supponatur, eadem accidẽt. omne nanq; ex necessitate fiet. etenim crastina eclipsis fiet, si hoc fiat. hoc vero, si aliud qdam. & hoc, si aliud. & hoc itaque modo, si ab eo tempore finito, quod à nunc est vsq; cras, demat tempus, deueniet aliquando ad existens. quare cùm hoc sit, cuncta, quæ sequuntur, ex necessitate profecto fient. vnde ex necessitate omnia fient. Quoddam autem vt verum & non secundum accidens est ens, quod est in mẽtis complexione, & passio in ea. quare circa illud, quod ita est ens, non quęruntur principia, verum circa id, quod extra & separabile ens est. Quoddam vero non necessarium, sed infinitum. dico autem quod secundum accidens est. huius vero inordinatę & infinitæ causæ sunt. Ipsum vero alicuius gratia in eis est, quæ à natura, aut à mẽte fiunt. Fortuna vero est, cùm aliquid horum secundum accidens fiat. quemadmodum enim & ens quoddam per se, quoddam secundum accidens est, ita & causa. fortuna vero secundum accidens causa est in eis, quæ secũdum electionem alicuius gratia fiunt. quare circa idem fortuna & mens. electio nanq; absente mentẽ non est. Causæ vero, quibus ea fiant, quæ à fortuna sunt, indeterminatæ sunt, quæ humanæ cogitationi incertæ sunt. & causã per accidẽs est. simpliciter vero nullius. Bona vero fortuna et mala dicitur, cũ bonũ aliquod, aut malum euenerit. Fors fortuna vero & infortunium circa magnitudines horum. Cùm autẽ nihil fim accidens prius his sit, q̃ fim se sint, nec igitur causæ. Si itaq; fortuna aut casus cœli causa est, prior, mens & natura causa erit.

Sophisticen circa accidẽs versari.

Fortuna.

Summa Quarta. De Motu, de Infinito, de diuisionibus motus, & nonnullorum terminorum definitionibus: de qbus in Tertio, & Quinto Physicorũ.

Caput Primum. De Motu.



STatũ hoc quidem actu solum, illud vero potentia: hoc autem potentia & actu. hoc quidẽ ens: illud vero quantum: hoc autem cæterorum aliquid. Non est autem motus præter res. mutatur enim semper secundum entis prędicationes. commune autem nihil in his in vlla prædicatione. vnumquodq; vero dupliciter omnibus inest, velut hoc. nam hoc vt forma, hoc vero vt priuatio. ac secundum qualitatem hoc album, illud nigrum, secundum quãtitatem hoc perfectum, illud imperfectum. eodem modo & secundum lationem: nam hoc sursum, illud deorsum, aut leue aut graue. quare mot⁹ & mutationis tot sunt species, quot entis. Cùm autem vnumquodq; genus in actum & potentiam diuidatur, actum eius, quod potentia est, prout tale est, dico esse motum. Quòd autem vera dicimus, hinc constat. cùm enim ædificabile prout tale, ipsum dicimus esse actu quatenus ædificatur, & hoc est ædificatio. similiter eruditio, curatio, volutatio, ambulatio, saltatio, senescẽtia, ac increscẽtia. Accidit autẽ moueri cũ actus ipse fuerit, & neq; prius, neq; posterius. actus autẽ eius, quod est potẽtia, cùm actu ens agat, nõ prout ipsum, sed prout mobile, motus est. dico autem prout sic: nam æs potentia est statua, non tñ actus ęris, prout æs, motus est. nõ enim idem est ęri esse, & alicui potẽtiæ. Quòd

Motus.

Motus definitio.

Idem

si idē esset simpliciter, ac ſm rationes, esset profecto ęris actus motus quidam. at non est idē quod & in contrarijs patet. siquidem posse sanari, possęq; ægrotare, non est idē: alioqui & sanari & ægrotare idē foret. subiectum vero, quod sanabile, aut ęgrotabile est, siue humor, siue sanguis, vnū idemq; est. Cùm non sit igit̄ idem, sicut nec color, ac visibile idē est, constat motū esse actum rei possibilis, prout possibilis est. Quod igitur ipse est, & qd'tunc contingit moueri, cū actus ipse sit, & quod nec ante nec post, manifestū est. nam cōtingit vnūquodq; aliq̄n qdem operari, aliq̄n minime. velut ędificabile, prout ędificabile actus, ędificatio est. aut enim hoc, ędificatio in ędificabili actus, aut dom⁹. at vbi domus sit, non vltra ędificabile erit. ędificatio vero eius est, qd'ædificabile est. necesse itaq; ædificationē actū esse. ædificatio vero motus quidam est. eademq; in ęteris motibus ratio est. Quòd vero hęc sint rectę dicta, ex his quoque constat, quę alij de ipso referunt. tum ex eo ꝙ nō facile est ipsum aliter definire. nec. n. licebit cuiquam in alio genere eum collocare. Et patet ex his etiā, quę alij protulerūt. qdam enim alteritatem, inęqualitatē, & ipsum non ens, quorū nullum necesse est moueri. at neq; mutatio hęc, neq; ex his potius ęq; ex oppositis est. Causa vero, pp quam in his motum statuerunt, ea est, ꝙ indefinitum quiddam videt esse motus: alterius verū coordinationis principia, vtpote priuatiua, indefinita sunt. nā nec quod quid, nec tale, nec aliorum prædicamentorum vllum ipsorum est. Quòd vero motus indefinitus esse videatur, ea est causa, ꝙ neq; inter ea, quæ sunt potentia entia, nec quæ ſm actum, ponere ipsum est. nec enim quod pōt ęqtum esse, moueri necessariū est, nec actu quātum. At motus actus quidā esse videtur, quāquam imperfectus. causa vero est, ꝙ imperfectum est posse, cuius actus est. quamobrē difficile ipsum comprehendere, quidnam sit. nam aut in priuationem necessario reponetur, aut in potētiam, aut in actum simplicem. horum autem nullum videtur contingere posse. superest igit̄ qd'dictū est, esse et actum, et nō actū qui dictus est, q etsi difficilis cognitu sit, tñ cōtigit esse. Simul & illud perspicuū est, motum esse i moto. actus enim ei⁹ est à motiuo. Neq; alius est motiui actus: oportet enim vtriusq; actum esse. nā motiuū est, eò ꝙ possit: mouens vero, eò ꝙ operetur. verum actiuum est ipsi⁹ mobilis: quare eodē modo vn⁹ vtriusq; actus. quemadmodū eadem distantia ad duo vnius, & ad vnū duorū, ascensus quoq;, ac descēsus, at esse nō est vnū, ita etiā i mouēte, et in moto.

Caput Secundum. De Infinito. 1

INfinitū vero est, aut quod impose est pertransire, eò ꝙ non sit aptum permeari, quēadmodum vox inuisibilis: aut quod trāsitum habet inconsummabilē: aut quod vix: aut qd' natura aptum est habere, nequaquam tñ trāsitum, aut finem habet. Item ſm appositionem, aut ablationē, aut ambo. Separabile sane ipsū quicquam esse impossibile est. nam si nec magnitudo, nec multitudo est, sed infinitum substantia eius est, & nō accidēs, indiuisibile erit. siquidē diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo ē. ꝙ si est indiuisibile, nō est ifinitū, nisi quē admodū vox inuisibilis est. verum nec sic aiūt nec nos si quęrimus, sed tanq; impermeabile. Prętera, quonam modo cōtinget esse per seipsum infinitum, si nec numerus, nec magnitudo sit, quorum infinitum passio est? Prętera, si ſm accidens, nō esset tanē rerum elementū prout infinitū est: sicuti nec inuisibilis locutionis, tametsi vox inuisibilis est. Quòd aūt infinitū non potest esse actu, patet. erit nanq; quęq; pars eius infinita, quę accipitur. nam infinito esse, atq; infinitum, idem: si qdem infinitū substantia, & non de subiecto sit. aut igitur inuisibile, aut ꝓinfinita diuisibile, si partibile est. verum multa infinita idem esse impose est. quēadmodū enim aeris aer pars, ita & infinitū infiniti, si substantia, et principium sit. impartibile igitur, et indiuisibile est. vere hoc impose, actu esse ens infinitum: necessariū enim ꝙtum esse. ſm accidēs igitur exiſtit. at hoc modo dictum est non posse principium esse, verū id potius, cui accidit numerus, vel par esse. sed hæc fortasse in quisitio vniuersalis est. Quòd vero in sensibilibus nō est, hinc constat. nam si est corporis ratio hoc, esse superficie definitum, non sane fuerit infinitū corpus, nec itelligibile. nec sensibile. Cęterū nec numerus ita est, tanq; separatus, atq; infinitus. quippe cùm numerus, aut qd'habeat numerū, numerabile sit. Quòd si naturaliter potius cōtēplemur, ex his patet. neq; enim compositorum, neq; simplex potest esse. Compositū nanq; nō erit corpus, si finita qdem sunt multitudine elemēta. oportet nanq; cōtraria equari, nec esse vnum eorū infinitum. nam etsi ꝙtumuis inferior sit alterius corpis virt⁹, corrūpetur tñ ab infinito. nec pose est vnumquodq; esse infinitū, si corpus qdem est, qd'vndecunq; habet dimēsionem: infinitū vero, quod infinite distat. quare infinitum corpus vndecūq; infinitum erit. Nec vero vnum & simplex contingit infinitum esse corpus. nec, vt quidam aiunt, pręter elemēta, vnde hæc generant. tale nanq; corpus prętér elementa nō est. nam cuncta, ex quibus sunt, in

Quid sit infinitum.

Vide commentum. 2. tm

Infinitū non est visibile.

Infinitū esse non potest.

Infinitum in sensibilibus non esse.

ea etiam resoluuntur. hoc vero nō videtur ꝑter simplicia corpora, neq; ignis, neq; aliud vllū elemētorum. etenim absq; eo ꝙ aliquod horū infinitum sit, impose est vniuersum, & si finitum sit, aut esse, aut fieri aliqd' eorum vnū, vt Heraclitus dicit, omnia qñq; ignē fieri. Eadem ratio & de vno est, quod faciūt prętér elementa Naturales. omne enim ex cōtrario in contrarium, velut ex calido in frigidum transit. Item corpus sensibile alicubi est, idēq; partis ac totius locus, velut terræ. quare, si vniforme sit, aut immobile erit, aut semper pelletur. hoc vero impose est. quid enim deorsum potius q̄ sursum, aut vsquam? velut si gleba sit, quo mouebitur, aut vbi manebit? locus enim eiusdē generis corporis illius infinitus est. cōtinebit igitur totum locum. At qūo? Quæ igitur mālio, motusq; eius? An vbiq; manebit? non mouebitur ergo. An vbiq; mouebitur? non ergo stabit. Quòd si vniuersum dissimile sit, loca quoq; dissimilia erunt. Ac primū quidē nō vnū vniuersi corpus, nisi tactu. Deinde aut finita erunt hęc, aut infinita spē. finita qdē impose. nā q̄dam infinita erūt, q̄dā minime, si totū ifinitū sit, velut ignis aut aqua. at hoc erit cōtrarijs corruptio. qd'si infinita, ac simplicia, loca quoq; infinita, & el'nta infinita erunt. qd' si est impose, locaq; finita sint, totū itē necessario finitū erit. Et oino impose infinitū esse corpus, & locū corporibus, si omne qdē corpus sensibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem. aut enim ad medium, aut sursum mouebitur. verum impossibile infinitum, aut totum, aut mediū, aut quodcunq; passum esse. quo enim modo diuides, aut quo pacto infiniti hoc quidem sursum fuerit, hoc vero deorsum, aut extremum, aut mediū? Omne item corpus sensibile in loco: loci vero species sex. in corpore vero infinito hæ esse non possunt. Oīno aūt, si impossibile est locum infinitum esse, corpus quoq; impossibile est. quod enim in loco est, id alicubi est. hoc vero, aut sursum, aut deorsum, aut aliquid cæterorum significat, quorū vnumquodq; terminus qdam est. Infinitum vero non idem in magnitudine, motu, & tempore, tanq; vna q̄dam natura, sed ipsum posterius ſm prius dicitur. velut motus ſm magnitudinem, super quam fit motus, aut alteratio, aut augmētatio: tempus vero propter motū.

Caput Tertiū. Distinguit motus ꝓ se à motu ꝓ accidēs, et secm partē. Quot modis aliquid in aliud mutari dicatur. In quot, et quibus prædicamentis sit motus. Immobile item quot dicatur modis.

TRansmutatur vero quod trāsmutatur, hoc quidem ſm accidens, veluti cū dicimus musicū ambulare: illud vero, eò ꝙ eius quippiā mutetur, simpliciter dicitur mutari, vt quę ſm partē dicuntur. sanatur nanq; corpus, qm̄ oculus. Est ꝑterea, qd' per se primum mouetur, & hoc est per se mobile. Est item de mouente quoq; eodem modo. mouet nanq; quoddam per accidēs, quoddam ſm partem, quoddam per se. Est rursus aliquid, quod primo mouet: & est aliquid, quod mouetur. Itē tempus, in quo, ac prætérea ex quo, demum, et ad quod. formæ vero, passionesq;, ac locus, ad quę mouētur mota, ea immota sunt. velut scientia & calor. est vero motus, non caliditas, sed calefactio. Mutatio autem non per accidens haud quaquam in omnibus est, sed in contrarijs ac mediis, atq; etiam in cōtradictione. cuius rei fides inductione est. Mutatur autem quod mutatur, aut ex subiecto i subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum. Aio autem subiectum, quod affirmatione explanatur. Quare necesse est tres mutationes esse. illa enim, q̄ ex non subiecto in non subiectū, nō est mutatio. nec enim contraria, neq; cōtradictio est, quia neq; oppositio. Mutatio igitur ex non subiecto in subiectum ſm cōtradictionem, generatio est: q̄ qdē simpliciter simplex, quæ vero cuiusdā, q̄dā. at quæ de subiecto in nō subiectum, corruptio: quę simpliciter simplex, quæ cuiusdā, q̄dam. Sitaq; non ens multifariam dicitur, & & nec quod ſm compositionem, aut diuisionem dicitur moueri cōtingit. nec item quod secundum potentiam, quod oppositum est ei quidem, quod simpliciter est (non albū enim aut non bonum contingit nihilominus secūdum accidens moueri. esse nanq; homo potest non album) quod vero simpliciter non hoc, id nequaquam. nam impossibile est non ens moueri. si igitur hoc, & generationē motum esse. fit enim non ens. nam etsi maxime secundum accidens fit, attamen verum est dicere de eò, quod simpliciter fit, quod est non ens. Eodem modo igitur & quiescere. Hæc itaq; omnia accidunt absurda, si quicquid mouetur, in loco est, non ens vero in loco nō est: esset enim vsquam. Nec corruptio igitur motus. siquidem motui motus aut quies contrarium est. corruptio vero generationi est contraria. At cùm omnis motus mutatio quædam sit: mutationes vero tres, quę dictę sunt, harum vero, quæ secundum generationem & corruptionem minime sit motus (sunt autem illæ secundum contradictionem) necesse ex subiecto in subiectum mutationem solam motum esse. subiecta vero, aut contraria, aut

media,

media, nam & priuatio contrarium esse ponatur, quandoquidem & affirmatio declaratur, veluti nudū, cęcū, & nigrum. Si igitur prædicamenta, substantia, qualitate, loco, facere, pati, ad aliquid & quantitate diuidatur, tres esse motus necesse est, qualis, quāti, & loci. Secūdum vero substantiam minime: propterea q substantię nihil contrariū est. Nec eius quod ad aliquid. etenim altero mutato, verificatur alterum nullatenus muratum. quare ſm accidens horum motus erit. Nec p̄terea agentis aut patiētis, neq; omnino moti ac mouentis: cū non sit motionis motus, nec generationis generatio, nec denięp mutationis mutatio. Bifariā enim cōtingit motionis motum esse. nā aut tanq̄ subiectū, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mouetur. quare sic etiam motus, aut calefit, aut frigefit, aut loco trāsfertur, aut crescit. ad vero impossibile est, cùm motus non sit aliquod subiectorum. Aut eo q aliud quoddam subiectum ex mutatione in aliam speciem mutetur. vt homo ex morbo in sanitatem. At nec hoc possibile, p̄terea q̄ per accidens omnis nanq; motus in aliud ex alio mutatio est. & generatio item ac corruptio eodē modo. verūtamē quæ ex oppositis sic aut sic, non sunt motus. aliquā simul ex sanitate in morbum mutatur, atq; ex ea ipsa mutatione in aliam. cōstat itaq; q, cū ęgrotauerit, in quāuis mutatus erit. continget enim quiescere. ac p̄terea nō semper in quācunq;, & illa quoq; ex aliquo in aliud quiddam erit. quare opposita erit conualescētia, verum ex accidenti, vt ex reminiscētia in oblitionem mutatur, quia id, cui inest quandoq; in scientiam, quandoq; in sanitatē mutat. In infinitū p̄terea, pceder, si mutatiōis mutatio, et generatiōis generatio fuerit. necesse igitur & priorem fore, si posterior fuerit, vt si simplex aliquando fiebat generatio, illud quoque, quod fiebat, simpliciter fiebat. quare nondū erat qd̄ simpliciter fiebat, sed qd̄ hīt aliqd, aut qd̄ iā fiebat. si igit hoc etiā aliqn̄, fiebat cui nōdū erat, qd̄ tūc fiebat. cū vero in infinitis non sit aliquid primum, nō erit primum: quamobrem neq; consequens erit. nec fieri igitur nec moueri, nec mutari quicq̄ possibile est. Eadem p̄terea motus contrarius atq; quies generatioq; & corruptio. quare quod fit, cum tactum fuerit, quod fit tunc corrūpitur. nec enim fiatim, cū fiat, nec post. nam esse opus est quod corrūpitur. Item necesse materia subesse ei, quod fit, & mutatur. quæ igit erit velut alterabile quiddā, aut corpus, aut anima ita quiddam etiam eius, quod fit, aut motus, aut generatio, et aliquid item ad hoc mouetur. nam opus est aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus non est, esse motum. Quonam igitur modo? Non erit doctrina doctrinę. quare neq; generatio generationis. Cū vero neq; substātiæ, nec ad aliqd, neq; faciēdi, ac patiēdi, supest ſm quale, & q̄tū, & vbi motū dūtaxat esse. q̄nquidē in horū singulis contrarietas est. Quale autem dico, non quod in substantia (si quidem differētia quale est) verum passiuum quale, quo dicitur res, aut pati, aut impassibilis esse. Immobile autem est, & quod oīno impossibile est moueri: & quod in multo tempore vix mouetur, aut quod tarde incipit. & qd̄ natum quidem est moueri, non potsit autem, quādo natum est, & vbi, & quomodo: quod sane inter immobilia solum voco quiescere. cōtraria enim quies motui. quare priuatio erit susceptiui.

Caput Quartum. Nonnullorum terminorum assignantur definitiones.

SImul secundum locum esse dicuntur, quę in vno loco primo sunt. Et separata, quæ in diuerso. Tangi autē, quorum extrema sunt simul. Medium, in quod natum est prius venire quod mutatur, q̄ ad quod vltimum mutatur, secundum naturam continue mutatum. Contrarium secūdum locum, quod secundū rectitudinem plurimum distat. Consequens est, cuius principium sequentis, aut solo situ, aut forma, aut aliquo quodā modo definito, atq; illius, cuius est consequēs, nihil est medīū eorum, quę in eodem genere sunt. velut linea lineę, aut vnitas vnitatis, aut domus ipsius domus. aliud vero medium esse nihil prohibet. Consequens nanq; alicuius consequens, ac quoddam posterius est. non enim vnum consequens duorum, neque nouilunium consequens secundę. Attiguum vero, quod consequens tangit. Cæterum cùm omnis mutatio in oppositis sit, hęc vero contraria, ac contradictio, contradictionis vero nihil medium est, constat quod medīū in contrarijs est. Cōtinuum sane, quoddam attiguum, aut tangēs est. dicitur vero continuum, cùm idem fiunt, atq; vnus vtriusq; termini, quibus tangunt, ea se continuāt. quare patet in his esse continuū, ex quibus vnum quiddam natum est secundum contactum fieri. Et quod cōsequens primum sit, constat. consequens nanq; non tangit. hoc vero consequens est. & si continuum est, tangit. quòd si tangit, nōdum continuum est. in quibus vero non est tactus, in his nō est cohærentia. Quare non est punctū idem vtriusq; nam illorum est tactio, harum vero minime, sed consequenter. & illorum quidem est aliquid intermedium, harum vero minime.

Auerrois

LIBER DVODECIMVS.

AVERROIS IN DVODECIMVM METAPHYSICORVM PROOEMIVM,

Paulo Israelita Hebræo interprete.

QVoniam nec Alexandri, nec Posteriorum in aliquam huius scientiæ dictionem glosa, expositiōue reperta est, nisi in hanc dictionem, cuius quasi duæ tertiæ partes glosæ Alexandri, & completa Themistij paraphrasis mihi ablata est, ideo i singulis articulis Alęxandri sententiā recenlere ratū fore censui, & quod Themistius, & nos apposuimus, aut dubitautmus, adijcere.

Dixit Alexã. Et, cùm locutus fuit de substãtia mobili, d. q̃ Naturalis debet loq; de istis duabus substãtijs, s. æterna et corruptibili. Consyderatio enim Naturalis est de substantijs mobilibus, fm q̃ accipit principia istorum à primo Philosopho: substantia autem immobilis est propria primę Philosophię. Alexan. autem in hoc loco apte videtur dicere q̃ Naturalis cõsyderat de substãtia mobili, q̃rendo principia eius à Philosopho, et q̃ Philosophus declarat hęc principia esse. sed iã declarauimus q̃ iste sermo nõ est ver?: et q̃ Naturalis cõsyderat de substantia mobili, quærẽdo principia eius, peruenẽdo à posterioribꝰ ad priora, vt declaratũ est illic. D. d. ista enim sunt cum motu. i. & consyderatio de substantia mobili est alterius scięti, s. istius. et causa in hoc est, quia illæ duæ substantiæ sunt mobiles, hæc autem est alia ab eis & immobilis, cùm mobile & immobile non habeant principium sibi commune. D. d. Substantia autem sensibilis, &c. Alexan. i. cùm dixit q̃ sermo de substantia sensibili est Naturalis, cũ sit in motu, & iam prædixit q̃ necesse est accipere elementa substãtiæ sensibilis, si vnum, et si plura. Cõsyderatio enim in hoc & in inuentendo principia naturalium est primi Philosophi. & ideo incœpit suum sermonem in hoc, & declarat ut quæ sunt elementa naturali substantiæ. & ad hoc accepit propositionem manifestam, s. q̃ omnis sensibilis substantia est transmutabilis. Omnis enim huiusmodi substantia, aut est transmutabilis in loco tãtum, vt substantia æterna: aut in qualitate & magnitudine: aut in substãtia, vt in generatione. D. contingit ei aliam propositionem manifestam, & est, q̃ illud, quod transmutatur, ex contrario, aut ex medio inter contraria transmutatur: sed ea, quæ sunt inter contraria, non dicuntur esse contraria: media enim, ex quibus fit transmutatio ad extrema nõ simpliciter sunt contraria ex extremis: vnde videtur non ex contrarijs. quomodo autem transmutatio, quæ est in istis, & ex istis, etiam est ex contrarijs: quia illa, quæ sunt inter contraria, fiunt ex mixtione contrariorum: in tractatu Decimo declaratum est. Et cùm d. q̃ transmutatio, quæ est inter contraria, d. & accepit in hoc loco oppositа loco contrariorum, & ponit q̃ omnis transmutatio fit ex contrarijs, aut ex medijs, quę sunt inter contraria. D. d. vox enim non est alba, sed econtrario. Alexan. i. q̃uis possumus dicere q̃ vox non est alba, tamen non propter hoc fit album ex voce, quia vox nõ est album. oportet enim q̃ illud, qđ transmutatur, fiat contrarium et, ex quo trãsmutatur. D. Alexã. forte non intendebat hoc. sed cùm dixit vniuersaliter q̃ transmutatio fit ex oppositis & ex medijs: oppositа autẽ multipliciter dicuntur: declarauit q̃ trãsmutationes nõ fiunt ex quibuslibet oppositis. Quoniã bene possumus dicere q̃ vox opposita est alba, cùm dicendum sit q̃ vox non est albũ: sed tamen non propter hoc est dicendum q̃ album fit ex voce, & q̃ vox transmutatur in album. nõ enim ex omnibus, de quibus dicitur non album, fit album: quoniam non ex omnibus oppositis fit trãsmutatio, sed ex contrarijs. Et, cùm declarauit q̃ necesse est i omnibus naturalibus vt in principijs sit aliqua contrarietas, contingit hoc, q̃ necesse est vt in omnibus transmutabilibus sit aliquod subiectum, quod transmutetur ad contrarietatẽ, qua fit trãsmutatio: & q̃ in aliqua hora sit in aliqua parte eius, & in alia hora in alia parte. Impossibile enim est vt cõtraria recipiant sua contraria permanentibus illis. & hoc iam declaratum est in [a] primo Phy. et contingit etiam hoc, quod declaratũ est in illis tractatibus, q̃ illud, qđ transmutatur, cùm transmutatur, permanet: contraria autem, ex quibus transmutatio fit, non permanẽt. et ex hoc apparet q̃ necesse est in omnibus transmutationibus vt sit tertium permanens aliud à cõtrarijs. hęc sunt verba Alexã. et est perfecta expositio. [b] Sed hoc, quod d. q̃ consyderatio in hoc, & in inueniendo principia naturalium est Philosophi, non est intelligendũ fm suũ modum, s. q̃ demonstrare principia naturalis substantiæ esse est primi Philosophi, sed ecõtrario. [c] Naturalis enim habet dare causas mobilis substantiæ materiales & mouentes: formales autem & finales non potest, sed

Mobile, et mobilenõ-bẽt principia cõe. Vide Me. i. c. vlt. & 1. cõ. 61.

a. 1. Phy 70. 91. 92. & 1. Ph. 47. & 48. 1. cõ. 10. 1. de Gener. 10. 10. Met. 21. & 1. de Aia. 44.

10. Met. 1. com. 33.

Quomõ exponit Alexan. põtibẽ tractatum.

Alia expositio Alexan. quare dixit ex oppositis.

Causa formalis, & finalis, & moues sũt de subiecto. 11. 10. Met. 7.

a. 1. Phy 70. 91. 92. & 1. Ph. q̃

b Digressio qua inquirit q̃liter dicamus cõsiderare principia substãtiæ mobilis substãtiæ. & q̃r exponit Alex. verũ, cum possit.

c Naturalis hęc dare cãs mobilis subq̃ materiales et mouẽtes. formales aũt & finales nõ potest. Opposit. 1. 2. Phy 1. c. 70. Vide cõtra. Zim.

sed Philosophꝰ dat eas demõstrãdo q̃ primũ mouẽs, qđ iam declaratũ est esse in scięntia Naturali, est principium substantiæ sensibilis secũdum formam & finem. Secundum igitur hũc modum quęrit Philosophus elementa substantiæ sensibilis, i. elemẽta entis, in eo q̃ est ens. Declarat igitur in hac scientia q̃ ens non materiale, quod iam declaratum est esse mouens substantiam sensibilem, est substantia antecedens substantiam sensibilem: & q̃ est principium eius fm formã & finem. Secũdum hoc igitur intelligendũ est q̃ Philosophus quęrit de principijs substantiæ naturalis, s. de prima forma & fine. de causa autem mouente & materiali est Naturalis. Et in hac scientia ponit has duas causas esse principium perscrutationis de duabus alijs causis. Et ideo incœpit ponere has duas causas, & primo materialem, et declarat illam per propositiones illas easdem, quibus vsus fuit in scientia Naturali. Et ideo videtur q̃ hæc cõsyderatio non est propria huic scientiæ, sed est pars scięntiæ Naturalis. sed, quia vicinę sunt hæ duæ consyderationes, & necesse est vna earum vti in altera quasi principio, fecit rememorationem de hoc, quod declaratum est in scientia Naturali. Sed tamen hic magis generaliter perscrutatur ij in naturalibus, verbi gratia q̃, cùm declarat q̃ principia substãtiæ sensibilis est materia & forma, quærit vtrum principia substantiæ sint principia aliorum prædicamẽtorum aut nõ, & sicut perscrutatus est in prædictis tractatibus de forma, vtrũ sit substantia aut non, & de vniuersali & particulari, & ideo fecit rememorationem in hoc loco de eo, quod declarat est de principijs substantiæ sensibilis in scięntia naturali, & in tractatibus prædictis istius scientiæ. Istæ autem duæ scientię vicinæ sunt, s. scientia, quæ consyderat de principijs substantię mobilis in eo q̃ est mobilis, & quæ consyderat de eis in eo q̃ substãtiæ. & ideo possibile est vti his propositionibus magis generalibꝰ q̃m in scientia Naturali, non in eo q̃ est substantia simpliciter. Et secũdum hoc verificabitur sermo Alexã. cùm d. q̃ consyderatio Naturalis est de substãtijs, quæ sunt in motu, secundum q̃ accidit principia istorum à primo Philosopho, s. q̃ intelligenda sunt ex hoc causa formalis & finalis, nõ materialis & mouens, q̃uis sint vna secundũ subiectũ. Et similiter verificabitur sermo eius prædictus, cùm d. q̃ demõstrare principia entium est primi Philosophi, et q̃ Naturalis ponit ea positiõe, s. q̃ intelligenda est causa formalis & finalis, non mouens & materialis. Et similiter verificabitur etiam sermo eius, cùm d. illa autem alia principia sunt Naturalis tantum, cùm fuerint intellecta ex istis hæc duo tantum principia, s. materia prima & primum mouens. Et ęcidit dubitatio in hoc, q̃ principii formale, & finale, & mouens non sunt tria numero, sed vnum in subiecto & tria in ratione. secundum autem q̃ est mouẽs, declaratur esse in scientia Naturali, & quòd non est in materia: & secundum q̃ concedit hęc scientia q̃ hoc mouẽs non est in materia, declarat q̃ est forma & finis istius sensibilis substantię, non in eò quòd est sensibilis, sed in eò quòd est ens. secundum igitur hoc est intelligendum q̃ principia vtriusq; scientiæ sunt diuersa in modo tantum, non in esse. & ideo sermo Alexan. est valde dubitabilis, nisi determinetur sic. Ex quo errauit Auicen. sicut dixit. & oportebat Alexan. si hoc intendebat, sicut est famosus in hac scientia, distinguere & determinare hoc. Et ideo videmus Themistium dimittere hãc intentionem vniuersaliter.

Si itaq; transmutationes sunt quatuor, aut secundum ipsum quid, aut secundum quale, aut quantum, aut vbi: ac generatio simplex et corruptio, quæ secundum quod quid fit, augmentatio & diminutio, quę secundum quantum, alteratio, quæ secundum passionem, latio vero, quæ secundum locum: profecto in cõtrarietates quæ fm singulũ mutationes erũt. necesse est igit mutari materiã, q̃ambo possit.

Si igitur trãsmutationes sunt quatuor, aut inquid, aut in quale, aut in quantũ, aut in vbi: generatio autem simpliciter est in hoc, augmentum vero in quãtum, alteratio autem in passiones, translatio autem in locum: videtur q̃ transmutationes nõ inuentiantur, nisi in eis, quæ sunt in vnoquoq;. & necesse est vt materia transmutetur, qua potest vtrunq;.

7 Cùm declarauit q̃ transmutatio fit ex cõtrarijs, aut ex his, quæ sunt inter contraria, quę etiam sunt contraria, et declarauit q̃ contraria habent terminum subiectũ, & est materia cõmuncti, vult declarare quot sint modi cõtrarietatis, qui sunt in transmutationibus, & d. Sed si mutationes sunt quatuor, aut in substantia, & dicitur generatio et corruptio simpliciter. aut in qualitate passiua, et dicitur alteratio. aut in passione, et dicitur augmẽtum & diminutio. aut in vbi, & dicitur latio, necesse est vt omne, quod transmutatur, transmutetur ex contrarijs, quæ sunt in vnoquoq; istorum modorum quatuor. Et iam declaratum est in Quinto Phy?. qui sunt modi diuersitatis inter has transmutationes, & diuersitatem, quæ est inter hęc contraria. Contrarietas autem inter substantias est forma & priuatio. in qualitate autem, vt calor & frigus in tactu, & dulce & amarum in gustu, & album & nigrum in visu, & omnia ista reduntur ad ista sensibilia, vt declaratum est in libro perihermenias, in capitulo de contrarijs. Et, cùm ponit q̃ hæc quatuor sunt modi transmutationum, d. & necesse est vt materia transmutetur, quia potest vtrunq;. & hoc esse est, sicut declaratum est, vnũquodq; istorum contrariorum habere * naturam, super quam incedit illud contrarium, necesse est vt non fiat materia nisi fm q̃ recipit vtrunq; contrariorum, non quia habet alterum contrariorum in substantia sua & vt non fit materia, nisi quia transmutatur ex cõtrario in contrarium illo permanẽte. & totũ hoc perfecte declaratũ est in Physicis.

1. de Generatione. 6. &. 7.

* a. l. materia

Primo Phy. 10. &. 69.

Cùm autem duplex sit ens, omne mutatur ex potentia ente in actu ens, vt ex potentia albo in actu album. eodem autem modo & de augmentatione & diminutione. Quare non solùm per accidens ex non ente fieri contingit, sed etiam ex ente omnia fiunt: verum potentia quidem ente, actu vero ex non ente:

Et, quia ens est duobus modis, omne transmutabile transmutatur ex eo, quod est ens in potentia, ad illud, quod est ens in actu. veluti gratia ex albo in potentia ad album in actu. & similiter in generatione & corruptione. Ergo non tantum est possibile vt sit accidentaliter ex nõ ente, sed ex ente, i. vt sint omnia ex ente in potentia, & non ente in actu.

9 Cùm declarauit q̃ principia sunt substantię contrariorum, vult declarare cuiusmodi esse sit esse materiæ: & ꝓponitur hute q̃ ens diuiditur in potentiã & actũ in oibus prædicamentis. & Alexan. dixit q̃ hoc declaratum est in tractatu Nono, in quo loquitur de potentia

&actu. & intendebat per hoc, ꝙ in hoc tractatu demõstrat potentiam esse præcedentem ad actum, & d. impossibilia contingentia ad negantes potentiam esse, & ponentes eam cum actu. & hoc non fecit in illo tractatu, nisi ad confirmandum. potentiam enim esse non indiget demõstratione. Et, cùm posuit ꝙ inuenitur ens duobus modis, aut potentia, aut in actu: d. ꝙ transmutatio est ex ente in potẽtia ad ens in actu in omni specie transmutationis. verbi gratia ꝙ trãsmutatio ad album est ex albo in potentia ad album in actu: & transmutatio ad hanc substantiam est ex illa substantia in potentia: & similiter corruptum est ex illo, quod est in potentia corruptum. & hoc intendebat, cùm dixit: & similiter in generatione & corruptione. & intẽdebat ꝙ omne transmutabile sit ex illo, quod est in potentia in illo modo prędicamenti. Et, quia hoc ignorauerunt Antiqui, errauerunt in generatione, & dixerunt ꝙ nulla generatio est omnino, sed entia fuerunt præcedẽtia in esse in actu, sed reputantur propter sensum esse generata, & non sunt in rei veritate, sed exeunt abinuicem. & vnus eorum, qui hoc opinati sunt, est sicut Anaxa. & mouit eos ad hoc credendum ꝙ ens non fit ex non ente. non esse enim nõ trãsfertur in esse, neq; etiam ex ente: quia illud, quod fit, tunc esset prius ens, q̃ esset. Et, cùm posuit ꝙ generatio fit ex ente ĩ potẽtia, vt declaratum est in Primo Physi. d. Ergo non tãtum possibile est, &c. et innuit per hoc modum, quo dissoluit quęstionem dictã in Primo Physic. de generatione. Dictum est enim illic ꝙ, si generatio est, aut est ex nõ esse, aut ex esse. si ex nõ esse, ergo non esse transfertur in esse. si ex esse, cõtingit vt sit ens, antequam sit. & dissoluit hãc quæstionem in illo tractatu, dicendo ꝙ generatio fit ex nõ ente accidẽtaliter, quia est ex ente potentialiter, s. materia, cui accidit priuatio, quæ est nõ ens simpliciter: & etiam est ex non ente in actu accidentaliter. accidit enim materiæ, ex qua est generatio essentialiter, ꝙ fuit non ens in actu & ens in potẽtia. Facit igitur hic rememorationem de eo, quod declaratum est illic, ꝙ generabile non generatur ex ente accidentaliter, sed ętiã essentialiter, s. ex ente in potẽtia. t. ꝙ nõ sufficit dicenti in solutione istius quæstionis ꝙ generabile impossibile est ꝙ generetur ex nõ esse, dicere ꝙ generatur ex non esse essentialiter, sed accidentaliter. sed oportet etiam dicere et cum hoc ꝙ generatur ex ente essentialiter, s. ex ente in potentia. Et Alexan. dixit ꝙ non compleuit sermonem in hoc loco de materia, quoniam transmisit nos ad Physicam. Et hoc demonstrat ipsum videre ꝙ sermo in probando primam materiam esse est naturalis, econtrario Auic.

Et hoc est Anaxagoræ vnum. melius nãq; quàm cuncta simul, et q̃ mistura Empedoclis, ac Anaximãdri. &, vt Democritus quoq; ait, simul omnia potentia erant, actu vero minime. Quare materiam tetigerunt.

Et hoc est vnum, quod Anaxagoras ignorauit. & est melius q̃ ꝙ omnia sint insimul. & est etiã mistio Empedoclis, & hoc Anaximandri. & sicut dicit Democritus, omnia fuerunt nobis in potentia, in actu autem nõ, quouscq; inueniantur admistæ cum materia.

9 Vult declarare ꝙ omnes Antiqui, cùm voluerunt dissoluere illam quæstionem de generatione, speculabantur naturam materiæ debiliter, & non potuerunt scire veritatem illius materiæ: sed tamen omnes intendebant, quasi veritas induceret eos ad illam. Et dixit. & hoc est vnum, &c. t. & istam naturam, quę declarata est esse, reputabat Anaxa. esse mutuam suam. Materia enim assimilatur mistionũ: quia res admistæ proinquę sunt vt sint in potẽtia, sed tamen inæstimul sunt in actu. & ideo d. & est melius q̃ ꝙ ola sint insimul. i. & ponere ꝙ materia est in potẽtia omnia, in dissolutione illius quæstionis melius est q̃ dicere ꝙ omnia existunt in actu in mistione insimul. Non enim potest euadere per positionẽ mixtionis ex hoc, ꝙ generatio fit ex ente in actu: et sic remanet quæstio de trues generationem. Deinde dicit. & est etiam mistio Empe. t. & ista materia est, quam Empedo. inspiciebat, cùm posuit ꝙ mundus est admistus aliquando per amicitiam: & aliquando segregatus per litem. Deinde d. & hoc Anaximandri. i. & quod ponebat iste homo, habet aliquam similitudinem cum materia. Ponebat enim quòd elemẽtum omnium rerum est infinitum, & medium inter aerem & ignem, aut inter aquam & aerẽ, sicut alius faciebat. isti enim inspiciebant potentiam existentem in materia. & ideo posuerunt ipsum medium inter ea, quę sunt entia in actu. & inspiciebant etiam naturam materiæ, cùm posuerunt ipsum infinitum, ne generatio secetur. esse enim eius in potentia omnia est causa, propter quã generatio non abscinditur. D. d. sicut dixit Democritus, omnia fuerunt nobis in potentia, in actu autem non. t. & de propinquioribus istis in aspiciendo materiã fuit. Democritus, cùm d. partes esse indiuisibiles, quæ sunt apud ipsum elementum omnium. d. enim ꝙ istæ fuerunt in potentia omnia, antequam conglutinarẽtur ad inuicem, & ꝙ nunquam fuerunt in actu. D. Alexan. & forte iste sermo, quem d. omnia fuerunt nobis in potentia, in actu autẽ non, est totus Democriti: sed sermo Democriti est, omnia fuerunt nobis in potentia, i. æterna, quia assimilantur materiæ in hac intentione, & erit sermo eius, omnia sunt in potentia, in actu autem non, prius Aristo. & quia correxit sermonem Democriti, dicendo & Demo. quasi d. ꝙ ptes indiuisibiles semper fuerunt æterne, bene inspexit naturam materiæ: & maxime esse eius in potẽtia omnia facta ex eis, nõ in actu. Deinde dicit, quouscq; inueniantur admistæ cum materia. i. & natura veritatis induxit omnes antiquos vicinari materiæ. Et d. hoc, quasi ꝙ sunt testimonium super hoc, quod probauit de materia. Nullus enim scitur materiam in rei veritate ante ipsum, sed inspiciebant ipsam à longe.

Cuncta vero quęcunq; mutantur, materiã habent, sed diuersam. nam & ipsorum sempiternorũ q̃cunq; nõ sunt generabilia, sed latione mobilia, attñ nõ generabilẽ, sed vnde, quò.

Et omnia, quę transmutantur, habent materiam, sed diuersam. Omnia igitur æterna, s. omnia, quæ sunt ingenerabilia, & mouentur secundum translationem, habent materiam, sed non generatam, sed ex vbi, aut ad vbi.

Et si omnia, quæ transmutantur, habent materiam, sicut diximus, sed naturæ materierum diuersantur secundum modos naturæ transmutationis. materia autem generabilium est in potentia, translatorum autem est in actu, cùm translatum sit aliquid in actu, & ideo quod ex translatis fuerit non generabile neq; corruptibile, non habebit materiam, quam habet generabile & corruptibile, & est quæ est in potentia. & quasi dicat, et omnia æterna, quæ sunt non generabilia, sed mouentur motu secundum translationem, habent materiam, sed non habent materiam generabilium, sed materiam eorũ, quæ mouẽtur de vbi in vbi. Et ex hoc videtur corpus cœleste non habere potentiam diuisibilem secundum diuisionem corporis, scilicet formam materialem

Cõtra Auic. Vide etiã. c. viii. t. 14y. &. 22. 2. Ih.

Potentiã esse nõ indiget de mõstratione.

Vide...Phy sico. 33.

Primo Phy. 71. mouetur quæstio. solutur tur tat ibidẽ in 74. &. 75.

Priuatio ẽ nõ ens simpr. Vide ii. Phy sico. 78.

De springo. ribus et ci. cientia mate riam t in De mocri. ci. litu. t. 29. de I. ne. Vide ô. Zim.

Materia est vna, tamẽ est multa poten. & habilitate Vide. t. de Gñatione. 22. &. te. 29. &. 40. 14y. t. c. 84.

Nullus scivit materiam in re Aristotel, sed inspiciebãt eã à lõge Idẽ. t. Phys. com. 78.

Numerꝰ potiarum est sicut numerꝰ s. trum entiũ ingenerabiliũ. ma materia primo habet potentiã ad recipiendum formas ẽtiorum. & eis mediantibꝰ ad formas misterorũ Idẽ 3 ca. cõ. 67

Naturę materierum diuersant ẽt modos naturæ transmutationis. Idem. c. Ph. c. 8. & t. Ih. 61. vid ẽt. t. de Aia com. c. iuxta principiũ digressionis.

Corpus cœleste non hẽt materiã. Idẽ infra. 36. 41.

materialem. nam si ita esset, esset in eo materia, quæ est in potentia: & iam declaratum est ꝙ nullum æternum habet potentiam vt corrumpatur, & in primo cœli & mundi. Auicẽ. autem errauit in hoc, cùm d. ꝙ materia, quæ est in potentia, existit in omnibus corporibus.

Dubitare vero quispiam possit, ex quo nõ ente generatio fiat. tripliciter enim non ens dicitur. Si igitur quippiam est potentia. verũtamen non ex quocunq;, sed cùm alterum ex altero. Nec id sufficit, quòd simul omnes res erant, quia differunt materia. cur enim infinita facta fuissent et non vnum, cùm intellectus vnus sit? quare si materia vna, illud actu fuisset factum, cuius materia potentia erat.

Et dubitandum est in hoc & dicendum ex quo non ente fit generatio. non ens enim tripliciter dicitur. Si igitur fuerit in potentia. sed non ex qualibet potentia, sed alterum ex altero. Et non sufficit etiam vt omnia sint insimul, nam sunt diuersa secundum materiam. & si non, qua de causa sunt infinita, non vnũ, intelligentia enim vna est? si autem materia fuerit vna, & illud erit in actu, cuius materia fuit in potentia.

11 Vult narrare ꝙ quamuis materia prima sit vna, tamen multa est in potẽtia, & habilitate, & ꝙ quodlibet ens cum materia communi habet naturam propriam. & incœpit ponere quæstionem, quam dissoluit, & est ꝙ ens non fit ex ente, sed ex non ente, & d. &, si aliquis posuerit ꝙ generatio fit ex non ente, habet dubitare & dicere ex quo non ente fit generatio. Non ens enim dicitur tripliciter. Et intendit, quorum vnum est nõ ens simpliciter, quod non habet esse, neq; imaginationem. Secundum est non esse, quod est in materia, s. priuatio formarum. Tertium est ens in potẽtia. Ens enim in potentia dicitur nõ ens, s. non ens in actu. Et, cùm posuit hæc tria, incœpit breuiter ponere intentionem, qua dissoluitur quæstio, & d. Si igitur fuerit in potentia, &c. t. & si quæstio dissoluitur, ponendo ꝙ ens fit ex non ente in actu, & ente in potentia. non enim quodlibet ens fit ex qualibet potẽtia, sed vnumquodq; entium fit ex eo quod est in potẽtia illud, quod fit, s. ex potẽtia propria, ita ꝙ numerus potentiarum sit sicut numerus specierũ entium generabilium. Et d. hoc, quia opinatur ꝙ prima materia est vnum secundum subiectũ, & multa habilitates. Primo enim habet habilitates ad recipiendum primas cõtrarietates, s. formas omnium quatuor elementorum. Secundo verò habet potentias consimilium partium mediantibus formis quatuor elementorum. & istæ potentiæ diuersantur secundum diuersitatem mixtionis quatuor elementorum, ita ꝙ ex hoc diuersantur formæ generabilium. Et, quia Antiqui secundum positionem suam in materia non possunt dare causam in multitudine entium ex materia, d. Et nõ sufficit etiam ꝙ omnia fuerint insimul. t. & ideo non sufficit in dando causam multitudinis entium dicere ꝙ ea, ex quibus fit generatio, fuerunt entia insimul in actu, neq; entia in potentia, cùm potentiæ nõ fuerint multę. Et ista quæstio cõsequitur Anaxagoram dicentẽ mixturam, & omnes Antiquos, cõtingit enim eis vt quod libet fiat ex quolibet, eo ꝙ nõ sint materiæ propinquę propriæ vnicuiq; entĩ. album igitur nõ fit ex non albo quod est nigrum, sed ex quolibet nõ albo, verbi gratia ex linea. non album enim dicitur de linea. Et similiter

contingit Democrito & Empedocli, cùm elementa distinguantur apud ipsum ex vno, quod fecit amicitiam apud corruptionem mundi. Et cùm d. ꝙ non sufficit in positione eius, ex quo est generatio, dicere ꝙ ea, ex quibus fit generatio, fuerunt entia ante generationem, dedù cautam in hoc, & d. nam sunt diuersa secundi materiam, &c. t. & sermo Anaxagoræ proprie non sufficit, quia multitudo entiũ prouenit ex multitudine materiæ aut formæ agentis. & si non, qua de causa diuersantur entia in infinitum diuersitate infinita, & nõ sunt vnum, cùm agẽs est vnum apud ipsum, quod est intelligentia. Et intẽdebat, cùm materia sit vna & agens sit vnum, necesse est vt nõ sit multitudo. multitudo enim est aut ex multitudine materię, aut ex multitudine agẽtis, si fuerit possibile vt formę diuersę habeant eandem materiam, aut ex multitudine duarũ causarum. D. d. si autem materia fuerit vna, &c. si autem materia fuerit vna, & generans vnum, & potentia vna, tunc illud quod fit, erit vnum. subiectum enim, cùm fuerit vnũ, & potentia existens in eo fuerit vna, & agens vnum, tunc nulla erit causa multitudinis.

Tres itaq; causæ, & tria principia. duo quidem ipsa contrarietas, cuius hoc quidem ratio & forma, hoc vero priuatio: tertium vero materia.

Caput Tertium. Nec materiam, nec formam generari.
Item quo pacto formas dari non male dixerit
Plato: et cur etiã non cogamur eas ponere.

POst hæc quòd neque materia fit, neque forma. dico autẽ extrema. Omne enim quod trãsmutatur, aliquid est, & ab aliquo in aliquod transmutatur. ab aliquo quidem. primo mouente: in quo vero, materia: in quod autem, formam. in infinitum itaq; procedet, si non solum æs rotundum fit, verum ipsum rotundum, aut æs. quare necesse est stare.

Causę igitur sunt tres, & principia tria. quorum duo sunt cõtraria, quorum vnum est forma, & alterum priuatio, & tertium materia. Et post ista neq; materia fit, neq; forma. sed illa duo alia. omne enim, quod transmutatur, transmutatur ex aliquo in aliquod. illud autẽ, à quo transmutatur, est motor: transmutabile autem est materia: illud autem, ad quod trãsmutatur, est forma. & processus erit in infinitũ, si cuprum non tantum fuerit rotundum, sed rotundũ etiam, et cuprũ necesse est vt pereat.

12 Cùm declarauit in principio istius tractatus ꝙ ipse nõ quærit nisi principia & elementa substantiæ, & potuit ꝙ substantiæ sunt tres, mobilis & immobilis, & mobilis diuiditur in duo, in æternã & non æternã, & fecit rememorationem de eo, quod declaratum est in scientia Naturali, & etiam in tractatibus præcedentibus, & declarauit quantum comprehenderunt Antiqui de principio materiali, & ꝙ nullus eorum dixit in hoc sermonem conuenientem generationi & corruptioni. & hoc quod dicunt, quòd principia sunt contraria, non sufficit, & ꝙ necessarium est dicere subiectum esse, et ꝙ nullus eorũ dixit sermonẽ rectũ, vnde nõ potuerũt dissoluere quæstionem dictam in dissolutione generationis, neq; potuerunt reddere causam, propter quam generabilia sunt multa, materia autem sit vnum, & ages simi-

Multitudo entiũ prouenit ex multitudine materiæ, aut formæ agẽtis. Vide 1. Metaph. com. 28.

Cũ subiectũ fuerit vnũ, et potentia existens in eo fuerit vna, & agẽs vnum, tũc nulla erit causa multitudinis.

Expositio. Nec forma nec materia generat, sed q̃d cõgregat ex eis. Idem .7. Meta. 23. 26. & 27. 31. Vide oppositũ. 1. Phy. cõ. 60. de materia. Vide cõtradu. Zim.

liter. et, cùm omnia ista fuerint declarata ab eo, dixit q̃ causæ sunt tres, &c. Deinde dicit q̃ forma non generatur, neque materia, sed illud, quod congregatur ex eis. Omne enim transmutabile ab aliquo, et ad aliqd, et ex aliquo trãsmutatur. illud autẽ, à quo transmutatur, est motor: et illud, ex quo transmutatur, est materia: & illud, ad quod transmutatur, est forma. [a] Stigitur forma generaretur, esset composita ex materia et forma, quia transmutaretur ab aliquo, & ex aliquo, & ad aliquid: & forma tunc haberet formam: & contingeret sic in ista vt haberet essentiam: & sic in infinitum. forma igitur, in eo q̃ est forma, non generatur. Et sic est de materia, si esset generata, esset composita. & sic inuenirentur ex parte materiæ species infinitæ in composito, aut generatio esset ex nihilo. & hoc est declaratum in tractatibus præcedentibus istius scientiæ. D. d. & processus erit in infinitum. t. formę & materię. i. q̃, si fuerint generabiles, contingeret vt in eodem sint formę & materię infinitę. D. d. si cuprũ tm̃ nõ fuerit rotũdũ. t. necesse est vt formę & materię sint infinitę, si posuerimus q̃ gñatum nõ est compositum tm̃, sed etiã forma & materia. v. g. q̃ generatum nõ est cuprum rotundum, sed rotunditas & cuprum. quoniam, si ita fuerit, continget vt ante rotunditatem sit rotunditas, & recipiens rotunditatem, & similiter cuprum indiget recipiente & forma. Et hoc, quod dixit, non est impossibile in compositis materijs, vt in cupro: sed est impossibile in prima materia, & in simplicibus formis. et accepit cuprum rotundum loco compositi, & cuprum loco materiæ, et rotundum loco formæ. D. d. sed rotundum etiam & cuprum necesse est vt præcedant. t. sed forma & materia necesse est vt p̃cedant cõpositũ, aut intendit, sed si posuerimus formã esse generabilẽ, & materiã esse gñabilẽ, sicut est compositum ex eis, necesse est vt præcedãt eas forma & materia. v. g. q̃, si rotũdum fuerit generabile, necesse est vt sit compositum ex rotundo & cupro.

Documentũ Vide. 1. Phys. cõ. 82.

Deinde quòd quælibet substantia ab vniuoco fit. Quæ enim natura, substantiæ sunt, & alia. aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut casu fiunt. Ars igitur principium in alio, natura vero principium in ipso. homo nanq̃ hominem generat. cæteræ vero causæ priuationes horum sunt.

Et post ista, quia vnaquęq̃ substantiarum fit ex eo, quod est conueniens ei in natura. naturalia enim sunt substãtiæ, & illa alia residua. quoniã aut sunt artificialiter, aut naturaliter, aut casu. Ars igitur principium est in altero, natura vero est pricipium per se. homo enim generat hominem. causæ autem residuæ sunt priuationes istorum alterorum.

13 Cùm declarauit principia substantiæ generabilis & corruptibilis existentia in ea, scilicet formam & materiam, vult etiam declarare principia agentia ad veniendum ad prima principia. & incœpit facere rememorationem de eo, quod declaratum est in tractatibus substantiæ, & dixit q̃ vnaquæq̃ substantiarum fit ex eo, q̃d cõuenit ei in nõe: vt hõ ex hoie, & equus ex equo.

Alexan. quæstiones de generis ex putrefactione, et de mulo quomõdo fiant a sibi simili.

Et dixit Alexan. q̃ debet homo cõiungere huic, et ẽre de aĩalibus gñatis à putrefactione quo sint generata à cõuenienti in nõe. Ista. n. videtur generari natura, nõ voluntarie, aut casu. neq; etiam mulus fit ex conuenięte ei, cdm non generetur à mulo. Quod autem contingit est quòd ponit maiores dubitationes. quoniam, cùm d. q̃ ea, quę sunt secundum naturam, sunt ex conuenientibus, addit in suo sermone q̃ & illa alia residua aut erunt artificialiter, aut naturaliter, aut casu. Reputatur enim q̃ iste sermo non est q̃ tantum substantiæ sint ex conuenientibus, sed & omnia alia, quæ fiunt ex non substantia sunt etiam ex conuenientibus. Ea autẽ, quæ fiunt artificialiter, possibile est vt sit verum, cùm ars est forma illius, quod fit, quam facit artifex in materia: sicut d. in sermone præcedẽti q̃ ratio cuiuslibet est forma. In eis autem, quæ sunt casu, quorum agens non est terminatum, quomodo est intelligendũ q̃ ista fiunt ex conuenięntibus. Et forte non d. in istis, neq; q̃ sunt, neq; q̃ fiunt à simili. quoniam cũ d. de rebus, quæ fiũt naturaliter, & quę artificialiter, sequitur post, & d. causæ autem residuæ sunt priuationes istorum: & priuationes non sunt generationes secundum primam intentionem, sed secundũ errorem ex accidẽtibus positis: quoniam neq; in artificijs etiam ea, quæ fiunt secundum errorem, fiũt in rei veritate. i. q̃ est credendum q̃ Arist. opinabatur q̃ ea, quæ fiunt casu, fiunt ex conuenientibus, cùm non sit rectum vocare ea generabilia, sed priuationes generabilũ. sunt enim in natura, sicut ea, quę fiunt in artificio errores. & sicut ista non est rectum vt vocentur generabilia artificialia, ita illa, quæ fiunt casu in rebus naturalibus. & hoc intendebat cùm d. causæ autem residuæ sunt priuationes istorum. D. d. Alexan. tam locutus fuit de hoc multum in tractatu Septimo, & declarauit quomodo fit vnaquæq; rerum, quæ fiunt ex conuenientibus: & etiam locutus fuit Aristo. de rebus, quæ fiunt ex putrefactione in Physicis. quoniam ista, quamuis non sint ex conuenientibus simpliciter, tamen sunt ex aliqua operatione. calor enim existens in substantijs est causa in generatione huiusmodi. D. etiam, & quid intelligebant per suum sermonem ex conuenientibus ita est, q̃ ea, q̃ fiunt naturaliter, naturaliter fiunt: & q̃ nullum eorum, quę fiunt naturaliter, fit ab artificio, sed ex natura. & similiter artificialia ab artificio, & similiter casualia. nullum enim istorum fit ex natura, aut artificio. & q̃ omnia ista declarata sunt hic. D. d. Ars igitur principium est in altero. t. quòd ars est principium mouẽs in alterum, in eo quod est alterum: natura autẽ est mouẽs aliquid per se, t. quia existit in re per se, nõ accidẽtaliter. & hoc declaratũ est in Secundo Physi. Et, cùm non dixit in hoc sermone ea, quæ fiunt voluntarie, dixit Alexã. q̃ posse est ordinare ea, q̃ fiunt voluntarie, etiam cum eis, quę generantur secundũ artem. Voluntas enim est etiam principium in alterum. D. Alexan. et cùm dixit hoc, d. post, homo enim generat hominem. & iste sermo significat q̃ non intẽdebat per hoc, quod d. de eis, quæ generãtur quæ fiunt ex cõuenientibus, nisi primam intentionem intentionũ conuenientium. Omnia enim, quæ sunt naturaliter, aut artificialiter, non habent dispositionem talem. inueniuntur enim per se, aut per casum, cùm vocat ea, quæ sunt huiusmodi priuata, non generata. Et intendit Alexan. per hunc sermonem q̃ ea, de quibus d. Arist. q̃ ea, quę sunt ex conuenientibus, & ex arte sunt ſm primam intentionem. Omnia enim, quę fiunt à natura & artificio, sunt talia, cùm iam perscrutatus est de casu in alio loco: & ipse dat rationem ex hoc, q̃ Aristo. non vocat ista generata. D. Alexan. & forte fiunt casu, & non per se animalia, quæ generãtur ex putrefactione. quoniam autem ea, q̃ fiunt ex artificio fiunt ex conuenientibus, iam declaratum est in primis tractatibus. quoniam vero mulus fit ex conueniente, declaratũ est in primis tractatibus. fit enim ex asino & equa: & sunt ea quæ sunt vna intentio, & habent vnum nomẽ positum. t. q̃ intentio conueniens, ex qua fit mulus, est natura vna cõmunis asino & equę. Et hoc, quod dicit Alexã. in expositione istius loci est totum bonũ, sed non videtur ex

Scdo Phy. 83 & 84.

Alia expoſitio Alexan

Expõ Aver rois contra primã expositionẽ Alexandri.

ex verbis Arist. q̃ ponit præter substantias aliqua generari ex conuenientibus, sicut ipse dicit q̃ apparet ex sermone eius. qm̃, cùm dicit, & illa alia residua, non respondẽt ad illud, quod dicit q̃ fiunt ex conuenięntibus, sed est principium sermonis, & suum appositũ est aut artificialiter, aut naturaliter, aut casu. Et in alia translatione ab ea, quam exposuit Alex. cecidit aut artificialiter, & ſm hoc, quasi dicat q̃ gñabilia, quæ sunt substantiæ, sunt ea, quæ fiunt ex conuenięntibus: illa autem alia fiunt naturaliter, aut casu. & ſm hoc nõ accidit dubitatio hoc sermone. & hoc idẽ declarauit in tractatu

Septimo mę taphy. 32.

septimo. Et inuenimus hunc sermonẽ copulari in alia translatione cum eo, quod dictum est prius hic sic. D. d. necesse est vt hoc sit post hoc. omnis. n. substãtia fit ex conuenięnte in nomine & definitione: ea autẽ, quæ fiunt natura, sunt substantiæ, alia aũt aut sunt naturaliter, aut per se. Et reputo q̃ hoc, quod cecidit in trãslatione Alexan. & illa alia residua, qm̃ sunt aut casu, aut per se, s. hoc, q̃ addidit hanc particulam, quoniã: quia ſm hoc quod dicit, & illa alia residua, respondendũ ad hoc, quod dicit ex conuenientibus. Et hoc inuenimus ex translatione Ioãnis, sicut dicit, & cũ processus fuerit in infinitum, si cuprũ non fuerit tantum rotundum, sed rotundũ, aut cuprũ necesse est vt stet. deinde post hoc, quoniã vnaquæq; substantiarũ fit ex conuenięte in nomine, & ea, quæ in natura substãtiæ, & illa alia residua, quoniam fiunt, aut artificialiter, aut naturaliter, aut casu, aut per se. & hoc facit existimare q̃ oĩa fiunt ex conuenientibus, ſm quod dicit Alex. & q̃ plus ponit dubitationem in hoc est, qa ponit in eis ea, quæ fiũt artificialiter, tam enim dicit Aristote. q̃ ea, quæ fiunt artificialiter, sunt ex conuenientibus. sed videtur mihi q̃ intendebat per alia residua, alia accidentia præter substantiã. & ideo posuit inter ea, quæ fiunt accidentaliter. Et ſm hoc substantiæ, quæ fiunt ex putrefactione, collocantur in eis, quæ fiunt ex conuenięntibus, non in eis, quę fiunt ex casu. Ea. n. quæ fiunt ex casu, nõ habent ordinem, neq; sunt species intentæ à natura. istæ aũt videntur esse species à natura, sed tantũ diminuuntur à speciebus gñatis à patre & matre. Et plura eorũ fiunt in tẽporibus determinatis. nihil est igitur in istis dicere q̃ fiunt casu. Hoc aũt, quod dicit q̃ Arist. dicit ista in Physicis, errauit per oblitionẽ. & forte dicit ea in tractatu secundo. & iste tractatus est diminutus in quibusdam locis, ſm quod peruenit ad nos. Et, cùm diximus q̃ illud, quod gñatur ex putrefactione, generatur ex conuenięte, non volumus dicere q̃ gñatur ex calore innato tantum, sicut dicit Alexan. ſm alterã suarum expositionũ: sed est dicere q̃ putrefactio, ex qua gñatur, est sicut semen in animalibus gñantibus, s. qa sicut in seminibus est virtus gñatiua speciei habẽtis illud semen, quã Aristo. assimilauit artificio: ita virtus, quæ est in putrefactione propria alicuius aĩalis, est similis artificio, quod est in semine. & cùm ea, quę fiunt ex artificio, fiunt ex conuenięte, necesse est vt ea, quæ fiunt ex virtute, quæ est in putrefactione propria alicuius aĩalis, fiant à conuenięte. Et nulla differẽtia est inter virtutem, quæ est in putrefactione, quæ assimilatur artificio, & eam, quæ est in semine. sed ea, quæ est in semine, sunt ex habente semen & Sole: illa autem, quæ est ex putrefactiõe, à Sole tantũ. & ideo dicit Aristoteles quòd homo generatur ab homine & Sole. Et ideo nullo modo indigemus ponere formas, quas existimauit Themistius ponere ex necessitate in animalibus, quæ fiunt ex putrefactione.

Priaro. Ea, quæ fiunt ex ſu, non habẽt ordinẽ, neq; sunt species intentæ à natura. Vide idẽ infra cõmẽ. 18. &. 7. meta. cõ. 51. Secunda rõ. Vide. 2. phy sico 81. Quomõ generata p putre dinẽ fiunt a cõuenięnti.

Differẽtia inter virtutem putredinalẽ, & seminis.

Secãdo phy sico. 26.

Substãtiæ verò tres. quædam materia, quę quòd quid est, eo ipso quòd apparet. quęcunque. n. tactu non coadhærentia sunt, materia

* hoc aliqd

& subiectum sunt. Quędam vero natura, & q̃ quid, & quidam habitus ad quem. Tertia item, quæ ex his, quæ singularis est, vt Socrates, aut Callias. In quibus igitur quod qd non est præter compositam substantiam (vt domus forma non nisi ab ipsa arte) nec est generatio aut corruptio eorum: verum alio modo sunt, & non sunt, tum domus, quæ absq; materia, tum sanitas, & omne, quod ſm artẽ est. sed siquidẽ sunt, in his sunt, quę natura fiunt.

Substantię autem sunt tres. Vna autem est materia, & est hoc, ſm quod videt. quoniam quod est secundum contactum, nõ ſm ordinem, est materia & subiectũ. Et quædam natura, est hoc, ad quod est aliqs habitus in esse. Et etiam est Tertia, quæ est vniuscuiusq; vt Socratis, & Calliæ. Quoniam in qualibet re intẽtio huius rei non est aliud à substãtia composita: vt forma domus, nisi ars esset. nõ esset etiam generatio & corruptio istorũ, nisi alio modo sint entia, & non entia, domus sine materia, & sanitas. & omne, quod est ſm artem, aut alio mõ, aut non nisi quę sunt ſm naturã.

14 Cùm dixit principia substantiæ sensibilis, quorum principia sunt substantiæ, intendit dicere in hoc capitulo quot sunt substantiæ. & ipse facit rememorationem de eo, quod declaratũ est in tractatibus substantiæ, & in scitia Naturali, & declarat q̃ sunt tres, materia, & forma, & illud, quod ex eis cõgregaĩ: vt veniat ex hoc ad cognoscẽdum primam formam, & primum finem. D. Alexan. & p̃o Arist. dicit de materia hunc sermonem. Vna autẽ est materia, & est hoc, ſm quod videtur. Etiam in hoc sermone est difficultas. & intentio est, q̃ substantiæ sunt tres. Vna igitur earũ est materia. & hoc est, quando recipit formam, & adunatur, quia tunc est cum forma. forma enim est in actu, & videtur illi: sed illa autem per se non videtur. D. aut erit intentio sit, & est quia materia est hoc secundum q̃ videtur. quoniã materia per se et in rei veritate non est hoc, sed reputatur esse hoc: quoniam in quolibet inuenitur materia. & hæc sunt quæ sunt subiecta. Intẽtio autem primæ expositionis Alexan. est, quia materia est illa, quæ videtur, aut sentitur propter formam, & deberet dicere q̃ materia est illa, quæ videt, ſm quod est hoc, loco eius quod dicit, q̃ est hoc, ſm quod videtur. Intentio vero secũdæ expositionis est, q̃ materia est hoc in sensu. t. q̃ sensus non comprehendit differentiam inter ipsam, & hoc ſm intellectum. et ideo Antiqui reputauerunt substantias rerum esse materias earum. & q̃ formæ non sunt substantiæ. formæ enim sunt intelligibiles, sed intelligibiles. & habet tertiam & quartam expositionem, quas nos post dicemus. D. Alex. & hoc, quod dicit post, quoniã illud, quod est ſm contactũ, et non est ſm ordinem, est materia & subiectum. addidit ipsum et, quod dicit. & est ſm quod videt, inquantum demonstrat q̃ materia videtur hoc in rebus, in quibus existit, cùm fuerint contingentes se adinuicẽ, & adhuc non ordinatæ, aut compositæ, sicut est res generata, & est illud, quod componitur ex eis. ista enim reputatur esse materia eius, quod fit ex ea, ſm quod est hoc. non enim cõtingerent se adinuicem, nisi essent hoc in actu. & secundum hunc modum lapides & lateres sunt materia domus, & ligna & tabulæ sunt materia nauis.

Prima expositio Alexã.

Secundæ expositio eiusdem.

Sũma primæ expõnis.

Sũma secundæ expositionis.

S. Forte

Tertia expositio.

Sed forte intendebat, cùm dicit, & est hoc, secundum quòd videtur, demonstrare ꝙ materia, quæ videt est hoc. materia aũt, quæ videt, est materia propinqua, hęc autem est in re. Et forte dicit ſm quòd videtur, ad declarandum materię naturam. Quod. n. dicit de ea in alio loco, ꝙ ipsa materia est cognita ſm similitudinẽ, cõuenit huic, quod dicit modo, ſm quòd videtur. ibimus. n. ad intelligendũ naturam eius ex rebus, quę videtur. & forte hoc est illud, quod declarauit per exemplum, cũ dicit, quoniã illud, quod est ſm cõtactũ, non ſm ordinem, est materia & subiectum. quoniam, si in rębus, quæ videntur, scilicet compositis, fuerit aliquid non ſm ordinẽ, vt in domo materia videtur vicina rebus, ex quibus fit domus: lapides. n. & lateres habẽt talem dispositionẽ & proportionem, sicut materia habet in alijs rebus. & forte dicit hoc in loco eius, quod diceret ꝙ est aliqua substantia. hęc igitur sunt verba Alexan.

Quarta expositio.

Expõ primę expositionis Alex.

Intentio autem primi sermonis est, quia, cũ dicit ꝙ materia reputatur esse hoc ſm sensum, declarauit quando existimatur hoc, & dicit, & hoc erit, cùm materiæ rei, ex quibus componitur, fuerint contingentes se adinuicem, sicut dispositio lapidum & laterum in domo. domus enim non reputat esse nisi lapides & lateres, cùm enim materiæ rei fuerint admixtæ, tunc non reputãtur esse illa res. & ſm hoc intendebat, cùm dicit per ordinem mixtionem. & confirmat hanc expositionem illud, quod inuenitur in alia translatione. Intentio autem tertiæ expositionis, quam dicit super hoc, ꝙ materia est hoc, ſm quòd videtur, quia intendebat materiam propinquã. & quasi dicit, & materia propinqua rei est materia huius rei visibilis. & ſm hoc erit intentio sermonis eius, quoniam quod est ſm contactũ non ſm ordinem est materia & subiectũ: quia materiæ propinquæ sunt illæ, quæ tangunt se adinuicem. Quæ. n. admiscentur & adunantur sunt materia ꝓpinqua. verbi gratia, quia caro & os & manus, ex quibus manus componitur est materia ꝓpinqua manus, & sunt contingentia se adinuicem. quatuor autem elementa, quæ sunt admixta adinuicẽ, sunt materiæ remotæ. Intentio autẽ quartæ expositionis est, quod dicit in pº phy. ideſt ꝙ prima materia non intelligitur nisi ſm comparationem, scilicet, cuius comparatio ad oĩa entia in actu, est sicut comparatio materiæ sensibilis ad illud, cuius est materia, vt comparatio ligni ad nauem. & ſm hoc erit intentio eius, quod dicit quòd materia est hoc, ſm quòd videtur. i. ꝙ prima materia non intelligitur esse materia huius rei, nisi ſm materias, quæ videntur. materiæ enim contingentes non adunatæ faciunt intelligere hanc intentionem. Et omnia ista, quæ iste dixit, nihil faciunt nos acquirere, quæ ante non sciebamus de materia. Si igit̃ potuerimus exponere hunc sermonem tali modo, quo potuerimus scire rem nouam de materia, & conueniẽtẽ literæ, erit aliquid. Et videtur mihi ꝙ intendebat dare differentiam inter naturam materiæ in esse, & naturam formæ vniuersalis, & maxime illius, quod est genus. Reputatur. n. ꝙ prima materia, quia est cõmunis, habet naturam rei vniuersalis, prædicabilis de pluribus. Vnde quidam existimant primam materiam esse corpus. Et, si ita esset, haberet formam, & non esset vna ſm numerum, sed ſm formam. sed tam dictum est in alijs locis ipsam esse vnam ſm numerum. Demõstrandum est igitur quo vnum numero potest inueniri in pluribus. Hoc quidem non intelligitur in eo, quod est in actu: in eo autem, quod est in potentia dicere erit quod erit vnum in numero, & cõmune pluribus, & non habet differentias, quibus differũt in singulis individuis admixtem. &, quia differẽtię individuales abiunctæ, & separatæ formis, quibus inuenitur pluralitas in numero, dicuntur esse vnum. & quia earent forma, qua res dicitur esse vna numero, dicuntur esse cõmunes rebus pluribus in numero: non quia habent formam cõmunem, sicut est in igne. Secundũ igitur ꝙ carent differentijs formarum individualium est vna numero, non quia habeat formam individualem, sicut vna numero. & ſm hoc etiam ꝙ caret forma in actu individuali, est cõmunis pluribus rebus. Formæ enim cõmunes, in quibus inuenitur vniuersalia, sunt entia in potentia cõcatione: & scire ideo aliquid ſm ꝙ est vniuersale est scire in potentia: [a] cõmunitas igitur, quę intelligitur in formis cõmunibus, habet esse extra animam in potentia. Ista autem cõmunitas, quæ intelligitur in materia, est pura priuatio, cùm non intelligatur nisi ſm ablationem formarũ individualium ab ea. Materia igitur nõ habet esse extra animam ſm hũc intellectum, s. quia est cõmunis omnibus generabilibus & corruptibilibus, cùm nõ intelligatur sic nisi ſm priuationem. Et, cùm ita sit, illud igitur, quo differt à non esse, & est aliquod ens extra animam, est, quia est subiectum individui sensibilis, quod videtur, nõ illud, quod intelligitur ex ea. & hoc est perfecta imaginatio materię. & hoc nunquam dicit Aristo. in aliquo loco, sed inuenitur ex eius verbis. Sitigit iste sermo est conueniens huic expositioni, tunc iste sermo facit intellige re ꝙ esse est esse materiæ, & est proprius huic scięti̇æ, & non de scientia Naturali. & nullus potest intelligere esse materiæ in rei veritate nisi sic. et, cũ inspexeris verba Aristo. videbis ꝙ hęc expositio non remota est abeis plus illis quatuor expositionibus, & est multo melior eis. Et ſm hoc erit intentio eius, quod dixit, ꝙ est hoc, ſm quòd videtur. i. & est illa, cuius esse nõ est nisi ſm quod intelligitur. i. propter illud, quo sit sensibilis: & hæc est forma. Materia. n. non est sensibilis per se, sed per aliud, i. per formam. & non habet esse, nisi quia sentitur per aliud, non per se, est. n. ens per illud, quod sentitur. Et, quia esse materiæ est esse in comparatione ad hoc esse, quo sentitur, & est sic, ma, dicit, quoniã quod est ſm contactum, &c. i. & causa, quod sui esse est per illud, quod sentitur, est, quia omne, cuius natura est in contactu & cõtinuatione cum alio, vt perficiatur per ipsum (non cuius natura est in ordine intellecto ab eo, & est forma intelligibilis) est materia & subiectũ. Ista enim natura, quia non habet formam, non habet esse in intentione intellecta ab ea, & sunt suum esse in comparatione ad formã. Et quasi intendebat demonstrare ꝙ sua natura est in comparatione, & ꝙ non habet naturam propriam. & accepit contactum loco comparationis. Omne. n. cuius esse est per cõtactum & per continuationem cum alio, nõ per naturam intellectam ab ea, qua fit ens per se, est materia. Et forte intendit intentionem manifestiorem omnibus prædictis ſm verba, & est ꝙ materia est illud, ad quod innuitur ſm sensum. Forma. n. non comprehẽditur ſm sensum, sed ſm suam actionem. & ideo non comprehenditur nisi ab intellectu. Et dicit qm̃ quod est ſm contactum, non ſm ordinem, est subiectum & materia. i. & ideo elementa sunt ea, quæ tangunt se, nõ ſm ordinem, qui fit à rebus tangibilibus. & intendebat per ordinem formã. & iste sermo ſm intellectum hunc est proprius materijs propinquis. Et dicit ſm contactum, nõ mixtionem, quia hoc est cõmune elementis admixtis & non admixtis, s. quia admixta primo tangunt se, deinde admiscentur. Et, cùm dicit hoc, incœpit dicere formam, & dicit. Et quærũ natura est hoc, ad quod est aliquis habitus in esse. i. & secunda substantia est natura, ad quam transmutat substantia, quæ est in materia, & est habitus, s. forma. D. d. Et etiam est tertia, &c. i. et tertia substantia composita ex istis, quæ est vnũquodq; individuorum. D. d. Quoniam in qualibet re intẽtio huius rei non est

Inde colligit per formã esse vnã numero. vid cõsimile. 2. de Aia. cõ 7. & 8. & 7. Met. c. 49 & 85. 6. Physico.

[a] Cõmunis, quę intelligitur in formis communibus habet ẽ extra aiam in potẽtia. Idẽ prio met. 4 c. & 7 met. 57. vide hic cõ. 5. & infra cõ. 18.

Idẽ prę so phy lic. 69. & pl mo cap. de subst. orbiu & 4. physi. cõmen. 16.

Alia expositio Cõmẽta. Forma non cõprehendit ſm sensum: sed ſm suam actionẽ. Oppositũ. 2. de aia. cõ. 63. Vide contradictio. Zim.

Auer. approbat sua expositiõem textui.

Expositio quartæ.

Expositio Auerrois.

Intellectus potentialis, qui inter materia est vnus numero & pluribus cõmunis.

non est aliud à substantia cõposita: vt forma domus, nisi ars. i. manifestum est ꝙ intentio rei, quæ existit in ea in actu, & est forma eius, non est separata à materia, quę est in eo, nisi in artificijs. forma. n. eius quod fit, est in anima, & est aliud ab eo, quod est extra animã. Et hoc est manifestius in alia translatione. dicit enim loco istius sermonis. quoniam intentio istius est, ꝙ non est extra substantiam compositam. Et, cũ induxit hũc sermonem, quasi proponendo ipsum ad perscrutandum, vtrum forma abstracta inueniatur, aut non, dicit. non esset ẽt generatio aut corruptio. i. sed formæ artificiales nõ habent generationem neq; corruptionem, cùm sint accidentia. Et hoc ẽt inuenitur manifestius in alia translatione. D. d. neq; etiam inuenitur in istis generatio & corruptio. et dicit hoc, ne aliquis dicat ꝙ sicut formæ artificialium inueniuntur in alio à materia eorum, forte sic est de formis naturalibus: sed qũocunq; sint, formæ artificiales non sunt abstractæ, qa aut sunt in anima, aut in materia. D. d. nisi alio modo sint entia, & non entia, domus sine materia, & sanitas, &c. i. sed forte aliquis quæret, vtrum sit possibile vt aliqua formarum sit abstracta. Sed manifestum est ꝙ non de artificialibus: de naturalibus autem dubium est, de artificialibus autem nõ est dubium, quia forma domus, aut est in lateribus, aut in anima Ædificatoris. & similiter forma sanitatis, aut est in anima Medici, aut in humoribus. Et inuenitur in alia translatione post hoc, quod dicit, neq; inuenitur in istis gñatio & corruptio sic, sed domus, quę est sine materia, & sanitas. Et intendit, sed domus, quæ est sine materia, & sanitas, quæ est in aliquo sine materia, est in aliqua materia, s. anima. et forte intendit, sed domus, & aliæ artificialium formarum sunt ea, quæ sunt possibilia inuenire in materia alia à materia, in qua existunt in rei veritate. D. d. Arist. in hac trãslatione. & omne, quod est ſm artem, et alio modo, aut non nisi quæ sunt secundum naturam. ideſt & ideo quærendũ est, vtrum sit possibile inuenire aliquod abstractum in formis artificialibus, aut non, nisi in formis naturalibus.

Forma artis in alia est alia ab ea, ꝙ est extra aiam. vide infra cõmen. 25.

Idem. 2. phy sico. cõ. 13.

Forma sanitatis aut est in alia medici, aut in humoribus. Idẽ 7. met. c. 25. & hic infra cõmen. 56.

Propter quod non male Plato dixit, ꝙ formæ eorum sunt, quæ natura sunt. siquidem formæ sunt aliæ ab his: vt sunt ignis, caro, caput. cuncta nanque materia sunt: & maxime eius substantiæ, quæ est vltima.

Et ideo non fecerunt male illi, qui posuerũt formas. quia formę, si fuerint aliquo mõ, sunt omnia, quę existunt ſm naturam. sed ex istis ignis, caro, os, caput, omnia sunt materia. & hæc substantia est illud, quod est maius valde, & illud postremum & indiuisibile.

Dicit Alexã. Innuit in hoc sermone Platonẽ. et non dixit bene fecerunt, sed dicit nõ male. & iste sermo erit manifestior, si legatur ita. & ideo non male fecerũt ponentes formas, si habent esse aliquo modo, affirmando omne, quod ex eis fit per naturam. D. & potest intelligi sic. & ideo non male fecerunt ponentes formas istorum omnia, quæ sunt ſm naturam, si forma habet esse aliquo mõ. Dicit. & erit manifestior iste sermo, si mutauerint in hanc particulam ista, hanc particulã formæ, & fuerit posita cum hac particula sunt: ita ꝙ sic legatur, & ideo non male fecerunt ponentes formas, qa ista sunt omnia, quæ sunt ſm naturam, si formæ habẽt esse. Et omnes istę expositiones reducuntur in duas. Quarum, vna est ꝙ intẽdebat ꝙ nõ male fecerunt ponentes formas abstractas formarum rerũ naturalium, quia non potuerũt istas formas rerum artificialium, si aliquo modo esse habẽt formæ abstractæ. Aut intendit ꝙ ideo non male fecerunt, dicentes ꝙ formę rerum naturalium sunt abstractæ, cũ non dixerunt hoc in formis artificialibus. Duo. n. ht sermones proponi sunt, s. dicere ꝙ formæ naturales sensibiles habẽt formas abstractas, quod dicit Plato, aut dicere ꝙ formæ naturales sensibiles habẽt formas abstractas, quod dicit Plato, aut dicere ꝙ formæ naturales sensibiles habẽt formas abstractas. Et perscrutatio de hoc, ideſt vtrũ est aliqua forma abstracta, est perscrutatio naturalis, sicut ipse post facit. pscrutatio vero de hoc, vtrũ formę abstractę sint aliæ à formis sensibilibus, quę sunt formæ rerum sensibilium, non est naturalis, cũ naturaliter desyderatur: sed est perscrutatio necessaria, ſm ꝙ aliquis dicit. & hoc ſm aliquã rationem. D. d. sed ex his ignis, caro, os, caput, oĩa sunt materia. Sunt intelligenda ex hoc ſm Alexan. duo, quorũ vnum est ꝙ hoc non appaꝛet in omnibus formis naturalibus, sed quædam formæ materiales videntur non separari à materia, vt forma ignis, & ossis, & capitis, & carnis. Et quasi dicat secũdum hanc expositionem, sed quod fuerit ex istis formis, sicut ignis, & caro, & os, habẽt cõmunem materiam, et impossibile est vt sit abstractum ab eis. Et potest intelligi etiam ꝙ impossibile est credere in omnibus formis hoc. quia formarum rerum naturalium quædam sunt formę rerum, quæ sunt materia alterum, vt ignis & aliorum elementorũ, quæ sunt materiæ aliorum: & similiter carnis & ossis, quæ sunt materiæ capitis. & hoc manifestius est ſm hoc, qđ dicit, oĩa sunt materia. D. d. de substãtia est illud, quod est magis valde, & illud postremũ & indiuisibile. Intelligenda etiam sunt ſm Alex. duo. intendit. n. per illud, quod est magis substantia, compositum ex materia & forma, & per postremũ & indiuisibile materiã. & quasi dicat, & substantia congregata dignior est vt sit substantia, qũ postrema substantia, quę est cõmunis omnibus, & est corpus. Aut intendebat per substantiam, quę est maioris substantialitatis, substantiã compositam ex elementis, & per postremum elementa. & ſm hoc erunt omnia ista, s. formæ & materia eorũ materia postremæ substantiæ. D. Alex. & hoc inuenitur manifestius in alia scriptura sic. & ideo non male fecerunt ponentes formas, quia sunt omnia, quæ sunt ſm naturam, si formæ sunt aliquo modo, sed istorũ. Ignis enim, & caro, & os, & caput omnia sunt materia postrema eius quod est dignius vt sit ens. Dicit Alexander. & non intendebat substãtiam postremam hic materiã. Dico ego. & dicit hoc, vt reputo: quia Aristoteles non fecit hic comparationem, nisi inter substantias, quæ sunt in actu.

Prima expositio Alexandri.

Secunda expositio eiusdem.

Ibi videt ſm Alex. cõpositum esse ex hilori substantia ꝙ formam.

Causæ itaque mouentes, tanquam antea ortæ, existunt, quæ vero vt ratio, simul sunt. cùm. n. sanus sit hõ, tunc ẽt sanitas est. & forma æneæ sphæræ simul atque ænea sphæra.

Et causæ mouentes sunt, quia præcedunt tãtum. ea autem, quæ sunt vniuersaliter, sunt insimul. si enim homo est sanus, tunc sanitas, & homo sunt insimul. & figura sphæræ cupreæ, & sphæra cupri sunt insimul.

Cùm declarauit causas esse duas, materiam s. & formam, vult distinguere inter eas, & causam mouentem & agentem, dicendo ꝙ causa agens differt à forma, qa agens & mouens præcedit illud, quod agitur & mouetur ab eo. formalis, autem & materialis est cum generatione. Et hoc intẽdebat cùm dicit. ea autem, quę sunt vniuersaliter, sunt insimul. causæ autem, per quas res fit ens, & vnum, sunt cum eo, quod per ipsas fit totum insimul, cùm talem dispositionem habeant in congrea

Sõma istarũ expositionũ.

gato,

Hic videtur dicere materiã præcedere formã: cuius oppositũ vide 9. Metaphysicæ. ie. Vid cõrad. Zunaræ.

gato, sicut partes in toto. D. dedit exẽplum, & dicit. si enim homo est sanus, &c. t. q̃ sanitas nõ præcedit hominem sanum, cùm sanitas in sano est quasi forma. sanus autem necesse est vt præcedat sanitatem, & similiter figura sphæræ, quæ est quasi forma sphæræ, non præcedat sphæram.

Si autem aliquid posterius permanet, consyderandum est. in quibusdam. n. nihil prohibet. veluti si aïa tale sit, non omnis, sed intellectus. omnem nanq̃ fortassis impossibile est.

Si autem aliq̃d remanet in postremo, quærendum est de hoc. in quibusdam enim non est impossibile. verbi gratia, si anima est talis dispositionis, non tota, sed intellectus. tota enim forte impossibile.

17 Dicit Alex. quærendum est, si aliqua istarum formarum remanet, postquam compositum corrũpitur, deinde narrautt vnde veniat ad hanc quæstionem. quoniam, quia aïa hominis est forma eius, et intellectus est aliqua forma, & virtus animæ remanet postquam homo corrũpitur, possibile est vt aliqua forma materialis remaneat, postquam compositum corrũpitur, sed non tota anima remanet. Quædam. n. virtutes animę non habent esse nisi cum materia: vt cibabilis, & sensibilis, & imaginatiua, & desyderatiua. Neq̃ etiam iste intellectus, qui est virtus animæ, & existimatur q̃ est pars eius, possibile est vt remaneat. Intellectus. n. quẽ dicit in lib. de Anima, s. q̃ remanet, s. intellectus adeptus, nõ est intellectus iste, neq̃ etiam est pars animę, neq̃ est etiã forma materialis, vt declaratum est illic. Et d. forte, quia demonstratio super hoc non est istius artis, sed libri de Anima. Et hoc, quod dicit Alex. est sua opinio de intellectu, s. q̃ nullus intellectus remanet nisi adeptus intellectus. Intellectus autem in habitu, & materialis corrũpitur apud ipsum. et hunc intellectum intẽdebat, cum dicit neq̃ etiam iste intellectus, qui est virtus aïæ, et reputatur ẽt esse pars eius, possibile est vt remaneat. & ideo est, q̃ intellectus, quem dicit in lib. de Anima remanere, s. adeptus, non est iste, s. qui est habitus animæ, neq̃ pars eius. Sed non est talis sentẽtia Theophrasti, neq̃ aliorum Peripateticorũ, neq̃ Themistiũ: sed reputabant plures eorum q̃ intellectus materialis remanet, & q̃ intelligentia agens abstracta est, quasi forma in intellectu materiali, vt compositum ex materia & forma: & q̃ ipsa creat intellecta vno modo & recipit ea alio modo. agit. n. eas inquantum est forma, & recipit eas fm intellectum materialẽ. Nos autem iam perserutati sumus de istis duabus opinionibus in lib. de Anima, & diximus q̃ intelligentia agens est quasi forma in intellectu materiali, & q̃ ipsa agit intellecta, & recipit ea fm intellectum materialem: & q̃ intellectus materialis non est generabilis & corruptibilis. & declarauimus illic q̃ hæc est sententia Arist. & q̃ intellectus in habitu habet partem generabilẽ & partem corruptibilẽ. Illud autem, quod corrumpitur, est actio eius in se, aut non corrumpitur, & q̃ ex extrinseco intrat nos. Si enim esset generabilis, cõsequeretur transmutationem, vt declaratum est supra in tractatibus substãtiæ, s. cum declarauit q̃, si aliquid fieret sine transmutatione, tũc aliquid fieret ex nihilo. & ideo intellectus, qui est in potentia, est quasi locus istius intellectus, non quasi materia. Et si actio istius intellectus, fm q̃ copulatur cum intellectu materiali, esset non generabilis, tunc actio eius esset substãtia eius, & non haberet necessitatem in hac actione, vt copularetur cum intellectu materiali. Sed, cum fuerit copulatus cum intellectu materiali, erit actio eius, fm quòd copulatur cum eo actio alia à substantia eius: & fuit aliud, quod agit substantia, & est alij non sibi. & ideo possibile est vt aliquod æternum intelligat aliquod generabile & corruptibile. Si igitur iste intellectus denudetur apud perfectionem humanam à potentia, necesse est vt deseruatur ab eo hæc actio, quæ est alia ab eo. & tunc aut non intelligemus omnino per hunc intellectum, aut intelligemus fm q̃ actio eius est substantia eius, & impossibile est vt in aliqua hora non intelligamus per ipsum. Relinquitur igitur, cũ iste intellectus fuerit denudatus à potentia, vt intelligamus per ipsum, fm quòd actio est substantia eius, & est vltima prosperitas.

Manifestũ itaq̃ est, quòd propter hęc non oportet ideas esse. homo nanq̃ hominem generat, singularis aliquem. Similiter ẽt in artibus. Medendi enim ars ratio sanitatis est.

Manifestum est igitur, q̃ nullo modo indigemus, ppter hoc vt formæ sint. homo enim generat hominem, quod est vnum: vnde homo ex hominibus. Et fm hoc in artificijs. ars enim Medicinæ est ratio sanitatis.

Cũm declarauit q̃ causarum quędam sunt agentes, & sunt præcedentes ad esse, & quędam sunt partes rei, & sunt cum ea, dicit q̃ manifestũ est q̃ nihil cogit nos dicere formas Platonis. quoniã, cùm illud, quod fiet, fiat ex conuenienti in nomine, nulla est indigentia vt formę sint. homo. n. generatur ex homine, & equus ex equo, & vnum ex vno, cõparticulare ex particulari, non particulare ex vniuersali, sicut dicit dicẽs formas esse. ita. n. est de natura, sicut de arte. Ars. n. agens sanitatem est forma sanitatis existens in anima Medici. & sicut artifex, cùm agit, non indiget exemplari, ad quod respiciat cùm agit, cùm illud, quod habet de forma illius quod fit, sufficiat ei in actiõe, ita est de natura agente, s. q̃ non agit, nisi fm quòd habet formã illius, quòd fit. & ideo necesse est vt cõuenies fiat ex conuenięti. Themistius autem dicit hunc sermonem esse sufficientem, sed dicit ipsum oblitum fuisse animalia, quæ fiunt ex non similibus. Vespæ enim videntur fieri ex corporibus equorum mortuorũ, & apes ex corporibus vaccarum mortuarum, & ranæ ex putrefactione aquæ, & muscliones ex vino corrupto. natura enim non facit ista ex similibus in forma. & nos bene scimus quòd in spermate cuiuslibet animalis & plãræ sunt proportiones propriæ, & * rationes, quibus ea, quæ generantur ex eis sunt animalia propria, aut plantæ propriæ: ita q̃ ex spermate hominis non fit equus, neq̃ equi homo: neq̃ ex semine alicuius plantæ alia planta, neque sunt respondentia istis proportionibus in eis, ex quibus generanti ista animalia, nisi in natura fuerint positæ prius proportiones habiles ad faciẽdum quãcunq̃ speciem possibilem in speciebus animalis, cùm inuenerint naturam conuenientem vt aliquod animal fiat ex ea. D. & non decipiat te vilitas animalium talium. & cogita q̃ magis mirum est de scientia operantis aliquid de luto, q̃ de scientia eius in faciendo aliquid ex auro, &, si tu bene cõsyderaueris de animalibus maioribus istis, inuenies q̃ processus naturæ in eis est talis processus. Necesse. n. est vt proportiones & formæ eius sint in natura, fm quas facit id, quod facit. Homo. n. quãuis generetur ab hoie, tñ pater nihil facit in compõne eius, quia est impossibile vt sit melior: sed oportet vt sit talis dispõnis per illud, quod positũ est in natura cuiusliber substantiarum ex proportionibus & formis. Ars autẽ nihil facit in corpore, nisi in extremitatibus tãtum; natura

Cõ. 1. tert. de Aïa. Et cõmen. 20.

Digressio, in qua prio inducunt verba Themistij, contra Arist. negantem ideas.

* 2. l. relationes. 2. l. resultationes. 2. l. resultationes.

natura vero in ipso corpte toto. & non est mirũ, quãuis natura non intelligat aliquid de huiusmodi, & tamẽ facit hoc inducendo aliquam intẽtionem. & hoc demonstrat q̃ aliquid rememorat ipsam de causis nobilioribus, vt anima, quæ est in terra: de quo Plato dicit q̃ fit ex Dijs secundis, & Aristo. ex Sole & orbe declui. & ideo facit illud, quod facit, inducendo se paulatim ad intẽtionem, quã agit, & ipsa non intelligit intentionem: sicut videmus homines loquentes futura, & nihil intelligũt de eo, quod dicunt. & vniuersaliter necesse est vt in natura sint proportiones, & formæ, cùm in generatione rei indigeatur suo simili. sed omnia, quæ generantur, non habent simile, ex quo generantur: sed, cùm indiguerimus aliqua forma, tunc aliqua actio est, & sciemus q̃ non fit per ipsam solam: & sic fiet ipsa forma, quasi esset latens in aliqua re. & in rei veritate latet in natura generãte. hæc igitur sunt verba Themistij. Et apparet q̃ iste non intelligit quomodo sit generatio, et quid est dicere q̃ generatum fit à conuenienti in definitione & substantia. Cùm. n. intellexit q̃ generatum fit de nouo à conuenienti, s. q̃ creat formam eius, & ponit eam in materia, quasi esset aliud in materia, fuit necesse apud ipsum vt in rebus naturalibus sint formæ creantes animalia, & plantas, & generata ex putrefactione, s. formæ dantes animato creationem, & lineationem, & animam. Et contingit in istis formis, si agẽs fuerit conueniẽs, vt sint animæ, aut abstractæ, aut non abstractæ. sed, si animę fuerint nõ abstractę, & fuerint in instrumentis proprijs (& in istis formis generãtibus formas animalium generatorũ ex putrefactione non apparet) neq̃ subiecta propria sunt abstracta. aut aliquis dicet q̃ sint non abstractæ, & non habent de instrumentis, nisi principium, s. calorem animalem. & si istæ fuerint huiusmodi, erunt factæ. A quo igitur fiunt tales formæ: & omne factum à conuenięte fit. et ideo putatur q̃ iste sermo coget formas dicere esse. Et hoc non tantum contingit in animalibus, quæ fiunt ex putrefactione, sed in seminibus. Cùm. n. diximus q̃ necesse est in seminibus vt sint virtutes, & formæ similes rebus artificialibus, quæ agunt ea, quæ habẽt semina, & posuerimus eas factas, cõtinget vt habeãt alias formas, à quibus fiant. quapropter necesse est formas abstractas esse. Vnde quidam dicunt quòd omnes formæ substãtiales fiũt à forma abstracta extrinseca, quæ dicitur à quibusdam dator formarum. & dicunt q̃ hęc est intelligentia agens. & ratiocinãtur super hoc quòd virtutes actiuæ sunt quatuor qualitates, calor, frigus, humidum, siccum: & q̃ nihil est in materia agens, nisi ista, quæ agunt sua similia, formæ autem substantiales non agũt in quibusdam. ignis enim, cùm fecerit alium ignem similem sibi ex corpore graui, tunc forma substantialis, quæ est in eo, verbi gratia leuitas, non agit in illo corpore graui, quod fecit ignẽ, aliam leuitatem similem sibi, cùm aperte fuerit dictum in lib. peri Geneseos q̃ nulla est in igne virtus agens, nisi calor. Et, cùm ita sit, cùm forma ignis sit in corpore cõbusto ab alio igne, necesse est q̃ hoc fiat altero duorum modorum: aut vt forma ignis fiat in corpore combusto consequens factionem caloris ignei in eo, sicut actiua consequuntur formas. & hoc est inconueniens. & contingit fm hoc vt fiat forma ex non forma. & hoc non dicunt in anima & in omnibus formis substantialibus. & dicunt q̃ non videmus animam fieri ex anima, sed ex non anima. Si igitur factio fit ex conuenienti, necesse est animam abstractam esse, ex qua fiũt istæ animę. Et hoc iam aperte dicit Themist. in suo lib. de Anima, cùm locutus fuit de intellectu, sicut dicit, cũ dicit quòd ista anima est illa, quã Plato dicit fieri à Dijs secundis, & Arist. à Sole, & orbe declui. Et ista quidem quæstio est valde difficilis. Et nos dicemus in hoc fm nostrũ posse, & fm propositiones, quas habemus de sententia ipsius Arist. quæ est vt dicit Alexã. minoris dubitationis omnium sententiarum, & magis conueniẽs vt sit vera. Dicamus igitur q̃ omnes dicentes agens aliquod esse & generationẽ esse vniuersaliter, sunt bipartiti & valde contrarij, & habent medios, & quidam eorum sunt dicentes latitationem, & contrarij eorum sunt dicentes creationem. Dicẽtes enim latitationem dicunt q̃ quodlibet est in quolibet: & q̃ generatio est exitus rerum abinuicem: & q̃ agens non est, nisi extrahens & distinguens eas abinuicem, quòd autem agens apud istos non est nisi mouens, manifestum est. Dicentes autem creationem dicunt q̃ agens creat totum ens de nouo ex nihilo, quod non habet necesse ad hoc vt sit materiã, in quã agat, sed creat totum. & hæc est opinio Loquẽtiũ in nostra lege, & lege Christianorum: de qua Ioãnes Christianus opinabat q̃ possibilitas non est nisi in agente, vt Alpharabius narrauit in libro de entibus trãsmutatis. Opiniones autem mediæ inter istas duas videntur reduci in duas: quarum vna diuiditur in duas, & sunt tres. Istæ qdem tres conueniunt in hoc, q̃ ponunt generationem esse transmutationem in substantia, & q̃ nihil generatur ex nihilo, s. q̃ necessarium est in generatione subiectum esse, & q̃ generatum non fit nisi ab eo, quod est sui generis in forma. Vna autẽ istarum opinionum est, quòd agẽs creat formam, & ponit eam in materia. Et istorũ quidam dicunt q̃ illud agens non est in materia omnino, & vocant ipsum datorem formarum: & Auicẽ. est de illis. Quidam dicunt quòd illud agens inuenitur duobus modis, aut abstractum à materia, aut nõ. Illud autem, quod est nõ abstractum apud eos, est sicut ignis, qui facit ignem, & homo generat hominem. Abstractum vero est illud, quod generat animalia & plãtas, quæ fiunt non ẽsimili. Et hæc est sententia Themistiũ, & forte Alpharabij, fm quod apparet ex suis verbis in duabus philosophijs: quãuis dubitet in pondo hoc agens in animalibus generatis à patre & matre. Tertia autem est opinio Arist. & est q̃ agens non facit nisi compositum ex materia & forma. & hoc fit mouendo materiam, & transmutando eam, donec exeat de ea illud, quod est de potentia in ea, ad illam formã in actu. Et in ista opinione est quædam similitudo dicentis q̃ agens non agit nisi ordinando segregata, & est sententia Empedoclis. & nos dimisimus hanc sententiam de agente, cùm dicimus sententias hominum, sed agens apud Arist. non est congregans inter duo in rei veritate, sed extrahens illud, quod est in potentia ad actum, & quasi congregat inter potentiam & actũ, s. inter materiam & formã, fm quod extrahit potẽtiã ad actum, non destruẽdo subiectum recipiens potentiam: & tũc efficiuntur in cõposito duo, s. materia & forma. Et etiam assimilatur creationi, inquantum illud, quod est in potentia, fit in actu: sed differt à creatione, quia non conuenit per formam ex non forma. & similiter assimilatur latitationi aliquantulum. & omnes dicentes creationem, aut latentiam, aut congregationem & segregationem, hoc intendebãt, & non potuerũt pertingere ad illud. Intentio igitur sermonis Aristo. q̃ conueniens fit à conueniente, aut prope cõuenientem, non est quòd conueniens agit per se & per suam formã, formã sibi cõuenientis: sed est dicere q̃ extrahit formam sibi conuenientis ex potentia in actum, & non est agẽs, quia adducit in illam materiam aliquid extrinsecum. Et sic est in hoc de substãtia, sicut in alijs accidẽtibus. calidum enim non inducit in corpus calidum calorem extrinsecum, sed facit calidum in potẽtia esse calidum in actu. Et sic fit de magnitudine consequente generationem,

Nota ẽ Prophetia.

Reprobatio Themistij.

Opio Auic. ponentis colodeã, seu datorem formarum.

Sũta Ari. est minoris dubitatiõis omniũ sniarum, & magis cõueniẽs vt sit vera. 1. de cœlo. c. prio.

Opio Anaxagoræ.

Opio Christianorũ, & Saracenorũ, & Iudæorũ.

Opiniones mediæ, quæ sunt tres.

Opio Auic. de qua quære ipsum in 9. Meta. suæ cap. 4. Opio Themistij.

Opinio Aristo.

Agens apud Arist. nõ est cõgregãs inter duo in rei veritate. sed extrahens illud, quod est in potẽtia ad actum. Vide cõ. 11. 8. Metaphysi.

tionem, ſ. ꝙ magnitudo, cùm fuerit tranſmutata apud generationem ex quantitate in quãtitatem aliam non tranſmutabitur ex quantitate adueniente ex extrinſeco. Et ſimiliter motus localis non eſt veniẽs ab extrinſeco à motore. & ideo non eſt neceſſe vt agens omino ſit conueniens ſm omnes modos. Generans igitur animam nõ eſt dicere ꝙ ponit animam in materia, ſed ꝙ extrahit illud, quod eſt anima potentia, ad eſſe animam in actu. Vnde ignis generatur à motu, ſicut ab igne. Et intentio proportionum & formarum exiſtentium in generantibus animalia eſt, quia extrahũt proportiones & formas, quæ ſunt in materia ex potentia in actũ: & omne extrahens aliquid ex potẽtia in actũ, neceſſe eſt vt in eo ſit aliquo modo illud, quod extrahit, nõ ꝙ ſit ipſum ſm omnes modos. Virtutes igitur, quæ ſunt in ſeminibus, quæ faciunt animata, non ſunt animatæ in actu, ſed in potentia: ſicut domus, quæ eſt in anima Ædificatoris, eſt domus in potentia non in actu. Et ideo Ariſt. fecit aſſimilationem de iſtis virtutibus ad virtutes artificiales, & dicit in lib. de Animalibus ꝙ iſtæ virtutes diuinæ ſunt, cùm habeant potentiam dandi vitam, & ſunt ſimiles virtutibus, quæ dicuntur intelligentiæ, quia adducunt ad finem. Et, quia iſta ſemina non faciunt hoc, niſi per calorem, qui eſt in eis, & calor ignis non facit niſi calefactionem aut deſiccationem, non figurandeq; formam animatam, dicit Ariſtot. in lib. de Animalibus ꝙ iſte calor non eſt ignis neq; igneus. Ignis. n. corrumpit animalia, non generat; iſte autem calor generat. & ideo videtur ſimilis calori artificiali, quem ars menſurat ad aliquam operationem. & iſte calor habet formam, qua cõſeruatur in ſua menſura, & iſta forma non eſt anima in actu, ſed in potentia: & eſt quam Ariſtot. aſſimilat arti & intellectui. & ideo vocat calorem iſtum calorem animæ non animatum. & iſte calor eſt in ſeminibus, & fit ab habente ſemen & a Sole. Vnde Ariſt. dicit ꝙ homo generatur ex hoie et Sole. & factus eſt ille calor ex terra, et aqua ex calore Solis admixto cum calore aliarũ ſtellarum. Et ideo Sol & aliæ ſtellæ ſunt principium vitæ cuiuslibet vtur in natura. Calor igitur Solis & ſtellarum diffuſus in aqua & terra generat animalia ex putrefactione nata, & vniuerſaliter omnia, quæ fiunt ex ſemine: non ꝙ ille ſit anima in actu inuenta in ore decliui & a Sole, ſicut narrat Themiſtius. et oia iſta declarata ſunt in lib. de Animalibus. ergo calores generati ex caloribus ſtellarum generantes quãlibet ſpeciem ſpecierum animalium, habent menſuras proprias illius caloris ex quantitatibus motuum ſtellarũ, & diſpoſitionibus earum adinuicem in appinquitate et remotione. Et iſta menſura prouenit ab arte diuina intellectuali, quæ eſt ſimilis vni formæ vnius artis principalis, ſub qua ſunt artes plures. Secũdum hoc igitur eſt intelligẽdum ꝙ natura facit aliquid perfecte, & ordinate, quamuis nõ intelligat, quaſi eſſet rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea, quæ dicũtur intelligentiæ. Iſtæ autem proportiones, & virtutes, quæ fiunt in elementis à motibus Solis & aliarum ſtellarum, ſunt hæ, quas reputat Plato eſſe formas, & eas intendit: ſed longe reſpiciebat eas, quapropter dicit formas eſſe. Ariſt. autem luſtentatur ſuper hoc, ſ. quod agens non inuenit formam, creando eam. quoniam, ſi creaſſet eam, tunc aliquid fieret ex nihilo. & ideo forma apud ipſum non habet generationem, neq; corruptionem, niſi accidẽtaliter, ſ. per generationem & corruptionem compoſiti. & cum homo cõſeruauerit hoc fundamentum, nullus error accidet ei. Imaginatio ergo ſuper creationes formarum induxit homines dicere formas eſſe & datorem eſſe formarũ: et induxit Loquentes trium legum, quæ hodie quidem ſunt, dicere aliquid fieri ex nihilo. & cùm Loquentes noſtræ legis opinabantur ꝙ agens agit creando formam ex nihilo, & nullum hmõi agens viderunt hic, dixerunt vnum agens omnia entia ſine medio, & ꝙ actio iſtius agẽtis tranſit in vno inſtanti in actiones contrarias & conuenientes & infinitas: ita ꝙ negant ignem comburere & aquam humectare, & dicunt omnia iſta indigere creatione. Sed corpus nõ creat corpus, neq; facit venire in corpore aliquam diſpoſitionem: adeo ꝙ dicunt ꝙ homo, cùm mouet lapidem expellendo, non eſt mouens, ſed illud agens creat motum. & negauerunt propter hoc potentiam eſſe. & error iſtorum eſt manifeſtus. Iſtis etiam hominibus accidit mirabile. Dicunt enim ꝙ agens non poteſt priuare aliquid: actio enim agentis non eſt niſi in inueniendo, non in priuando. Conſyderat igit quomodo reputant eſſe impoſſibile ꝙ agens tranſmutet ens ex eſſe in non eſſe, & non reputant eſſe impoſſibile ex non eſſe aliquid eſſe. Si igitur aliquis dixerit quomodo agens facit priuatiões? Dicemus ſicut facit inuenire, & eſt extrahere illud, quod eſt in potentia in actum. Generatum enim in actu eſt corruptum in potentia. & omnis potentia non exit in actum, niſi propter extrahens, quod eſt in actu. Si igitur potentia, non eſſet ens, non eſſet agens omino. & ſi agens non eſſet, nihil eſſet hic omnino in actu. Et ideo dicitur ꝙ omnes proportiones, & formæ ſunt in potentia in prima materia, & in actu in primo motore: & aſſimilatur aliquo modo eſſe eius, quod fit in anima artificis. Reuertamur igitur ad noſtrum locum.

Caput Quartum. Quot, quibuſq; modis ſenſibilium rerum principia eadẽ dici poſſint, & quibus minime.

CAuſæ vero, atq; principia quodam quidem modo alia aliorum ſunt, quodam vero modo non, ſiquis vniuerſaliter dicat, & ſm proportionem omnium eædem. Dubitare nanq; quiſpiam poſſit vtrum alia, an eadem principia & elementa ſubſtantiarũ ſint, & eorum, quæ ad aliquid ſunt. & eodem modo in quolibet prædicamento. At abſurdum eſt, ſi omnium eadẽ ſunt. ex eiſdem enim erit ad aliquid et ſubſtantia. Quid igitur hoc erit? præter enim ſubſtantiam, & alia, quæ prædicantur, nihil cõmune eſt. prius autẽ elementum eſt, ꝙ ea, quorum eſt elementum. At vero nec ſubſtantia eorum, quę ad aliquid ſunt, elementũ eſt, nec aliquid horum ſubſtantiæ.

Et principia ſunt rerum diuerſarũ, et cauſæ, & ſunt ſicut homo debet dicere vniuerſaliter omnia eadẽ proportionaliter. Et debet homo dubitare, vtrum materia & elementa ſubſtantiarum, & relationum, & omniũ prædicamentorum ſint ſimiliter eadem. Sed eſt inconuenies, ſi principia ſint eadem. ſubſtantia autem & relatio erunt ex eiſdem, ex eo ꝙ hoc non erit ens, quoniam inuenitur extra ſubſtantiam, & illa alia aliquod vniuerſale, & elementum q̃ illud, quod eſt elementum eis. Et ſubſtantia non eſt elementum rerum relatiuarum, neq; iſtæ etiam ſubſtantiæ.

Iſta quæſtio iam inducta eſt in principio iſtius artis, & modo

Vide conſimile. 9. Meta. cõ. 7.

Dubium. Solutio.

Oĩs propoſitiones eſſentiæ ſunt ; potẽtia in prima materia. & in actu in primo motore.

& modo iterat eam ad diſſbluendum eam. & eſt quæſtio, vtrum principia & elementa decem prædicamentorũ ſint eadem, aut diuerſa. Et primo ponit ſecũdum quem modum ſunt eadem, & dicit ꝙ cauſæ, & principia prædicamentorum, quãuis ſint rerum diuerſarũ, bene poteſt homo ponere ea eadem ſm proportionalitatem. Et quia hoc non apparet, niſi cùm fuerit declaratum ꝙ non ſunt eadem ſimpliciter, neq; diuerſa ſim pliciter, incœpit declarare hoc, et dicit. Et debet homo dubitare, &c. i. et ſunt eadem ſm proportionalitatem, non ſm definitionẽ: quia homo debet dubitare, vtrum elemẽta ſubſtantiæ ſint elemẽta relationis & aliorum, aut non. Sed eſt inconuenientis vt ſint eadem, tũc enim ſubſtantia & relatio erunt ſub eodem genere. Et dicit proprie relationem: quia eſt debilioris eſſe alĳs prædicamentis: ita ꝙ quidam reputauerunt ipſam eſſe ex ſecundis intellectis. D. incœpit dicere impoſſibile conſequens hanc poſitionem, & dicit. ex eo ꝙ hoc nõ erit ens, quoniam inuenitur extra ſubſtantiam &c. i. & ſequitur ex poſitione eorum, vt ſub vno genere ſit natura vniuerſalis alia à quolibet decem prædicamentorũ, & eſt natura cõmunis. Et quia aliquis poteſt dicere ꝙ & ſi iſta natura non fuerit decem prædicamenta, poſſibile eſt vt ſit vnum eorum, ſ. ſubſtantia, cùm exiſtimatum eſt ꝙ ſubſtantia eſt principium, & elementum aliorum: et, cùm omnia exiſtant in ſubſtantia, & ſubſtantia antecedat ea in definitione & alĳs modis, dicit. Et etiam ſubſtãtia non eſt elementum rerum relatiuarum, neq; iſtæ etiam ſubſtantiæ. i. & impoſſibile eſt ponere ꝙ ſubſtantia ſit elemẽtum relationis & aliorum, et tacuit impoſſibile, quoniam manifeſtum eſt. Manifeſtum eſt enim ꝙ elementa ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, & elementa relationis relatio. Et, ſi ſubſtãtia eſſet elementum relationis & aliorum, contingeret vt omnia eſſent ſubſtantia. omne, n, cuius elẽtum eſt ſubſtantia, eſt ſubſtantia. Et ſimiliter eſt impoſſe ponere vnũ aliorũ eſſe elementum omnium, v.g. relationẽ. contingeret. n. omnia eſſe relatiua: & cõtingeret vt in aliqua hora diſſolueretur ſubſtãtia in relationem, aut relatio in ſubſtantiam. & hoc contingit in genere, quod eſt in materia, non in eo, quod eſt in forma.

Item, quo modo continget omniũ eadem eſſe elementa? nullum enim elementorum idem poteſt eſſe ei, quod ex elemẽtis componitur. veluti ipſi BA, ipſum B, aut ipſum A.

Et etiam, quomodo eſt poſſibile vt omnia elementa ſint eadem? nullum enim elementorum poſſibile eſt vt ſit illud, quod eſt compoſitum ex elementis, vnum. verbi gratia, vt A ſit B quoddam.

Manifeſtatio iſtius ſermonis eſt ꝙ elementa decem prædicamentorum impoſſibile eſt vt ſint eadem. contingit. n. vt elementa & compoſitum ex elemento ſint idem. Et Alexã. dicit ꝙ iſta ratio eſt probabilis. non enim contingit ex natura illius, cuius eſt elemẽtum vt ſit cũ eo idem. elementum. n. cum eo, cuius eſt elementum, eſt eiuſdem naturæ: ſed tamen elementum in illa natura eſt ſimplex, & elementatum compoſitum. hoc igitur nõ contingit, niſi ponendo elementũ eſſe vnum illorum, & eſſe elementum omnium. tunc. n. contingit vt elementum & elementatum ſint idem. & hoc non videtur ex ſuis verbis. Et ideo dicit Alexã. forte intendebat ꝙ, ſi elementum omnium prædicamentorũ fuerit aliquod ens aliud à prædicamentis, neceſſe eſt vt habeat etiam elementum. Omne enim habet elemẽtum. aut igitur illud elementum habebit elementũ, aut elementum & elementata erunt idem. Et hoc, quod dicit Alex. eſt ẽt probabile. non. n. cõtingit vt quodlibet ſit ex elemẽto, cùm omne ens aut ſit elemẽtum, aut ex elemẽto: niſi ponat ꝙ omne ens in actu neceſſe eſt vt ſit ex elementis. Si igitur omnia elementa ſunt in actu, continget vt omne elementatũ habeat elementum. & hoc aut procedat in infinitum, aut elementum & elementatum erunt idem. Et hoc diſſoluetur ponendo ꝙ eorum, quæ ſunt in actu, quædam habent elementa in actu, & quædam in potentia. & hæc diſpoſitio eſt eorum ſimplicium, quæ ſunt elemẽta compoſitorum.

Themiſtius autem aliter expoſuit, dicẽdo ꝙ, ſi decem prædicamenta habeant vnum elementum ſenſibile, vt ſit declarare ꝙ neq; etiam erit ex intellectis vniuerſalibus vnum & ens. i. ꝙ non poteſt aliquis dicere ꝙ vnum et ens ſunt genera & elementa iſtorum, & ꝙ ſunt extra ſeca ab eis. & hoc intẽdebat, cùm dicit Neq; etiam ex elementis, &c. D. d. hæc enim duo exiſtunt in omni compoſito. Et Alex. expoſuit hũc ſermonem duobus modis ſic. Ens. n. & vnum demonſtrat ſimplicia ſicut compoſita. ſi igitur elementum eſt vnum & ens, tunc ſimplex non eſt magis elementum compoſiti ꝙ compoſitum ſimplicis. vtrunq; n. eſt vnum & ens. Aut hic. Contingit enim vt cõpoſitum & ſimplex in ide, cùm hoc nomen vnum eodem modo dicatur de eis. D. d. & nullum eorum eſt ſubſtãtia aut relatio, ſed neceſſarium, & Alex. dicit, ꝙ oportet contingere iſtum ſermonem ad illud, quod dixit prius, ſ. & etiã quomodo eſt poſſibile dicere eadem eſſe elementa omniũ: nullum. n. elementorum, &c. i. dicit, quoniam hoc, quod dicit, nullum. n. eorum eſt ſubſtantia aut relatio, conſequitur hanc ſermonem: quoniam ſermo eius eſt de elementis. Et dicit, & intẽdit per hoc quod dixit, nullum enim eorum eſt ſubſtãtia aut relatio. ſed neceſſarium, ꝙ, ſi vnum & ens fuerint elementum ſubſtantiæ & relationis, elementum autem non eſt idem cum ſuo elementato: tunc ſubſtãtia & relatio, & alia prædicamenta non erunt vnum neq; ens. & ſi nullum eorum fuerit aut vnum aut ens, nullum eorum erit neq; ſubſtantia, neq;

Vide. 2. Coli cõ. 42.

Virtutes, quæ ſunt in ſeminibus, nõ ſunt actu animatæ. Vide dict. 7. Meta. cõmen. 51.

Differẽtia caloris elementalis & cœleſtis. Vide 2 de generatione animal. & 2. de anima. & 2. de ſenſu & ſenſato. et 4. Coeli. et vide oppoſitũ in prima cõtinentia. Vide contradictio. Zim.

Calor Solis & ſtellarum diffuſus in aqua & terra, generat animalia ex putrefactione nata, & vniuerſaliter omnia, quæ fiunt ex ſemine.

Ad. 2. infunditur ex

Natura ꝓpter ordinem & ordinata ex operatione quaſi non intelligit rememorata ex intelligentiis non errante.

Rõ & fundamẽtũ optimus Ariſto.

Cõtra leges.

Item. 2. de Anima cõ. 2.

Relatio eſt debilioris eſſe alĳs prædicamentis.

Expoſitio Alex.

Themiſtij expoſitio.

Prima expoſitio Alex.

Secunda expoſitio eiuſdem.

Prima expoſitio ſup vno & nullum.

Secunda expositio super idem.

neq; relatio, neq; alia. quod enim est non ens, non est. sed necessarium est vt hoc nomen vnū dicatur de omnibus. Dixit. Et possibile est vt hoc, q̄ dicit, nullum enim eorum est substantia aut relatio, si de vno & de ente, si aliquis dixerit q̄ aliquod istorum duorum est elementum compositorum. hæc enim duo indigent ad hoc vt non sint eadem cum eis, quę fiunt ex eis, vt non sint in aliquo istorum generum. sed vnumquodq; istorum generum est vnum & ens. et ideo neq; vnum erit talis dispositionis sicut vnū, quod est in istis, neq; ens. sed est impossibile vt vnum & ens sint extrinseca à decem generibus: sed necesse est q̄, si aliquod fuerit ens et vnum, vt sit in istis. quoniam, si elementata sunt substantia & quantitas & qualitas aut aliud aliorum: elementa autem sunt animalia: tunc nullum istorum erit ens, neq; substantia, neq; quantitas, neq; qualitas, neque aliquod aliorum. sed hoc est necessarium. necesse est. n. vt elementa sint ex entibus. Sequitur aliquod istorum fuerit ens, & vnum, necesse est vt intret sub vno prædicamentorum. hæc sunt verba Alexā. Et abbreuiatio eius, quod dicit in hoc capitulo, & in prædicto est, q̄, si decem prædicamenta cōmunicent in aliquo, quod est elementum eorum, verbi gratia in vno & in ente: vnum autem & ens non dicuntur nisi de decem prædicamentis: necesse est vt elementa sint huic prædicamenta. & hoc est inconueniens. contingeret enim vt elemētum & compositum sint idem. Et etiam vnum & ens sunt ex rebus vniuersalibus, & quæ non habent esse extra animam. & vniuersaliter vnum, & ens non demonstrat quodlibet compositorum, sed decem prædicamentorum. Quodlibet igitur prædicamentorum est non ens. de quo enim ens dicitur non ens dicitur. & sic nulla erit substantia, aut quantitas, aut qualitas. sed necesse est vt sint ergo vnū, & ens non sunt vna natura communis ab eis.

Abbreuiatio expōsa Alexandri.

Idē 10 Metaphy. cō. 6. Esse & vnū non sunt vna natura cōmunis alicui decem prædicamentorum. Quōd autē non sit genus patet 3 huius & 9. Metaph. cō. 8.

Non sunt ergo omnium eadem elementa. An vt diximus, quodam modo quidem sunt, quodam modo vero non. veluti fortasse corporum tensibilium calidum, tanquam forma, & alio modo frigidum, vt priuatio. materia vero, quod primo per se potētia hęc erat. substantiæ vero, tum hæc, tum ea ex his, quorum hæc principia sunt: aut si quid ex frigido, & calido fit vnum, vt caro, aut os, necesse profectò est aliud ab his esse illud, quod factum est. horum itaq; eadem elementa, atque principia sunt, alia vero aliorum. Omniū vero ita quidem dicere non est, sed analogice. quemadmodum si quis dicat, quòd principia sunt tria. forma, priuatio, & materia. verum vnumquodq; horum circa vnumquodq; genus aliud est. vt in coloribus album, nigrum, superficies, lumen, tenebræ, aer: ex his vero dies & nox.

Elementa igitur omnium non sunt eadē. Et sunt sicut diximus, eadem vno modo, & alio modo non sunt, vt elementa corporum. quod autem est sicut forma calidum, alio autem modo frigidum priuatio. materia autem illud, quod est in potentia hæc duo, primum per se. Substantia vero est illa, & quæ sunt ex istis, quorum sunt hæc principia: & si aliquid sit vnum ex calido & frigido, vt caro & os. quod enim fit necesse est vt sit aliud ab eis. istorum autem hæc sunt elementa, & principia, aliorum autem alia. Quòd autem sic dicatur de omnibus, nō est eis, sed oportet æquare comparationem. vt si aliquis dixerit quòd principia sunt tria, s. forma, priuatio, & materia. sed quodlibet istorū est diuersum in vnoquoq; genere, in colore album, nigrum, superficies, planities, obscuritas, lumen, aer: & ex istis dies, & nox.

Cùm induxit impossibilia contingentia, si principia decem prædicamentorum fuerint eadem natura, dicit Elementa igitur omnium nō sunt eadem, i. tam igitur declaratum est q̄ elementa decem prædicamentorum non sunt eadē, tta q̄ hoc nomen ens dicatur de eis vnuoce. Et, cùm declarauit q̄ impossibile est q̄ elementa eorum sint eadem simpliciter. & etiam fuit manifestum per se q̄ principia eorum non sunt diuersa simpliciter. sed quia prædicamenta accidentium constituuntur per substantiā, & quoddam eorū antecedit quoddam, dedit tertium modum verum, & est quia principia eorum sunt eadē proportionaliter. et dicit. Et sunt, sicut diximus, eadem vno mō, & alio modo nō sunt. i. & cùm non sunt eadem simpliciter neq; diuersa simpliciter, necesse est vt sint eadē vno modo, et diuersa alio. D. dedit exemplum ad declarandū, quæ elementa sunt substantiarum, quæ dicuntur proportionaliter in omnibus prædicamentis, & d. vt elemēta corporum etc. idest, verbi gratia, q̄ principia in substātia declaratum est q̄ sunt tria, duo contraria, & subiectum: vt vnum cōtrariorum est quasi forma & habitus, & aliud quasi priuatio. quę autem est quasi forma, est sicut calor, qui est forma quorūdam elementorum, i. ignis & aeris. illud vero, quod est quasi priuatio est sicut frigidū, quod est forma terræ & aquæ. subiectum aūt est illud, quod est in potentia hæc duo contraria, primo & per se. Et Alexan. dicit q̄ hic posuit priuationem aliquo modo sub substātia, cū frigidum est illud, quod caret calore, & frigiditas in corporibus frigidis facit substantiā eorum. quapropter sunt in eis substantiæ contrariorum rebus, in quibus sunt accidentia, i. q̄ frigiditas & caliditas non sunt substātiæ in rebus, quarum species non faciunt caliditas & frigiditas, sed aliæ virtutes, vt anima in animatis. D. d. substantiarum eto est illa, & quæ sunt ex istis, quorū ista sunt principia. i. &, cū ista sint principia substantiæ: & principia substantiæ sunt substantiæ: necesse est vt substantia dicatur de istis rebus, i. de contrariis, & materia, & de compositis ex eis, quorum ista tria sunt principia. D. d. & hanc fit vnum ex calido & frigido, vt caro, & os. i. & hæ substantiæ fiunt ex istis corporibus simplicibus, necesse est vt formæ earum sint aliæ à formis istorum. Generatū. n. aliud debet esse ab eo, ex quo generatur, quia habet aliam formam. Et intendebat demonstrare q̄ principia propinqua in omnibus substantiis nō sunt eadem, sed formæ [a] simplicium aliæ sunt à formis compositorum, & materiæ eorū propinquæ aliæ à materijs istorum: sed tamen eædem sunt proportionaliter. In simplicibus [b] autem sunt prima materia & formæ contrariæ substantiales, & in composito ex simplicibus virtus, quæ est in simplicibus ad recipiēdum formas compositas ex formis finalibus, & istis formis. sm igitur hunc modum possibile est dicere q̄ principia substantiarum sensibilium sunt eadem. Et, quia etiam inuenitur in alijs prædicamentis quod assimilatur istis principijs,

Frigiditas sm Alexā. est subiectum in corpore frigido. 2. primo 3. c. 32. & 1. cō 10 & Meta. 10.6.

a Formæ simplicium sunt aliæ a formis cōpositorū. vide idē 7. Meta. c 60. & prio Meta. cō 12. & prio de Generatiō. 54. & 9. Coel 60. b Hinc sumitur cōclusio nātes primum subiectum immutū omnes prædicamentorum quod recipit contraria, quæ sunt principia substantiarum.

principijs, quæ sunt in substantia, sed nō sunt eadem. d. istorum autē hæc sunt elementa & principia, aliorum aūt alia. idest, substantiarum autem ista, quæ diximus, sunt elementa & principia, alia autem præter substantias habent alia elementa sibi similia. Deinde dicit. Quòd autem sic dicatur de omnibus, &c. idest, quòd autē dicatur de omnibus, scilicet q̄ hæc tria, quæ sunt in substantia, sunt principia aliorū prædicamentorum, scilicet propinqua, non est sic: sed habent ista principia secundum comparationem & proportionem. idest q̄ in vnoquoq; prædicamentorum accidētium inuentum principia, quorum proportio ad illa est, sicut proportio principiorum substantiæ ad substantiam, non q̄ habeant illam eādem materiā. Deinde dedit exemplum, quomodo est ista comparatio vniuersalis in omnibus, & dicit. vt si aliquis dixerit quòd principia sunt tria, &c. idest, & dicere est quòd principia sunt eadem proportionaliter, vt dicimus q̄ forma, & materia, & priuatio sunt principia decem prædicamentorum, sed quæ in substantia differunt ab eis, quæ sunt cuiuslibet prædicamenti. & similiter ea, quæ sunt vniuscuiusque prædicamenti, differunt ab alijs. Deinde dedit exemplum istorum principiorum in qualitate, & dicit. ut color album, nigrum, &c. q̄. idest. verbi gratia, q̄ principia colorum secundum formam & priuationē sunt album & nigrum, secundum autem materiam recipientem est superficies, quæ est in potentia omnes colores. & principia noctis & diei secundum formam & priuationem sunt, lux & obscuritas, secundum autem materiam recipientem est aer, qui est in potentia luminosus & obscurus. Et nœlligēdum est hoc in principijs propinquis: in remotis vero possibile est vt principia substantiæ sint principia omnium.

Principia q̄ propinqua decē prædicamentorum non sunt eadem, sed remota possunt eadem esse.

Cùm vero illæ non solum, quę insunt, causæ sint, verum etiam ex his, quæ extrinseca sunt, illud quod mouet, patet quòd aliud est principium, aliud elemētum. ambo vero causæ sunt, & principium in hæc diuiditur. quod autem vt mouens, vel sistens est, principium quoddam, & substantia est. Quare elementa quidem analogice tria: causæ vero, atq; principia quatuor. aliud vero in alio: & prima causa, vt mouēs, in alio alia. sanitas, morbus, corpus: mouens, ars Medendi. forma, inordinatio talis, lateres: mouens Ædificatiua. & nimirum in hæc diuiditur principium.

Et quia causæ non tantum sunt in eis, quæ fiunt, sed ea, quæ sunt extrinsecus, manifestū est quòd principium, et elementum diuersa sunt. quod autē mouet, aut sistit, est quasi aliquod principium. Elementa vero secundum æqualitatem, quæ est secundum conuenientiam, sunt tria, causæ autem & principia sunt quatuor. & aliud alij est causa: prima etiam secundum q̄ est mouens aliud. sanitas, infirmitas, corpus: quod mouet, Medicina. forma enim non ordinatur, sicut illud, quod mouet artem ædificationis.

Principiū dignio dicitur de motore & elemēto & causa intrinseca. Idē 5 Meta. c. 4. & prio phy. cō. primo.

a Exponit dicta in cō & ex prio primi phy.

b Contrahit ea dicta hic & prio phy. cō. primo.

Vide cōtradictio. Zim. Prio d. Ge nerande 15. cō 41 & 43. phy. cō. 3.

23 Cùm locutus fuerit de principijs, quæ sunt partes rei, scilicet forma & materia, vul: loqui de extrinseco, scilicet motore, & dicit. Et quia causæ non sunt, &c. i. & quia causæ non omnes sunt partes rei compositæ, sed etiam sunt aliæ causę extrinsecæ, quarum vna est mouens: & hoc nomen principium dignius est conuenire motori, & elementum conuenire intrinsecis: manifestum est q̄ elementū & principium differunt inter se. Et d. hoc [a], quia causa dicitur de oībus: principium aūt de extrinsecis: elementū vero de intrinsecis. Et ideo d. in Physicis q̄ dispositio scientię in oībus artibus habentibus principia & causas & elemēta: quia intendebat per principia causas mouēres [b]: & per causas, illud, quod est cōmune illis quatuor: et per elementa, ea quę sunt in re. Et quia agens proprii est motor: agēs. n. est mouens & faciens passiones, vt declaratū est in hb. peri Geneseos: mouens aūt proprie nullā facit passionem: quapropter omne agēs est mouens, sed nō omne mouens est agens. D. quod aūt mouet, &c. i. q̄ si de mouente & elemēto dicat principium, cū principium proprie dicatur de motore, Et in alia trāslatione inueniebatur loco huius. manifestū est q̄ principiū & elementum sunt alia, & causæ vtriusq;. i. manifestū est q̄ principium differt ab elemēto, & q̄ hoc nomē causa dicitur de vtroq;. Et inuenitur loco eius, quod d. quod aūt mouet, etc. sic. & principiū diuiditur in duo, sicut illud quod mouet et cōstituit, cū sit quasi aliquod principiū. Et in tertia translatione. & dicitur principium in istis, quod aūt mouet est principium. & manifestum est q̄ intendebat demonstrare per hunc sermonē, q̄ hoc nomen principium cōmune est eis. D. d. elementa vero sm̄ qualitatē, &c. & in alia translatione. Causæ aūt et principia sunt quatuor, sed aliud alij: et prima causa est quasi motor alius alij, sicut sanitas, & infirmitas, et corpus: & Medicina quod mouet, quāuis sit sine ordine, sicut ista sanitas, illud quod mouet ædificationē. i. Et ita declaratum est q̄ principia & causę sunt quatuor: et illud, quod est principiū et finis, est aliud ab eo, cuius est principiū, & quòd mouēs est aliud ab eo, quod mouetur ab eo. D. d. exemplū causę extrinsecę, & d. sanitas, infirmitas, corpus: quod mouet, medicina. i. et exēplū causę, quę est alia à causato, est Medicina, quæ mouet ad sanitatē, aut ad firmitatem. Medicina. n. alia est à sanitate, & ab infirmitate. & qa forma sanitatis non est ma alia Medici in materia, sicut est forma sanitatis, ideo forma sanitatis, quæ est in alia Medici, non facit ia nitatis actionem. quoniā, si ita esset, tunc Medicus esset sanus. D. & si sine ordine ista sanitas mouens ædificationem. i. q̄, si sanitas mouens non habet ordinationē sanitatis, quę est in corpore, neq; forma ędificationis habet ordinem formę domus. i. q̄ forma sanitatis, quę est in alia, non habet actionē sanitatis, sicut habet formā sanitatis, quæ est in corpore. Et hoc intendebat, cū dicit in alia translatione. forma. n. non ordinatur, sicut illud, quod mouet artē ędificatiōis. i. q̄ forma, quę est in alia sine ordine, i. sine actione eius, quod est extra alam, vt forma ędificationis, quę mouet ad formā ędificati, quia non habet actionem formæ domus.

Forma sanitatis qua est in alia nō est principium motoris ut sic existens in anima ad actionem.

Cùm autem mouens, in naturalibus quidem homo, in his vero, quæ à mente fiunt q̄ sa forma, vel contrarium sit, modo quodam trēs profecto causæ erunt, alio vero modo quatuor. sanitas nanque quodammodo est ars Medendi, & Ædificatiua forma domus, & homo hominem generat. præter hæc item cuncta mouens, tāquam omnium primum.

Mouens autem in rebus naturalibus homo hominis, in eis autem, quæ sunt ex cognitione forma, & suum contrarium. quapropter causæ aliquo modo sunt tres, sicut & quatuor. Medicina enim est aliquo modo sa-

nitas, & ars ædificandi forma domus, & homo generat hominẽ. & etiam illud, quod est extrinsecũ ab istis, quod est principium oium.

24 Cùm declarauit causas esse quatuor, vult declarare quòd aliquo modo reducuntur in tres. & dicit quòd, cùm quidlibet non fit, nisi à sibi conuenientibus: vt homo generat hominem in rebus naturalibus, & forma artificialis facit aliam formam sibi similem, aut cõtrariam in rebus artificialibus: manifestum est quòd causæ reducuntur in tres, cùm agens & finis idem sint forma. Medicina enim aliquo modo est sanitas, & forma domus aliquo modo est domus, & semen hominis homo. &, quia dispositio vltimi mouentis omnia aliquo modo est sicut dispositio mouentis propinqui, & primum mouens mouet ad omnes formas: manifestum est quod forma primi mouentis aliquo modo est omnes formæ. & hoc intendebat, cùm dicit. & etiam illud, quod est extrinsecum ab istis, quod est primum. Alexander autem dicit, quòd addidit hoc ad demonstrandum aliud principium esse extrinsecum à motis, & commune omnibus mouentibus. hoc enim principium, secũdum quod est commune & remotum, non est necessarium vt sit conuenies, & quia etiã primus motor, sicut declaratum est, non mouet nisi ad perfectionem. & quod est sic, non est necesse vt sit conueniens. Et veritas est quod primum principium non debet esse conueniens secundum modum, quo est principium proprium: & debet esse conueniens aliquo modo vniuersali. Et Themistius dicit q̃ dicit primũ motorem, ad inuenidum quod est aliud ab istis mouentibus propinquis, & quod illud est quæsitũ in hoc sermone. & ita videtur mihi. Et Alexander dicit, quòd dicere conuenies non verificatur, nisi in causis agentibus propinquis & essentialiter, non casu, scilicet in eis, quæ sunt ex causis agentibus, quæ fuerint propter aliquid. & iam prædixit quod animalia, quæ fiunt ex putrefactione, sunt apud ipsum istius generis, & in sermone eius est quæstio, quæ per se est perscrutanda. Deinde & dubitandum est in hac propositione dicente quod conueniens fit essentialiter ex conueniente: qa in corrigia nihil est tale quale illud, quod relinquitur ab ea in dorso, & est simile sermoni quod in serra non est lignum abscissionis, quæ est in ligno. talia autem sunt instrumenta, non causæ agẽtes. & sermo eius non est nisi in causis agentibus. & ideo dicit quod abscissio, quam facit serra, est in anima serrantis: & dolor, quem facit corrigia, est in anima percutientis. Dicit igitur q̃ ista propositio verificatur tribus conditionibus, s. vt sit in agente non in instrũ, & in propinquo non in remoto, & in agente essentialiter non accidentaliter.

Forma primi mouẽtis aliquo modo est oẽs formæ. vide 12 supra cõ. 18. in fine.

Alexan. exposito.

Themistij expositio.

Documentũ. Quot conditiones requirũtur vt verificetur ꝙ vniuersaliter dicimus conuenies fieri a conuenientibus vide 6. Cœli. cõ. 42. & 1. Metaph. cõmen. 28.

Cùm autem quædam separabilia, quædam inseparabilia sint, illa sunt substantiæ, propter quod hæc omnium causæ sunt: siquidẽ absq; substantijs passiones, & motus non sunt. deinde hæc erunt, anima fortassis, & corpus: aut intellectus, appetitus, & corpus.

Et quia quædã res sunt abstractæ, & quædam non abstractæ, illæ sunt substãtiæ, & propter hoc inueniuntur istæ causæ: quia extra substantias non inueniuntur passiones eorum, neque motus. & post hoc erunt ista, anima forte & corpus aut intellectus, aut desyderium in corpore.

25 Cùm declarauit q̃ impossibile est dicere causas prædicamentorum esse eadem proportionaliter, vult declarare quòd substantia aliquo modo est causa oium. Materia enim, quæ est in substantia, est materia * omnium prædicamentorum, & causa eorum. contraria enim similiter, quæ sunt in substantia, sunt causæ contrariorum aliorum prædicamentorum. & hoc iam declaratum est in tractatibus substantiæ. & hic facit rememorationem. Et intendit per abstracta substãtias, quæ sunt subiecta nouem prædicamentorum, & per non abstracta nouem prædicamenta. quasi diceret, qa prædicamentorum quædam sunt abstracta, & quædam non, abstracta sunt substantiæ, & non abstracta accidentia substantiæ. & hoc declaratum est. declaratum est enim q̃ substantia accipitur in definitione eorum, & non econuerso. vnde substantia videtur causa eorum. Deinde dedit causam, & d. & ꝓpter hoc. etc. idest. & quia accidentia non separantur à substantia, videntur substantiæ causæ eorum. nullum enim accidens existit extra substantiam. sunt enim in rei veritate passiones, & motus substantiarum. & hoc intendebat, cùm dicit. quia extra substantias non inueniuntur passiones, & motus earum, idest, quia ista nõ sunt nisi dispositiones substantiæ, non sui ipsorum. Et hoc intendebat in secunda translatione, cùm dicit. & propter hanc causam causę omnium sunt ista: quia passiones et motus non sunt extra substãtias. idest. & propter hoc, quod diximus, causæ omnium sunt substantiæ, quia passiones & motus impossibile est extra substantias. Et sciendum est quòd substantiæ sunt duobus modis: modus vnus, in quo possibile est fugere accidentia: & alius sine aliquo accidente. primus autem est sensibile: secũdus autem intelligibile. Deinde dicit & post hoc erunt ista anima, &c, & dicit hoc, quia substantiarum quædam sunt naturales & quædam animatę. animatæ autem videntur esse principia substantiarũ naturalium. & quasi dicat. & post hunc sermonem dicamus q̃ principia omnium substantiarum forte est anima, & corpus: aut intellectus ex anima, & desyderium tantum. & inuit corpora cœlestia. quia enim sunt principia animatorum & nõ animatorum, fuit necesse vt essent animata, & vt principia eorũ sint corpus et anima. Et dicit forte, quia adhuc non est perfecte declaratum. Alexander autem dicit q̃, cùm narrauit causas substantiæ, quæ est causa omnium, coniungit huic corpus & animã: aut quia ista sunt causæ animalium, aut quia opinatur quòd hæc duo proprię sunt substantiæ abstractę. et ideo non dicit materiã, neq; naturam, quia istæ sunt substantię non abstractę. & ideo dicit forte, quia quidam existimauerũt animam esse abstractam, quę anima apud ipsum non est abstracta, sed prima forma est abstracta. & intẽdit per omnia ista, corpora cœlestia. D. & similiter intendit per intellectum primum mouens corpora cœlestia, & per desyderium animam, quæ est in corporibus cœlestibus. & vtrumque istorum est alterũ propinquum. Et vniuersaliter apparet ex hoc sermone q̃, cùm dicit, q̃ substantia est principium aliorum entium, dicit q̃ principium substantię est anima, & corpus: aut intellectus & desyderiũ & corpus. & dimisit formas naturales & primam materiam, cùm videntur esse causatæ à substantijs animatis: quia substantię animatę sunt priores eis in esse: aut quia nõ sunt substantię in actu, sicut aia & corpus.

* 2. c. ad. omnis materiæ

Do unitã. Sub illa ista sunt duo modi. vnus sine accidẽte et alius cum accidẽtibus,

Prima forma tantũ est abstracta apud Alexan.

Itẽ alio modo analogice principia sunt eadem, vt actus, & potentia. verum hæc etiam in alijs alia, & alio modo sunt. In quibusdam enim idem quandoque actu, quandoque potentia est: vt vinum, aut caro, aut homo. Cadunt autem hæc in prædictas causas. actus

itaque est forma, si separabilis sit, & quod ex ambobus. priuatio etiã, vt tenebræ, aut ęgrotans. potentia autem materia. hoc nanq; est, quod ambo fieri potest. Aliter autẽ actu, potentiaque differunt, quorum non eadem materia est, quorum non eadem forma: sed diuersa est. veluti hominis causa, elemẽta, ignis, & terra, & materia: & propria forma, & si qd aliud extrinsecus est, vt pater, & præter hæc Sol, & obliquus circulus, quæ nec materia, nec forma, nec priuatio, nec eiusdem speciei sunt, verum mouentia.

Et etiam alio modo principia proportionaliter sunt eadem, vt potentia, & actus. sed hæc sunt rerum diuersarum diuersa, et modis diuersis. In quolibet. n. inuenitur idem quandoque in actu, quandoque in potentia: vt vinum, aut caro, aut homo. Et cadunt ista etiam in causis prædictis. forma enim est in actu, cũ fuerit abstracta, et quod est ex vtroque est priuatio, vt obscuritas, aut infirmus. & in potentia materia. & hoc est possibile vt sit vtrũque. Et alio modo est diuersum in actu et in potentia, in qua non est materia vna, & cuius forma nõ est eadem, sed diuersa. vt sunt elementa causæ hominis, scilicet ignis, & terra, sicut materia: & forma propria: & aliud ex extrinseco, vt pater, & extra ista Sol, & orbis declinis, cùm non sunt materia, neque forma, neque priuatio, neq; æquale in specie etiam, sed motor. In alia translatione loco istius capituli dicitur etiam idem.

Nota quomõ actus & potẽtia sunt principia omnium prædicamentorũ.

26 Cùm declarauit quòd possibile est dicere quòd omnia prædicamenta habent easdem causas secundũ proportionalitatem, & sunt causæ, quas habent de forma, & materia, & priuatione, vult etiam declarare quòd hoc ẽt habent de actu & potentia, ita q̃ principia omnium sunt actus, & potẽtia, & quòd hæc ẽt reducũtur ad formam & ad materiam. Et dicit. Et etiã alio modo, &c. idest, & etiam possumus dicere quòd principia omnium prædicamẽtorum sunt eadem proportionaliter, alio modo à prædicto, sicut dicimus de materia, & forma, & priuatione. Deinde dicit, sed hęc duo sunt rerum diuersarũ diuersa, & modis diuersis. idest, sed potentia & actus, secundum quòd inueniũtur in rebus diuersis sunt diuersa, & habent respectum ad entra modis diuersis. idest, quia potentia & actus, quæ sunt principium substantiæ, sunt alia à potẽtia & actu, quæ sunt principia qualitatis. & sic de alijs. hæc autem sunt principia omnium, quia quidlibet est aliquãdo in potentia, & aliquando in actu. & hoc intendebat cùm dicit. In quolibet enim inuenitur idẽ, &c. idest. & hæc duo sunt vniuersalia omnibus: quia quodlibet ens aliquando est in potentia, aliquãdo in actu, verbi gratia, vinum quando est in actu, quandoq; in potentia. & similiter caro, & homo. Deinde dicit. Et cadunt ista ẽt in causis prædictis, & cę. idest, actus enim reducitur ad formam, quæ est abstracta, aut ad illud, quod congregatur ex materia & forma, & priuatione. vt obscuritas, quæ est in aere, ex priuatione lucis, & infirmitas, quæ est in corpore, ex priuatione sanitatis. Deinde d.

& in potẽtia materia. & hoc possibile est vt sit vtrũque. idest potentia autem reducitur ad materiã: dequa est possibile vt fiat cõgregatum ex ea & ex forma, scilicet compositum. potentia enim, quæ est in materia, est super indiuiduum compositum ex ea & ex forma. Deinde dicit. Et alio modo est diuersum in actu, & existens & etiam accidentia diuersantur abinuicem secundum potentiam & actum propter suam diuersitatem in materia & forma, alio modo ab eo, secũdum quem diuersantur passiua. Deinde dicit vt elementa, & etc. idest, verbi gratia, q̃ materia hominis sunt quatuor elementa, & motor propinquus pater, & remotus Sol & orbis declinis. materia autem hominis & patris, & formæ eorum sunt eadem: Sol autem & orbis declinis non. Et intẽdebat quasi per hoc declarare quod dicit. Documentũ. actiua diuersantur in potẽtia & actu per diuersitatem formarum & materierum eorum, ita etiam actiua differunt à passiuis in potentia & actu per diuersitatem materierum & formarum eorum. Et, quia causæ actiuæ differunt à causis etiam passiuarum, scilicet quæ sunt partes rei, dicit & Sol & orbis declinis, cùm non sunt, etc. idest, cùm non sunt forma hominis neq; materia eius. et dicit. neq; æquale in specie: quia motor propinquus est æqualis in specie, scilicet pater.

Præterea videre oportet, quòd quædam est vniuersaliter dicere, quædã minime. Omnium itaque prima principia, quod actu primum, & aliud, quod potẽtia. Atilla, quę vniuersalia dicimus, non sunt. singulare namque principium eorum est, quæ singularia sunt. homo enim hominis vniuersalis. sed nullus est. verum Peleus Achillis, tui autem pater. & hoc B ipsius BA, ipsum vero B oino ipsius BA simpliciter. Deinde formæ hæ, quæ substantiarum sunt. verũ aliorum aliæ causæ, ac elementa, vt dictum est, eorum, quæ non in eodem genere sunt colorum, sonorũ, substantiarum, quãtitatis, nisi proportionaliter. Eorum quoque, quæ in eadem specie sunt diuersa, non specie, sed quoniam quæ singularium aliud, & tua materia, & forma, & quod mouit, et forma, ac mea materia. vniuersaliter vero ratione eadem.

Et etiam consyderandum est quòd quædam sunt, quæ possumus dicere vniuersaliter, et quædam, quæ possumus dicere particulariter. Et prima principia habent naturã, quæ est in actu. et hoc est prius. & aliud in potentia. Et illa vniuersalia non sunt, quoniam quod est indiuiduum, est istius indiuidui, homo enim est hominis vniuersaliter. sed hullus. Sed Achilles Pelleum, & te pater tuus. & hoc B ad hoc B, vniuersaliter autem B ad B simpliciter. Formæ enim substantiarum alię sunt causæ aliorum, & elementa, sicut dictum est ea, quæ non sunt in eodem genere, ex coloribus, & contrarijs, & substãtijs, & quantitate. Præterea quæ conueniunt, & ea, quæ sunt in eadem forma, & differunt secũdum formas, sed quodlibet singulare est

aliud, & materia, & forma, & quod mouet, quamuis non sunt idem vniuersaliter.

27 Vtia non habent esse extra aiam. Idē supra cō 4. & 11. & 14. Item. 1. Meta. cō. 20 et primo Met. cō 6. 16 & 2ª Idē 2. de ala cō 60. et prio de Aia cō 8. & 1 de Aia cō. 18. Idē 10. Meta. cō 6 Et idē hic 1. cō. sequē. Idē 7. Met. cō. 46. a Singularia in esse præcedūt vtia sed vtia præcedunt singularia in intellectu vide primo de Aia tex. cō 8.

Cùm determinauit quòd principia sunt eadem proportionaliter in omnibus prædicamētis vult declarare quòd principia duobus modis habent respectū ad res, vniuersaliter, & particulariter. et demonstrat quòd verus respectus est particularis, cùm vniuersalia non habeant esse extra animam. Et dicit. Et etiam considerandum, &c. idest, & sciendum est in hac considerationē quòd iste causę dandę sunt in suis causatis vniuersaliter, & particulariter. verbi gratia, ꝙ sanguis menstruus est materia hominis, & quod homo generat hominem. & possumus etiam dicere quòd Socrates generat Platonem, & quod sanguis istius mulieris est materia istius individui. Deinde demonstrauit quòd verus modus est particularis, & dicit. Et prima principia habēt naturam, &c. idest, & principia principalia sunt ea, quorum substantia est aliquod ens in actu extra animam, alia autem sunt ea, quę sunt in potentia particularia, & primum precedit hoc. Et ista processus est, sicut dicit Alexander in esse, a non in intellectu. Vniuersalia autē sunt priora in intellectu particularibus, quę, enim auferuntur, auferuntur particularia. vnde existimantur vniuersalia esse substantię. Deinde d. post. Et illa vniuersalia non sunt, &c. idest & principia vniuersalia non existunt extra animam, sed individuale hoc. hoc enim individuū ab alio individuo generatur, homo enim vniuersale non generatur ab homine vniuersali. Deinde dicit. homo enim est hominis vniuersaliter, &c. idest, dicitur enim vniuersaliter ꝙ homo generat hominem, sed nullum vniuersale generat aut generatur, sed Socratē Platonē, et te tuus pater. et hoc B ad hoc B, quāuis dicaī ꝙ b simpliciter gñat b simplr. Et ꝙ restat dum est de hoc capitulo mueni diminutum in expositione Alexan. & est. Formę enim substantiarum alię, &ęę. idest, & cùm cōsyderandę fuerint causę & causata, vniuersaliter inuenientur formę substantiarum diuersę in genere esse causę rerum diuersarum in genere: & elementa diuersa in genere rerū diuersarum in genere, vt causę rerum, quę sunt in diuersis generibus, vt causæ elementorum contrariorum, & aliarum substantiarum, quę sunt diuersę in genere. Et dicit hoc, quia causę aut erunt conuenientes in specie, & diuersę in numero, vt causa Socratis & Platonis: aut conuenientes in genere & diuersę in specie, vt causa hominis et equi: aut conuenientes in gñe, quod est vnum proportionaliter, & diuersę in vero genere, sicut causę substantiarum differunt à causis quantitatis & qualitatis. Et in alia translatione. & post hoc, quia actiones substantiarum sunt alię causę aliorum, & elementa aliorum: sicut dictum est de eis, quę non sunt in eodem genere colorum contrariarum substantiarū quantitatis. Et hoc, quod dicit. Preterea quę conueniunt, & ea quę sunt in eadem forma, & differunt secundum formas, dicit ipsum ad extrahendum ex substātijs substātias, quarum causę sunt diuersę in specie: & sunt ea, quorum causę sunt diuersę in specie, & sunt in eodem genere. causę enim istorum sunt eędem in forma generali, & diuersę in forma speciali. Et intendit per hoc, quod dicit in eadem forma formam generalē. Et intendit per hoc, quod, dicit. & differunt secundum formas, formas specialissimas. & intendebat ꝙ causę substantiarum, & substantię, quę differunt, quędam differunt secūdum genus modo propinquo diuersitati causarum decem prædicamentorum, & non dicuntur esse eędem, nisi proportionaliter, & nō vt ea, quę sunt conuenientia in eodem genere & in eadem forma. istę. n. sunt conuenientes in forma generali, & diuersę in forma speciali. Deinde dicit. sed quodlibet singularē est aliud. i. sed ea, quorum causę eędem sunt in specie, sunt etiam diuersa in numero, & sunt singularia individua. quodlibet enim istorum aliud est à suo compari in nūmero. & ex hoc intelligitur aliqua esse conuenientia in suis causis in specie. Deinde dicit & materia, & forma, & quod mouet, &c. idest, &, cùm dicamus ꝙ materia, & forma, & motor sunt principia omniū rerum, non sunt eadem, eadem sunt sermone vniuersali. Et in alia translatione est. materia enim tua, & sanitas, & quod mouet hoc in sermone vniuersali sunt principia omnium entium. quoniam quamuis cùm dicantur esse principia non eisdem modis, sed diuersis, tamen eadem sunt omnibus rebus vniuersaliter & proportionaliter. & quasi dicat, quoniam quamuis non sint eadem sint naturam, tamen sunt eadē sermone vniuersali, per quem describitur principium & causa.

Quærere autē quænam principia, siue elementa substantiarum, ad aliquid, & qualitatum sint, vtrum eadem an diuersa, patet quòd, cùm multipliciter dicātur, vniuscuiusq; sunt. at si diuidantur, non eadem, sed diuersa, nisi quòd aliquo modo eadē. analogice namque eadem: quia materia, forma, priuatio, mouens. ac illo modo substātarum causæ, quasi omnium causæ sunt: quia perēptis, perimitur. Præterea quod primum actu est. illo vero modo alia prima, quæcunque contraria, quæ nec vt genera, neque multipliciter dicuntur, item & materiæ.

Quoniam autem quæstio nostra, quę sunt principia, & elementa substantiæ, relationis, & qtantitatis, vtrum sint eadem aut diuersa, manifestum est ꝙ sunt quæ dicuntur multis modis in quolibet. & cùm diuidatur, nō sunt eadem, sed diuersa, præter hoc quòd sunt omnium etiam. sic autem sunt eadem secundum æqualitatem comparationis forma, mouens. & sic etiam causæ substantiarum, sicut similia eorum omnium, quæ auferūtur cùm illa auferuntur. Et etiam primum in perfectione. & sic aliud, & prima omnia, quæ sunt contraria, quoniam ista non sicut genera dicuntur, neque multis modis, & etiam materia corum.

28 Cùm quæsiuit principia prædicamentorum an sint eadem aut diuersa, & declarauit modum, quo sunt eadem, & quo sunt diuersa: amplius, & quòd principia substantiæ sunt aliqualiter, sicut principia aliorū prædicamentorum, vult colligere hæc dicendo. Quæstio autem nostra, vtrum principia substantiæ sint eadem aut diuersa, manifestum est quòd sunt diuersa, cū multipliciter dicatur hoc nomen principium de vnoquoq; istorum. sed tamen non est intelligendum ex hoc, ꝙ secūdum æquiuocationem puram dicatur, & hoc intendebat, cùm dicit multis modis. Et in secunda translatione dicit, manifestū est ꝙ dicitur multis modis vniuersalibus. & addidit vniuersalibus, cùm sit talis dispositio significationum nominum. s. ꝙ significēt intentiones vniuersales in quęstiis. De particulari enim non fit demonstratio: quāuis tosum tantum sit ens in rei veritate. Deinde cōfirmauit hoc, & dicit. & cùm diuidatur, &c.

De particulari nō est demonstratio Idem. 7. Metaphy. et Solum partibile est ens in rei veritate. Idē. primo Idē. de generatione. 19. men 19.

tur, & cæ, idest & apparet quòd, cùm hoc nomen principium diuidatur, scilicet in formam, & priuationem, & materiā, & mouens, non videbitur significare idem in quolibet eorum, sed diuersum. Forma enim in substantia differt à se in alijs prædicamentis. & similiter priuatio, & materia, & mouens. Et, quia non perfecte differunt, scilicet quia non pura æquiuocatione dicuntur hæc principia de eis, dicit præter hoc ꝙ sunt omnium, & cæ. idest, præter hoc quòd videntur eadem secundum comparationem & respectum. verbi gratia, quòd respectus formæ substantiæ ad substantiam est sicut respectus formæ qualitatis ad qualitatē, & quantitatis ad quantitatem: quamuis nō idem significet forma in vnoquoque eorum. & similiter de priuatione, & materia, & motore. ista igitur principia de eis dicuntur in respectu. Et puto quòd sermo eius fuit diminutus, cùm dicit forma mouens. debebat igitur dicere forma, priuatio, materia, mouens. Deinde dicit, & sic etiā causæ substantiarum &c. idest, & etiā causæ substantiarum videntur esse causæ causarum aliorū prædicamentorum similium causis substantiarum. & signum eius est quod, cùm causæ substātiarum auferentur, auferentur causæ aliorum prædicamentorum. materia igitur est causa materiæ cæterorum prædicamentorum. & similiter de forma, & priuatione, quæ est in substantia, & in mouente. Et hoc intendebat, cùm dicit in secūda trāslatione. & iste modus, qui est in substantiis, est quasi causæ omnium, quia eorum puntur, cum illa destruuntur. idest, & secūdum istum modum possumus dicere quòd causæ substātiæ sunt causæ omnium prædicamentorum. Et hoc est, quod intendebat declarare de prima materia. cùm enim declaratum fuerit quòd causæ substantiæ sunt causę omnium entium, & fuerit declaratum quæ sunt causę generum substantię corruptibilium & incorruptibilium, tunc declarabuntur causę vltimę entium, in eo quòd sunt entia. & hoc intendebat declarare in hoc tractatu. & ideo perscrutatus est primo de principijs substantię. Deinde dicit. Et etiam primum in perfectione. & intendit per primum in perfectione causam propinquam, qua res perficitur in esse & est causa agēs causę, quę est ei propinqua. & intendit ꝙ est ista causa dicitur de omnibus proportionaliter. Deinde d. & sic aliud, & prima omnia, quę sunt contraria. idest & alio modo dicitur de eis quod contraria præcedunt omnia, idest ꝙ sunt principia omniam alio modo ab eo, secundum quem dicuntur genera, quorum nomina sunt vniuoca, & ab eo, secundum quem dicuntur nomina ꝙuiuoca. idest quod, cùm dicimus quod principia omnium sunt contraria duo, & materia, non est dictū ꝙuiuoce nec vniuoce, sed secundam assimilationem. Et hoc, quasi manifestius est in secunda translatione, quę talis est. & ēt primum in perfectione, & alio modo prima omnia contraria, quę non dicuntur sicut genera, neq; multis modis, sed eadem. Et Alexander dixit, quòd forte intellexit per hoc, quod dixit, & ista non sicut genera dicuntur, neque multis modis, causas individuales, quę sunt vere causę causatorum individualium, quę sunt vere causata. idest quod ista differunt in numero, & non in genere, neque in specie. Causę enim eorum, quę differunt in genere, differunt in genere, & quę in specie in specie, & quę in numero in numero. Et secundum hoc intendebat cùm dixit. & alio modo prima omnia contraria. prioritas enim individualis alia est à prioritate vniuersali.

Quæ itaque sensibilium principia sunt, & quot, quoue modo eadem, & diuersa, dictum est.

Causæ eorū, sex differūtie, differūtie, & quæ species, & quæ numero inuenitur.

Summa Secunda. De substantia Immobili.

Caput Primum. Necessarium esse dari substantiam aliquam immobilem, perpetuam, sempercq; actu existentem. Item actum potentia esse priorem.



Vide Auic. in 8 phi. tra.

10 Vm vero tres sint substantiæ, duæ quidem naturales, alia autem immobilis, de hac est dicendum ꝙ necesse est perpetuam aliquam, & immobilē substantiam esse. Et enim substantiæ, primæ entium sunt. & si cuncte corruptibiles, omnia corruptibilia sunt. at impossibile est aut generari motum, aut corrumpi nam semper erat. neque tempus, cùm non sit possibile prius & posterius esse, tempore non existente. & motus sanè ita continuus est, sicuti & tempus. aut enim idem, aut quędam ipsius motus passio est. motus vero non est continuus, præter hunc, qui secundum locum, & hunc, qui circularis est.

Quæ autem sunt principia sensibilium, & quot, & quomodo sunt eadem, & diuersa dictum est. Et, quia substantiæ sunt tres, quarum duæ sunt naturales, & vna est immobilis, loquendum est de ista, & narrandum est quòd necesse est aliquam substantiam æternam & non mobilem esse. Substantiæ enim præcedunt omnia entia. si igitur omnes substantiæ fuerint corruptæ, omnia entia erunt corrupta. sed est impossibile ꝙ motus fiat, aut corrumpatur: semper enim erat. neque tempus etiam, cùm impossibile sit prius & posterius esse, si tempus non fuerit. & motus igitur secundum hunc modum cōtinuus est, sicut tempus. aut enim erit idem, aut pars illo motus. sed non inuenitur motus continuus, nisi in loco, & ex istis circularis,

29 Per hoc, quod dixit, quòd sunt principia sensibilium, innuit materiam, & formam, & priuationem esse motoré, & quod sunt tria vno modo, & quadruplicato modo. Et per hoc, quod dixit & quomodo, innuit illud, quod prædixit, quod sunt eadem per aliud nomen, & diuersa secundum naturam. Considerandum autem est, vtrū hoc intendebat per sensibilia, de quorum principijs loquebatur, generabilia, & corruptibilia tantum, aut etiam æterna. Alexander autem dixit quòd quamuis termo eius prædictus sit de substantijs non æternis, tamen de vtraque substantia loquitur, scilicet æterna, & non æterna. In substantijs enim æternis inuenimur etiam causas, quæ per similitudinem dicuntur cum causis generabilibus & corruptibilibus. inuenitur enim in ea potētia, cùm mouetur motu eo. sed tamen potentia in vbi non est potentia in substantiam. Deinde d. hoc enim, quod inuenitur in vbi, simile est contrarietati. aliquādo enim est in vbi potentia, aliquādo in actu. Et signum huius est, qa Arist.

Metaphy. cū cō. Auer. Et n. potuit

29 Substantia æterna inuenitur etiam causas, quæ per similitudinem dicuntur cum causis generabilibus & corruptibilibus.

posuit diuisionem in hoc sermone in substantiam mobilem & immobilem, ita quòd dixit. Et, quia substantiæ sunt tres, quarum duæ sunt naturales, &cæ. idest, Sed hoc, quod dixit. et narrādū est ꝙ necesse est aliquā substantiam ꝛternam et non mobilem esse, est signum ꝙ posuit hanc substantiam esse in diuisione potentia, vbi dixit, & vna est immobilis: nisi posuerit hoc in diuisione, secundum ꝙ omnes Antiqui opinabantur, sed licet hoc esse substantiam immobilē. simile enim huic fecit in primo istius tractatus. Et illud, super quod debemus sustentari in imaginatione est, quòd substantia est duobus modis, modo æterno & non æterno, vt declaratum est in scientia Naturali. et ꝙ sua intentio in hoc tractatu est perserutari de substantia, quæ est principium substantiæ æternæ: cùm declarata sint principia substantiæ generabilis & corruptibilis in naturalibus. sed, quia sermo eius in hac scientia est de principijs substantiæ simpliciter, necesse fuit exponere consyderationem bipartitam, scilicet in principijs substantiæ non æternæ, & principijs substantiæ æternæ. Et ideo diuisit hunc tractatum primo in duo. Quorū primum est de principijs substantiæ non æternæ, quæ habent cōmunicationem cum æterna: & posuit hoc de naturalibus. Secundum autem est de principijs æternæ propriis. Et, quia principia substantiæ sunt substantiæ, necesse fuit loquti de substātia, quæ est principium æternæ substantiæ mobilis, & declarauit eam esse immobilem & æternam. Sed tamen Arist. voluit ponere doctrinam manifestiorem, & magis simplicem. fecit enim sicut homines ponunt substantiam immobilem esse principiū mobilis. Deinde incœpit declarare hanc substantiam esse ex propositionibus vtriusq; scientiæ, & dicit. Substantiæ enim præcedunt omnia entia. idest vt declaratū est prius. Deinde d. si igitur omnes substantiæ fuerint corruptæ, omnia entia erunt corrupta. idest quod, cùm posuerimus ꝙ causæ omnium entium sunt substantiæ, & quod substantiæ sunt generabiles & corruptibiles, contingat necessario vt omnia entia sint generabilia & corruptibilia. Omne enim, cuius causa est generabilis & corruptibilis, est generabile et corruptibile. Et, cùm posuit quòd, si omnes substātiæ fuerint generabiles & corruptibiles, omnia entia erūt generabilia & corruptibilia, destruxit consequens, & dixit. sed est impossibile quod motus fiat, aut corrumpatur. idest, sed est impossibile vt omnia entia sint generata, postquam nihil fuit omnino, & corrupta, ita ꝙ nihil erit. impossibile enim est intelligere motū factū, postquam nullus motus fuit: aut corruptum, ita quòd nullus motus erit. Deinde dicit. semp enim erat, idest vt declaratū est in Naturalibus. Deinde d. neq; etiam tempus, idest, neq; etiam tēpus est ex entibus talibus, scilicet quæ possunt imaginari generata aut corrupta, postquam fuit tempus, & postquam non erit tempus. D.d. causam in hoc, & dicit. cùm impossibile sit prius & posterius esse, si tempus non fuerit, idest, cùm impossibile sit intelligere generatum & corruptum, nisi intelligantur prius & posterius, quæ impossibilia sunt imaginari, nisi cùm præterito & futuro, quæ sunt partes temporis. actum enim est illud, quod est post non esse, & omnis nō esse est ante fuum esse. sed ante & post sunt differentiæ temporis. Si igitur tempus ponatur esse factum, nec esse est fieri in tempore. quapropter tempus erit ante tempus, & sic in infinitum. D.d. & motus igitur fui hoc modum continuus, & c. idest, & cū tempus est cōmunum, & æternum, & vnum, necesse est vt motus æternus sit continuus, & vnus. Tempus enim & motus aut sunt idem: aut tempus est aliqua passio eius. sine enim tempore impossibile est imaginari motum. D.d. sed non inuenitur motus continuus, nisi in loco, & ex istis circularis. i. & impossē est vt iste motus sit, nisi localis et circularis, vt declaratū est i Physicis.

Idem cō. primo huius.

Substantiam æternam esse de facili potest propositionibus cōmunib⁹ vtriusque scie. Opponit contra regulā. primi phyū. Vide cōtradictio. Zim.

Oēs cum⁹ causa est generabilis & corruptibilis, & generabile & corruptibile.

a Tirut & mouetur sit idē sed cum possit esse motus sine tempore, a.p.d.i.m. continuus 8 phy cō. 10. vide ꝙ hoc declarat 4 ph. cum 98 & tex cōm. b Sine tpe impossibile est imaginari motū. Vide oppositum. 4. phy. cō. 9⁹. Vide solutio. Zim.

At vero, si motiuū aut effectiuum est, non autem operans aliquid, non est motus. possibile nanq; est non operari, quod potentiam habeat, nulla igitur vtilitas erit, ne quidem si perpetuas substantias faciamus, quemadmodum qui faciunt formas, nisi aliquod principium insit, quod mutare possit. Non igitur sufficit illa, nec alia substantia præter formas. Nam, si non operabitur, motus non erit. nec item si operabitur, substantia vero eius potentia sit. non enim erit perpetuus motus. quod enim potentia est, contingit non esse. oportet igitur esse tale principium, cuius substantia actus sit. Item has oportet esse substantias absque materia. sempiternas enim esse oportet, si aliquid quidem ꝛternum est. actu igitur sunt. Atqui dubium est. Nam omne quidem agens posse quoque videtur, potēs vero non omne, agere. quare potentia erit prior. Vērum, si hoc ita sit, nihil entium erit. contingit enim posse quidem esse, nondum vero esse. At si, vt Theologi, qui ex nocte cuncta generant, siue, vt Naturales dicunt. oēs res simul erant, idem impossibile erit. Quo nanq; modo mouebuntur, si nulla erit actu causa? non enim ipsa materia seipsam mouebit, verum opifex virtus. neq; menstrua neq; terra, verum semina atq; humanum semen. Propter quod quidam faciunt semper actum, veluti Leucippus & Plato, cùm semp esse motum dicant. cur vero, vel quem, nō aiunt. nec cur sic, nec causam. nihil enim susque deque mouetur, sed oportet vt semper aliquid præexistat. sicuti nunc, natura quidem hoc modo, vi etiam, aut ab intellectu, aut ab aliquo alio, hoc modo. Deinde, quisnam primus sit. differt enim quàmmaxime.

Dubitatio.

Solutio.

Sed, si fuerit substantia mouens, aut agens, & nihil agit, non erit motio. possibile est enim vt illud, quod est in potentia, non agat. & si non, nihil prodest cùm posuerimus substantias æternas, aut dicentes formas, nisi in eis sit principium, quod potest transmutare. Sed hoc non sufficit, neq; aliud extra formam. Si.n. non fuerit, non erit motus. neq; si egerit, & substantia eius fuerit in potentia. non enim erit motio æterna. Possibile enim est, vt quod est in potentia, non sit ens. necesse est igitur vt tale principium sit substantia, quæ est actio. Et oportet etiam vt iste substantiæ sint existentes extra materiam, cùm necesse est vt sint æternæ. si etiam aliud fuerit ꝛternum, actio est. Quamuis hic sit quæstio. Existimatum est enim, quòd omne agens habet potentiam,

habet potentiam, qua potest, & nō omne, quod potest per potentiam, agit. vnde potentia videtur prior. Sed quamuis ita sit, nullum quidem entium erit ens, cùm sit possibile vt sit, & non sit ens. Sed si secundum Loquentes in Diuinis generantes mundum ex nocte dicunt, et Naturales dicentes ꝙ omnia fuerunt insimul, impossibile est vt sint eadem omnibus. Et si non quomodo mouentur, si non habent in actu causam: materia enim substantia carpentarij impossibile est vt moueatur per se, sed carpentarietas. neq; sanguis menstruus neque terra, sed semina & sperma. Et ideo quidam ponunt separationem, vt Plato, & Leucippus. dicunt enim motum semper esse aliquid. sed quare, non dicunt causam. nihil enim mouetur, sed oportet vt semper sit aliquid. sicut modo est, aut naturaliter, aut violente, aut ex alio & post, qui est primus, multum enim differt.

Sed, si fuerit substantia, &cæte. idest, quòd, cùm motus ꝛternus sit, & omnis motus habet motorem, vt determinatum est, necesse est vt iste motus habeat motorem, qui est actio pura sine aliqua potentia, idest, qa in nulla hora est motor in potentia. Si enim non fuerit actio pura, sed cum potentia, aliqua hora erit, in qua non erit motio alvea. Deinde dedit causam, & dicit. possibile enim est, &cæte. idest, quia omnis motor, cuius substantiæ admiscetur potentia, possibile est vt in aliqua hora nō moueat, nō enim mouet, nisi per alium motorem extrahentem ipsum ex potentia in actū, qui est impossibilis vt non sit præsens. Deinde dicit. & si non, nihil prodest, cùm posuerimus, &cæte. idest, declaratum est igitur substantiam esse ætternam, & semper mouentem. & ideo nihil prodest ponere substantiam æternam, in qua non sit principium mouendi: vt dicunt dicentes formas. Deinde dicit. Sed hoc nō sufficit, neque aliud. idest, non enim sufficit ponere principium mobilium formas, neq; aliud extrinsecū à formis: cùm motus non auferatur ab ablatione illius. Et hoc intendebat, cùm dixit. Si enim non fuerit, idest. si enim non fuerit, nō erit motus. i. si non fuerit positum aliquod tale, idest aliquod, quod si non esset, non esset motus. Deinde dicit. neque si egerit, & substātia eius fuerit in potentia. idest & nō sufficit in hoc ponere aliquid, quod si non fuerit tale, non erit motus, sed etiam si non fuerit tale, idest quod si auferatur, auferetur motus, & substantia eius non erit in potentia. sed vtrunque necessarium est, in eo scilicet, quod cùm auferatur, auferatur motus, & quòd substantiæ non admiscetur potentia. Alexander autem dixit quòd necesse est tertium esse, cùm hoc sit æternum & mouens in actu, scilicet vt sit illud, ad quod secundum desyderium mouetur corpus, quod est nobilissimum corporum, scilicet cœleste. Illud autem, ad quod secūdum desyderium mouetur hoc corpus, non est homo, neque aliquod entium, quæ sunt hic: cùm nobilius desyderio non tendat in vilius. Deinde dedit causam in hoc, & dixit. non enim erit motio æterna, idest, si in substantia huius motoris fuerit substantia, quæ est in potentia, scilicet in materia. Deinde dicit, possibile enim est, vt quod est in potentia, non sit ens. & hoc quod dixit, si fuerit in potentia substantia, possibile est vt non sit ens simpliciter. idest, quia corrumpetur in aliqua hora. Et hoc quidem determinatum est in Naturalibus, quòd omne, cuius substantiæ admiscetur potentia, est generabile & corruptibile. &, si fuerit in potentia motor in loco, impossibile est vt non moueat. Vnde necesse est, vt iste motor non admisceatur potentia omnino, neque in substantia, neque in loco, neque in aliquo modorum potentiæ. Et hoc intendebat, cùm dixit. necesse est igitur vt tale principium sit substantia, quæ est actio. quia causa potentiæ in rebus, in quibus est potentia, est materia, vt dicum est in Naturalibus. Et dicit. Et oportet etiam vt istæ substantiæ sint existentes, &cæte. idest, & quia istæ substantiæ sunt mouentes sine aliqua potētia, necesse est vt sint sine omni materia, cùm necesse est vt sint æternæ. omne.n. ꝛternum est actio pura: & omne, quod est actio pura, nō habet potētiam. D.d. Quantus hic sit quæstio, &c. idest, & si isti sermones dicant vt actio sit ante potentiam, est tamen hic quæstio. Existimatum enim est quod potentia est ante actum, quia non omne, quod est in potentia agit: vnde & potentia videtur prior actu. Deinde dicit. Sed quamuis ita sit, nullum entium, &cæte. idest, & hoc est impossibile, quoniam, si motor omnis, & agens habeat potentiam movēdi & agendi, possibile erit, vt in aliqua hora nihil esset: & tunc possibile esset quod dicit, quod non esse. quoniā, si possibile est vt primus motor non sit vt non moueat, possibile erit vt nihil sit omnino, quod est impossibile, vt dictum est prius. vnde sequitur est quòd actus est ante potentiam. Deinde dicit. Sed si secundum quod Loquētes in Diuinis, &cæte. idest, nisi esset verum, quod Loquentes in Diuinis & Naturalibus dicunt. scilicet ꝙ omnia facta fuerunt ex nocte sine motore. vt dicentes mundum generari ex obscuritate, & vt ponentes causam generationis omnium materiam tantum, aut vnum elementum quatuor, aut partes infinitas. quod est impossibile, scilicet vt aliquid moueatur sine motore. verbi gratia, quod lignum, quod est subiectum carpentarii, impossibile est vt moueatur per se absque carpentario. & similiter sanguis menstruus impossibile est vt ab eo fiat homo, nisi moueatur a semine: neq; terra plāta, nisi moueatur a semine. Deinde d. Et ideo ponunt quidam, &c. idest, & cum quidam perceperunt ꝙ nihil mouetur, nisi ante fit motus, posuerunt motum ante generationem mundi. Sed in ea enim differentia est inter ponentē materiam esse eiusdem ex se, & ponentem ꝙ omnes causæ fuerunt insimul te, & quòd demum incœperunt mouere. & ideo posuerunt istī ante generationem mundi motum ætternum, vt Plato dixit, ꝙ prius fuit motus mundi ætternus, & de Deus induxit eum ad ordinem. & sicut dicunt quidam tes partes esse infinitibiles de motu in actu. Item de d. qui dicunt ꝙ omnia fuerunt insimul. Et Alexander dicit ꝙ non tamen Anaxagoram, iste enim ponit causam agentem, scilicet intellectum. sed, qua ratione contingit ꝙ, cùm aliquid incœperit * mouere, vt sit prius in potentia * mouēs, deinde in actu sine motore, in nullo differunt ab eis, qui non perceperunt causam esse mouentem. & hoc modo nō est remotum vt Anaxagoras sit de eis, vt omnis generās mundum, siue cō. effecit causam esse mouentem, aut non. Et forte dixit de his, qui non receperunt causam mouentem in substantia: quia omnia apud eos fuerunt insimul, quia, cùm illic nō fuerit generatio, non fuerit illic aliquid in potentia, & aliqd in actu, sed omnia in actu insimul semper, cū impossibile est vt omnia sint priuata vt aliquid sit quādoq; eius, & quandoq; nō eius. Et, quia Plato, Leucippus, & Democritus dicebant motum esse ante generationem mundi, Leucippus autem motum ipsum in vacuo, ex eo esse

Omne, cuius substātiæ admiscetur potentia, est generabile & corruptibile.

Causa potentiæ in rebus, in quibus est potentia, est materia.

Omne ꝛternū est actio pura. Idem habetur 12 Meta. cō. 44. & 12. Oppositū de facili cōcedi in his quæ sunt ꝛternæ & cōmunia. Vide cōtradictio. Zim.

* 2.l. mouet.
* 2.l. motum.

est eis dicere quis motus est iste motus æternus impossibile enim est motum æternum esse nisi circularem, et necesse est eis dicere etiam quare est semper. Et dixit, vt mihi videtur, cp illi dicunt motum aliquid esse: qa aliqui Antiquorum ordinabant motum in non ente: & istis etiam contingit ponere motum violentum esse æternum & priorem naturali. & hoc manifestum est ex sermone Platonis, qui vocat eum motum mordinatum. Deinde d. nihil enim mouetur, &c. idest im possibile. n. est ponere aliquid moueri, si non ponatur aliquis modorum motuū, qui sunt hic, & aliquis modorum mouentium. motus enim, qui sunt hic, aut sunt naturaliter, aut violenter. & motor etiam aut est motor primus, aut qui ab alio mouetur. i. cp necesse est dicentibus motum esse ante generationem mundi, dicere quis modus fuerit motuū, & quis modus fuerit mouētium, & vtrum fuerit motor vnus aut plures: quod non fecerunt, necp possunt facere: sed contingit dicenti motum inordinatum esse dicere motum violentū esse ante naturalem: quod est valde inconuenies, & impossibile. & hoc intendebat, cùm dicit & post, qui est primus. multū enim differt dicere cp motus naturalis est primus, aut cp motus violentus.

Aliqui ordinabant motū in non ente.

At neque Platoni possibile est dicere id, quod quandocp putat principium esse, quod seipsum mouet. posterior enim pariter cœlo est anima, vt ait.

Neque etiam possibile est Platoni dicere quod multotiens existimabat, cp principium est illud, quod mouet se. anima enim, sicut dixit, est in postremo cum cœlo.

31 Quia aliquis defendendo Platonem potest dicere quod ea, quæ mouebantur æterne ante mundum, erāt principia, quæ se mouebant, cùm Plato optinabatur aliquid mouere se, d. respondendo propter hoc, quòd nō potest dicere hoc. Anima enim apud ipsum est mouens se: sed apud ipsum anima non fuit nisi post cum generatione cœli. apud enim illum motum æternum non ordinatum non fuit anima apud ipsum.

Arbitrari itaque potentiam actu priorem, quodammodo quidem bene est, quodammodo vero minime. dictum autem est quomodo. Quòd autem actus sit prior, Anaxagoras testatur. intellectus nāque actus est. Et Empedocles, amicitiam & contentionem ponens. & qui semper esse motum aiūt, vt Leucippus. Quare nō erat tempore infinito Chaos, aut nox, verum semper eadem circuitione, aut aliter, si actus quidem prior potentia.

Quoniam autem potentia est prior actu, in existimatione quodammodo recta, & quodammodo non recta, dictum est quomodo. Quoniam autē actus est prior, testatur Anaxagoras. intellectus enim est actus. & etiam Empedocles, qui ponit amicitiam & litem. & etiam ponentes motum esse semper, vt Leucippus. Fouea aūt & nox nō sunt infinita, sed eadem semper sunt, aut secundum reciprocationem, aut alio modo, si actus est prior potentia.

32 Cùm declarauit actum esse priorem potestate propter hoc, quòd motori motus circularis nulla potentia admiscetur omnino, facit nunc rememorationē istius quæstionis in tractatu primo, & dicit, Quoniam autem, &cætc. idest, iam prædiximus modum, secūdum quem possibile est dicere potēriam priorem esse actu, & modum, secundum quem non, determinatū enim est in alijs quòd potēria præcedit tēpore individuum generatum: actus autem præcedit simpliciter potentiam, cùm nihil exeat de potentia in actum, nisi per aliquid in actu. Vnde propositio, dicens quòd omne, quod est in actu, prius fuit in potentia, non est vera: nam si ita esset, tunc potentia præcederet actum simpliciter, & si ita esset, tunc res mouerentur ex se sine motore. Et ideo dixit. Quoniam autē actus est prior, testatur Anaxagoras, idest, quoniam autem est prior potentia simpliciter, testatur omnis ponens causam mouentem. vt Anaxagoras ponens intellectum facientem generationem. & Empedocles faciens litem & amicitiam. & etiam testatur ponens motum semper æternum, quia ponit actionem æternam, vt Leucippus. Deinde dicit. Fouea autem & nox, &cætc. idest, &, cùm declaratum est quòd actus præcedit potentiam, si et fuerit ex nocte & fouea: fouea tamen & nox nō dicuntur esse fixę tempore infinito, sed necesse est cp generatio & corruptio eorum sit reciproca: aut in toto, vt dicit Empedocles de toto mundo, cp quandoque generatur, quandoque corrumpitur: aut secundū partes, sicut est de generatione & corruptiōne elementorum. & hoc intendebat, cùm d. aut alio modo, Et ideo videtur cp, si quædā fuerint pmanentia in specie, & de eis alia permanētia in numero, quę sunt causę permanentiæ illorum in specie, necesse est vt potentia præcedat individuū secūdum tempus, & cp actus præcedat potentiā simpliciter: & quod hoc conuertatur, s. cp, si necesse fuerit vt actus præcedat potentiam simpliciter, & potentia generatum secundum tempus, necesse erit vt entia sint duobus modis, modo remanente in numero, & modo remanente in specie.

Propositio dicēs cp oē, qđ est i actu, prius fuit in potentia, nō est vera, vid 9. Meta. cō. 15. & 1. dicta tex. cō. 20. & 27.

Inpermanentibus in specie potentia præcedit tpe actum, in permanentibus sm numerū ē econtra.

Si vero semper idem circuitione, oportet vt aliqd semper similiter operādo pmaneat.

Si igitur idem est semper & circulariter, necesse est vt agat sic per se, & sic per alterū. cœlum igitur primum æternum.

Dixit Alexander cp facit hic rememorationem breuiter de eo, quod dictum est in libro de Generatione & corrup. s. cp, si gñatio est semper, necesse est aliquid gñare semp, et est corpus, quod circulariter moueri. et, si nō erit gñans semp, impossibile est cp gñatio & corruptio sint semp. & si non, consumeī materia, & tunc necesse est vt corrūpens semper fit aliud à gñante semper, aut idem faciat duas diuersitates duabus dispositionibus diuersis. immo necesse est aliquod æternum vnum esse, quod sit causa actionis æternæ, quia nō agit nisi vnam actionem, & aliquod æternum, quod agat actiones diuersas, vt ab eo semper sint acta diuersa. & hęc est dispositio primi cœli in suo motu diurno. Æternitas enim actionis prouenit ex eo, cp ipse facit vnam actionem semper. Quæ autem faciunt actiones diuersas, sunt quæ mouentur in orbibus declinibus: & maximus eorum est Sol. remotus enim & propinquus facit contraria, verbi gratia cp, cùm fuerit remotus, erit causa corruptionis plurium entium, & cùm fuerit propinquus, erit causa generationis plurium: & aliquando remotus generat aliqua, & propinquus generat alia. Et omnia ista innuit mirabiliter & breuiter per hoc, quod dixit. Si igitur idem, &c. s. si igitur necesse est motum vnum, & continuum æternum esse vt agat per se vnā actionem continuam, & vt agat per aliud actiones diuersas,

Vidę idē. 2. de Generatione. t. c. 56

uersas, vt semper sint duæ actiones: & nihil est tale, nisi cœlum: necesse est vt cœlum sit æternum. Et in alia translatione.

Quòd si futura est generatio & corruptio, aliud operans aliter & aliter esse oportet. Necesse igit est hoc qdē modo illud sm se opari, hoc vero sm aliud. aut igitur sm diuersum, aut secundum primum. necesse autem est vt secūdum hoc. hoc nanq; rursus, & sibi & illi causa est. Dignius ergo est, quod primum est. hoc nāq;, vt semper similiter se habeat, causa erat: vt vero aliter, aliud. vt autem semper aliter, ambo scilicet. Patet igitur quòd motus quoq; ita se habent. Cur igitur alia quærere oportet principia? Cùm vero & ita cōtingat (& si nō sic, ex nocte, & simul omnibus, & ex non ente erunt) hæc profecto soluentur. Et est aliquid, quod semper icessabili motu mouetur. hic vero circularis est. & hoc non solum ratione, verumetiam opere patet. Quare æternum est profecto primum cœlum.

Principium sequentis textus Aucrrois usq; ibi, Et si generatio, idem est cum textu superiori Trigesimotertio, sed secundum aliam translationem. quod etiam per ea ultima antecedentis commenti uerba, Et in alia translatione, *satis patet.*

Si igitur idem semper fuerit circulariter, oportet aliquid semper esse permanēs, quod agat vnam actionem consimilem. Et, si generatio & corruptio sit, oportet aliqd esse, quod agat multis modis. Necesse est igit vt agat p se secundum hunc modum, & alio modo secundum alium modum. & necesse est vt illud sit aut alio modo, aut primo modo. et illud etiā est causa sui ipsius, & alterius. Primum igitur est melius. illud enim fuit causa vt semper fiat secundum eandem dispositionem consimilē: cur autē sint plures modi, iam fuit alia. quòd autē semp fuit, & plures modi, vtrūq;. Et hoc est manifestū, cp motꝰ nō sunt sic. Quomodo igitur quærenda sunt principia? & si non secūdum hunc modum, secundum autem alium modum possibile est vt omnia sint ex nocte, & vt etiam sint insimul, & non ex ente etiam. ista igitur non desistūt. Aliquid enim semper mouetur motu non quiescenti, s. quia secundum circulationem. & hoc declaratur nō tantum potestate, sed etiam actu. Primum igitur cœlum est æternum.

Per hoc igitur, quod dixit. Si igitur idē, &c. intendit
34 si igitur est hic vna actio æterna consimilis, & est motus circularis, oportet vt illud, quod agit ipsam, sit circulare & vnum, sicut est de orbe, qui mouetur motu diurno. & ista vna actio est causa cōtinuationis & permanentiæ transmutationis, s. cp ista actio est causa, cp transmutatio non deficit, & cp omnia sunt semper insimul, quæ non consequuntur se adinuicem, nisi propter istum motorē. quod igitur dat iste orbis primo & per se, est continuatio, & æternitas. Deinde dicit. Et, si generatio & corruptio est, &c. i. et si hic fuerint duę actiones contrariæ, vt generatio & corruptio æternæ & secundum reciprocationem, oportet vt illud circulare, quod facit has duas actiones contrarias, moueatur duobus motibus oppositis loco, aut pluribus, sicut est de septē planetis. & plus quod apparet de actionibus istorum est Sol. & ideo Antiqui vocabant istum dominū vitæ. Deinde dicit. Necesse est igitur vt agat per se, &c. necesse est igitur vt hoc corpus vnum, quod circulariter mouetur & cōtinue, primo & per se agat continuationem & æternitatem, per aliud autem & secundo generationem & corruptionem æternas. Deinde dicit. & necesse est vt illud sit aut alio modo, aut primo. i. necesse est tgē vt sit alius modus actionis alij, & primus primo. Et in alia trāslatione. igit aut p aliud, aut p primū necesse est vt continuetur. i. actio, i. diuersa sit per aliud à primo. æternitas autem necesse est vt sit ex primo. Deinde dicit. & illud etiam est causa sui ipsius, et alterius. i. & erit primum causa sui ipsius et aliorum. Et intelligendum est per primum, primum cœlum, aut totum cœlum, aut octauam sphæram. Deinde d. Primum igitur est melius, &c. i. primum igitur est perfectioris actionis & melioris. Primum enim fecit ea, quę sunt diuersarum actionum æterna, & continua: & illud, quod est post primū, est causa actionū diuersarū. D. d. quòd autem semper fuit, & plures modi, vtrunq;. i. cp primū & secundū congregata sunt causa cp actiones sunt æternę & plures: eternę autem propter primum, diuersæ autem propter illud, quod est post primum. Deinde d. Et hoc est manifestum, cp motus non sunt sic. idest. & manifestum est cp motus apparentes non conueniunt principijs, quæ posuerunt alij. Aut intendit cp est manifestum cp motus consequentes illa principia, quæ dicebant Antiqui non sunt sicut isti motus. Deinde d. Quomodo igitur sunt quærenda principia. & si nō sm hunc modū. i. quomodo igitur possibile est ponere alia principia conuenientia ei, quod apparet. Sed, si hoc fuerit impossibile secundum hūc modum, possibile est vt ponatur. Deinde dicit, secundum autem alium modum possibile est vt omnia sint ex nocte, &c. i. et, cum principia fuerint posita alio modo ab isto, possibile est, vt omnia sint ex nocte, sicut d. * Dinodes faciebat leges, & cp entia sunt subito inuenta insimul, & ex non ente omnino. Deinde dicit. ista igitur non desistunt, & c. i. ista igitur generabilia & corruptibilia non deficiunt in aliqua hora generari. Est enim corpus, quod mouetur motu nunquam quiescente. & hoc nō inuenitur nisi in corpore circulari, in eò cp est circulare. Deinde dicit. & hoc declaratur nō tantum potestate, sed etiam actu, i. nō tātū ratione, sed sensu. Apparet enim motum talē esse, s. quinunquam deficit nec deficeret, et quòd semper est circularis, et quòd alij motus reducuntur ad ipsum. Deinde dicit. Primum igitur cœlum est æternum. i. ex omnibus igitur apparet cp primum cœlum est æternū, & cp per ipsum perficiuntur alij motus corporum cœlestium. Et in alia translatione. & hoc non apparet sermone tantum, sed operatione. & intendit per sermonē definitionē, & per operationē illud, qđ apparet sensu.

* 2. i. Hesiodus.

Est aliquid, quod mouet. Cùm vero id, quod mouetur, & mouet, medium sit, est etiā aliquid, quod non motum mouet, quod eternum & substantia, & actus est.

Inuenitur igitur aliquod mouens, cùm nō mouetur. Et, quia etiam est motum, & etiam est motor, et medium aliquod est mouēs, cùm non mouetur.

Dixit

35 Dixit Alexander. Ista est ratio, ꝙ aliquod mouens nō mouetur, & est dicta breuiter, & rememoratio eius quod dictū est in vlti. Phy. Et est fundata sup duas propositiones, quarū vna est ꝙ omne cōpositū ex duob⁹, quorum alterū pōt esse per se, poſe erit etiā alterū esse per se, nisi cōpositio sit substantiæ & accidentis. verbi gratia ꝙ hydromel, quia componitur ex aqua & melle, & mel inuenitur per se, necesse est ergo vt aqua inueniatur per se. Et, quia inuenimus aliquod motum & mouens quasi compositum ex mouente et moto: et inuenimus aliquod motum per se & non mouēs: manifestum est ꝙ est necesse aliquod mouens esse & non motum. hoc igitur mouens immune est à potētia: & in nulla materia existit. Et d. Inuenitur igitur aliquod mouens, cū non mouetur, i. inuenitur igitur aliquod mouēs & non motum. Sūt enim tria in intellectu, motum vltimum, & mouens primum, & medium, s. mouens & motum. Quapropter necesse est vt primum mouēs non mouea tur omnino, medium enim erit non primum, si mouebi tur. Aut si dicamus ꝙ, si extremum vltimum, s. motum tantum inuenitur simplex, tantum necesse est vt sirum oppositū inuentatur simplex. Omne enim compositum ex duobus oppositis, quorum alterum inuenitur per se, de necessitate & reliquum. Secundum igitur has duas intentiones intelligitur apud me hæc ratio: sed secundum primam magis videntur verba eius. Secunda autem est Alexan. et oportet conditionare ꝙ compositū fit ex duobus extremis oppositis. tūc enim propositio erit manifestior, & nulla cōditione indiget, nisi vt vnum eorum non sit accidens in reliquo, vt d. Alexan. Potest enim dicere ꝙ, cùm alterum extremorum & medium fuerit, & reliquum extremorum erit. potest etiam dicere ꝙ, cùm duo extrema & mediū fuerint, necesse est vt alterum extremorum nō sit mediū, s. ꝙ, si vnum extremum fuerit mobile tantum non motor, necesse est vt reliquum extremū sit motor non mobile. ex his apparet ꝙ primus motor non est necessario motus. Et in alia translatione. Est igitur aliqd' mouēs ertiā, qa est motū ettam et mouēs: est igitur mediū. Est igitur aliquid mouens nō motū æternū, substantia, & actus. Et ex hoc ꝙ accepit medium, videmus ꝙ sustentatus est in hac propositione super duo extrema opposita. Cùm enim alterum duorum extremorum separatum fuerit à medio, necesse est vt reliquum separetur ab alio. intentio enim eius, quod dixit in hac translatione est ꝙ, cùm est mouens & motum, necesse est vt medium sit. & cum sit medium & alterum extremorum, necesse est vt sit reliquum extremum.

1. Phys. 37. Abbreuiatio Ot cōpositū ex duob⁹, q. rū alterū pōt esse p se, poſe erit et alterū esse p se, nisi sit cōpositio substantię & accētis. vide idē. 8. Phys. com. 17.

Tex. expositio prima.

Mouens primū immune est a potētia, et i nulla existit materia. Idē 8. Ph. 78 79 & i libro de substantia orbis prorum. Expositio secunda.

Expositionū cōparatio.

Caput Secundum. Quo pacto dicta substantia, quæ primum est principium, immobilis moueat.

Vide Auer. i. i pu Tra ctā. 2. in duo bus vlti. 2. Vide 2. 10 tr. Zim

MOuet autem hoc modo. concupiscibile & intelligibile mouet, non motum. horum autem prima eadem sunt. desyderabile nanq, quod apparet bonum. primum vero voluntate affectabile, quod est bonum. magis vero appetimus, quia videtur, quàm videtur, quia appetimus.

Et mouet, sicut mouet desyderatum & intellectum, cùm nō mouetur. & principia istorum eadem sunt. & desyderiū est sensus, qui distinguit, & primum affectatum est sensus & primo affectatum est bonum, & desyderatum magis, quia existimatur proprie esse maius, et non existimatur, quia desyderamus.

* volubile

Et cùm primū mouens mouet et non mouetur, neq; 36 secundum accidens, neq; secundum seipsum, sicut mouetur anima, quæ est in corpore, necesse est vt iste motor moueat, quemadmodum desyderatum & affectatum mouent nos. quare actio videtur esse bonum. Et, quia modi desyderabilium mouentium sunt apud nos, alij à modis intelligibilium, quæ mouent nos; adeo ꝙ iste duæ motiones contrariantur sibi: quoniam motio in alterum desyderati differt à motione in alterum intellecti. Et videtur de istis principijs, quæ sunt in corporibus cœlestibus, ꝙ desyderatum in eis idem est cū intellecto. Desyderatum enim apud nos differt ab intellecto: quia potentia, qua comprehenditur desyderatum, differt ab ea, qua comprehenditur intellectum. Desyderatum enim comprehenditur sensu, & est voluptatum: intellectum autem intellectu, & est cuius. actio videtur bona. Corpora igitur cœlestia, quia non sentiunt: sensus autem non est in animalibus nisi ad salutem: ideo desyderatum in eis nō differt ab intellecto. intellectum enim mouens ab eo, quod est bonum, est insimul voluptuosum. hoc igit est dicere ꝙ voluptuosum & intellectum est idem in eis. Et ex hoc quidem apparet bene hæc corpora [a] esse animata, & ꝙ non habent de virtutibus animę nisi intellectum & virtutem desyderatiuū, quę mouet in loco. Et hoc declarabitur ex his. Dictum est enim [b] in Octauo Phy ficorū, ꝙ mouens hæc corpora cœlestia in nulla existit materia, & ꝙ est forma abstracta. Amplius in libro de Anima formas abstractas esse intellectus. quapropter hoc mouēs est intellectus, & est mouens, quia agit motum, et quia est finis motus. Hæc autem differunt in nobis, s. illud, quod mouet nos in loco secundum ꝙ est agens, & qd' mouet nos in loco secundum ꝙ est finis. Et habet duplex esse, in anima, & extra animam. quod autem est in anima, est agens motum. secundum vero, quod est extra animam, est mouens secundum finem. Verbi gratia [c] quoniam balneum duplicem habet formam, in anima, & extra animam: & propter illam formam, quæ est in anima, desyderamus aliam formam, quę est extra animam. forma igitur animæ balnei inquantum est in anima, est agens desyderium & motum: secundum autem ꝙ est extra animam est finis motus, non agens. Si igitur forma balnei non esset in materia, tūc moueret & secundum agens & secundum finem sine aliqua motione contingente. Et sic est intelligendum de mouentibus corpora cœlestia. secūdum igitur quòd illa intellecta sunt formæ eorum, sunt mouentia secundum agēris: secūdum autem ꝙ sunt fines eorum, mouētur ab illis secundum desyderium. Quæret autem aliquis, si illud, quod imaginatur ex illis formis, est esse illorum corporum, quid igitur indigeret motu? si igitur forma arcæ, quę est in anima artificis esset esse arcę, nō moueretur ad agendam arcam. Dicamus igitur quòd nō mouētur, nisi quia intelligūt ex se ꝙ perfectio et substantia eorum est in motu: sicut facit illud, quod mouetur ad conseruandam suam sanitatem, quia scit ꝙ sua sanitas non conseruatur nisi motu. Et etiam intelligūt ꝙ motus eorum est causa exitus eius, quod est in potētia in illis formis abstractis ad actum, s. ad formas materiales. Istę enim formę forte videntur habere duplex esse, s. in actu. s. materiale esse, quod habent, & esse in potentia, s. esse quod habēt in illa forma. [a] Et dico in potentia, quemadmodum dicimus ꝙ [b] formę artificiales habent esse in actu in materia, & in potentia in anima artificis. Vnde hæ formæ videntur habere duplex esse abstractum, & materiale. [c] Et hoc quidem est quòd facientes formas volūt dicere, sed nō puenīt ad ipsum. Sed tamen motus eorum non est propter extrum istarum formarum à potētia in actum, * ita quòd illud sit perfectio

Modi desyderabilium mouentium apud nos sunt alij a modis intelligibilium, q̄ mouēt nos.

In corpibus cœlestibus. idē est desyderatū & intellectū. Idē 1. c. de substātia orbis, & 2. eiusdem. Corpora cœlestia nō sentiūt, qa sēsus dati sunt aliis ad salutē. Idē. 2 ca. de substantia orbis. & 1. de Aia. 60. 61. & 2. de Aia cō. vltima Corpa cœlestia sunt ania ta, & nō hāt de virtutib⁹ aiæ nisi intellectū & virtutē desyderatiuā. Idē. 1. cō. 90. & 2. cō. 19. &. 61. & 2. de aia. 15. & 12. &. 2. ca. de substātia orbis. 4. b Quinimus sumitra Naturalī formas cē abstractas, et eas esse intelligentes. Idē i de aia. c. 2. & c 61. scdī de cœ. et mū. vlt ca de substantia orbis. c Balneum in aia mouet vt agēs, & vt ē extra animā mouet vt finis.

Dubitatio.

Solutio.

a Idem supra 14. &. 7. huius. 22.
b Formę materiales actu hāt esse i materia, potētia aut sunt in primo motore. Oppositū Vide supra com. 18. Vide cōtra. Zim.
c Idem supra com. 18.
* a. l. nonita

Intelligentię prima intentionē suā agūt ꝙ p inferiora sed consecutiue. Vide Idē 2. cō. 61. & 81.

perfectio prima eorum, sed ita ꝙ illud est consequens primam perfectionem eorum. Verbi gratia, quòd qui exercitatur ad conseruandum sanitatem per aliquam operationem alicuius artis, primo intendit ad conseruandum sanitatem suam, secundo autem intendit illam operationem. Deinde dicit. & desyderiū est sensus, qui distinguit, et primum affectatum est sensus. i. quoniam desyderiū in animalibus est propter sensum, qui distinguit, & comprehendit voluptuosum. & hoc desideratum est appetitus. voluntas autem est propter intellectum. Deinde dicit, & primo affectatum est bonum, & desyderatū. i. quod primo est affectatum, est bonum simpliciter, versus quod mouētur corpora simpliciter. Et potest intelligi ꝙ primo affectatum apud intellectū, i eo ꝙ est intellectus, est bonū. & ideo dicit. & desyderatū magis, quia existimatur proprie esse maius, & non existimatur, quia desyderamus. i. et, cū quā to magis aliquod existimatum fuerit maius bonum, tanto desyderiū erit maius. Desyderium enim est propter existimationem eius, quod est aliquid esse bonū: et nō existimamus aliqd esse bonū, pp quod desyderauimus ipsum. necesse est igit vt illud, qd' est i se maius bonum, sit magis desideratum. Et intēdebat ꝙ, si motor corporum cœlestium est magis bonus omnib⁹, necesse est vt sit desyderatus magis bonus omnibus. Et intendebat, cùm d. & non existimatur, quia desyderamus, distinguere inter desyderium intellectus & sensus. In quo enim appetitus sensuum non dominatur super intellectum, reputatur desyderatum esse bonum, quia est desyderabile. Et omnia ista d. ad declarādum quòd corpora cœlestia, cùm habent appetitum propter intellectum: intellectus autem maius bonum ipso appetit: contingit necessario ꝙ corpora cœlestia appetūt in hoc motu aliquod magis bonum ipsis. &, cùm illa sint nobilissima corpora sensibilium & melhora, necesse est vt illud bonum, quod appetūt, sit nobilissimum entium, & maxime quod appetit totū cœlum in motu diurno.

Desiderii est pp existimationem eius, qd' est aliqd esse bonum.

Intellꝰ maiꝰ bonū ipse appetit.

Principium enim intellectio. Ac ītellectus ab intelligibili mouetur. Intelligibile vero alter ordo est, qui per seipsum est. & huius substantia prima, atq; huiusce quæ simplex, & secundum actum est. Est autem vnum, & simplex non idem. siquidem vnum significat mē suram, simplex vero quo modo se habeat ipsum. At vero bonum quoque, & quod per se eligibile est in eodem ordine sunt. & semper primū est optimū, aut proportionale. Quòd vero cuius gratia in immobilibus sit, ipsa diuisio manifestat. est enim id cuius gratia alicui eorum, quorum hoc quidem est, hoc vero nō est. mouet itaque, vt quod amatur. quod mouetur autem, cætera mouet.

Vnū & simplex nō idē.

Principium autem est imaginatio per intellectum. Intellectus vero est ex intellecto. Intellecta aūt sunt allastogia vltima p se, & singulariter. & ex istis substantia est prima, & ex hoc simplex, & quę est in actu. Et vnū, et simplex non sunt idem. hoc enim significat mensuram. simplex autem significat quomodo. Et etiam illud, quod eligitur per se in vnitate elementorum, & est valde nobile, cùm acquiritur primo. Quoniam autem in non mobilibus inuenitur propter quid, hæc demonstrat diuisio. propter quid enim inuenitur alicui, et huic. & horum quidem est hoc ens, hoc autē non. mouet igitur sicut amatum. propter motum autem mouet illa alia.

Cùm declarauit primum motorem esse æternum & substantiā, et principium sine materia, et motorē abiqd quod mouetur, & quod mouet sicut desyderatum & voluptuosum: principium autem cuiuslibet motionis est ex aliquo, & ad aliqd: vult narrare principū istius motionis in moto qd est: & qd ē illud, ad quod est motus. Et d. Principium autem est imaginatio per intellectum. principium autem istius motus existēns in corpore cœlesti est imaginatio per intellectum. Et d. hoc ad demonstrandum ꝙ principium istius motus nō est phantasia neq; sensus, sed imaginatio per intellectum & desyderium, & quod hoc corpus mouet in loco, est ab imaginatione in actu. Et, quia imaginatio per intellectum, q̄ est actio intellectus, est ipse intellectus: intellectus sūt est ipsum intellectum, vt dictum est in libro de Anima: deide d. Intellectus vero est ex intellecto. i. essentia autem & substantia intellectus est ex intellecto. Et, quia intellecta sunt plurium rerum, incœpit demōstrare ꝙ intellectum est illud intellectū, quod mouet totum cœlum motu diurno, qui est maximus et velocissimus motuum, et dicit. Intellecta autem sunt allastogiæ vltima & c. i. Et Alex. d. ꝙ ex hoc intelligēda sunt multa: quorum vnum est, ꝙ vna allastogia per se est intellecta de genere allastogiæ, quam posuerūt Pythagorei, cùm quærebant de principijs. quoniā, cùm posuerunt contraria esse principia omnium entium, ordinauerunt contraria decem, quę ponebant principia, et ordinauerunt primum sub genere, quod est bonum, & vltimum in malo. & quæ ex istis sunt intellecta per se, sunt allastogia boni: quæ autem mali, per accidēs sunt intellecta, s. per priuationem boni, & quasi dicat. & hoc intellectum collocatur sub genere boni, i. est bonum: quia bonū est intellectum per se. D. & forte est rememoratio de allastogia, quam dicit in diuisione elementorum. & loquitur ex istis de contrarijs, quæ sunt in vnoquoq; genere, quæ sunt principia transmutationis omnium transmutabilium, quorum vnum est quasi forma, et aliud quasi priuatio. Allastogia autē, quę est quasi forma, est intellecta per se: quæ autem est quasi priuatio est intellecta, sed non per se. priuatio. n. non intelligitur nisi in respectu sui habitus, qui est forma. & quasi dicat ꝙ hoc intellectum est de genere formæ quæ est habitus, non quæ est priuatio, cū habitus intelligitur per se. Vel aliter. & est ꝙ intēdit per allastogiā vltimas formas perfectas, quibus priuatio non admiscetur. & quasi dicat ꝙ hoc intellectum est ordinatum in intellectis, quibus non admiscetur priuatio, non in contradictorijs, quibus admiscetur priuatio. Aut intendebat per allastogiam, vltimam formā, non materiam. hoc enim principium non intelligitur per se, sed per assimilationem: forma autē intelligitur per se. Et quasi dicat ꝙ hoc intellectum est ordinatum in intellectis formarum, non in intellectis materiæ. Allastogia enim, quæ est forma, est per se & simpliciter: intellecta autem materiarum decem entium sunt per assimilationem. & ideo dixit posī. & ex istis substantia est prima. et hoc magis sonat ex suis verbis. Et quasi dicat & hoc intellectum est collocatum in intellectis formarum, quæ intelliguntur per se & non per assimilationē, & sunt intellecta materiæ: & collocantur de hoc genere in specie formarum substantialium, & ex istis in eis, q̄ sunt simplices. Formarum enim q̄dam sunt substantiales, quædam non: substātialium autem quędam materiales, & quædam non: in quo genere collocatur hoc primum

Principū motus cœlt non est Phantasia neq; sensus, sed imaginatio per intellectū & desyderiū. Idē. c. precedēti & quę ibi.

Prima expō

Secūda expō.

Priuatio nō intelligit nisi i respectu sui habitus. Idē 1 de Aia t. c. 3 c. & 1. de Aia 8 c & 4. Physi. 18. & 120.

Tertia.

Quarta.

Materia intelligit p assimilationē Idē 1. Phy. 69 & 81. & 1. cap. de substantia orbis. & hic com. 14.

primum intellectum. & hoc intendebat, cùm dixit. simplex, & quæ est in actu, intẽdebat enim per simplex formam, cui non admiscetur materia, compositum enim est omne, cui potentia admiscetur, & quia potentia per aliud intelligitur, actus autem per se, magis intelligitur illud, cui nulla potentia admiscetur. Deinde dicit. Et vnum & simplex non sunt idem, &c. i. quoniam vnũ, quod dicitur de continuo, non significat idem et simpliciter absolute. vnum enim, quod dicitur de continuo significat aliquod, quod est multum in potentia et vnũ in actu. continuum enim diuisibile est: simplex autem absolute indiuisibile significat, potentia & actu. Et vniuersaliter simplex, et vnum dupliciter dicuntur, aut absolute, aut in comparatione. Absolutũ autem vtriusq; est illud, cui non admiscetur materia, neq; est indiuisibile omnino. Et fecit hic differentiam inter vnũ & simplex: quia famosior intentio, quam significat hoc nomen vnum, est illud, quod dicitur de continuo: et famosior intentio, quã significat hoc nomen simplex, est simplex absolutum. & propter hoc timuit, ne accideret error in hoc nomine simplex, propter hoc nomen vnum famosum, dum vnum ponatur pro altero. D.d. & etiã illud, quod eligitur propter se in vnitate elementorum istorum, est nobile valde. ideſt, & etiam illud, quod eligitur propter se, & desyderatur inter hęc principia abstracta, quorum vnumquodq; est aliquid vnum simplex, & elementum corporis, quod mouet, est illud, qđ est ex eis in fine nobilitatis, & simplicitatis et vnitatis. Et intendit per hũc sermonem distinguere inter primũ principium & alia principia abstracta. Alia enim videtur esse ele ta, & desyderata, ppter alia, s. principia altorum motuum cœlestium præter motum diurnũ. quod autem hunc motum tacit videtur esse electum per se, cum versus ipsum mouetur omne motu velociori & maiori motibus propriis vnicuiq; eorum. est enim electum per se & amatum omnibus: tale autem est perfectum sm finẽ. Deinde dicit. cùm acquiritur primo. i. cum illud, quod est valde nobile, est illud, quod acquiritur per se: & omnia, quæ acquiruntur, propter ipsum acquiruntur. Deinde d. Quoniam autem in non mobilibus inuenitur propter quid, hæc demonstrat diuisio. Et Alexan. d. quod dixit hoc, ne aliquis existimet q̃ intendebat perfectionem, quæ est accidens in perfecto. Perfectionum enim, propter quas mouetur perfectũ, quædam sunt qualitates, quibus perficitur illud, quod mouetur, vt illud, quod mouetur propter tantam. et quædam sunt substantiæ extrinsecæ à re, quę mouẽtur ad eas, vt assimilẽtur eis. vt inueniuntur omnes actiones seruorum, quoniam sunt erga * genera intentionũ dominꝰ sui. igitur seruus dicẽtur esse propter dominum. & similiter omnia entia cũ hoc primo principio. D.d. propter quid enim inuenitur aliquꝰ, & huic. i. propter quid enim, quod nõ est existens per se, inuenitur aliquꝰ, vt bonitas in anima & sanitas in corpore, quod autem est existens per se, est huius hoc idem, i. existens per se. Deinde dicit. & horum quidem est hoc ens, hoc autem non. i. illud autem, quod est substantia ex his duobus finibus est ens p se, vt rector hominibus cuntatis: alius autem modus est non per se, sed in alio. Deinde dicit. mouet igitur sicut amatum. propter motum autẽ mouet ita alia. i. hoc autem primum mouens mouet primum motum ab eo, sicut mouet amatum primũ amãs ab eo q̃ amatum mouetur. ea autem, quę sunt sub primo moto, mouent mediante isto primo. Et intẽdit per primũ motũ corpus cœleste: et per alia mota, ea, q̃ sunt sub primo corpore, i. alias sphęras, & ea quæ sunt in generatione & corruptione. Primum enim cœlum mouetur ab isto motore secundum desyderium vt assimilẽtur et secundum suum posse, sicut amans mouetur vt assimiletur suo amato. alia autem corpora cœlestia mouentur secundum desyderium ad motum primi corporis. & ideo planetæ habent motum duplicem. Ea autẽ, quę sunt sub istis, mouentur mediãtibus istis motibus. generationem autem & corruptionem faciunt motus oppositi duplices, continuationem vero vnus motus æternus. & ex hoc videtur Deum habere curam circa omnia entia. Dicentes autem q̃ Deus sollicitus est circa vnumquodq; individuum, aliqualiter est verum, & aliqualiter non. est quidem verum, quia nullum individuum habet dispositionẽ propriã, nisi illa dispositio inueniatur in aliquo modo illius speciei. hoc igitur modo verum est Deum sollicitari circa individua. sollicitudo autem circa idiuiduum tali modo, q̃ nullus habeat cõcationem cum eo, hoc non est fas bonitati diuinæ.

Propter qđ planetę duplicẽ motũ mouentur.

Quomodo Deus sollicitudinem habeat circa individua sm Auer. Vide etiã 2. de Aia cõ. 34. & hic infra cõ. 51. & 2. Ph. cõ. 75. Sed op. huius. Vide 10. Ethi. ca. 10. Vide cõtradi. Zim.

Potentia per aliud intelligitur, actus aũt p se. Idẽ 9. Meta. tc. com. 20.

Perfectio duplex.

* 2. l. intentionem.

Primũ cœlũ mouetur a primo motore sm desyderiũ, vt assimiletur et sm suũ posse, sicut amãs mouetur vt assimiletur suo amato. Vide infra com. 44.

At si quid mouetur, contingit etiam aliter se habere. Quare, si latio prima etiã actus est, quo mouetur, hoc modo sanè contingit aliter se habere secundum locum, quamuis non secundum substantiam. Cùm autem aliquid sit mouens, ipsum immobile existens, actu ens, hoc nullo modo contingit aliter se habere. latio nãq; prima mutationum est. huius autem, quæ circularis est. hãc autem illud mouet. Ex necessitate itaq; est ens. & prout necessitas, bene est. & sic principium. Necessarium nanq; toties dicitur, quoddam vi, quia præter inclinationem: quoddam, sine quo nõ bene esset: quoddam, quod non aliter contingit se habere, sed simpliciter est. à tali ergo principio tum cœlum, tum natura dependet.

Si igitur aliquid mouetur, possibile est vt sit diuersarum dispositionum. Si igitur allatio & prima actio, quæ mouetur, fuerit, possibile est vt locus sit diuersis dispositionibꝰ, & quòd in substantia non sit diuersitas. Et, quia illud, qđ mouet ipsum, est non motum, cùm sit in actu, impossibile est omnino vt sit secundum aliam dispositionem. & translatio est prima transmutationum, & est quæ est secundum circularitatem. & hic est motor istorum. Ex necessitate igitur inuenitur principiũ etiã, quod de necessitate sit principium. Et necessitas dicitur secundum hos modos. quędam igitur est violente, quia est extra naturam: & quædam impossibile est, vt sit simpliciter alio modo quàm sic. cœlum igitur, & natura continua sunt sicut per principium.

Vult declarare modum colligationis entium transmutabilium cum prima substantia. est enim in hoc magna quæstio tam prædicta, s. quomodo æternũ est principium generabilis & corruptibilis. Et d. Sit igitur aliquid mouetur, possibile est vt sit diuersarum dispositionum. & hæc propositio est vera in modis transmutationum. quod enim transmutatur in substantia, inuenitur diuersarum dispositionum i subitantia, & similiter in q̃litate, & in loco. D.d. Sit igitur allatio, &c. i. sit igit motus trãsmutationis, quo mouet primũ motũ, fuerit, possibile est vt hoc motum habeat diuersitatem in loco, non habendo diuersitatem in substantia, s. q̃ possibile est inuenire aliquod æternum non transmutabile

m

in substantia, & transmutabile in loco: & est quasi medium inter primum, in quo nulla transmutatio est, & inter transmutabilia in substantiꝰ suis. Et hoc intendebat cũ d. Et quia illud, quod mouet ipsum, est non motum, cũ sit in actu, impossibile est omnino vt sit sm aliam dispositionem. i. q̃ illud, quod mouet primum motũ, cùm sit non motum, quia est actus purus sine aliqua potentia, impossibile est vt habeat aliam dispositionem ab ea, quam habet. Deinde dicit. & translatio est prima transmutationum &c. i. & trãslatio est primus motuum, sicut dictum est i Naturalibus: & ex istis circularis. Deinde dicit. & hic est motor istorum. i. & primus motor mouet istum motum tantum sine medio. Deinde dicit. Ex necessitate igitur, &c. i. declaratum est igitur q̃ necesse est tale principiũ esse de necessitate. Deinde dicit. Et necessitas dicitur secundũ hos modos. s. duobus modis, quorũ vnus est violente, & est illud, quod est extrinsecũ à natura rei. & dicitur etiam de eo, quod est impossibile, vt in aliqua hora sit contra suum esse. & hoc intellexit, cùm dixit. hoc est de necessitate principium. Deinde dicit in alia translatione, cũ tali principio continuum est cœlum, & natura, sicut in nobis bona dispositio paruo tempore. i. iam igitur declaratũ est q̃ cœlum & naturalia cõtinuantur cũ primo, quod est intellectus, qui est in fine gaudij & voluptatis, sicut nostra dispositio in continuatione cũ intellectu, qui est principiũ paruo tempore. Deinde dicit. Ista igitur dispositio in illo est semper, nobis vero est impossibile. i. sed cõtinuatio cœli cũ hoc principio semper est, nostra autem cõtinuatio cum principio, quod est in nobis, impossibile est vt sit semper. illud autem, quod continuatur de nobis, est generabile & corruptibile, in corpore vero cœlesti est æternum. Et ex hoc quidem apparet bene quòd Aristo. opinatur quòd forma hominum, in eò q̃ sunt homines, non est nisi per continuationem eorum cum intellectu, qui declaratur in libro de Anima esse principium agens & mouens nos. Intelligentiæ enim abstractæ, in eò q̃ sunt abstractę debent esse principia eorum, quorum sunt principia duobus modis, secundum q̃ sunt mouentes, & secundũ q̃ sunt finis. Intelligentia enim agens, inquantum est abstracta & est principium nobis, necesse est vt moueat nos secundũ q̃ amatũ amans. & si omnis motus necesse est vt continuetur cũ eo, à quo fit secundũ finem, necesse est vt in postremo cõtinuetur cum hoc intellectu abstracto: ita q̃ ex timus dependentes à tali principio, à quo cœlũ dependet: quãuis hoc sit in nobis modico tempore, sicut dixit Aristoteles.

Necessitas duplr dicitur Vide. 5. Meta. de necessario.

Expõ principium textus sequẽs.

Digressio, q̃ oñdit itellm esse formam hois, in eo q̃ hõ. Vide op. 3. de Aia. c. 1. & 2. de aia 7. & 11. com. Vide cõtra. Zim.

Intelligentiæ abstractæ, iq̃ sunt abstractæ, debẽt esse principia eorũ, q̃rum sunt principia duobus modis, sm q̃ sunt motores, & sm q̃ sunt finis. Idẽ supra 56. & infra. 44. &. 51. cap. de substantia orbis &. 2.

* vltr. Principium huiꝰ tex. qđ nõ est i tex. Auer. exponit ipse i fine cõmẽ precedentis.

Caput Tertium. De vita, essentia, perfectione q̃ primi principij. Et contra nonnullos dicentes in ipso non esse optimum, ac pulcherrimum.

DEgẽtia vero, qualis nobis pauco tempore, optima illi est. siquidẽ ita semper illud est. nobis autem profecto id impossibile est: quoniam & delectatio actus huius est. Et ob hoc vigilatio, sensus, intellectio maxime delectabile est. spes autem, ac memoria propter hæc. Ipsa vero intellectio secũdum se eius est, quod secundum se optimum est. & quæ maxime est, eius quod maxime est. seipsum vero intellectus intelligit assumptione intelligibilis. intelligibilis nanq; fit attingens & intelligens, ita vt idem intellectus & intelligibile sit. susceptiuum enim intelligibilis & substantiæ intellectus est, operatur autem, habens. Quare istud magis, quàm illud est id diuinũ, quod intellectus videtur habere. & speculatio optimũ, & maxime delectabile est. Si igitur ita bene se habet Deus semper, vt nos aliquando, admirabile est. quod si magis, adhuc admirabilius est. at ita se habet. Cæterum, vita quoque profecto inexistit. siquidem intellectus operatio vitæ est. ille vero est actus. actus vero per se illius vita optima, & perpetua est. Dicimus itaq; Deum, sempiternum, optimũq; viuẽns esse. Quare vita, & æuum continuum, & æternum Deo ineſt. hoc enim est Deus.

Deus quid. * ζωον αἰαὶ.

Voluptas enim est actio illius etiã. Et ideo vigilia, & sensus, & intellectus sunt voluptuosa. spes autem, & rememoratio sunt propter ista. Intellectus autem per se est eius, quod est nobilius per se. & quod est magis, est illius, qđ est magis. & quod intelligit se, est intellectus per acquisitionem intellecti. fit enim intellectum, quando admiscetur, & intelligit. intellectus igitur, & intellectum sunt idem. recipiẽs enim intellectum, & substantiam eius est intellectus, & non intelligitur, nisi cùm habet. Intellectus igitur ille diuinus est maior isto. desyderatio autem est aliquid valde nobile, & voluptuosum. Si igitur Deus semper est, sicut nos in aliqua hora, hoc est mirum. & si magis, magis est mirum. est autem sic. Et habet vitam, quia actio intellectus est vita. & ille est intellectus per se, & habet vitam nobilem, & semper æternam. Deus igitur est vnus, æternus, in fine nobilitatis. Ergo est vita, et est continuum æternum. hoc quidem est Deus.

Dixit Aristo. Voluptas enim est actio, &c. i. primi principij. Deinde dedit causam, & dixit. Et ideo vigilia, &c. i. quia causa voluptatis est cõprehẽtio, & qualidicat. & delectatur, quia comprehendit. Et signum, q̃ comprehensio est causa voluptatis, est, quia vigilia, & sensus, & intellectus sunt in nobis voluptuosi. D.d. spes abit, &c. i. spes aũt, & rememoratio, q̃rum sunt voluptuosæ, cũ sunt in rebus non existẽtibus in actu. et sunt voluptuosæ, quia sperans imaginatur ea esse cõprehensa in actu, & similiter memorans. et innuit q̃ cõprehensio voluptuosa non est nisi illius, quod est in actu, nõ in potentia, & q̃ desyderiũ præcedens comprehensionẽ magis videtur dolor q̃ voluptas. D. Intellectus autẽ per se est eius, qđ est nobilius per se. i. et quod intelligit per se non per aliud est nobilius eo, quod intelligit per intellectũ existentem in eo. Deinde dicit. & quod est magis, est illius, quod est magis. i. q̃ voluptas, quæ est maior, est illius, quod est maioris intellectus. Deinde dicit. & quod intelligit se, est intellectus per acquisitionem intellecti. i. quod intelligit se delectatur per se. & hoc est verum delectãs, & tale est intellectus. Eũ enim acquisiuit intellectum & intellexit ipsum intelligẽs se, quando ipse non est nisi intellectũ, quod intelligit. intellectus igitur est illud, quod delectatur per se. Deinde dicit. fit enim intellectũ, quando admiscetur, & intelligit i. et intellectus in nobis nõ intelligit se, donec admiscetur cũ intellecto, & imaginetur, & intelligat ipsum in

Causa voluptatis est cõprehensio.

actu,

Intellectũ, cũ intelligitur, fit idem cum intellectu.

actu, non quando est in potentia antequam intelligat ipsum intellectum: quia intellectum cũ intelligitur, fit idem cum eo, s. intellectu. Et intendebat per hoc distinguere inter voluptatem, quæ est intellectu, quæ qñq; est in potentia quandoq; in actu, & quæ est semper in actu. & hic est, qui non est in materia. Deinde dicit. intellectus igitur, & intellectum sunt idem, &c. i. intellectus autem, & intellectum fiũt idem, cùm intellexerit. quia recipiens & receptum de intellecto vtrunq; est intellectus. & ideo intellectus, et intellectũ, & intelligẽs reducuntur in vnum, & non differunt nisi secundũ respectũ dispositionũ. Itellectus enim, inquãtũ intelligit intellectum, dicitur intelligens: et inquantum intelligit per se, dicitur q; * intellectus per se est ipse intellectus, econtrario illi, quod intelligit per aliud: & inquantum quidem * intellectus est illud, quod intelligitur, dicitur q; intellectus est res intellecta. Deide dicit. Intellectus igitur ille diuinus est maior isto .i. &, cũ intellectus in nobis quandoq; est potentia, quandoq; actus: ille autẽ intellectus diuinus semper est actus: manifestũ est nobiliorẽ esse isto intellectu, qui est in nobis. Deinde dicit. desyderatio autẽ est aliquid valde nobile. i. & manifestum est q; intelligere per intellectum, qui est in nobis, est valde voluptuosum, & nobilius omnibus rebꝰ existentibus in nobis. Deinde d. Sigitur Deus, &c. i. & ideo videmus q;, si voluptas Dei per comprehensionẽ sui ipsius est æqualis voluptati, quam nos habemus cũ intellectus in nobis comprehendit se, & est quando denudatur à potentia: hoc autem in nobis p̃ruo tẽpore existit, in Deo autem semper: valde est mirabile, & si illa voluptas, quæ semper est in eo, est nobilis multo magis quàm in nobis est, magis & magis est mirabile. Et Alexan. dixit. q; non est intelligendum per voluptatem, voluptatem consequentem passionem, quæ opponitur tristitiæ. Voluptas autem, quæ est in intellectu, non est passio, neque habet oppositum: cùm ista comprehensio non opponatur ignorantiæ. Voluptas enim consequitur comprehensionem, sicut vmbra corpus. Sigitur aliqua comprehensio est, quę nullum oppositum habet, nunquã est in potentia, cũ comprehenditi nunq; accidit dolor per defectũ cõprehensionis. Dein de dicit. Et habet vitam, quia actio intellectus est vita. i. & dicitur de eo vita. hoc enim nomen, s. vita dicitur de cõprehensione. & cum actio intellectus est cõprehensio: ergo actio intellectus est vita. Deinde dicit. & ille est intellectus per se, & habet vitam nobilem. i. & cũ intellectus est vnus, et cũ actio eius est vita, illud igitur, quod intelligens est, quia intelligit se, nõ quia intelligit aliud, illud est vnum, quod habet vitam in fine nobilitatis. & ideo vita, & scientia proprie dicuntur de eo. Est igitur vnus, Deus, sapiens. & hoc putauerunt Antiqui trinitatẽ esse in deo in substantia, & voluerũt euadere per hoc, & dicere q; fuit trinus, et vnus deus, & nescierunt euadere: quia, cùm substantia fuerit numerata, congregatum erit vnum per vniam intentionẽ additam congregato, Et d. Alexan. et hoc similiter cõtingit loquẽtibus in lege Maurorum, ponentibus has dispositiones additas essentiæ. quapropter cõtingit eis vt sit vnus per vnã intentionẽ additã essentiæ materię & dispositionibus. Et vtriq; dispositioni dubitatur accidere compositio. & omne compositum est nouũ, nisi dicant aliqua componi per se. & si aliqua essent, quę cõponerentur per se, tunc exirent de potentia in actũ per se, & mouerentur sine motore per se. Et sic est intelligendum, cum dicimus ipsum esse vnum, & habentem vitam, s. idem in subiecto, et duo secundum modũ: non quia significãt idem omnibus modis, sicut significant nomina synonyma, neq; sicut significãt nomina, neq; sicut principale & sumptum. quia sumptum significat idem, quod significat principale, & magis: Vita enim significat aliquid non in subiecto: viuum autem significat aliquid in subiecto, s. formam in materia, & habitum in subiecto. hæ igitur sunt dispositiones significationũ nominum in eis, quæ sunt forma in materia: illis autem, quæ sunt forma non in materia, dispositio est dispositum reducuntur ad vnum in esse, & duo in considerationẽ. Ista enim essentia; cùm fuerit accepta sub dũ q; est posita, et fuerit dispositã aliqua dispositionẽ, tunc dispositio & dispositum vnum erit in prædicatione, & duo in intentione. quia prædicatum differt à subiecto: sed tamen non sicut prædicatum differt à subiecto in propositionibus categoricis substantialibus. Dispositio enim idem est & dispositum, sicut in rebus abstractis: sed in potẽtia duo, q̃n intellectus diuiserit vnũ ab altero. intellectus enim natus est diuidere adunata in esse in ea, ex quibus componuntur, quãuis non diuidantur in esse: sicut diuidit materiam à forma, et formã à compositio ex materia & forma. Hæc igitur est dispositio intellectus in rebus compositis ex materia & forma, cùm disponit compositum per formam, aut cùm dissoluit compositum habentem formam per formam: intelligitur enim vtraq; esse adunata aliquo modo, & differentia aliquo mõ. v. g. qa, cũ dissoluit hoiem per rõnabilitatẽ, intelligit q; subiectũ rõnabilitatis & rõnabilitas idẽ sunt i adunatione: & intelligit q; deferẽs ex eis est aliud à delato. Cũ aũt fuerit cõsyderata dispositio & dispositum in eis, quæ non sunt in materia, tunc reducuntur ad vnam intentionem omnibus modis: & nullus modus erit, quo prædicatum distinguatur à subiecto, & dispositio extra intellectum, s. in essentia rei. Sed, cum intellectus componit aliquam propositionẽ ex dispositione & disposito in talibus rebus, tunc non intelligit ex eis nominaty nonyma, ita q; propositio in secundum nomen, non secundum intentionem, sed intelligit ea esse differentia secundum assimulationem, s. q; in talibus accipit duo, quorum proportio adinuicẽ alterius ad alterum est sicut proportio prædicati ad subiectum. & ex eis componit propositionem categoricam, & nullam intelligit differentiã inter ea esse omnino, nisi secundum acceptionem, i. quia idem accipit dispositum & dispositionem. Intellectus enim potest intelligere idem his duobus modis secundum similitudinem ad propositionem categoricam in rebus compositis, sicut intelligit multa secundum similitudinem. & si intellectus non accepisset in istis dispositionem & dispositum, nõ posset intelligere naturas eorum, neq; declarare eas. & magna differentia est inter ea, quæ differunt in esse & in intellectu, & quæ differunt in intellectu tantum. Multiplicitas igitur in Deo non est nisi in intellectu differentia, non in esse. Sed Alexan. d. q; non est intelligendum per hoc, quod dicimus non intellectus intelligit se, secundum alterationẽ. videmus enim virtutem visibilẽ videre se in speculo. & cùm hoc possibile est dicere in eo, magis est possibile in intellectu. Deinde dicit. Deus igitur est vnus, &c. i. & secundum hoc, q̃d ionat hoc nomen, est vnum æternum valdè nobile. & declaratum est ratione aliquod tale esse: & est illud, quod mouet omne. hoc igitur est Deus.

Quicunq; vero (vt Pythagorici & Pseusippus) putant optimum & pulcherrimum non esse in principio, eò quòd plantarum quoque ac animalium principia causæ quidem sunt, bonum vero & perfectum in his esse, quæ ex his sunt, non rectè putant. semen nãq; ex aliis prioribus perfectis est. neq; semen primum est, sed quod perfectum est. veluti hominem dicere

Quomõdo differũt abstracta & cõcretũ à rebꝰ materialibus, & quõ in abstractis a materia.

In abstractis a materia dispositio, et dispositũ sunt vnũ i esse, & duo in considerationẽ.

Intellectꝰ nãturã ꝑficiẽdere ea, quę sũt adunata i se, sicut dividit materiã a forma. Oppositũ. Vide de materia. 1. Phy. 69. et 4. Ph. co. 16. Vide Com. Zim.

Principiũ eorũ, q̃ nõ gene ratur ex fili, ẽ Sol, & orbis declivis. Vide de isto supra li. 8. & 18. & 7 Met. 31. et 8. Phy. 46. & 47. com. 15. do Phy. co. 46.

Multiplicitas attributorũ in Deo est tm rõne, nõ tm esse.

Voluptas consequitur cõprehensionẽ sicut vmbra corpus.

Omne cõpositũ est nouũ. q̃d de intellectu agẽte & materiali q̃d de orbe & intelligentia?

Digressio.

dicere quispiam possit priorem semine esse, non illum, qui eo generatur, sed alium, ex quo ipsum semen est.

Omnes autem qui existimabant existimationem, vt Pythagorici & Leucippici, q̃ bonũ & nobile non est in primo, quia causæ plantarum & animalium sunt principia, & quòd bonum & perfectum sunt i eis, quę sunt ex istis, non verum reputant. Semina enim sunt ex alijs præcedentibus perfectis. primum autem non est semen, sed aliquid perfectum. verbi gratia quòd hominem oportet esse ante spermа, non illud, quod fit ex hoc, sed aliud, ex quo fit semen.

Et Antiqui dicentes, q̃ pfectio non est in principijs, sed in eis, quæ sunt ex principijs: animalia enim & plantæ perfectiora sunt principijs, s. seminibus, & spermate, non vere dicunt. semina enim fiunt ex rebus perfectis generantibus semina. verbi gratia, quoniã semen hominis fit ex homine. semina igitur non sunt principia, sed est principium illud, à quo generantur, & est in perfectione sicut generatum, si fuerit de speciebus generatis ex similibus: aut perfectius, si fuerit ex non generatis ex suis similibus. Principium enim eorum, quæ non generantur ex simili, est Sol & orbis decliuis: et eorũ, quę generãtur ex simili, non tantum est principium simile in specie, sed cũ Sole & orbe decliui. Vnde [2] Aristote. d. homo generat hominem, & Sol.

Quòd itaque est quædam æterna, immobilisq; substantia, & à sensibilibus separata, constat ex dictis. Ostensum autem est quòd nec vllam magnitudinem possibile est hanc substantiam habere, verum impartibilis, indiuisibilisq; est. nam infinito tempore mouet. nihil vero finitum infinitam potẽtiam habet. cùm vero omnis magnitudo aut infinita, aut finita sit, finitam quidem propter hoc non haberet magnitudinem: infinitam vero, quoniam omnino nulla est infinita magnitudo. At vero & quòd impassibilis, & inalterabilis est. omnes nanque reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundum locum est. Et quidem hęc pp quid hoc se habeant modo, dilucida sunt.

Quoniam autem aliam substantiam æternam non mobilem abstractam à sensibilibus esse manifestum est hoc modo. Et iam declaratum est hanc substantiam habere magnitudinẽ aliquã nõ posse, sed neq; partẽ, neq; diuisionem habet. mouet enim in tempore infinito. & nullum finitum habet potentiam infinitam. omnis igit magnitudo aut infinita, aut finita. propter hoc igitur non erit in magnitudine finita: neq; infinita, quia magnitudo infinitã est nulla. Et etiam manifestum est quòd non patitur, neq; transmutatur. omnes enim motus post locales sunt. Hæc igitur manifesta sunt esse talia.

Facit rememorationem de hoc, quod declaratũ est prius, s. substantiam æternam esse, non mobilem & abstractã ab omnibus materijs, & d. Et iam declaratum est hanc substãtiam, &c. i. & iam declaratum est in naturalibus q; impossibile est vt iste motor sit potẽtia in corpore, neq; corpus, quoniam nõ habet partem, neq; diuisibilis est, neq; essentialiter, neq; accidẽtaliter. omne autem corpus habet partes, & est diuisibile. Deinde dicit causam in hoc, & d. mouet enim in tempore infinito, quapropter debet habere potentiam infinitam. Deinde dicit. & nullum finitum habet potentiam infinitam. i. & necesse est vt habens potentiam infinitam non sit corpus, quia primus motor habet potentiam infinitam: et omne corpus, aut potẽtia in corpore, est finitum: ergo in secunda figura primus motor non est corpus, neq; potẽtia in corpe. Et, q̃a necesse est vt oẽ corpus habeat potentiã finitam, quia omne corpus est finitum, & potentiæ corporales sunt diuisibiles secundum diuisionem eius, d. omnis igitur magnitudo aut infinita, aut finita. i. et necesse est vt omnis potentia in corpore sit finita. si enim non, aut ergo in corpore finito, aut infinito: sed corpus infinitum impossibile est esse. &, si in corpore finito fuerit potentia infinita, continget corpus illud moueri in instanti, vt declaratum est in Octauo Physico. Et hoc intendebat, cùm d. propter hoc igitur non erit in magnitudine finita, &c. i. causa autem, propter quam potentia infinita non est in cõrpore, est quia in corpore infinito non est, quia corpus infinitum non est in corpore autem finito non est, quia diuiditur per diuisionem finiti: et quod diuiditur per diuisionem finiti, est finitum. Ioannes autem Grammaticus mouit magnam quæstionem & difficilem Peripateticorũ. D. enim si omne corpus habet potentiam finitã, & cœlum est corpus: ergo habet finitam potẽtiam. & omne finitum est corruptibile: ergo cœlum est corruptibile. Si igitur aliquis dixerit q̃ priuatio corruptionis est acquisita in cœlo de potentia ęterna abstracta, continget vt aliquid possibilis corruptionis sit ęternum. quòd autem est impossibile hoc, declaratũ est i fine primi Cœli & Mundi. Dicamus igitur nos q̃ mirum est de hoc, quod d. q̃ omne corpus habere potentiam finitam est verũ. Potentia enim multipliciter dicitur. est. n. potentia in substantia, & alteratione, & vbi. & tam declarata est de istis virtutibus nulla existit i corpore cœlesti, nisi potẽtia in loco. ista igitur propositio nõ est cõmunis omni corpori, nisi cùm per potentiam intelligatur potentia in vbi, s. cùm dicimus q̃ omne corpus habet potentiã finitam. Cùm enim dicimus omnes potentias in corpore esse finitas, est verum quæcunq; potentia fuerit. &, cùm dicimus quæcunq; potentia fuerit in corpore, est finita, est verũ. sed non consequitur ex hoc q̃ omne corpus habeat omnem potentiã: quia corpus cœleste non habet potentiam, nisi tantum in vbi. Sigitur potentia, qua mouetur hoc motu æterno, fuerit in eo, aut est finita aut infinita. si infinita, continget moueri in instãti. si finita, possibile est quiescere: quod impropatum est. ergo non mouetur per potentiam existentẽ in eo, immo per potentiam non in subiecto omnino. Sed aliquis quæret, si mouetur à potentia, cuius actio est infinita, necesse est vt moueat ipsum non in tempore: sicut contingit, cùm fuerit existens in eo. Et dissolutio est, q̃ iste motus componitur, vt declaratum est ex duobus motoribus, quorum vnus est finitæ mutationis, & est anima existens in eo: & alter est infinitæ mutationis, & est potentia, quæ non est in materia. Secundũ igitur q̃ mouetur à potentia finita, mouetur in tempore: cùm dicere finitatem est habere proportionem terminatam ad motam rem, & in sua substantia est æterna, quemadmodum eius subiectum est æternum. s. q̃ in nostro eorum est possibilitas in substãtia, & tamen est possibilitas in subiecto eorum in recipiẽdo motum

Octauo Ph. 78. & 79.

Auerrois Solutio. Potẽtia multipliciter dꝛ. Vide. 1. hb. 61. et 8 Me. c. 4. & 12. & hic 1. to. & 2. & 12. de substantia orbis.

Dubium.

Solutio. Motus est cõpositus ex duplici motore.

in

in eis, aut non nisi in mouere tantum. Et per diuersitatē istius proportionis in corporibus cœlestibus, ſ. quæ est inter corpora eorum, & animas, diuersantur in velocitate & tarditate, & in hoc in quo conueniunt, quia mouentur à potentia non in materia habente æternitatem motus, & continuitatem motus. Et ex hoc modo etiam verum est dicere corpus cœleste habere potentiam finitam. Et hęc est intentio eius, quod d. Aristo. esse in cœlo. quoniã, si in primo cœlo essent plures stellæ, aut maiores, aut tardius mouerentur, aut omnino nō: non quia lassitudo accidat ei, sed propter defectum proportionis, quę est inter motorem in eis, & motum. Motor enim non mouet, nisi quia potentia eius est maior potentia moti. & quanto maius fuerit, tanto maior potentia eius. & cùm potentia motoris non superabunda uerit, nō poterit mouere ipsum. & si modicū superabū dauerit, mouebit tardius. [a] In corpore quidē cœlesti nō est potentia, vt corrumpatur, quia non habet contrarium. est igitur remanens per se et per suam substantiã. [b] motus autem impossibile est vt sit remanens per suã substantiam, cùm habeat contrarium, ſ. quietem. secũdum igitur permanentiam motus oportet nos ponere aliam insentionem remanentem in se, ecõtrario permanentiæ, quę est in substãtia. [c] ideoq; non est in cœlo possibilitas, nisi vt quiescat. sed hoc iam probatum est esse impossibile: ergo necesse est vt hoc sit propter motorē, in quo nulla potẽtia est omnino, neq; essentialiter, neq; accidentaliter. sed tale non est in materia. Et ideo dixit [d] Aristote. q̃ non est timendum cœlum quiescere in aliqua hora, & non d. corrumpi. corruptio enim non est in eo possibilis, sicut quies. Et ideo non est verum dicere aliquid possibile esse ex se, æternum autem & necessarium ex alio: eò q̃ necessariorum quoddam eẽ necessarium per se, & quoddam per aliud, non est nisi in motu cœli tãtum. Vt autem aliquid sit possibile in sua substantia, & per aliud sit necessarium in esse, impossibile est. Impossibile enim est vt idem sit possibile in esse ex sua substantia, et recipiat ex alio necessarium esse: nisi esset possibile vt natura eius transmutaretur. Motus autem possibile est vt sit necessarius ex alio, & possibilis ex se. et causa in hoc est, quia esse habet ex alio, ſ. à motore. Si igitur motus iste fuerit ęternus, necesse est vt fiat ex motore nō moto omnino, neq; essentialiter, neq; accidentaliter. Permanentia igitur motus est ex alio, substantia autem ex se. et ideo impossibile est inuenire substãtiam possibilem ex se, necessariã ex alio: qđ est possibile in motu. Omnis igitur potentia mouens existens in corpore, necessario mouetur accidentaliter & non essentialiter: et omne motum accidentaliter aut essentialiter possibile est vt quiescat ex se, & est motũ ab alio. Si igitur est aliqua potentia in corpore, qua possibile est quiescere à motione in aliqua hora, necessario mouetur à motore, in quo nulla potentia est omnino, neq; essentialiter, neq; accidentaliter, sicut est de corpore cœlesti. Hæc igitur est intentio eius, quod dixit Aristote. quòd omnis potentia in corpore est finita. i. q̃ actio eius possibile est vt sit finita. i quo aut ex corporibus est potentia ad esse, necesse est vt transmutetur eius substãtia. & impossibile est vt acquirat permanentiam & æternitatẽ ex alio, nisi substantia eius transmutetur. in quo vero ex corporibus est potentia tantũ in vbi, possibile est dicere hanc potentiam esse possibilem ex se, necessariam ex alio. Et etiam quoniam corpus cœleste ex se mouetur: & omne, quod ex se mouetur, possibile est vt quiescat ex se: & dicere est motum ex se hic omne, quod per desydertum & voluptatem mouetur: sed iam declaratum est, quòd corpus cœleste quiescere impossibile est: quapropter æternitas motus eius est propter motorem, in quo nulla potentia existit ad aliquem modum transmutationis, neq; essentialiter, neq; accidentaliter. Motor igitur corporis cœlestis est potentia non materialis necessario. ideo credendum est q̃ omne habens motum in loco æternum, necesse est vt sit substantia æterna. Si vero substãtia æterna sit, nō erit necessarium vt motus eius in vbi sit æternus. sed, si motus eius in vbi fuerit æternus, necesse est vt motus eius sit à motore non corporeo, neq; potentia in corpore, neq; æterno, neq; non æterno. Hoc quidē est valde difficile, & clausum: & ideo iste locus fuit lapsus sapientum. Cùm enim declaratum est hoc corpus esse æternum, possibile est existimare q̃ non indigetur in hoc esse ponere principium aliud nobilius eo. Existimatum est enim q̃, cùm dicimus omnis potentia in corpore est finita, non est verum nisi in corporibus materialibus generabilibus & corruptibilibus. Si autem aliquod æternum est in sua substantia, existimatum erit q̃ necesse est potẽtiam eius manentẽ esse ęternæ motionis. & in hoc loco errauerunt Zabĳ, & sapiẽtes eorum. Et Aristo. sustẽtatus est in hoc super duas propositiones: quarũ vna est, q̃ omnis potentia in materia finita est: secunda autem est, q̃ actio infinita non fit ex potentia finita: vnde prouenit q̃ faciens motum infinitum est potentia non in materia. Et ipse laborabat in declaratione istarum duarum propositionum in Octauo Physicorum. Et contradicentes huic dicunt q̃ propositio dicens q̃, sim stellis sunt potentiæ finitæ, tunc non esset vera, nisi stellæ essent compositæ ex materia & forma. & dicunt q̃ impossibile est vt sint in eis potentiæ finitæ, & vt sint infinitæ actionis. dicũt enim q̃ finitas actionis, & motionis non accidit nisi per alterationem motoris à moto. quapropter accidet ei fessitudo. Quod autem nō alteratur in sua substantia, neq; accidit ei fessitudo, non est impossibile vt agat actionẽ infinitam. Themistius autem in hoc loco d. q̃ non rectum dicit, dicens Solem & alias stellas esse finitas, & habere potentias infinitas. Potentia enim, quæ est in stellis, quæ est infinita, non est naturalis in eis, neq; sm q̃ sunt corpora: sed aut pẽdet à prima causa, aut ex anima existente in eis ab illa potentia, quæ nō est corpus. Prima enim causa est, qđ reuoluit eos in tempore infinito. quoniam, si haherent illud, quod habent in potẽtia, vt corpus & magnitudo habent, & non essent semper in actu, tunc necessarium esset eis laborare, & lassari. Corpora enim stellarum, quia existit in eis aliquid in potentia, secundum hoc potentiæ eorum sunt finitæ. nam qualibet enim hora existũt in alio loco. Quandoq; igitur sunt hic, quandoq; illic. & ista loca sunt quasi vltima motus. & impossibile est in aliquo existente in potentia, cùm post peruenerit ad actum, quem intendit, vt non sit ei vltimũ, & extremũ. Causa aũt, in qua nulla potentia existit, sed semper est in actu, & nunquam diuersatur in aliqua hora post aliam. Quomodo igitur posse est imaginari magnitudinẽ & corpus, vt ista alia, in quibus semper existit potẽtia, siue corruptibilia sint siue non. Et vniuersaliter, si actio singularis per se possibile est remanere in infinitum cum æternitate temporis: actus vero, qui exit ab eo, qui est in potentia, est cõplementum illius, quod est in potentia: & impossibile est in tali actu ipsum permanere in infinitum, cùm præcedat ipsum potentia: quapropter necesse est vt potentia mouens, quæ est in stellis, sit infinita: quoniam stellę acquirunt hac potentia non modo potentiali. Motus autem eorum in loco est finitus. potentia enim non est in stellis, nisi secundũ has dispositiones. Hęc igitur sunt verba Themistĳ. Et abbreuiatio eius est, q̃ omnis motor in loco, motio eius est ad aliquid in potentia: & omne, quod mouet ad aliquid, quod est in potẽtia, motus eius est finitus, cùm illud, quod est in potentia, necesse est

a In corpore cœlesti nõ est potentia vt corrũpat, qa nõ hẽt cõtrariũ. Hẽ. 1. cœli com. 20. & quę ibi.

b Motus impossibile est vt sit remanẽs sm suam substãtiã, cũ hẽat contrarium.

c Nõ est icõlo politas, nisi vt quiescat. Vide oppo. 6. Phy. 16. & 7. Ph. cõ 2. Vide cõtra. Zim.

d Nono Meta. t. cõ. 17.

In solo motu verũtẽ hẽt q̃ aliquid ex se posse, fiat ab alio necessariũ, ſ substãtiæ aurẽ impossibile est.

Sẽctia Themistii.

Abbreuiatio sentẽtię Themistii.

est vt exeat ad actum omne igit, qđ mouet motu ęterno, motus eius est ad aliquid semper in actu: et quod est semper in actu non est corpus, neq; in corpore. omne enim, in quo est potentia, aut est corpus, aut potẽtia in corpore. in quo igitur nõ est potentia, neq; est corpus, neq; potentia in corpore. Et illud, super quod Aristo. est sustentatus in hac intẽtione, est q̃ omnis actio equalis infinita semper æterna necessario fit à potẽtia, cuius actio est infinita, cui nulla trãsmutatio accidit, propter quam deficiat actio. & omnis potentia mouens in loco in corpore, cui accidit transmutatio, necesse est vt eius actio non sit semper æternа, quia ab alio mouetur. hoc igitur est intelligendum de eo, quod est infinitæ motionis in alterum. Et, cùm ita sit, potentiæ mouentes, quæ sunt in corporibus sunt duobus modis. aut potentię in corporibus generabilibus et corruptibilibus. hę igitur impossibile est vt semper moueant se propter transmutationem eorum, et propter transmutationem subiecti eorum. & ideo accidit talibus necessario fessitudo, aut potentiæ mouẽtes in corporibus æternis. hę igitur possibile est vt moueant semper, & vt non moueant semper. Possunt enim non semper mouere, si ponamus illud, ad quod mouẽtur, ſ. primum motorem, receptibilem transmutationis cuiuscunq; modi. Possunt autem semper mouere, quando illud, ad quod mouẽtur, fuerit non transmutabile aliquo modo trãsmutationis. et hoc est, cùm non fuerit corpus omnino. Si igitur motũ ęternum est, necesse est vt moueatur per potentiam existẽtem in eo à motore, cui nullus modus transmutationis accidit: & tale i nulla materia existit. Hęc igitur est intentio Aristo. cùm d. q̃ omnis actio infinita prouenit à potentia infinita, t. infinitæ actionis. hoc etiã modo proprio magis apparet. corpus enim cœleste animatũ est necessario. Reuertamur igitur ad nostrum locum. Et dicit Aristo. Et etiam manifestũ est q̃ non patitur &c. i. & manifestum est etiam q̃ in motore, qui semper mouet et eadem dispositione, q̃ nõ patitur neq; alteratur. quoniam, cùm mouetur i loco, nullum aliorum motuũ recipit. motus enim in loco præcedit omnes motus: & cùm nobiliorem non habet, non habet viliorem. Corpus enim cœleste, qa est nobilius omnibus corporibus habet nobilissimum motum, ſ. localẽ. Et quia iste motor est nobilior corpore cœlesti, fuit causa permanentię eius in nobiliori dispositione, ſ. in motu. Deinde dicit. Hæc igitur manifesta sunt esse talia. & innuit omnia, q̃ declarauit de hoc primo motore, q nõ est i materia.

Omne, quod mouet motu ęterno, motꝰ eius est ad aliquid semper in actu.

Motus in loco præcedit omnes motꝰ 8. Phy. 55 vsq; ad 61.

Vide Auer. in Epit. Tradatu. 4.

Caput Quartum. Quot sint numero substantiæ immobiles, ac sphæræ, quæ ab eis mouentur, opiniones tum aliorum, tum propria: ac peradmodũ Antiquos de ipsis loquentes confirmatio.

VTrum aũt vna sit ponẽda talis substãtia an plures, et quot, non oportet nos latere, sed meminisse quoq; aliorũ sn̄ias, quod de pluralitate nihil, qđ dictu pspicuũ sit, dixerũt. De ideis nanq; opinio nullam accommodatã considerationem habet. Numeros nanq; dicunt ideas, qui dicunt ideas esse: de numeris vero quandoq; vt de infinitis aiunt, quãdoq; tanquam vsque ad denarium determinatis. qua vero de causa tanta numerorum pluralitas sit, nihil cũ diligentia demõstratiua dicitur.

VTrum autem ponenda est talis substantia vna, aut plures, & quot sunt. & non debemus occultare sermones aliorũ, sed dicere iudicia eorum. nihil enim manifeste dixerunt in multitudine. Sententia enim de exẽplaribus non habet perscrutationẽ propriam omnino. Dicentes enim exemplaria dicunt ea esse numeros. & de numeris quãdoq; dicunt eos ea esse infinitos, & quandoq; vsq; ad decem. quare vero multitudo numerorum est sic, nihil dixerunt demonstratione.

Cùm autem declarauit vnam substantiam æternam esse non in materia omnino, incœpit quærere, vtrum hæc substantia esset vna aut plures. & si plures, quot sunt. Et, quia Antiqui quidam dicebant substantias esse abstractas, ſ. formas, sed de numero earum Antiqui nihil sufficienter dixerunt, incœpit demonstrare impossibile eorum ad declarandum hoc in illis substantiis positis. Deinde d. & non debemus occultare sermones aliorum, &c. i. & oportet inspicientem in nostro sermone videre inquantum differt à sermone aliorum. dicentes enim substantias abstractas esse, nihil dixerunt in multitudine. D. d. Sententia autem est de exemplaribus. i. opinãtes autẽ substantias esse exemplaria, & formas rerum, nihil proprie dixerunt de numero eorum sm q̃ sunt formę. sed, si aliquid dixerunt, dixerunt sm q̃ sunt numeri. & hoc intendebat, cũ d. Dicentes enim exemplaria dicunt ea esse numeros. t. quoniam inquantum sunt numeri, dicũt aliquid in multitudine eorum. Deinde dicit. opiniones dicentium numeros formales abstractos in multitudine, & d. & de numeris q̃ę dicunt, &c. t. & dicentes numeros esse formales bipartiti sunt. quidam dicunt eos esse infinitos, & quidam peruenire ad decem. D. d. quare vero multitudo. &c. t. & dicentes illos esse decem, nihil dixerunt super hoc demonstratione.

Nobis vero ex præsuppositis atq; determinatis dicendum est. Principium enim ac primum entium, tum per se, tum per accidẽs immobile est: mouens autem, primo, sempiterno, & vno motu. Cùm vero quod mouetur necesse sit ab aliquo moueri, primumq; mouens immobile per se esse, ac motu æterno ab æterno moueri, et vnũ ab vno, videmusq; præter simplicem lationem totius, quam dicimus primam substantiam & immobilem mouere, cæteras etiam lationes, quæ errantium sunt, sempiternas esse (sempiternum nanq; & irremouibile circulare corpus est. monstratum autem est de his in Physicis) necesse est harũ quoq; lationum vnamquanq; à per se immobili, & æterna substantia moueri. nam & stellarum natura perpetua substantia quędã existens, & quod mouet perpetuum, & prius est moto. & quod prius substantia est, substantia sit necesse est. Cõstat itaq; necesse esse tot substãtias esse naturas petuas, & p se immobiles, ac aliq; magnitudine, ob causam prius dictã.

Nos autem dicamus de substãtijs diuinis. Principium enim & primum entium nõ mouetur neq; essentialiter, neq; accidentaliter: & mouet et facit primũ motum ęternum etiam

Si igitur motum neceſſe eſt vt moueatur per aliquid, primus autem motor non mouetur per ſe, & motus æternus fit per motorē æternum, & vnus per vnū, & nos videmus quòd p̃ter motū toti⁹ ſimplicē, de quo dicimus moueri ſ̃a ubſtãtia non mobili, alios motus ęternos, qui ſunt erraticorum. (corpus enim circulare eſt æternum ſine quiete. hoc enim declaratum eſt i Naturalibus) neceſſe eſt igitur vt vnuſquiſq; iſtorum motuū fiat per aliquid, quod non mouetur per ſe, & per ſubſtantiam æternã. natura enim ſtellarum eſt etiam æterna. & cùm motor eſt æternus etiã & ante motum, neceſſe eſt vt illud, quod eſt ante ſubſtantiam, ſit etiam in ſubſtantia. Manifeſtū eſt igitur q̃ neceſſe eſt vt ſubſtãtiæ ſint ſecūdum numerum illorum, & q̃ ſubſtantiæ ſint æternæ naturaliter, & immobiles per ſe, & q̃ ſint ſine magnitudine propter cauſam prædictam.

43 Nos autem poſſumus declarare bene multitudinem iſtarum ſubſtantiarum ex rebus dictis, & inducere ad viam, qua quis poteſt ſcire numerum eorum. Principium autem illius eſt hoc, quod prius declarauimus, ſcilicet q̃ primum et principium entium eſt aliquid immobile omnino: & q̃ hoc facit primum motum æternum, & vnum, & continuum, & diuinum. Deinde dicit. Si igitur motum neceſſe eſt vt moueatur, & cæte. i. ſi igitur poſitum eſt nobis q̃ omne motum habet motorem, & motum primum habet motorem æternum, qui non mouetur per ſe, & omnis motus æternus habet motorem ęternum, qui non mouetur per ſe, et vnū (neceſſe eſt enim vt vnus motus habeat motorē vnū. &, ſi non, tunc non eſſet continuus, neq; vnus) ſed nos videmus in cœlo plures motus præter motum totius cœli, quem dicimus fieri à prima ſubſtantia immobili, ſcilicet motus ſtellarum erraticarum, & manifeſtum eſt iſtos motus eſſe æternos, ſunt enim partes corporis æterni, neceſſe eſt igitur vt vnuſquiſq; motuum iſtorum habeat motorē, qui non moueatur per ſe, & cuius ſubſtantia eſt æterna. natura enim ſtellarum eſt æterna. Deinde dicit. & cũ motor eſt æternus, & ante motum, &c. ideſt, et cùm motor vniuſcuiuſq; iſtorū motuum prior eſt illis motis: & illa mota ſunt ſubſtantiæ: neceſſe eſt vt omnes iſti motores ſint ſubſtantiæ. Deinde dicit. Manifeſtum eſt igitur q̃ neceſſe eſt, & cæ. i. manifeſtum eſt igitur q̃ numerus ſubſtantiarum mouentium eſt ſecūdum numerum motuum propter cauſas dictas, & quòd iſtæ cauſæ ſunt æternæ per ſe naturaliter, & non motæ per ſe, neq; corruptibiles propter cauſas prædictas.

Numer⁹ ſubſtantiarū mouentium eſſe conſũ numerum motuum

Quòd igitur ſubſtantiæ ſunt, & harū quæ-
nam prima, quæue ſecunda, ſecundum eum ordinem, quem & lationes ſyderum habent, patet. Pluralitatem vero lationum ex peculiariſſima Philoſophia Mathematicarum ſcientiarum, videlicet ex Aſtrologia, conſyderandum eſt. hæc enim de ſubſtantia ſenſibili quidem, at ſempiterna ſpeculatur. cęteraę vero de nulla quidem ſubſtantia, veluti quæ circa numeros, atq; quæ circa Geometriam. Et quidē quòd plures ſint eorū, quę feruntur lationes, manifeſtum etiam eſt his, qui parum attigerunt. pluribus enim quàm vna, errantiū aſtrorum vnumquodq; fertur.

Cõſyderatio

Quoniam autem ſubſtãtias eſſe, & earum hæc eſt prima, hæc autem ſecunda ſ̃m ordinẽ motuum ſtellarum, manifeſtum eſt. Multitudo autem motuū ſciẽda eſt à propria Philoſophia Mathematicorū. Iſta.n. vtitur ſcia de ſubſtantia ſenſibili, ſed æterna. illa autem non vtitur ſciẽtia de ſubſtãtia oĩno, ſicut de numeris, & menſura omnino. Qm̃ aũt motus erraticarum plures ſunt, manifeſtum eſt eis etiam, qui parum conſyderant. vnaquęq; enim ſtellarũ erraticarũ videt moueri plus vno motu.

Ideſt, Quoniam declaratũ eſt ex hoc ſermone ſubſtantias æternas eſſe plures vna, & quòd in eis eſt prima, ſcilicet illa, quæ omnia mouet, & ſecunda, & tertia ſecundum ordinem orbium manifeſtum eſt. Quoniam autem illa, quę omnia mouet, pręcedit omne, manifeſtum eſt valde & præciſe, omnes enim iſtum motum maximum intendunt. quapropter prior eſt omnibus naturaliter & etiam ſecundum locum, & etiam ſecundum magnitudinem, ſcilicet quòd iſta ſubſtantia videtur eſſe prior propter prioritatem eius, quod mouetur ab ea ſecundum locum, & ſecundum magnitudinem in multitudine ſtellarum & velocitate motus, & omnia iſta faciunt eam priorem nobilitate & ſubſtantia. Qm̃ vero ordinatio iſtorū mouentium à primo motore oportet vt ſit ſecundū ordinem ſtellarum orbium in loco, manifeſtū eſt etiam. prioritas enim in loco eorum, & in magnitudine facit eos priores in nobilitate. ſed videmus quoq; eos in velocitate motus eoquer-
ſo, ſcilicet q̃ illi, qui ſunt ꝑpiquiores terrę, ſunt velociores. et hoc forte prouenit propter nobilitatem motoris, & forte propter paruitatem corporis. Sol autem videtur propter magnitudinem eius & * actionis eius in entibus, & propter hoc q̃d apparet, q̃ motus aliarū erraticarum ordinantur ſecūdum motū Solis, et conſequetur ipſum habere motorem priorem omnibus erraticis. ſed velocitas, quę eſt iſtis, ſicut diximus, forte eſt propter nobilitatem ſubſtantiarum mouentium, et forte propter paruitatem corporum. Ordinatio quidem eorum adinuicem ſecundum nobilitatem poſſibile eſt ſciri ex dictis ab Antiquis habentibus curam de actionibus earum in entibus. verbi gratia quoniam dãt Solĩ vitam, et Saturno res fixas. ordinatio igitur earum à primo eſt * præciſa, ordinatio vero earum adinuicem nõ eſt * præciſa. Et forte melius eſt illud, quod Ariſto. intendebat, ſcilicet quòd ordo eorum ſit ſecundum ordinẽ eorũ in loco. Quòd autẽ Moderni dicunt ſubſtantiam primam eſſe priorem motore totius, falſum eſt. quælibet enim ſubſtantia iſtarum eſt principium ſubſtantiæ ſenſibilis ſecundum motorem, & ſecundum ſitum. Et ideo dicit Ariſto. quòd, ſi aliquę ſubſtantię eſſent non mouẽtes, eſſent ocioſæ. Qd̃ aũt mouit eos ad hoc dicendum eſt ratio, quæ poteſt diſſolui à quolibet exercitato in hac ſcientia, dicũt enim quòd apparet ex iſtis intelligentijs q̃ quędam earum conſequitur quandam, ſicut cauſatum cauſam. prima autem ſubſtantia debet eſſe vna & ſimplex in fine: ab vno autem & ſimplici non prouenit niſi vnum: & à motore primi cœli prouenit anima primi cœli, & motor orbis conſequentis: neceſſe eſt igitur vt ſit non ſimplex. habet ergo cauſam priorẽ eo. ² Iſte autem ſermo eſt imaginabilis. non enim eſt illic prouentus, neq; conſecutio, neque actio, ita quòd dicamus quòd vna actio conſequitur agentem tantum. eſt enim eſt illic cauſa & cauſatum, ſecundum

* 2. l. propter actionem.

* a l. pſciẽtz. * 2. l. preſciẽtz Ordinatio intelligẽtiarum a primo ẽ ꝑciſa, ſed ordinatio earum adinuicem non eſt præciſa. Digreſſio cõtra Auicen. Si aliquę ſubſtantię eſſent nõ mouẽtes, eſſet ocioſę.

a Solo modi Auicen. In intelligẽtijs nõ eſt ꝓuen⁹ neq; actio, ſed rẽ ẽ illic cauſa & cauſatũ, ſed q̃ in intellectum eſt cauſa intelligentis.

eſt, ideſt, quòd dicimus quòd intellectum eſt cauſa intelligentis. Et cùm ita ſit, nõ eſt impoſſibile vt illud, quod eſt per ſe intelligentia & intellectum ſit cauſa plurium entium, ſecũdum quòd ex eo intelligũtur multi modi. illud igitur, quod intelligit motor corporis cœli de primo motore, & eſt cauſa in anima cœli, aliud eſt ab eo, quod intelligit ex eo motor orbis Saturni. & ſimiliter de vnoquoq; eorum, ſcilicet q̃ perfectio vniuſcuiuſq; eorum eſt intellectum intelligendo cauſam primam & propriam. et ſecundum hoc omnes motus eorum idem intendũt, ſcilicet ordinem totius. & ſic eſt intelligendũ de multitudine motuum cuiuslibet ſtellę, ſcilicet quòd omnes ſunt colligatæ per motum illius ſtellæ: & quilibet motor in eis perficitur per formam primi motoris propriã illi ſtellæ. & ideo motus cuiuslibet ſtellę earum intendunt motum ipſius ſtellę. Et ſic eſt intelligendum q̃ motus aliorum orbium intendunt motum orbis ſtellati, & quòd perfectio vniuſcuiuſq; mouentium vnũquodq; eorum, i. orbium, ſcilicet primorum, perficitur per primum motorem omnium. Et ideo omnes intendunt hunc motũ diuturnum, qui eſt primi motoris actio, & principium aliarum actionum. apparet enim quòd alij motus propriĩ ſunt propter iſtum motum et conſequentes eum, & adunantes in ordine, quem intẽdunt; & eſt principium actionum earum. Sed quęret aliquis; quoniam, ſi motus omnium orbium intendãt eandem actionem, & eundem ordinem communem omnibus, neceſſe eſt vt habeãt eandem formam intellectam extrinſecam à formis, quas intendit vnuſquiſq; per ſe, ſi licet formis propriis. erit igitur forma quaſi finis additа ſuper formam propriam, erga quam mouetur vnuſquiſq; orbis aliorum orbium. Dicamus ergo q̃ nulla forma eſt quaſi finis & communis & vniuerſalis, niſi illa ex eis, quæ habet actionem communem. & hæc eſt diſpoſitio formæ mouentis primum cœlum motu diurno. Diſpoſitio enim in iuuamento corporum cœleſtiũ adinuicem in creando entia quæ ſunt hic, et conſeruando ea, eſt ſicut diſpoſitio regentium bonorum, qui iuuant ſe adinuicem in regendo bonam ciuitatem. quoniam omnes actiones eorum ſunt erga actiones primi principis. ponunt enim actiones ſuas ſeruientes & conſequentes actionem primi principis. Quemadmodum igitur primus princeps in ciuitatibus neceſſe eſt vt habeat actionẽ ꝑpriã, q̃ eſt nobiliſſima actionũ. (& ſi nõ, eſſet otioſus) quã actionẽ intendũt per ſuã actionẽ oẽs, qui ſunt ſub primo principe. quẽadmodum igitur neceſſe eſt in iſtis principatibus vt primus principatus ſit, ſicut eſt neceſſe in actionibus principum vt prima actio ſit: & ſic accidit in artificijs, quæ iuuant ſe adinuicem erga vnum artificiale, & ſunt illa, quorum quædã ſunt principantia aliĳs, & omnia reducuntur ad vnum artificium, verbi gratia quoniam plura artificia ſeruiunt artificijs equitandi: ſic igitur eſt intelligendum de iſtis corporibus cum ſuis formis, à quibus mouentur, & de iſtis formis adinuicem. multum enim aſſimilantur artificijs, quæ ſeruiunt ſibi adinuicem, & quæ intelligunt adinuicem ſunt principia eorum, ex quibus accipiunt intellectum proprium. verbi gratia quia artificium fre nificandi accepit ſua principia ab artifice artis æquitandi, & ſimiliter alia artificia ſeruientia huic artificio. Differentia autem inter iſta & artificialia eſt, quia formæ artificũ mouentes artifices ſunt in materijs, iſtæ autem non. Mos autem, qui iam eſt inter Modernos in dicendo quòd à tali motore prouenit talis motor, aut cõſequitur, aut præcedit, aut talia verba, non vere intelliguntur de iſtis principijs abſtractis. omnia enim iſta ſunt diſpoſitiones agentium ſuperficietenus, non vere. ab agente enim nihil prouenit, vt prædiximus, niſi extrahere illud, quod eſt in potentia ad actum. ſed illic nõ eſt potentia, vnde neq; agens: tantum enim eſt ibi intellectus & intellectum, & perfectum & perficiens. quemadmodum artificiũ perficiuntur ab inuicem in hoc, quòd accipiunt principia adinuicem, & omnia reducuntur ad accipiendum omnia ſua principia ab artificio vniuerſali continentia ea. Et ideo videmus quòd ſcientia magis propria primi Dei, ſcilicet eſt illud, quod continetur ſub prima Philoſophia: & ſcientia propria propriis, quæ ſunt ſub eo, eſt ſimilis ſcientijs particularibus, quæ ſunt ſub prima Philoſophia; ſicut d. Nicolaus Peripatęticus in ſua prima Philoſophia. Et ideo videmus quòd per acquiſitionem iſtius ſcientiæ ab homine inuenitur homo in ſua perfectione eſſendi. Hoc autem, quòd Plato dixit in ſuis verbis obſcuris, quòd Creator creauit Angelos manu, deide ꝓcepit eis creare alia mortalia, & remanſit ipſe in quiete ſine labore, non eſt intelligendum ad literam. Et forte exiſtimare hoc in Deo fuit cauſa ſabbati poſiti i lege filiorũ Iſrael. Et hoc, quod dixit ꝓpius de mouentibus omnũ orbium, eſt etiam in mouentibus, quæ iuuant ſe adinuicem ad mouẽdum quamlibet ſtellam ſtellarum erraticarum, ſcilicet quòd omnes ille reducuntur ad illum primum motorem, & quòd omnes intendunt motum illius primi motoris. Et cùm hoc declaratum eſt, reuertamur & dicamus quòd, cùm Philoſophus acceptit numerum motuum ab Aſtrologo, ſicut principia eſſe à Naturali, fecit rememorationem de hoc, & dixit. Multitudo autem motuum ſcienda eſt, & cætera. ideſt, numerus autem motuum conſyderandus eſt per Aſtrologos. Deinde dixit cauſam in hoc, & dixit. Iſta enim vtitur ſcientia, et cætera. ideſt, iſta autem ars propria eſt huic intentioni inter alias Mathematicas, quia cõſyderat de ſubſtantijs æternis ſenſibilibus. alię autem ſcientię Mathematicæ conſyderant de accidentibus, vt ars Arithmetica, & Geometria. Deinde dicit. Quoniam autẽ motus erraticarum ſunt plures, & cætera. ideſt, quoniam autem ꝓmprehenſum ſenſu eſt quòd iſtæ ſtellæ habẽt plures motus, qui enim aliquantulum ingreſſus eſt in Mathematicam, videt quòd quælibet ſtellarum erraticarum habet plures motus vno. Et ſciendum eſt q̃ iſti motus, quos ponunt Aſtrologi, ſunt tribus modis. Eſt enim modus comprehenſus à vulgo viſu. Eſt etiam alius modus, cuius motus non comprehenditur niſi in inſtrumentis & conſyderationibus. & hprum modorum quidam comprehenduntur in longiſſimis temporibus, & quidam in paruis. Eſt etiam tertius, cuius motus ſunt declarati ratione. plures enim iſtorum motuum vidẽtur viſu ſimplices, ſecundum autem rationem & naturalia opinandum eſt illos eſſe compoſitos ex pluribus vno. verbi gratia quia ſtellæ erraticæ videntur q̃andoq; velociores & quandoque tardiores, & modo progredi & modo retrogredi. & hoc non poteſt eſſe verum ſecũdum naturas corporum cœleſtiũ. Declaratum eſt enim in naturalibus quòd omnes motus ſunt æquales, & quòd impoſſibilis eſt in eis velocitas & tarditas, aut progreſſus aut retrogradatio. Vnde neceſſarium fuit Aſtrologo ponere Aſtrologiam, ex qua conſequerentur hæ diſpoſitiones ſine aliquo impoſſibili in naturalibus. Et hoc duobus modis accidit: aut vt ille motus, qui quandoq; videtur velocior quandoq; tardior ſit compoſitus ex pluribus motibus: aut vt ſint illic orbes eccentrici & epicycli, vt dicunt Moderni Mathematici. Propter hoc igitur differũt Aſtrologi de numero motuum & ſtellarum, & multotiens inueniunt per conſyderationem temporum motuum ſtellarum, & ſecundum computationem inueniũt eas in locis terminatis zodiaci. & cũ cõſyderãt eas in ſtrumẽtis, inueniũt eas in alijs ab illis locis, & rũc additi motũ nouũ in ſtellæ. Et hoc mõ poſuit Prole. plures mot⁹

Dubium.

Soluto.

Contra Aui.

Abagẽte nihil ꝓuenit niſi extrahere illud, q̃d eſt i potentia ad actum.

Conuertit ſe ad textum.

Sola Aſtrologia de Mathematicis cõſyderat de ſubſtantia.

Documentũ

Motus quos ponũt Aſtrologi ſunt tribus modis.

Lunæ & aliis ſtellis, quas nullus de Antiquioribus poſuit, verbi gratia motus, quem Ptolemæus vocat motum reſpectiuum Lunæ, & motum polorum epicyclorum. Iſtorum autem motuum non potuit iſte homo facere Aſtrologiam, et ſimiliter hoc quidem apparuit ei, q̃ motus ſtellarum erraticarum in ſuis orbibus ecentricis ſunt ſecundum centra alia à centris ecentricorum, & non potuit ponere Aſtrologiam ſecundum ſua fundamenta, & omnia iſta manifeſta ſunt parum exercitatis in Aſtrologia.

Quot vero hæ ſint, nunc quidem nos ea, quæ quidam Mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, vt aliquam determinatam mente pluralitatem percipiamus. Deinceps quædam quidem nos ipſos quærere decet, quædam autem à quærentibus ſciſcitari, ſi quid præter ea, quæ nunc dicta ſunt, his videatur, qui circa hæc verſantur, diligere quidem vtroſq; adhærere vero certioribus. Eudoxus igitur Solis, & Lunæ vtriuſq; lationem in tribus poſuit ſphæris eſſe. quarum Primã quidem eam eſſe, quæ non errantium ſtellarum. Secundam vero ſecundum id, quod per medium zodiacum. Tertiam porro ſecundum eum, qui in latitudine zodiaci obliquatur. in maiori autem latitudine obliquari eum, ſecũdum quem Luna fertur, q̃ ſecundũ quẽ Sol.

Solis & Lunæ latio.

Quot autem ſunt dicamus, ſecũdum q̃ dixerunt quidam Mathematicorum, vt aliquo modo imaginemur aliquam multitudinem terminatã. Quod aũt relinquitur, quærẽdũ eſt à nobis pſcrutãtibus de hoc, aut ab eis, q̃ inquiſiuerũt, ſi aliquid apparuerit ab eo, quod dictũ eſt modo: q̃uis ſit perſcrutandũ de duabus ſectis, & concedendum ſermonẽ illius, qui magis perfecte perſcrutatus eſt. Eudoxus vero ponit motũ vtriuſq;, Solis, & Lunæ in tribus ſphæris. quarum Prima eſt ſtellarum nõ erraticarũ. Secunda, quæ eſt in medio ſignorum. Tertia autẽ, quæ declinat in latitudine ſignorum. et illa, in qua magis Luna mouetur, magis declinat in latitudine ſignorum, quàm in qua exiſtit Sol.

Intento & cauſa.

Quia Philoſophus accipit pro conſtanti numerum motuum, Aſtrologi autem diuerſi ſunt in hoc, fecit rememorationẽ de hoc, quod fuit magis famoſum in ſuo tempore. & talia principia in maiori parte tantum ſunt famoſa, cùm ferè omnia ſint fundata, ſ. in ſenſu quantitatum motuum ſtellarum, quod non poteſt perfici in vita humana, ideo neceſſe eſt in conſyderationibus credere conſyderationibus prædictis, & tunc verificatur quantitas motuum. Et propter difficultatem iſtarum rerum impoſſibile eſt vti propoſitionibus neceſſarijs: ſed famoſis in hoc loco magis vtimur q̃ neceſſarijs, ſed quando in eis non fuerit diuerſitas. ſi autem in eis fuerit diuerſitas, nihil erit, ſuper quod ſuſtẽtetur. Sed quocunq; modo ſit, melius eſt ſcire ſermones hominum in hoc, quàm nihil. Et ideo dixit. Dicamus ſecundum q̃ dixerunt quidam Mathematicorum, &c. i. Deinde dicit. Quod autem relinquitur, quærendũ eſt à nobis perſcrutantibus de hoc. i. quoniam autem ſunt motus additi ſuper iſtos, quos computo, perſcrutandũ eſt in alia ſcientia. Et, cùm dixit hoc, fecit rememorationem de hoc, quod dixerũt Mathematici in ſuo tempore, & poſuit de eis duos homines famoſos in hac ſcientia. Et dixit q̃ Eudoxus ponebat Soli & Lunæ tres orbes. Mãu quo mouetur ab oriente ad occidentem in vna die. Secundum ad motum longitudinis. Tertium ad motum latitudinis. Et hoc eſt manifeſtum de eis, quoniam motus longitudinis & latitudinis ſunt duo numerati. Mathematici autem huius temporis ponunt eundem motum, et eſt motus ſtellæ in ſuo orbe declini, propter quod accidit ei in reſpectu zodiaci motus in longitudine & motus latitudine. Quòd autem ſint duo motus à duobus corporibus, non indigetur. quod enim poteſt naturа facere vno inſtrumento, non facit duobus. & ſecundum hoc Sol non habebit niſi duos motus tantum. & niſi ſit neceſſe ponere tertium motum, propter hoc, quod apparet de velocitate & tarditate. Ecentricum enim aũt epicyclum dicere eſt extra naturam: epicyclus autẽ impoſſibile eſt vt ſit omnino. Corpus enim, quod circulariter mouetur, non mouetur niſi in circuitu centri totius, cùm ipſum faciat centrũ. & ſi eſſet motus circularis extra hunc centrum, contingeret aliũ centrum extra hunc centrum eſſe; quapropter & alia terra extra iſtam eſt, & hoc impoſſibile eſt, vt dictum eſt in Naturalibus. Et ſimiliter forte eſt de ecentrico, quem ponit Ptolemæus. Si enim eſſent plura centra, eſſent plura corpora grauia extra locum terræ; & tunc medium non eſſet vnum, & haberet latitudinem, & eſſet diuiſum. & omnia iſta ſunt impoſſibilia. Amplius, ſi eſſent ecentrici, neceſſe eſſet, inuenire in corporibus cœleſtibus corpora ſuperflua ſine aliqua vtilitate, niſi ad implendum locum vacuum, ſicut in corporibus animalium. Sed nihil de eis, quæ apparent in motibus ſtellarum, cogit neceſſario dicere epicyclum eſſe, aut ecentricum. Et forte excuſant vtrunq; motus ſenſibiles, quos ponit Ariſto. & ſicut Ptolemæus d. in ſuo libro, qui dicitur liber Narrationis, in quo d. q̃ Ariſto. & Antiqui ponebãt loco iſtorũ motuũ motũ gyrationis, et d. q̃ ſecundum hoc apud eos oportet creſcere motus ſecundũ numerum. Qui autem poſt venerunt, inuenerũt viam ſimpliciorem iſta, & potuerunt ponere ea, quæ apparent in paucioribus corporibus, & innuit epicyclum & ecentricum. & d. q̃ iſta via eſt nobilior, quia conceſſum eſt, q̃ natura nihil facit ſuperfluè, & q̃, cùm poterit mouere aliquid inſtrumentis paucis, non mouebit pluribus. Ptolemæus autẽ ignorauit quid coegit Antiquos ponere motus gyrationis, et eſt quoniam epicyclus & ecentricus ſunt impoſſibiles. neceſſe eſt igitur rurſus pſcrutari de iſta Aſtrologia vera, quæ eſt ſuper fundamẽta naturalia: & eſt apud me fundata ſuper motum eiuſdem orbis, & polos diuerſos duos, aut plures, ſm q̃ conuenit apparentibus. poſſibile eſt enim accidere ſtellis ex talibus motibus velocitatem & tarditatem, & progreſſum & retrogradationem, & alios motus, quibus non potuit Ptole. ponere Aſtrologiam. & apparet ex hoc propinquitas & remotio, vt accidit in Luna. In iuuentute autem mea ſperaui vt hæc perſcrutatio compleretur per me: in ſenectute autẽ tam deſpero, ſed forte iſte ſermo inducet aliquem ad perſcrutandum de hoc. Aſtrologia enim huius temporis nihil eſt in eſſe, ſed eſt conuemens computationi, non eſſe. Lunæ autem inuenerunt Antiqui poſt Ariſto. vnum motum, ſcilicet motum draconis. Ptolemæus autem inuenit et in reſpectu Solis quartum motum, & in reſpectu centri, ſecundum quem reuoluitur luna æqualiter, motum quintum, quem vocat motum reſpectiuum diametri epicycli, cui non potuit ſecundum ſuum fundamentum ponere Aſtrologiam.


Quod natura poteſt facere vno iſtorũ facit duobus conſimile. 1. Phyſ. 50. Quod nõ dicitur ecẽtrici, nec epicycli vide. 2. coel. com. 35.

Natura nihil agit ſupflue. Idem. 1. coel. 52. & .5. de Aia. 45. et. 12. Phy. 50.

Meliꝰ eſt ſcire ſermones hoſum ihoc, quam nihil. Expõ text⁹

Deſignationes

Deſignationes orbium, ac motuum, qui ab Auerroe conſtituantur.



Errantium vero ſtellarum vniuſcuiuſq; in quatuor ſphæris. quarum Primam quidem & Secundam eandem illis eſſe. etenim quę non errantium eſt, eam illam eſſe, quę omnes fert. at eam, quę ſub ipſa ordinata eſt, ac quę ſecundum zodiacum lationem habet, communem omnibus eſſe. Tertiæ vero omnium polos in eo, quod per medium zodiacum eſſe. Quartę autem lationem, ſecũdum eum, qui obliquatus ad medium eius eſt. eſſe vero tertiæ ſphæræ polos aliarum quidem proprios, Veneris autem & Mercurij eoſdem.

Stellarum autem erraticarũ vnaquæq; eſt in quatuor ſphæris. & earum Prima & Secũda ſunt illis eadem. illa autem, quæ non eſt erraticarum, quæ defert omnes per ſuum motum, & illa, quę eſt ordinata ſub iſta, cuius motus eſt in medio ſignorum, communes ſunt omnibus. Tertia autẽ, quæ eſt communis omnibus, poli eius ſunt in illa, quæ eſt in medio ſignorum, ſphæra. Motus autem quartus mouetur ad mediũ iſtarum. & poli tertiæ ſphæræ aliarum quidem ſtellarum ſunt proprij, Veneris autem & Mercurij vnus.

Cùm narrauit q̃ Eudoxus ponebat vtrique, Soli & Lunæ tres orbes, incœpit dicere q̃ ponebat etiam vnicuiq; erraticarum quatuor orbes, tres ſ. orbes, quos poſuit Soli & Lunę, & quartũ additum. & forte iſte quartus eſt propter progreſſum & retrogradationem, quæ apparent in iſtis quinq; ſtellis. Deinde dicit. & earum Prima & Secunda ſunt illę eædem. ideſt, prima autem ſphæra erraticarum, & ſecunda ſunt ſimiles primę & ſecundæ Solis & Lunæ, ſcilicet orbis, qui mouet eas motu diurno, & orbis proprię ſtellæ, qui mouet eas econuerſo. ſcilicet ab occidẽte in orientem, qui eſt in medio orbis ſignorum. Deinde illa autem, quæ non eſt erraticarum, & cæ. ideſt, prima enim ſphæra cuiuslibet ſtellæ ſimilis eſt primæ ſphęrę totius cœli, quę defert omnes orbes ab oriente in occidentem in vna die. Deinde dixit, & illa, quæ eſt ordinata ſub iſta, & cætera. ideſt, & ſecundus orbis communis eſt omnibus, qui ita tranſit per medium zodiaci, ideſt quia decliuus eſt à primo orbe. Iſte enim etiam communis eſt omnibus, cùm in hoc orbe videantur moueri. Et, quia apparet etiam eis latitudo in hoc orbe, poſuerunt Antiqui eis orbem deliuerũ ab iſto orbe. et hęc erat opinio Antiquorum de Sole, quòd habebat latitudinem à zodiaco, præter latitudinem, quam habebat ex æquinoctialt, & ideo poſuerunt Soli tres orbes, ſicut alijs ſtellis. Ptolemæus autem nõ poſuit Soli latitudinem, niſi in reſpectu æquinoctialis. Deinde dixit. Tertia autẽ, quæ eſt communis omnibus, & cætera. ideſt, & iſta tertia, quæ facit declinationem à medio ſignorum in omnibus ſtellis. Deinde dixit. poli eius ſunt in illa, quæ eſt medĩ ſignorum. ideſt, quoniam, cùm poſuerunt orbem, in quo mouetur per medium ſignorum alium ab orbe, in quo mouetur obliquum à medio ſignorum, fuit neceſſe ut illi vt poli iſtius orbis ſint in circulo zodiaci. Stella enim, cùm mouetur in orbe, cuius maximus circulus tranſit per zodiacum, & mouetur ab orbe, cuius poli ſunt in hoc circulo, neceſſario videbitur declinans ſtella à circulo medio, quæ eſt in zodiaco. Deinde dixit. Motũ autem quartus, & cætera. ideſt, quoniam iſte orbis eſt declinans à medio iſtius tertiĩ. Deinde dicit. & poli tertiæ ſphæræ, & cætera. ideſt, vt mihi videtur, intendit orbes declines, qui ſunt communes omnibus ſtellis.

Ad Calippus ſitum quidem ſphęrarũ eundem Eudoxo ponebat, hoc eſt diſtantiarum ordinem. pluralitatem autem ſtellæ quidem Iouis ac Saturni eandem illi attribuebat, Solis vero & Lunæ duas adhuc putabat ſphæras addendas eſſe, ſiquis eorum, quæ ſenſibiliter apparent, cauſas aſſignare debeat: cæteris vero errantium vnicuique vnam. neceſſe vero eſſe, ſi debent omnes ſimul poſitæ, quæ apparent reddere, ſecundum vnamquamq; errantium alteras ſphæras vna pauciores eſſe, quæ reuoluant, & ad idem poſitione ſemper primam eius aſtri ſphæram, quod inferius ordinatum eſt, cõſtituant. hoc enim modo ſolum contingit errantium lationem omnia facere.

Cùm igitur in quibus ipſa quidem feruntur ſphęris,hę quidē octo, hæ vero vigintiquinq; ſint,horum ſane illas ſolas non oportet reuoluí,in quibus fertur,quod infime ordinatū eſt. quæ quidem duarum primarum ſphæras reuoluunt,ſex erunt.quæ vero poſteriorū quatuor ſexdecim.cūctarum vero numerus,tum earum quæ ferunt, tum quæ reuoluunt eas, quinquagintaquinq;.quòd ſi Lunę et Soli nō addat aliqs,quos dixim⁹,motus,omnes ſphærę erunt ſeptē & quadraginta.Pluralitas itaq; ſphærarum tanta ſit.

Sphærarum numerus.

Calippus autem in poſitione quidē ſphærarum eādem poſuit cū Eudoxo.in multitudine autem in Ioue quidem & Saturno conuenit,in Sole autē & Luna videtur ponere duas ſphæras additas,ſi aliquis voluerit dare apparentia:aliarum autem erraticarum,aut vniuſcuiuſq; vnam. neceſſe igitur, quoniam ſtella non mouetur per ſuum corpus,ſed mouetur in ſphæra,ſi omnes congregentur ſm q̄ dant apparentia in vnaquaq; erraticarū,vt ſint alię ſphærę pauciores eis,quę reuoluuntur gyratiue,& reuertunt primam ſphæram ad ſuum ſitum ſuper eundem,quæ eſt ſtellæ ordinatæ ſub ea.hæc enim tantūmodo poſſunt eſſe motus omnium erraticarū.Sphæræ igitur,in quibus mouentur,quædam ſunt octo,& quædā vigintiquinq;,& ex iſtis non oportet moueri in eis motu gyratiuo,quæ mouentur in eis facíliores earum. Quæ igitur mouentur motu gyratiuo duarum primarum ſunt ſex,& quatuor poſtremarum erunt. xvi. Numerus igitur omnium,quæ mouentur,& quæ mouent iſtas motu gyratiuo, ſunt quinquagita quinq;. Si autem nullus addat,quæ diximus Lunæ,et Soli,omnes ſphærę erunt quadragintaſeptē. Multitudo autem motuum ſit tanta.

Dixit. Calippus autem ponebat orbes ſ ordine, quē ponebat Eudoxus , numerum vero orbium maiorem niſi in Ioue & Saturno , quoniam conuenichat Eudoxo. Deinde dixit. in Sole autem & Luna videtur ponere,&c.i. quoniam iſte homo addit et, quod dixit Eudoxus de numero orbium vtriuſq;, Solis , & Lunæ duos orbes, vt per hæc conuenīat apparentibus de motibus eorum. Et reputo q̄ addit hoc, vt det ex eis cauſas velocitatis et tarditatis, cùm ſit impoſſibile vt motus eiuſdem ſtellæ ſit velox & tardus inſimul, niſi compoſitus ex motibus. Deinde dixit . aliarum autem erraticarū vniuſcuiuſq; vnam.i. addit in numero orbium ſtellarum erraticarum ſ qualibet ſtella vnum orbem. Ponebat igitur quinq; orbes vniuſcuiuſq; erraticarū. Deinde dixit , neceſſe eſt igitur , quoniam ſtella non mouetur per ſuum corpus, & ponebat iſtum orbem additū, quia opinabatur quòd impoſſibile eſt vt ſtella moueatur motibus diuerſis, ſecundum quòd mouetur per ſe, ſecundum quòd eſt pars orbis. Deinde dixit. ſi omnes congregentur,& cætera.ideſt,& omnes conuenīunt in hoc, quòd omnis ſtella habet de ſphæris minus quàm ſphæra primæ vna. Omnis enim ſphęra ex hoc circulo reuoluit vnamquanque primarum ſphærarum ad contrariam partem,ad quam mouentur primę ſphęrę, ita quòd ex hoc fit vt ſtella videatur retrograda ad ſuū primum locum zodiaci, deinde progreſſa. & quaſi intendit quòd ex motibus iſtorum orbium contrarijs fit vt ſtella videatur retrograda & progreſſa. Et ſecundum quòd Alexā. dixit, ponebant omni orbi orbium ſtellarum præter orbem ſignorum, orbem, qui mouet illum orbem ſuper vnum polum ad partem contrariā, ad quam mouetur primus orbis. & ponebant iſtos orbes mouentes ad contrarium . Quintum quidem ſub quarto, & ſuper eundem polum reuolui . Sextum autem ponebat ſub tertio , & ſuper eundem polum cùm eo . Septimum vero ſub ſecundo,& ſuper eundem polum cum eo . & dicebant quòd hoc modo motuum compoſitorum poſſunt conuenire apparentibus . Et iſta Aſtrologia non eſt manifeſta nobis ex hoc ſermone ſecundum motus iſtarum ſtellarum, quæ ponuntur in hoc tempore . & ſimiliter etiam hoc non eſt manifeſtum quòmodo fiunt motus gyratiui ex iſtis motibus contrarijs, niſi ponantur ſuper polos diuerſos. Motus enim contrarij, qui ſunt ſuper eoſdem polos , ſunt deſtruentes ſe adinuicem , ſcilicet quòd impoſſibile eſt q̄ duo motus contrarij ſint ſuper eundem polum , ſuper autem polos diuerſos poſſibile eſt, & ſimiliter ſuper contra diuerſa . Niſi aliquis dicat quòd orbis , in quo eſt ſtella , cùm poſuerimus ipſum inter duos orbes, qui mouentur ad contrarium , ſcilicet adinuicem , accidit ex hoc, vt orbis, in quo eſt ſtella , moueatur motu gyratiuo . ſed talis motus eſt violentus , qui non accidit corporibus cœleſtibus : ideo melius eſt reputare quòd motus iſti gyratiui fiant ex motibus contrarijs , & ſuper polos diuerſos. ſecundum hoc enim accidit vt ſtella videatur aliquando velox , & aliquando tarda, & aliquando retrograda, & aliquando progreſſa , vt diuerſetur ſua latitudo à zodiaco. Ponatur igitur hoc fundamentum. eſt enim fundamentum , ex cuius poſitione non accidit impoſſibile , & poteſt conuenire omnibus apparentibus . & iſte motus gyratiuus inuenitur in cœlo ſecundùm conuenientiam inter motum diurnum , & motum ſtellarum in ſuis orbibus decliuibus, ſcilicet quòd omnes Aſtrologi cōuenīunt in hoc, quòd poli orbium decliuium reuoluuntur in motu diurno in circuitu polorum totius.& iſte motus, vt Mathematici Hiſpaniæ dicunt , exiſtit in orbe ſtellato , & vocant ipſum motum proceſſus,& reuerſionis. Deinde dicit. Sphęræ igitur, in quibus mouētur, quædam ſunt octo, & quędā vigintiquinq;. & intendit per vigintiquinq; ſphæras, per quas mouentur ſtellæ erraticæ motu proprio. Iſte enim homo ponebat vnicuiq; ſtellarum erraticarum quinque orbes:& ſtellæ erraticæ ſunt quinq; erunt igitur orbes vigintiquinq; . & intendit per octo orbes quatuor, quos addidit in Sole & Luna,& ſunt ſtellæ, quæ mouent orbes eorum primos gyratiue, ſcilicet orbes, quos ponebant Solí , & Lunæ , & quatuor, quī reuoluunt orbem Saturni gyratiue . Deinde dicit , & ex iſtis non oportet mouerí in eis motu gyratiuo, quæ mouentur in eis facilíores earum.ideſt,& ex iſtis orbibus,qui eſt facilis motus , & eſt vltimus motus orbis, in quo ſunt ſtellę, non habet orbem,in quo reuoluatur gyratiue:& ideo reuoluentes diminuuntur à cæteris in vno tantum. Et dixit hoc, vt reputo , quia Sol & Luna non habent, vt apparet , retrogradationem & progreſſionem , ſed tantum velocitatem & tarditatem. Deide dicit. Quæ igitur mouētur motu gyratiuo,&c. intendit per ſex primos orbes , qui ſunt Solis , & Lunæ , ſcilicet deferentes non reuoluentes . & intendit per ſexdecim reuoluentes , quatuor ſtellas erraticas.

Motus cōtrarij, q̄ ſunt ſup eoſdē polos, ſunt deſtruentes ſe adinuicem. Vide.1. cœli cō.52.

Motus gyratiuus eſt violentus. Vide 2.Ph.t.c.10.

Oēs Aſtrologi conuenīūt in hoc, q̄ poli orbiū declíuiū reuoluuntur in motu diurno in circuitu polorū totius.

Erit

Erit igitur,ſicut dicit numerus orbium quinquaginta quinque . & eorum triginta & vnus ſunt deferentes, & vigintiquatuor reuoluentes. Deinde dicit, ſi autem nullus aliquis addat, &cę.ideſt,ſi autem diminuuntur quatuor reuoluentes Solis, & Lunæ ſecundum Eudoxum,& quatuor deferentes erraticarum, ſecundū Eudoxum erit numerus orbium quadragintaſeptem . Et ſecundum q̄ apparet ex ſuo ſermone debet eſſe numerus orbium ſecundum Eudoxum quadragintaſex. addebat enim in reuoluētibus quatuor, quos ponebat Solí,& Lunę:& addebat in deferētibus erraticarū quīq;.

Quare ſubſtantiasiquoq; & principia,tum immobilia,tum ſenſibília,tot rationabiliter arbitrandum eſt eſſe. quod enim neceſſariū eſt, relinquatur potentioribus dicendum.Quòd ſi nullam lationem poſſibile eſt eſſe, quæ non ordinetur ad lationem ſtellę, omnem item naturam , omnemq; ſubſtantiam impaſſibilem & per ſe arbitrari oportet optimum fortitam finem eſſe,nulla profecto pręter has alia natura erit,ſed hunc neceſſe eſt numerum ſubſtantiarum eſſe.ſi etenim aliæ ſunt, vtique mouebūt,cùm lationis finis ſint.Sed eſſe alias lationes præter dictas impoſſibile eſt . hoc autē ex his , quæ feruntur , rationabile eſt accípere.ſi enim omne,quod fert, eius gratia, quod fertur , ſuapte natura eſt: omniſq; latio alicuius, quod fertur eſt : nulla latio ſui gratia erit profecto , nec alterius lationis , verum ſtellarum cauſa.Si nanque latio lationis cauſa erit,illam quoq; oportebit aliarum gratia eſſe. quare cū non ſit proceſſus in infinitum,finis omnis lationis erit diuinorum corporū aliquod , quæ in cœlo feruntur.

Inde ſumitur q̄ nulla eſt intelligentia, quę non moueat aliquem orbem.

Omnis latio habet finem.

Neceſſe eſt igitur reputare q̄ príncipia immobilia et ſenſibilia ſunt huius numeri.quod autem eſt neceſſarium dimittendum eſt fortioribus.Si autem nō exiſtimaē q̄ motus omnino non eſt conueníens motui ſtellæ , & ratio etiam dat q̄ exiſtimandum eſt q̄ omnis natura & oīs ſubſtantia , in qua paſſio non exiſtit & eſt per ſe, inuenit diſpoſitionem meliorem,non igiē erit alia natura omnino niſi iſta, immo neceſſe eſt q̄ numerus ſubſtantiarum ſit iſte.quoniam,ſi eſſent alia, mouebūt igitur ea ſunt perfectio motus . Sed impoſſibile eſt vt ſint alíj motus à prædictis . & neceſſe eſt vt hoc ſit à motis. quoniam , ſi omnis motus eſt propter rem motam,& omnis motus eſt per aliquem motorem:nullus motus eſt omnino propter ſe,neq; propter aliū motum,ſed propter ſtellas . Quoniam , ſi motus erit propter motum , neceſſe erit vt ille ſit propter alium. ſed impoſſibile eſt vt illud , quod eſt in perfectione, ſit infinitum , & omnis motus corporis diuini eſt corporum,q̄ mouentur in cœlo.

Cùm poſuit q̄ numerus motuum aut ſunt quinquaginta quinq; aut quadraginta & ſeptem , & iam declarauit q̄ numerus ſubſtantiarum mouentium oportet eſſe ſecundum numerum corporum cœleſtium motorum, dixit q̄ oportet exiſtimare q̄ numerus ſubſtantiarum mouentium non naturalium, & numerus ſubſtantiarum ſenſibilium motarum eſt iſte numerus, et quòd hoc ſufficit nobis in hoc tempore . quod autem eſt verum et neceſſarium, dimittendum eſt habentibus ſollicitudinem in illa arte . Et ſcíendum eſt quòd numerus motuum, in quo conueníunt Moderní, eſt Solis quidē duo, & Lunæ quinq;, Mercurij autem ſeptem , vnuſcuiuſq; autem cæterarum erraticarum octo . orbis autem ſtellatus uno,motus diurnus,& motus proceſſus & reuerſionis , quem Ptolemęus exiſtimauit motum eſſe perfectum iſtius orbis ex oriente in occidentem, & ſicut eſt diſpoſitio de erraticis. omnes igitur erunt quinquagīta & vnus motus,ſ.augis Solis dubitabilis. iſti enim ſunt huiuſmodi numeri , ita quòd ponantur ſimplices, & quòd ſitus eorum ſint iſti , quos poſuit Ptolo. Si autem motus eorum fuerint compoſiti ex pluribus vno motu, vt in Aſtrologia antiqua, ferè duplicabatur iſte numerus. Deinde dicit . Si autem non exiſtimatur q̄ motus omnino, &cæ.ideſt, ſi autem poſuerimus quòd impoſſibile eſt vt ſit corpus cœleſte , quod non habeat quietem in motione ſtellæ alicuius , & poſuerimus q̄ príncipia mouentia impoſſibile eſt vt ſint niſi in diſpoſitione meliori, quòd nō accidit eis paſſio materiæ, cùm ſint entia per ſe non in materia, & eſſe eorum in diſpoſitione meliori eſt vt ſint mouētia, neceſſe eſt vt via numerandi iſta príncipia ſit via iſta, ſ. ex numeratione motuum ſtellarum . cùm enim poſuerimus quòd nulla ſubſtantia abſtracta eſt, quæ non moueat, quia tunc inueníretur in diſpoſitione diminuta:et, cùm poſuerimus q̄ omnis oris eſt propter ſtellam, & ſi non, eſſet ocioſum, manifeſtum eſt quòd via numerandi iſtas ſubſtātias abſtractas eſt via numerandi motum ſtellarum, Deinde cōfirmauit hoc, et d. quoniā ſi eſſent alia, &c.i. quoniam neceſſe ſi aliæ ſubſtantiæ ſint ab iſtis ſubſtantijs, vt ſint corpora mouentia cœleſtia alia ab iſtis corporibus:quoniam vnaquæq; illarum ſubſtātiarum eſt perfectio & finis motus . Deinde dicit. Sed impoſſibile eſt vt ſint alíj motus à prædictis.i.ſed impoſſibile eſt vt alíj motus ſint ab eis, qui comprehenſi ſunt, aut poſſunt comprehendi. impoſſibile eſt igitur vt ſint ſubſtātiæ mouentes, niſi illæ, quæ ſunt ſecundum numerum motuum. Deinde dicit . & neceſſe eſt vt hoc ſit à motis.i. neceſſe eſt vt non ſint alíj motus à prædictis, quia ratione ſunt alíj mota à prædictis. Deinde incœpit declarare hoc, & dixit . quoniam , ſi omnis motus eſt propter rem motam,&cę.ideſt, & neceſſe eſt vt numerus motuum ſit ſecundum numerum rerum mouentium & motarum.quoniam, ſi omnis motus eſt propter eſſe in aliquo moto , & propter aliquem motorem: & nullus motus eſt propter ſe, neq; propter alium motum, ſed omnis motus eſt propter ſtellas:neceſſe eſt vt idem ſit numerus motuum,& motorum, & mouentium.& dixit hoc, quia forte aliquis poteſt dicere, forte ſunt alíj motus præter iſtos dictos. D. incœpit declarare hoc, & dixit . Quoniam ſi motus erit propter aliud , & cæ, ideſt. quoniam , ſi motus fuerit propter alium motum, contingeret vt ille etiam ſit propter alium , & ſic in infinitum. ſed impoſſibile eſt vt habens finem & complemētum ſit infinitum:infinitum enim non habet finem: neceſſe eſt igitur vt omnis motus ſit propter corpus diuinum corporum,quæ mouentur in cœlo,ſ. ſtellarum.& hic complet ſermo Alexan. expoſitiuus.

Nulla ſubſtātia abſtracta eſt, quæ non moueat, quia tunc inueníretur in diſpoſitione diminuta.

Impoſſibile eſt vt habens finem & complemētum ſit infinitum.

Quòd autem cœlum ſit vnum , manifeſtū eſt.ſi enim plures ſint cœlí, vt homines, principium vniuſcuiuſq; erit ſpecie vnum, nume-

Quæcunque multa numero, materiam habẽt.

eo multa. at quæcunq; multa numero, materiam habẽt. Vna etenim & eadem multorum ratio est, veluti hominis. Socrates vero vnus. ipsum vero quid erat esse primum non habet materiam, cùm actus sit. vnũ ergo, tum ratione, tum numero primum mouens immobile ens est. & id igitur, quod semper continuoq; mouetur. vnum ergo tantum cœlum est.

Quoniam autem cœlum est vnum, manifestum est. q, si plures cœli fuerint, erunt sicut homines. si autem principium hominis vnius est vnum, & fuerit vnũ in numero, et plura, & aliud numero multum, habet materiã. Vnus enim sermo, qui est idem, est etiam plures, vt sermo hominis. Socratis autem vnus. quod autem est per primam essentiam non habet materiã, quia est perfectio. primus igitur motor, qui non mouetur, est vnus ratione, et numero. oportet igitur vt motum semper continuo motu sit vnũ tantum. ergo cœlum est vnum tantum.

49 Quoniam autem vnum est cœlum, manifestum est. & innuit q, mundus est vnus, non plures. quoniam, sicut d. si cœli essent plures, essent sicut indutidua hominum, s. vnũ definitione, et plures numero: sicut homo, qui est vnus definitione, et plures secũdum numerum. Et hoc intẽdebat cùm d. si autem principium hominis vnius, &c. t. si autem plures cœli essent, contingeret vt principium cuiuslibet cœli esset vnum numero, erit igitur principium cœlorum vnum in specie, plura in numero. Et hoc magis manifestum est in alia translatione, & est. d. enim. & erit principium, quod est vnum in specie & plura numero. Et potest intelligi sic. & erit principium, quod posuimus, vnum in specie, & plura in numero. D. d. vnum in numero, & plura, habet materiam. i. & omne, quod est vnum, & plura in numero, i. vnum in specie, & plura in numero, habet materiam. sed tam declaratum est q, principiũ cœli non habet materiam. D. d. Vnus enim sermo, &c. i. ea autẽ, quę sunt vnum in ratione, i. definitione, sunt plura in numero. vt homo, qui est vnus in numero, & plura in potentia, vt Socrates & Plato. D. d. quod aũt est per primam essentiam, non habet materiam, quia est perfectio. i. & hoc fuit ita, q, prima essentia, q̃ significat esse rei, oportet vt non habeat materiam. quoniam, si haberet materiam, haberet aliam essentiã, & sic in infinitum. & ideo necesse est vt prima forma, quæ perfectio est, & finis, non habeat materiam. erit ergo simplex. & omne simplex est nõ in materia. D. d. primus igitur motor, qui non mouetur, est vnus definitione & numero. D. dicit oportet igitur vt motũ semper motu continuo sit vnũ tantum. ergo cœlum est vnum tantum. i. & si motor est vnus numero, ergo ipsum primum motum ab eo, si mouetur motu continuo, est vnum etiam numero. & si cœlum est tale, vt declaratum est, ergo cœlũ est vnũ numero, mouetur enim vno motu cõtinuo ab vno motore numero, & definitione.

Idem. 1. Me. com. 40.

Tradita autem sunt quædam à maioribus nostris, & admodum Antiquis, ac in fabulæ figura posterioribus relicta, quòd hi Dij sunt, vniuersamq; naturam diuinum continet. Cætera vero fabulose ad multitudinis persuasionem, & ad legum, ac eius quod conferat opportunitatem, iam allata sunt. hominiformes nanq;, ac aliorum animalium nonnullis similes eos dicunt, ac alia consequentia, & similia his, quæ dicta sunt. quorum siquis ipsum solũ primum separando accipiat, quòd Deos arbitrabantur primas substantias esse, diuine profecto dictum putabit: & (vt verisimile est) sæpius quaque arte & Philosophia, quò ad possibile fuit, inuenta, corruptaq; rursus, has illorum opiniones, quasi quasdam reliquias, nũc. vsq; saluatas esse.

Et accepta sunt ab Antiquissimis valde aliqua, quæ sunt in posterioribus, sicut fabulose, quòd ista sunt Dij, & quòd Deus continet omnia naturalia. Alia autem sunt similia fabulis propter vsum legum, & illud, quod est bonum hominibus. & ideo dicunt q, ista sunt similia quibusdã alijs animalibus, & alia similia istis, non conuenientia dictis. si igit aliquis distinxerit ex istis, et acceperit primum tantũ, opinabantur quòd primæ substantiæ sunt Dij: et secundum quòd oportet, cùm iam dictum sit multotiens in eo q, possibile est cuilibet artificio & Philosophiæ, & etiam corrumpuntur, & istæ sententiæ eorũ remanent vsq; modo, quasi reliquiæ.

Astrologi dicũt q, formę quę sunt hic obediunt formis cœlestibus.

Philosophia inuẽta fuit & corrupta infinities. Idẽ. 1. Meteororũ. &. 3. de ala. com. 5.

Cùm Aristo. fuerit primus, qui sciuit in suo tempore hoc principium, vult dare testimonium de sermonibus Antiquis acceptis à Chaldeis, in quibus fuit scientia perfecta fm illud, quod remanet de sermonibus eorũ & est quasi apologus. Et d. & accepta sunt ab Antiquissimis valde. i. & accepta sunt ab antiqssimis, quę sunt hodie quasi apologus. i. q, corpora cœlestia sunt Dij: & q, Dij continent omnia naturalia. D. d. Alia autem sunt, &c. t. Alij aũt sermones, & apologi in corporibus pter illos, qui accepti sunt à Chaldeis, veræ sunt fabulæ sine aliqua veritate: & nõ fuerunt scriptæ, nisi ad corrigẽdum mores hominum ad illud, quod est bonum eis. D. d. & ideo dicunt q, ista sunt similia quibusdam alijs animalibus. i. & isti apologi sunt hoc, qd dicunt, q, hæc corpora sunt similia modis animalium. Et innuit per hoc formas cœlestes, quas dicunt similes esse formis, quæ sunt hic. & q, formæ, quę sunt hic, sunt obedientes illis, sicut dicunt Astrologi. D. d. & alia sit multa istis, &c. t. & alij apologi non cõuenientes et, qd declaratum est de his principijs, neq; fm remotam expositionẽ. D. d. si igitur aliqs distinxerit, &c. i. & si aliquis homo exposuerit sermonem eorum, q, intẽdebat per Deos primas substantias, quę sunt principia corporum cœlestium, tunc expositio erit vera, & tunc apologus erit conuenientis veritati. Et signum eius, q, Antiqui intendebant per deos illas substantias, est quia iam Philosophia inuẽta fuit, et corrupta infinities, sicut alia artificialia. & hoc intendebat, cùm d. cùm iam dictum est multotiens, &c. i. & cùm iam hoc dictum fuit, & scitum multotiẽs, cùm hoc possibile est in omni artificio, & in Philosophia. Omne enim generabile est corruptibile, & omne generabile & corruptibile reciproçatur infinities. D. d. et q, istæ snt eorũ remãserunt q̃ strelinq; vsq; modo. & ideo opinandũ est q, isti apologi sunt reliquiæ opinionũ eorũ, quę corruptę sunt, & destructæ.

Paterna

Paterna itaque, ac priorum opinio in tantum nobis manifesta sit.

Caput Quartum. Examinantur nonnulle dubitationes circa primi intellectus intellectionem.

EA vero, quæ circa mentẽ sunt, quasdam dubitationes habent. Videtur enim eorum, quæ apparent, quid diuinissimum esse. quo vero modo se habens, talis erit, difficultates quasdã habet. Siue enim nihil intelligat, sed ita se habeat, vt dormiens, quidnam præcellens erit? siue intelligat, huius vero aliud sit principale (nõ enim id, quod est eius substantia, intellectio erit, sed potentia) profecto non erit optima substãtia. siquidem eo quod intelligit, ei honorabilitas inest. Præterea, siue mens, siue intellectio eius substantia sit, quid intelligit? aut enim ipsa seipsam, aut aliquid aliud. quod si aliud, aut idẽ semper, aut aliud. Vtrum autem differt aliquid, an nihil intelligere bonum, vel quodcunque? An vero de quibusdam ipsam etiã & cogitare absurdum est. Manifestũ itaq; est, quòd illud intelligit, quod diuinissimum, honorabilissimumq; est. Neque mutatur. in deterius nanque mutatio fieret, ac motus, quod huiusmodi iam esset. Primo igitur, si non est intellectio, sed potentia, rationabile est laboriosam ei continuationem intelligendi esse. Deinde dilucidũ, quòd aliquid aliud honorabilius esset q, mens, id scilicet, quod intelligitur. Et intelligere profecto, ac intellectio, & quod pessimum intelligenti inerit. Quare fugiẽdum hoc est. etenim quædam melius est nõ videre q̃ videre. aliquí nõ fuerit quod optimum intellectio. Seipsam ergo intelligit, si est quidem, quod optimum est, & est intellectio intellectionis intellectio. At videtur semper alterius esse, tum sciẽtia, tũ sensus, & opinio, ac cogitatio: sui vero ipsius prætẽr necessitatem. Si aliud præterea intelligere, aliud intelligi sit, fm quod horum inest ei bene esse? quandoquidem non est idem intellectioni esse & intellecto. An in quibusdam sciẽtia est ipsa res. in effectiuis quidem absque materia substantia, & ipsum quid erat esse: in speculatiuis vero, ratio, res, & intellectio. Cùm igitur non sit diuersum id quod intelligitur & intellectus, quæcunq; non habent materiam, idem erunt, ac intellectio vna eius, quod intelligitur, Item restat dubitatio, vtrum compositum sit, quod intelligitur. mutaretur etenim in partibus totius. An omne non habens materiam indiuisibile est, quẽadmodum humanus intellectus, aut qui cõpositorum in aliquo tẽpore se habet.

Non videre quædam dignius est q̃ videre.

Accessorie.

Omne nõ habẽs materiã indiuisibile est.

nam nõ bene esse habet in hoc aut in hoc, verum in toto quoddam, quod optimum est, aliud ab eo existens. sic autẽ ipsa sui ipsius intellectio per totum æternum se habet.

Sententia autem patrum præcedens omnia est hæc, & quantum declaratum est nobis ex illa, & est de intellectu tm̃. Et in eo sunt plures dubitationes. Videtur enim esse ex apparentibus q, est valde diuinum. quomodo autem est tale, est valde difficile. Quoniam si nihil intelligit, quid est illud nobile quod est ei? non enim est ei, nisi sicut dormienti. & si intelligit, habet aliud dominum, qm̃ substãtia eius non est hoc intelligere, sed potẽtia in eo. ergo non erit substantia nobilissima oium entiũ, qui, nobilitas nõ inest ei, nisi qa intelligit. Et etiam, si substantia eius est intellecta, est igitur aut sui ipsius, aut alterius. & si alterius, qd est illud, quod semper est vnũ, & non aliud? Et vtrum nõ est differẽtia oino intelligere bonũ, aut quodcunq;? Aut impossibile est vt intelligat in diuersis. Manifestum est enim quòd ipse intelligit intellectum valde diuinum, & valde nobilem. Et non transmutatur. trãsmutatio etiam est ad malum. & quod est tale, est aliquis motus. Et primo, si non intelligit, sed est potentia, necesse est vt consecutio intelligendi inducat ei lassitudinem. Et postea manifestum est q, nobile valde erit aliud ab intellectu & intellecto. Intelligere. n. tũc erit eius, quod habet intelligere vilius. Si igit necesse est fugere hoc. nõ videre enim quædã est melius, et nobilius q, videre. nobilius igitur non intelligit. Ergo intelligit se, cùm est fortius, & ipse intelligit intelligere. Sed semper videmus q, alterius est scientia, & sensus, & existimatio: & intelligere sui ipsius, aut accidẽtaliter. Aut etiã, si intelligere & passio sint aliud & aliud, ex quo igitur erit bonitas? quoniam essentia intelligendi nõ est eadem. Et sicut in quibusdã rebus sciẽtia est scitum, quoniam in rebus intellectis substantia est sine materia, et quod est per essentiam. in rebus autem essentialibus res est ratio, & intellectus. intellectum enim nõ est aliud ab intellectu. Omne igitur, quod non habet materiam, est idem. intelligere enim & passio est etiam idem. Relinquitur autem dubitatio, si intellectum est compositum. quoniam hic tunc transmutaretur in partibus totius. Et nõ diuiditur omne, quod non habet materiam, vt intellectus humanus. & quod est compositum ex bonitate in hoc est secundum hunc modum: sed nobile in aliquo est omne, & est aliud. & secundum hanc dispositionem intelligere est per se in toto seculo.

Quia

91 Nobilissima ipsum cõnum quæ sunt de Deo, est scire quid intelligit.

Quia ista quæstio est nobilissima omnium, quę sunt de Deo, scire quid intelligit, & est, desyderata ab omnibus naturaliter: &, quia Chaldei valde sunt perscrutati de ea, vocauit eam sententiam patrum, et dedit primo dubitationem in hoc quid intelligit Deus, & dicit. Videtur enim ex apparentibus, quod est valde diuturnum. t. videtur enim cp manifestum est, & apparẽs nobis cp necesse est vt sit nobilissimum omnium entium, ita cp nihil sit nobilius eo. D.d. quomodo autem est tale, est valde difficile. i. & quæstio non est in hoc, cp Deus debet esse perfectissimum & nobilissimum omnium: sed quæstio est quomodo erit hoc, quod est in fine perfectionis in se, sm cp est talis dispositionis. D.d. Quoniam, si nihil intelligit, etc. t. quoniam necesse est, si est intellectus, vt semper sit sm alterũ istorum duorum: aut sm dispositionẽ, in qua sciens nõ vtitur scientia sua, aut in qua vtitur. Si igitur fuerit in dispositiõe, in qua sciens non vtitur sua scientia, tunc est quasi dormiens, & non inuenitur in eo dispositio nobilis: & hoc est inconueniens. & si igitur est sm dispositionem, in qua sciens vtitur sua scientia, quid igitur est illud, quod intelligit in illa hora? oportet quidem vt sit valde nobile in fine, quapropter erit aliud ens nobilius isto. Intellectum enim est perfectio intelligentis. & hoc intendebat, cùm dicit. & si intelligit habet alium dominũ. D. d. quoniam substantia eius non est hoc intelligere, sed potẽtia in eo. i. et causa in hoc est, qa, si intelligit aliud, tunc substantia eius non erit actio eius, sed substantia eius erit potentia, qua fit ista actio, quapropter perficitur necessario per hanc actionem, sicut intellectus perficitur in nobis per illud, quod intelligit. D.d. ergo non erit substantia nobilissima omnium entium, quia nobilitas non est ea, nisi quia intelligit. t. ergo substantia eius non erit et nobilissima omnium entium, qa nobilitas nõ est ea, nisi quia perficit per aliud, quod aliud necesse est vt sit nobilius eo. quia intellectum est perfectio intellectus. D.d. Et etiam, si substantia eius est intellectus, & intelligere est sui ipsius, aut alterius. i. &, si substãtia eius est in hoc, cp intelligat, necesse est aut vt intelligat se, aut vt intelligat aliud extra se. D.d. & si alterius, qd igitur est quod semp est vnũ, et nõ aliud. i. & si suum esse semper est in hoc, cp intelligat aliud, qd est igitur illud, quod semp est vnũ per se sine alio? hoc enim non est, qua est per esse alterius e contrario illi, quod positum est de primo principio, s. cp primũ principium est illud, quod semp est sine hoc, quod indiget altero. D.d. Et verum non est differẽtia, &c. t. & contingit vt nulla differentia fit in ponendo primum principium intelligere, & in ponendo intelligere quodcunq; sit, siue bonũ, siue malum. D.d. Aut impossibile est vt intelligat in diuersis, &c. t. aut dicamus cp impossibile est vt intellectus eius perficiatur per aliud, quodcunq; sit. Illud enim, quod intelligit quodcunq;, intellectus eius cõsequitur illud, quod intelligit. i. quoniam semper est sub eo in ordine, sed manifestum est ex notis nobis cp intellectus diuinus necesse est vt sit valde nobile, & valde perfectum. Et etiam quod intelligit aliud, transmutatur in sua substãtia in aliud. & omne, quod transmutatur in aliud, possibile est vt trãsmutetur in aliud, quando transmutatur in vilius eo. t. cp, cùm primum intelligat quodlibet, necesse est vt transmutetur in vilius. D.d. & quod est tale, est aliqs motus. t. & cuius intellectus est talis, vel talis intellectus, s. exiens de potentia in actum, sicut est demõstratio intellectuum. intellectus eius est motus: & omnis motus est à motore: qua propter primum patitur, & mouetur ab alio. D.d. Et primo si non intelligit, &c æ. t. & si trãsmutetur in suo intellectu ex aliquo in aliquid, i. qa non intelligit aliquid, & post aliud, sicut intelligit intellectus in nobis non subito, necesse est vt successiõ in tellectorum faciat ei lassitudinem, quando vult intelligere eas, & numerare eas insimul. Et hoc non contingit, nisi cùm posuerimus ipsum intelligere omnia successiue. cùm autem posuerimus ipsum intelligere subito, non contingit hoc: sed contingit vt in eo sit multitudo, & cp perficiatur per vilius. D.d. Et postea manifestum est cp nobile valde erit aliud, &c. t. manifestũ est cp principium nobilissimum nõ acquirit nobilitatem, nisi per suam actionem: quemadmodum intellectus in eis, qui intelligunt, s. quoniam non acquirunt nobilitatem, nisi per actionem intellectus. Si igitur primum intelligit vilia, contingit vt sua nobilitas sit intelligendo vilia; quapropter & sua actio erit vilissima actionum. D.d. Si igitur oportet nobile fugere actionem vilem, necesse est enim apud nos non videre quædam esse melius cp videre, & non est necesse quamvis videre nobilius est cp non videre, vt sit simplex. sed in rebus nobilioribus dixit hoc, s. ne aliquis dicat cp continget ex hoc vt primum ignoret plura. & quasi dicat respondendo quòd ignorare vilia est melius cp scire. D.d. nobilius igitur non intelligit, s. viliorem. vel sic, nobiliorem non intelligit. D.d. Ergo intelligit se, i. & cùm impossibile est ipsum intelligere vilius aut nobilius, cũ non est nobilius. cp intelligat, ergo intelligit se. D.d. cùm est fortius, etc. ideest, cũ sit nobilioris intellectus omnibus rebus. & dicit hoc, qa intellectus in nobis nõ intelligit se, nisi * accidentaliter. D.d. & ipse intelligit intelligere. i. & intelligit suam actionẽ, quæ est intelligere, sua enim substantia est sua actio. D.d. Sed semper videmus cp alterius est scientia, & sensus, &c. i. sed videmus cognoscere, & sentire, & existimare, & intelligere esse aliud ab eo, cuius sunt. t. ab intellecto, cognito, & sensato, et existimato in nobis. hæ enim actiones existis virtutibus sunt aliorum, non sui ipsorum, nisi per accidens, s. quia sensus, & existimatio, & intellectus sunt intellecti, & sensati, & existimati non per se, sed per accidens. t. cp intellectus in nobis non intelligit se nisi per accidens, scilicet quia accidit intellecto cp sit forma intellectus, & similiter accidit existimato cp sit existimatio, & sensato similiter cp fuit sensus sentire. & hoc fuit, quia intellectus noster est in nobis intellectum omnibus modis. & magis remotum hoc est, cp sensus sit sensatum. D.d. Aut etiam, si intelligere, & passio sint aliud, & aliud. i. cp si iste intellectus intelligit aliud, tũc erit patiens et faciens, & passio. ex quo igitur erit nobilitas in patiẽte, vtrũ ex passione, aut essentia patiẽte, aut ex eo, à quo fit passio? ista enim tria sunt consimilia, & dissimilia in omni, quod intelligit aliud. & ideo sicut essentia intellectus non est eadem cum intelligere, quod est actio intellectus eius in nobis, & intellecto in nobis intelligere non est idem omnibus modis. Et causa in hoc est, quia intellectum in nobis est aliud ab intelligente. in eis autem, quæ sunt non in materia, contingit vt intellectum, & intellectus, et actio intellectus sint idem. Et hoc intendebat cùm dicit. Et sicut in quibusdam rebus scita, etc. ideest, et sicut videmus cp vere possumus dicere quòd scientia est res scita, et res scita est scientia, quæ est in materia, sicut de artificio et artificiali: dicimus enim cp forma artificialis, quæ est in materia, et quæ est in anima artificis est eadem: quanto magis debet esse in rebus intelligentibus, quibus materia non admiscetur, et non sunt nisi forma et essentia signans esse rei. D.d. in rebus autẽ essentialibus, etc. t. in rebus autem speculatiuis definitum est definitio, et intellectũ intellectus. D.d. intellectum enim non est aliud ab intellecto. i. intellectũ igitur in rebus abstractis à materia dignius est vt nõ sit aliud ab intellectu. D.d. Omne igit, quod non habet

Incertã est perfectio intelligentis.

Ignorare vilia est melius q̃ scire.

Intellect° in nobis nõ intelligit se nisi accidentaliter. Vid. 1. de Anima tex cõ 8 *a. i. actualit.

In abstractis a materia idẽ est intellectũ intellectus et intellectũ.

habet materiã, etc. i. declaratum est igitur cp omne carens materia, et intellectum, & intellectus in eo idẽ est. patiens enim & passio idem est. Et, cùm declarauit cp nihil intelligit extra se, incepit quærere vtrum illud, quod intelligit ex se, est vnum simplex aut multa composita. & dicit. Relinquitur autem dubitatio, si intellectum est compositum. quoniam hic tunc transmutaretur in partibus totius. t. remanet igitur dubitatio in intellecto ab eo, vtrum sit simplex aut cõpositum ex multis intellectis. sed, si fuerit compositũ ex multis intellectis, necesse est ipsum esse diuersarũ partium non consimilium. quia tale multa intelligit: & quod intelligit multa, intelligit aliqua extra se, quę aliqua sunt causæ ipsius. D.d. Et non diuiditur omne, quod non habet materiam, vt intellectus humanus. Potest intelligi cp omne intellectum intellectus, cuius intellectus non habet materiam, & est illud, quod idem est in eo intellectus & intellectũ, impossibile est vt diuidatur: sicut est possibile vt diuidatur in intellectu humano, si causa diuisionis in intellectu humano est, quia intellectum aliquo modo est aliud ab intellectu. quoniam, si intellectus & intellectum in eo essent vnũ omnibus modis, non cõtingeret ea vt in intellectu eius essent plura. causa enim multitudinis est alietas inter intellectũ, & rem intellectam in nobis. Et potest intelligi cp signũ eius est, cp omne carens materia non diuiditur in eo intellectus ab intellecto, est intellectus humanus. Videmus enim ipsum liberatum à materia in se, et quãuis non sit liberatus simpliciter, intellectus & intellectum in eo idem est. Et cùm ita sit illud, quod est liberatum à materia simpliciter, intellectum & intellectus in eo idem est simpliciter. Deinde di. & quod est compositum de bontate in hoc est sm hunc modum. t. & res compositæ non addunt sibi in nobilitate admiscem nisi in paucitate compositionis, & propinquitate eorum primo simplici in illo genere: & cùm fuerit aliquod genus intelligentiarum, quæ diuersantur adinuicem in compositione, s. in alietate intellecti in eis ab intellectu, nobilius eorum est illud, quod est minoris cõpositionis in illo genere, immo illud est simplex in illo genere. D.d. sed nobile in aliquo est omne, & est aliud. t. immo necesse est vt nobile in omni genere sit omne, & simplex indiuisibile, & singulare, & per se extra compositum, s. cp substantia eius non est in compositione. verbi gratia cp calida non semper abundant adinuicẽ, nisi in paucitate & multitudine caloris. & ideo calidum simpliciter est, in quo non est compositio ignis, cùm non admisceatur ei aliud corpus, propter quod fiat modici caloris, et similiter primus ũtellectus necesse est vt sit simplex, & vnum simpliciter. D.d. & sm hanc dispositionẽ intelligere est per se in toto seculo. i. & quia nihil intelligit extra se, cùm sit simplex, tunc, cùm intelligit se, non accidit ei trãsmutatio neq; lassitudo in omni seculo, sicut accidit intellectui in nobis. Et sic debet esse in alijs intelligentijs abstractis. Sed primus est simplicior eorũ: & ideo est vnus simpliciter sine aliqua multiplicitate, neq; propter alietatem intellectus & intellecti, neq; propter multitudinem intellectorum. Multitudo enim intellectorũ in eodem intellectu, sicut est in intellectu in nobis, consequitur alietatem, quæ inuenitur in eo, s. alietatẽ intellectus & intellecti in nobis, quoniam, cùm intellectus & intellectum fuerint adunata perfecta adunatione, contingit vt intellecta multa plura, quæ sunt intellectus illius, adunentur & fiant vnum & simplex omnibus modis. quoniam, si remanerent illa intellecta, quæ sunt in vno intellectu, plura, & non adunarentur cum essentia intellectus, tũc essentia eius aliud erit ab eis. Et cùm hoc ignorauit Themistius d. cp possibile est cp intellectus intelligat multa in tellecta subito. hoc enim contradicit sermoni nostro, cùm diximus cp intelligit se, & nihil aliud extrinsecus. & cp intellectus & intellectum in eo sunt idẽ omnibus modis. dicit enim cp intelligit omnia, ex quo intelligit se esse principium eorum. Et omnia ista sunt eius, qui non intelligit demonstrationes Aristo. sed tamen hunc contingit inconuenientem in hoc loco, & est vt sit ignorans ea, quæ sunt hic, & ideo dixerunt quidam cp ipse scit omnia, quæ sunt hic, scientia vniuersali, non scientia particulari. Et veritas est cp primum scit omnia, sm cp scit se tantum scientia in esse, quod est causa eorum esse. verbi gratia qui scit calorem ignis tantum, non dicitur nescire naturam caloris existentis in reliquis calidis: sed iste est ille, qui scit naturam caloris, sm q̃ est calor. Et similiter primus ũtellectus necesse est vt sit simplex, & vnum simpliciter. D.d. & sm hanc dispositionẽ intelligere est per se in toto seculo. i. & quia nihil intelligit extra se, cùm sit simplex, tunc, cùm intelligit se, non accidit ei trãsmutatio neq; lassitudo in omni seculo, sicut accidit intellectui in nobis. Et sic debet esse in alijs intelligentijs abstractis. Sed primus est simplicior eorũ: & ideo est vnus simpliciter sine aliqua multiplicitate, neq; propter alietatem intellectus & intellecti, neq; propter multitudinem intellectorum. Multitudo enim intellectorũ in eodem intellectu, sicut est in intellectu in nobis, consequitur alietatem, quæ inuenitur in eo, s. alietatẽ intellectus & intellecti in nobis, quoniam, cùm intellectus & intellectum fuerint adunata perfecta adunatione, contingit vt intellecta multa plura, quæ sunt intellectus illius, adunentur & fiant vnum & simplex omnibus modis. quoniam, si remanerent illa intellecta, quæ sunt in vno intellectu, plura, & non adunarentur cum essentia intellectus, tũc essentia eius aliud erit ab eis. Et cùm hoc ignorauit Themistius d. cp possibile est cp intellectus intelligat multa in

Causa multitudinis in intellectis est alietas inter intellectũ & rem intellectam in nobis.

Res compositæ non addunt in nobilitate sibi ad inuicẽ nisi in paucitate cõpositionis & propinquitate eorũ pro simplici in illo genere.

Digressio, qua ostenditur primus intellectus est simplicissimus, et tantũ vnum intelligit.

Sententia Themistij.

Impugnatio

Quomõ intellectus diuinus oia scit sm Aust.

Hoc nomen scia æquiuoce dicitur de scia Dei, & de scientia nostra. Sententia Dei non est vna, neque particularis. Lãbda destructo destruc. disp. 11. in solutione primi dubij.

Summa Tertia. Quo pacto uniuersi natura ipsum bonum, ipsumq; optimum habeat, opinio propria, aliarumq; impugnatio.

Vide Auer. in Epit. tract. 4.

Erscrutandum autem etiã hoc, quonam modo natura vniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum: vtrum separatum quiddam, & ipsum, an per se, an ipso ordine. An vtroq; modo, quemadmodum exercitus. etenim bene esse eius, in ordine, & dux ipse est, ac magis ipse. nõ enim ipse propter ordinem, verum ordo propter ipsum est. Cuncta autẽ coordinata quodam modo sunt, verum non similiter & natantia, & volatilia, & plantæ. nec ita se habent, vt sit vllum alteri ad alterũ, sed sunt ad quippiam: ad vnum nãque coordinata sunt omnia. Verum, quemadmodum in domo liberis qdem minime licet quodcunque facere, sed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata sunt: mãcipijs vero & bestijs parum, quod ad cõmune conferat, sed vt plurimum quodcunq; contingit (talę nãq; principiũ cuiusq; eorũ natura est.)

Ad vnũ omnia coordinata esse.

Et perscrutemur etiam quomodo in natura totius bonum & nobile, vtrum sit aliquid distinctum per se, aut per ordinem, aut vtroq; modo, vt in exercitu. In ordine. n. est bonum, & in duce exercitus, sed in duce magis.

ille

ſtic enim non eſt propter ordinẽ, ſed ille propter iſtum. Ordinata enim ſunt inſimul omnia aliquo modo, ſed non ordine conſimili ſunt natantia, & volatilia, & plãtæ. ſed tamen non ſunt in tali diſpoſitione, in qua non comparantur adinuicem omnino, immo aliquid: omnia enim ordinata ſunt in reſpectu alicuius. Sed ſicut liberi domus raro non licentiantur ad faciendum quicquid comprehendunt, ſed omnes actiones eorum, aut plures ſunt ordinatæ: ſeruientes autem, & lupi in pauco communicant illis in actione, & pars maior actionũ iſtorum eſt quocunque, quomodolibet, & qualibet. principium enim cuiuslibet eorum eſt tale natura.

52 Iſta eſt tertia pars iſtius tractatus. & intendit in ea perſcrutari, vtrum entia ſint per ſe entia adinuicem, & omnia ſint propter primum, ſicut eſt de membris hominis cum primo principio, quo ſit homo: aut nulla ligatio eſt inter ea, ſed eſſe eorum adinuicem eſt à caſu, & omnia ſunt propter aliquod extrinſecum ab eis. &, quia manifeſtum eſt per ſe ꝙ habẽt aliquod bonum et aliquem finẽ, propter quẽ fiunt, perſcrutatus eſt vtrũ bonum, quod eſt in entibus, eſt extrinſecum, & diſtinctum ab eis: ſed nullum bonum habent exiſtens in ordine, i. quoniam non ſunt ordinata propter ſe adinuicem. ordinata enim propter ſe adinuicẽ, illud bonum, quod exiſtit in eis, exiſtit in ordine: aut bonum exiſtẽs in eis non eſt niſi in ordine tantum. & nullum bonum habent diſtinctum à toto, aut eſt in vtroq;. Verbi gratiæ vtrum bonum exiſtens in quolibet modo modorum hominũ exiſtentium in vna ciuitate, ſ. finis, quem intendunt per actiones eorum, eſt aliquod diſtinctum & extrinſecum ab eis, verbi gratia, primus princeps: aut bonum, quod eſt in eis non eſt, niſi propter priorit-
40 tatem eorum adinuicem: aut in vtroq;, ſ. propter primum principem, & propter prioritatem eorum adinuicem: Et hoc intẽdebat, cũ dicit. Et perſcrutemur etc. ideſt, & perſcrutandum eſt vtrum bonum, quod eſt in iſtis entibus, ſ. illud, ꝓpter quod ſunt, ſit extrinſecum & diſtinctum ab eis. aut eſt in ordine eorũ adinuicem, ſcilicet in eſſe quorundam propter quædam: aut eſt in vtroq;, ſicut eſt in exercitu. Bonũ enim exiſtit in exercitu propter ducẽ in exercitu, & propter ordinẽ eius. ſed bonum, quod eſt in duce, maius eſt bono, quod eſt in ordine. Ordo enim eſt propter ducem, ſed dux non
50 eſt ꝓpter ordinem, cùm dux ſit cauſa ordinis, ſed non eſt ordo cauſa ducis. Et hoc intẽdebat cùm dicit. In ordine enim eſt bonum, & in duce exercitus, ſed in duce magis. i. bonũ enim exiſtit in vtroq;, ſed magis in duce. D. d. cauſam in hoc, & dicit. iſte enim non eſt propter ordinem, ſed ille propter iſtum. i. dux non eſt propter ordinem, ſed ordo propter ducẽ. & quia bonũ exiſtit in hoc toto vtroq; modo, ſ. propter ordinẽ, & propter illud, propter quod eſt ordo, ſ. primum principiũ.
60 & omnia, quæ ſunt ſub primo principio non æqualiter habent ordinem, hæc enim quidem perfectum habent ordinem, ita ꝙ nihil admiſceatur eis per accidens, ſicut eſt de corporibus cœleſtibus: hæc autem, inuenitur in in eis priuatio ordinis per accidens, & ſunt ea, quę ſunt ſub corporibus cœleſtibus. Et hoc valde ſimile eſt ei, quod continetur in vna domo continente ſeruos, & liberos. Liberi enim nullam actionem faciunt, niſi propter regimen domus: ſeruientes autem multotiens faciunt actiones non conuenientes regimini domus. Et ideo dicit. Ordinata enim ſunt inſimul oſa aliquo modo, &c. i. &, cùm conſyderata fuerint omnia entia, quę ſunt in mundo, inuenientur non eodẽ ordine, ſed quædam eorũ magis in hoc quibuſdam, ſicut eſt de lupis, & animalibus, & volatilibus, & plantis. D. d. ſed tamen non ſunt in tali diſpoſitione &c. i. & cùm conſyderantur, non inuenientur carentia ordine omnino, ſ. in diſpoſitione, in qua nullum eorum eſt per aliquod, immo in eis videtur aliquis ordo. D. d. omnia. n. ordinata ſunt in reſpectu alicuius. t. apparet enim ꝙ hoc commune eſt omnibus entibus, ſ. ꝙ oſa ſunt propter vnũ, & ꝙ actiones eorum ſunt erga illud vnum, & eſt prima cauſa: quemadmodum omnia, quæ ſunt in domo, propter dominum domus ſunt. D. d. Sed ſicut liberi domus raro non licentiantur ad faciendum quicquid comprehendunt, &c. i. quoniam actiones corporũ cœleſtium in cõmunicatione eorum adinuicem in conſtitutione mundi, eſt ſicut actio liberorum in cõſtitutione domus. Quemadmodum enim liberi non licentiantur ad faciendum omnia, quę apperunt de actionibus, ſed omnes actiones eorum ſunt propter iuuamentum eorum adinuicem, ita eſt de corporibus cœleſtibus. ea autem, quæ ſunt ſub iſtis de entibus, ſunt ſicut ſeruientes, & lupi conſeruantes domos. Quemadmodũ enim actiones ſeruientium cõmunicantes cum liberis paucę ſunt, & pauciores luporum, ita ſunt in eis, quę ſunt ſub corporibus cœleſtibus. D. d. cauſam, propter quam modicus eſt ordo exiſtens in actionibus rerum * naturalium, & dicit. principium enim cuiuslibet eorum eſt tale natura. t. et eſt ita, quoniam principium cuiuslibet iſtorum impoſſibile eſt vt habeat naturaliter prius. Et poteſt intelligi, quoniam principium vtriuſq; iſtorum modorum, ſ. voluntarij et naturalis, oportet vt habeat talem intentionem accidentis. Et ſciendum eſt ꝙ hęc eſt ſententia Ariſt. in ſollicitudine: & per iſtam diſſoluuntur omnes quæſtiones contingentes ſollicitudini. Sũt enim quidam, qui dicũt quoniam nihil eſt, de quo Deus non habeat ſollicitudinem. Dicunt etiam ꝙ non licet ſapienti dimittere aliquid ſine ſollicitudine, neq; vt faciat malum: & ꝙ omnes actiones eiuſdem ſunt iuſtæ. Et alij, qui contradixerunt huic ſermoni de hoc, quod inuenitur, quoniam multa mala ſunt, & debet ſapiens dimittere ea. Iſti igitur ſunt in extremo contradictorio, ſ. ꝙ nulla ſollicitudo eſt in eo omnino. Et veritas eſt in hoc, ꝙ ſollicitudo eſt, & ꝙ, ſi aliqua ſunt ſine ſollicitudine, prouenũt ex neceſſitate materię, non ex diminutione agentis: ita ꝙ hoc excitat quoſdam ad dicendum duos Deos eſſe, quorum vnus creat bona, & alius non bona.

Dico autem pariformiter ꝙ neceſſe eſt omnia in diſcrimẽn venire. & alia ita ſunt, ꝙbus omnia cõmunicant ad vniuerſum. Quęcunque vero impoſſibilia, ſiue abſurda aliter dicentibus accidunt, quæ ue dicunt elegantius dicentes, ac in quibus minime dubitationes ſunt, non decet nos latere. Omnes nanq; ex contrarijs omnia faciunt. At non recte id, omnia, neque id, ex cõtrarijs. quibus autem contraria inſunt, quonam modo ex contrarijs erunt, non dicunt: quandoquidem contraria impaſſibilia ſunt à ſe inuicem. A nobis autem rationi conſentanee hoc ſoluitur, cùm aliquid tertium ſit. Quidam vero alterũ contrariorum materiam faciũt, quemadmodum qui inæquale æquali, aut vni multa. Soluitur autem

Documẽtũ.

Vide conſimile ſupra cõmen. 57.

* ſegregationem.

Quæcũq; ſũt ſub prio principio nõ ęqualiter habent ordinẽ. Conſimile 8. Meta. tex. c. 10. Et prio Cœli te. c. 100. Et prio Phyſi. 81. Et 2. de Aia. 30. vide hic ſupra. 44.

autem etiam hoc eodem modo. nam materia vna nulli contrarium eſt.

Et ego dico eis ꝙ coguntur omnes ad diuidendum iudicium, & alia huius diſpoſitionis ſunt, in quibus cõmunicant omnia in toto. Et oportet nos non ignorare omnia impoſſibilia contingentia, & quæ impoſſibilia ſunt de ſermonibus aliorũ, & ꝙ illud, quod dixerunt, non ridiculoſe dixerunt, & in quibus eſt pauca dubitatio. Omnes enim faciũt omnia ex contrarijs. Sed non recte faciunt, neq; in omnibus, neq; in quibus ſunt ex cõtrarijs: quia contraria nõ patiuntur adinuicẽ. Nos autem diſſoluamus hãc quæſtionem ſermone neceſſario ad aliquod tertium eſſe. Et ſi poſuerunt alterum contrariorũ eſſe materiam, ſicut ponunt non æquale æqualis, & vnum multitudinis. Hoc enim diſſoluamus tali modo. vna. n. materia nullo modo eſt contraria.

53 Cùm compleuit notificare opinionem ſuam in iſtis rebus, vult demonſtrare ꝙ ſua ſententia eſt, à qua ſeparantur omnes obiectiones, & diſſoluuntur omnes quæſtiones contingentes Antiquis in principijs. Cogũtur enim cõcedere ꝙ in rebus voluntarijs, quæ cõmunicantur in vna actione, inueniuntur ſimilia his duobus modis actionum. &, cùm hoc fuerit in rebus voluntarijs, non eſt quærenda alia cauſa in rebus naturalibus. Et hoc intendebat cùm dicit. cogũtur enim omnes ad diuidendum iudicium, &c. i. omnis enim, qui locutus fuit dẽ hoc; coactus fuit iudicare hãc diuerſitatem exiſtentem in natura, & diſtinguere, et determinare eam. & cum hoc cõſequtus fuit ꝙ tale inuenitur in rebus * omnibus in omni actione, ſ. in rebus voluntarijs. & quaſi induxit hoc modo caſtigandi, cũ oporteret eos diſſoluere hanc quæſtionẽ tali diſſolutione, & dicere in principijs totius talem ſermonem, & non inducere impoſſibilia, quæ induxerunt, cũ laboraſſent in dãdo principia entium, & cauſas apparentium in eis. Et ideo dicit poſt. Et oportet nos nõ ignorare, &c. i. et ideo oportet eum, qui ſcierit ſermones noſtros, non ignorare differentiam inter ſermones noſtros & ſermones aliorum, cogitando impoſſibilia conſequẽtia ſermones eorum. Deinde d. & ꝙ illud, quod dixerunt, non ridiculoſe &c. i. non ignorare debẽt ꝙ illud, quod dixerũt de hoc, non ridiculoſe dixerũt, & ꝙ in opinionibus eorũ nulla opinio eſt, cui accidat modica dubitatio. D. inchoæpit dicere opinionẽs eorũ corruptas de principijs, & dicit. Omnes enim faciunt omnia ex contrarijs, etc. ideſt error, in quo conueniunt omnes, eſt, quia faciunt principia omnium entium tantum contraria, et peccãt in duobus. Quorum alterum eſt ꝙ principia omnium non ſunt contraria, cùm in principijs corporum cœleſtium non eſt contrarietas. Et ſecundum eſt, ꝙ impoſſibile eſt ꝙ ſola contraria ſint principia. Deinde d. ga contraria non patiuntur adinuicem. i. cõtraria autem non ſufficiunt eſſe principia generabilium, quia cõtrarium nõn recipit ſuum cõtrarium, cùm tranſmutatur ens in generatione & corruptione de contrario ad contrarium. & hoc declaratum eſt p° Phyſi. hic autem eſt dictum ad rememorandum. Deinde d. Nos autẽ diſſoluamus &c̨. ideſt. nos autem ſam diſſoluimus hanc quæſtionem, addentes contrarijs tertium, ſ. materiam recipientem contraria ſucceſſiue. Deinde d. Et ſi poſuerunt alterum contrariorum, &c. ideſt, & non poſſunt

* a. l. cõib°.

Primo Phy. tex. cõ. 11. vſque ad. 63.

etiã dere ex hoc alterum contrariorum ponendo, quaſi materiã alterius. Materia enim oportet vt non ſit contraria alicui, qæſi effet, non reciperet illud, cuius eſt materia: vt ponentes non æquale materiam eſſe æqualis, & vnum materiam multitudinis.

Item cuncta participabunt malo præter ipſum vnum, alterum nanq; elementorum ipſum malum eſt. Et alij neque principia bonum & malum, quãquam in omnibus maxime ipſum principium ipſum bonum ſit. Quidam autem hoc quidẽ recte, ꝙ principium: quo vero modo ipſum bonum principiũ ſit, vtrum vt finis, an vt mouẽs, an vt forma, non dicũt. Empedocles quoq; abſurde amicitiam facit bonum, cùm hæc principiũ ſit, & vt mouens, ſi quidẽ congregat; & vt materia, nam miſti pars eſt. At ſi etiam eidem accidat, & vt materiæ principio eſſe & vt mouenti, ipſum tamen eſſe non idem eſt. ſecundum quod igitur horum amicitia eſt: Inconueniẽs item eſt contentionem incorruptibilem eſſe, cũ hæc ipſa malj natura ſit.

Et etiam mendacium erit acquiſitũ in omnibus, præterquam in vno. malum enim per ſe eſt alterum elementorum. Alij autem non dixerunt malum & bonũ eſſe principia, quãuis in maiori parte in omnibus bonũ eſt principium. Et quidam eorum dicunt ꝙ hoc principium eſt bonum, ſed non dixerũt quomodo eſt principium, vtrum ſm finem, aut ſm formam, aut ſm mouens: neque determinauerunt hoc, ſed dixerunt hoc vniuerſaliter, non modo determinato. D. d. Et Empedocles ẽt dicit. modo impoſſibili. facit enim bonum amicitiam, & malum litem. & hęc ſunt principia, &c. ideſt, & ꝙ

54

dicu

licit Empedocles de principijs, est etiam impossibile facit enim principium, quod est bonū, esse amicitiam, & principium, quod est malum, litem. Sed inquantum amicitia congregat res, est principium quasi mouens; & inquantum est pars rei admixtę, est principiū quasi elementum. quapropter cōtingit et ponere causam mouentem extrinsecam esse quasi elementum rei motæ, si vt motum sit admixtum cū motore. Deinde d. Quo niā, si accidit alicui vni, &c. i. sed, si accidat alicui vni vt habeat principium quasi materiam & elementum; & principium quasi mouens, tamen non est possibile vt essentia motoris sit essentia materiæ. sm igit quem modum facit his duobus modis amicitiam esse principium, vtrum sm mouentem aut sm materiam? impossibile enim est vt idem sit causa eiusdē vtrobiq; modo. D. d. Et impossibile est ēt vt lis, &c. i. & impossibile, quod contingat Empedocli in suo sermone, est ꝙ his secundum quod est principium nō corrumpetur, quamuis sit mala, & male naturæ, & violenta. violentum autem non est manstuum.

Principium. Non est possibile vt essentia motoris sit essentia materiæ.

Violentum nō est manstuum. 1. de. 2. Cœli tex. cō mẽn. 18.

Anaxagoras autem bonum ponit principium, vt mouens, mens enim mouet. verum alicuius gratia mouet. quare alterum, nisi sit vt nos dicimus. ars enim medēdi quodā modo sanitas est. Inconueniens ēt est quòd non fecerit aliquid bono, mentiq; contrarium,

Anaxagoras autem bonum principiū dicit esse quasi mouēs. intellectus enim mouet, sed mouet propter aliquid. dixit igitur alium sermonem, non sicut dicitur. medicina enim est aliqua materia sanitatis. & impossibile est etiā nō ponere contrariū boni, & intellectus.

Anaxagoras autem dicit ꝙ bonum est principium mouens, cùm tam posuit, quod intellectus est mouens omnia: sed non dicit, qua de causa mouet. omne enim, quod mouet propter aliquid mouet: & illud propter quod mouet, magis est bonū, ꝙ illud bonum mouēs. Dixit igitur sermonem diminutum, quia contingit ei ponere aliud principium, non sicut dicimus ꝙ principium mouens mouet sm perfectionem & cōplementum, vt videmus medicinam mouere ad se. mouet. n. ad sanitatem, & medicina est forma sanitatis. si igitur sanitas non esset in subiecto, sicut est de primo principio, tunc medicina moueret vtroque modo, scilicet secundum quòd est agens motum, & finis.

Vide supra 16. & 18.

Porro nulli eorum, qui ponunt contraria, vtuntur contrarijs, si quem inquirere non pigeat. & cur quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia nemo dicit. omnia nanq; entia ex eisdem principijs faciunt. Præterea, quidam ex non ente faciunt entia. quidā vt hoc non cogantur, vnum cūcta faciunt. cur item semp generatio erit, quidq; generationis causa sit, dicit nemo. At tum illis, qui duo principia faciunt, aliud principalius principium necesse est esse: tum illis, qui formas, quia aliud principalius principium est. cur enim participauit, aut participat? Et alijs quidem necesse est Sapientiæ, ac nobilissimæ scientiæ aliquid contrarium ponere esse, nobis vero minime. nihil enim est primo contrarium. quandoquidem numerus coharentia inuentam habet, dispositio nem hæc sunt. contraria vero ignorantiæ ad contrarium. primo autem nihil contrarium est. Præterea, si non erunt alia præter sensibilia, non erit principium, & ordo, & generatio, & ipsa cœlestia, sed semper principij principiū, vt Theologis, Naturalibusq; cunctis. Si igitur non erunt formæ, aut numeri, nullius causæ erunt, si vero nō, nec prorsus ipsius motus. Quonanq; itē modo ex non habentibus magnitudinē magnitudo cōstituēs erit? numerus nanq; non faciet continuum, nec vt mouens, nec vt forma. Cæterum nihil cōtrarium erit quod & factiuū & motiuum alterius qui cōtingere sane possit nō esse. verū enimuero & facere posterius q̄ potentia est. Entia ergo non erunt semp eterna: attamē sunt. Interimendum igitur aliquid horum est. hoc autem aliquo pacto dictum est. Item, quomodo numeri sunt vnum, aut anima, & corpus, & omnino forma & res, nemo aliquid dicit, nec dicere potest, nisi (vt nos) dicat, quod vt mouens faciat. Qui vero dicunt mathematicum numerum primum, & ita semper aliam attiguam substantiam, ac alia cuiusq; principia, inconspirantem vniuersi substantiam faciūt (nihil. n. altera alteri confert, siue sit, siue non sit) & principia multa. At entia nolunt male gubernari. non est bonum pluralitas principatuum. vnus ergo princeps.

* ἀντιστοιχία ἀδιάφορα quidam.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER TERTIVSDECIMVS,
cum Auer. Commen.

SVMMÆ LIBRI.

In Prima, de Mathematicarum rerum essentia pertractatur.

In Secunda, disputatur contra Ideas.

In Tertia, probatur Numeros non esse substantias separatas.

Summæ primæ Caput Primum. De quibus agendum sit in subsequentibus libris.

DE sensibilium itaq; substātia, quænam sit, dictū est: in trādi tione quidē naturalium, dē materia, posterius vero de actu. Cùm autem hæc consyderatio sit, vtrum præter sensibiles substantias aliqua sit immobilis & æterna necne, & si sit, quænam sit, quæ ab alijs dicuntur, primo speculādum est: vt tum siquid non recte dicāt, non simus eisdem * μεθόδια.

eisdem conscij: tū si quod nobis & illis commune decretum sit, hoc separatim non contra nos grauiter feramus. sufficiēs enim erit, siquis quædam melius dicat, quædam nō deterius. Duę autē de his opiniones sunt. Quidam etenim ipsa Mathematica substantias esse aiūt, vt numeros, lineas, & quę his eiusdem generis sunt. Et rursus Ideas. Cùm autē quidam ideas, numerosq; mathematicos duo genera faciāt, quidam vnam amborū naturam, quidam autem alij mathematicas tantū substantias esse dicant: primum quidem de mathematicis consyderandum est, nullam aliam eis addendo naturam, veluti vtrum ideæ sint necne, & vtrū principia, subsistātiæq; entiū, an non: verum tm, vt de mathematicis, vtrū sint an non sint: et si sint, quonam modo sint. Deinde postea seorsum de ipsis ideis simpliciter, & aliquantulum legis gratia. diuulgata nāq; plurima sunt etiā in exterioribus rationibus. Præterea ad illam consyderationem oportet maiorem sermonis partem attēdere, cùm de his consyderemus, vtrum substantiæ, principiaq; entium numeri ac ideæ sint. post enim ideas hæc tertia consyderatio restat. Necesse autē, si mathematica sunt, aut in sensibilibus ea esse, quemadmodū aliqui dicunt, aut à sensibilibus separata (& hoc etiā modo quidam aiūt) aut si neutro modo sunt, aut alio modo sunt. Quare dubitatio nobis non de ipso esse erit, verum de modo.

Caput Secundum. Mathematica substantias non esse magis q̄ corpora, nec eis priora nisi rōne, nec ab eis separata esse posse.

ET quidē quod in sensibilibus ea esse impossibile est, quodq; simul fictitia rō est, dictū sane in dubitationibus est, ꝙ simul duo solida esse impossibile est. Itē quòd eiusdē rationis est cæteras quoq; potentias & naturas in sensibilibus esse, ac nullam separatam. hæc itaq; prius dicta sunt. Verum ad hæc etiā constat, ꝙ impossibile esset quodcunq; corpus diuidi. diuideretur enim sm superficiem, & hæc sm lineam, & ista sm punctum. quare si punctum impossibile est diuidere, etiam lineam. quòd si hanc, cætera quoq;. Quid igitur differt aut has esse tales naturas, aut nō esse quidem in eis tales naturas? idem nanq; accidet. diuisis enim sensibilibus, diuidentur, aut nec ipsę sensibiles. At nec separatas esse tales naturas possibile est. Nam, si erunt præter sensibilia solida separata ab his diuersa, prioraq; sensibilibus, patet, quòd etiam præter superficies alias necesse est esse supficies separatas, puncta quoq;, & lineas: quandoquidem eadem ratio est. Quòd si hæc rursus præter mathematici solidi superficies, lineas, & puncta, alia separata, siquidem incomposita, priora compositis sunt. & si sensibilibus priora sunt corpora non sensibilia, eadem ratione superficiebus etiā, quę in solidis immobilibus sunt, priores sunt hę, quę per seipsas existūt. Quare aliæ sunt hæ, tum superficies, tum lineæ, ab his, quæ simul cum separatis solidis sunt. hæ nanq; simul cum mathematicis solidis, illę vero eis priores sunt. Rursus illarum superficierum lineæ erunt, quibus priores alias oportebit eadem ratione lineas, punctaq; esse. & eorum quæ in prioribus lineis, alia puncta priora, quibus non erunt amplius alia priora. At absurda sane coaceruatio fit. accidit nanq; solida quidē vnica præter sensibilia esse. superficies vero triplices, præter sensibiles: illæ scilicet præter sensibiles, quæ in mathematicis sunt solidis, quæq; præter eas, quę in his sunt. lineę autem quadruplices, puncta autē quinquipla. Quare circa qualia horum mathematicæ scientię erunt? non enim circa superficies, lineas, & puncta, quæ in imobili solido sunt: quandoquidem semper scientia circa priora est. Eadem ratio de numeris quoq;. præter enim quælibet puncta aliæ vnitates erunt, ac præterq; quælibet entia sensibilia, deinde præter intelligibilia. quare numerorum mathematicorum infinita genera erūt. Item quonam modo quæ in dubitationibus enumeramus, soluí possunt? etenim ea, circa q̄ Astrologia est, simili modo præter sensibilia sunt, ac circa quæ Geometria. esse vero cœlum, & partes eius, quonam modo possibile est, aut aliud quodcunq; motum habēs? similiter autem Perspectiuæ & Harmonicæ obiecta? erit nanq; vox, & visus præter sensibilia & particularia. Quare patet, quòd alij sensus etiam, allaq; sensibilia sunt. cur enim magis illa q̄ ista? quòd si hæc sunt, animalia quoq; erunt, siquidem & sensus. Item quædam à Mathematicis vniuersaliter præter has substantias scribuntur. erit igitur hæc quoq; alia quędam substātia separata, ac media inter ideas, ac media, quæ nec numerus, nec pūcta, nec magnitudo, nec tempus sit. quòd si hoc impossibile est, constat quoq; illa impossibile esse à sensibilibus separata. Et omnino cōtrarium, tum vero, tum ei, quod existimari solitum est, accidit, si ita esse mathematica ponat, vt quasdam naturas separatas. necesse enim est propterea quidem, quod ita se habeant, priores sensibilibus magnitudinibus esse, secundum autem veritatem posteriores: siquidē imperfecta magnitudo generatione prior, substantia posterior sit, vt inanimatū animato. Item

quo,

quo, & quando magnitudines mathematicę vnum erunt: quæ quidem interdum animæ, aut parti animæ, aut alicui, quæ particeps est rationis, insunt: quòd si non, multa erunt, ac dissoluentur. Illis vero (cùm diuisibiles, quantæcp sint) quidnam causæ est, vt vnũ sint, connectæcp maneant? Item ipsæ etiam generationes hoc manifestant. quandoquidẽ, quod primum est, ad longitudinem, deindẽ ad latitudinem, & tandem ad profunditatem fit, ac finem nactũ est. Si itaq; substãtia prius, quod generatione posterius est, corpus profecto, rum superficie, tum longitudine prius erit. & hac ratione perfectum magis, atq; totum, qa fit animatum. Linea vero, siue superficies, quonã modo aiata erit? supra nãq; nostros sensus hæc certe dignitas erit. Itẽ corpus quidẽ substantia quædam sit, quippe qp iam perfectionem quodam modo habet, lineæ vero quonam modo substãtiæ erunt? nec enim vt species, & forma quædã, veluti si anima sit, quod tale est. nec vt materia, veluti corpus. nihil. n. ex lineis, neq; ex superficiebus, neq; punctis videtur consistere posse. Atqui si qua materialis substantia esset, hoc pati posse profecto videretur. Ratione itaq; prior sit. non tamen omnia, quæcunq; ratione priora, substantia quoq; priora sunt. substantia nanq; priora, quæcunq; separata ipso esse excedunt. rationе vero his, quorum rationes ex rationibus. hæc autem non sunt simul. si enim passiones non sint præter substantias, veluti quiddam motũ vel album, homine albo ſm rationem albedo prior est, non ſm substantiam. non. n. potest separata esse, verum semper vna cum toto est. dico autem totum hominem album. Quare manifestum est, neq; prius esse, quod ex ablatiõe est, neq; posterius, quod ex appositione est: ex appositione nanq; ipsa albedine albus homo dicitur. Quòd igitur nec substantiæ sint magis qꝫ corpora, nec essentia sensibilibus priora sint, verũ sola ratione, nec vlquã esse separata possibile esse, satis dictũ est.

Non omnia, quæ unaquaq; ratione, & substantia sunt priora.

Caput Tertium. Mathematica & entia esse, & quo pacto: & quo modo non priora, & quomodo priora. Vbi de Abstractione multa.

CVm vero nec in sensibilibus ea esse contingat, manifestũ est qp aut omnino non sunt, aut modo quodam sunt, & ob hoc non simpliciter sunt. multipliciter nãq; ipsum esse dicimus. Quemadmodum enim vniuersalia in Mathematicis non sunt de separatis præter magnitudines, numerosq;, verũ de his, quãquam non quatenus talia, vt magnitudinem habeant, aut diuisibilia sint, patet quòd etiam de magnitudinibus sensibilibus rõnes & demonstrationes sunt: verum non prout sensibiles, sed prout tales sunt. quemadmodum enim prout mota solũ multæ rationes sunt; absq; eo quòd qd sit vnum quodq; eorum, ao eis accidentiũ consyderetur, & nõ est necesse propterea idem aliquid motũ à sensibilibus separatum esse, vel in eis aliquam naturã segregatam esse: ita de his, quæ mouẽtur etiam erunt rationes, atq; scientiæ, non tamen quatenus mota, verũ quatenus corpora tantum, & rursus prout superficies tantum, & prout longitudines tantum, et quatenus diuisibilia, & quatenus indiuisibilia situm habentia, & prout indiuisibilia tãtum. Quare cùm simpliciter verum sit dicere, non solum separabilia, sed & non separabilia esse, veluti ea quæ mouentur, & mathematica (quia etiam qualia dicũt verum est simpliciter dicere, & talia esse) & quemadmodum cæteras scientias simpliciter verũ est dicere huius esse, nõ eius, quod ei accidat, veluti qꝫ albi (si salubre album sit) verum prout salubre est, ac illius, cuius vnaquæcp est, si salubris salubre, si vero hominis prout homo est, ita & Geometriam, nõ si accidit sensibilia esse quorum est, non est autem eorum, prout sensibilia sunt: non erunt sensibilium Mathematicæ scientiæ, neq; profecto circa hęc, aliis separatis. Multa vero per se reabus accidunt, prout vnumquodq; talium est, quoniã & quatenus fœmina animal, & quatenus mas, propriæ sunt passiones: etsi nõ est quicquã fœmina, neq; mas separatum ab animalibus. Quare etiam prout longitudines solum, & prout superficies, & quanto de prioribus ratione, ac simplicioribus, tanto magis ad certitudinem habet. hoc autem simplex est. quare absq; magnitudine magis qꝫ cum magnitudine, & maxime absq; motu. quod si habet motum, primum maxime: siquidem hic simplicissimus est, & huius qui regularis est. Eadẽ ratio de Harmonica, & Perspectiua est: neutra nanq; prout visus, vel prout vox speculatur, verum prout lineę, & numeri. at hęc; propriæ illorum passiones sunt. Mechanica quoq; similiter. Quare si quis ab accidẽtibus separet, ac de eis aliquid, quatenus talia sunt; consyderet, minime propter hoc mentietur. quemadmodum nec cùm in terra describat, ac eam, quę pedalis non est, pedalẽ dicat. non enim in propositionibus falsitas ineſt. Optime vero ita vnumquodq; profecto consyderabit, si quis separans ponat quod non est separatum: quod Arithmeticus, Geometraq; facit. Vnum etenim & indiuisibile est homo, prout

Quo pacto fiat abstractio.

Instantiæ solutio.

Item primo Priorum cõ. 2c. & primo Poste. 2c. 80 Instantiæ solutio.

De ijbus sint ipsa Mathematica, & eorum demonstrationes.

prout homo, ille vero posuit vnum indiuisibile: deinde speculatus est, si quid homini, put indiuisibile est, accidit. at Geometra nec prout homo, nec prout indiuisibilis, verum prout solida. quæ enim etiam tametsi nullibi erat indiuisibilis, inerant ei, patet qꝫ etiam absque his contingit ei posse ineſſe. Quare propter hoc non male Geometræ dicunt, & de entibus differunt, & entia sunt. duplex enim est ens, hoc quidem actu, hoc vero materialiter. Cùm autem bonum & pulchrum differant (siquidem illud semper in operatione, pulchrum vero etiam in immobilibus est) qui dicunt Mathematicas scientias nihil de bono vel pulchro dicere, falsum dicunt. Dicunt etenim & maxime ostendunt. nam etsi non nominant, cùm tamen opera & rationes ostendunt, nonne dicunt de eis? pulchri nanq; maxime species sunt, ordo, cõmensuratio, & definitum, quæ maxime ostendunt Mathematicæ scientiæ. Et, cùm hęc multorum causę esse appareant (dico autem veluti ordo & definitum) patet quòd etiam similẽ causam, quæ vt bonum causa est, quodam modo dicant. magis autem aperte in alijs dicemus. De mathematicis igitur, & quòd entia sunt, & quo modo entia, & quo modo nõ priora, & quo modo priora, tot dicta sint.

Ens duplex.

Boni & pulchri discrimen.

Quo pacto Mathematicæ scientiæ bonũ & pulchrum consyderent.

Instantiæ solutio.

Pulchri species.

Summa Secunda. Disceptatio contra Ideas.

Caput Primum. Quæ mouerint Idearum assertores ad eas ponendas.

DE ideis autẽ primo ipsam, quæ de idea est, opinionem consyderandum, ad numerorum naturam nihil consortij habẽtem, sed quemadmodũ opinati sunt à principio, qui primi ideas esse dixere. Accidit vero de ideis opinio illis, qui dixerũt, propterea quòd de veritate adhærant Heraclíti rationibus, tãquam omnia sensibilia semper fluant. Quare, si qua cuiuspiam scientia, prudentiaq; erit, oportet alias quasdam naturas permanentes esse, præter sensibiles. nõ enim fluentium esse sciẽtiam. Cùm vero Socrates circa morales virtutes vacaret, & de his vniuersaliter definire primus quæreret, (naturalia enim parumper Democritus tetigerat solum, & aliquatenus calidum & frigidum definierat. Pythagorici etiã prius de quibusdam paucis, quorum rationes ad numeros reducebant, veluti quid est tempus, aut iustum, aut nuptiæ) ille sane rationabiliter quærebat ipsum quid est. syllogizare enim quærebat. syllogismorũ vero principium est ipsum quid est. nondũ enim tunc erat vis dialectica, vnde & possent absq; eo ipso quid est cõtraria consyderare, vtrum cõtrariorum eadem scientia esset. Duo nanq; sunt, quæ Socrati iure proprio attribuat quispiam, inductiuas orationes, & definitionem vniuersalis. hæc enim ambo circa principium scientiæ sunt. At Socrates quidem vniuersalia nõ ponebat separata, nec definitiones. quidam vero separarũt, ac talia entium ideas appellarunt. quare fere accidebat eis eadem ratione omnium, quæ vniuersaliter dicuntur, ideas esse.

Syllogismorum principium est ipsum quid est.

Quid Socrati in differendo peculiare fuerit.

Caput Secundum. Destruuntur fundamenta eorum, qui ideas ponunt.

AT simile est, sicuti si quis numerare volens, cùm quidem pauciora existant, arbitretur non posse; cùm vero plura faciat, numeret. plures etenim (vt ita dicam) formæ sunt, quam sensibilia particularia. de quibus cùm causas quærerent, ex his ad illas processerunt. nam & secundum vnumquodq; eiusdem nominis sunt, & præter substantias, cæterorum quoq; in multis est vnum, & in his, & sempiternis. Cæterũ quibus modis ostenditur, quòd formæ sunt, secundum nullum horum apparet: è quibusdam nanq; non est necesse fieri syllogismum: è quibusdam vero, etiam quorum nõ putant, horum formę fiũt. Secundum nanque rationes, quæ ex scientijs, formæ erunt omnium, quorum scientiæ sunt. secundum vero vnum in multis, etiam negationum. & secũdum quòd intelligimus aliquid eius, quod corruptum est, etiam corruptibilium: siquidem horum aliqua conceptio est. Insuper quædam rationum, eorum etiam quæ ad aliquid sunt (quippe cùm exactissimæ sint) ideas faciunt, quorum non dicimus esse per se genus. Quædam ẽt tertium hominem dicũt. Et simpliciter hæ de formis rõnes, illa perimunt, quæ magis q̃ ipsas ideas esse volunt, qui formas dicunt. Accidit enim non esse prius dualitatẽ, sed numerum: & huius quod est ad aliqd eo, qd est per se: & cuncta, quæcunq; cũ quibusdam sequerentur de ideis opiniões, aduersa facere principijs. Item ſm existimationem, ſm quam dicunt ideas esse, non solum substantiarum, verumetiam multorum aliorum formę erũt. etenim vnus cõceptus non solũ de substantijs, sed de non substantijs etiam est. Et scientię non solũ substantiæ erunt. & alia id genus accidunt infinita. Secundum vero necessitatem & opiniones de eis, si formæ participabiles sunt, necesse est substãtiarum solum esse ideas. nõ enim secundum accidẽs participatio earum est, sed

catenus vnaquaq; participare est, quatenus dicitur non de subiecto. dico aũt, vt si quid ipso duplo participat, hoc etiam æterno participat, sed ſm accidẽs. accidit enim duplo æternum esse. quare formæ substantia erunt. hæc autem hic & ibi substantiam significant. An aliqd est dicere esse p̃ter hęc ipsum qd vnum in multis? etsi eadem quidem forma est idearum, & participantium, erit aliquid cõmune: cur enim magis de corruptibilibus dualitas, & pluribus quidem, sed æternis dualitas vnum & idem sit, q̃ de hac & aliqua? quòd si non est eadẽ forma, æquiuoca erit profecto: & simile, ac si quis Calliam, & lignum homines appellarit, nullam inspiciens cõmunicationem eorum. Si autem cętera quidem, cõmunes videlicet rationes formis cõuenire ponemus, veluti ad ipsum circulum figuram planam, & cęteras rationis partes, & quod ei, cuius est, apponatur, consyderandum est, ne omnino vanum hoc sit. cui nãq; apponetur? medio, an plano, an cũctis? Omnia enim, quę in substantia sunt, ideæ sunt, vt animal & bipes. Item patet, q̃ ipsum quoq; necesse est qd esse, veluti planum naturam quandam, quæ omnibus speciebus vt genus inerit.

Caput Tertium. Ideas ipsas neq; rebus, neq; scientijs prodesse.

DOtissimũ vero quispiã dubitabit, quidnam formæ conferant, aut sempiternis sensibilium, aut illis, quæ fiunt, & corrũpuntur. nec enim motus, nec alicuius transmutationis, eis ipsis causæ sunt. At nec ad sciẽtiam aliorum prosunt. nec enim horũ illæ substantiæ sunt: in his etenim essent. Nec ad esse. q̃pe cùm non insint participãtibus. Ita etenim fortassis causæ putabuntur esse, vt album mistum albo. Sed ista ratio facile redargui põt, quam Anaxagoras prior, Eudoxus vero posterior dubitans, & alij quidam dixerunt. facile enim est multa & impossibilia ad hãc opinionem congerere. At nec ex formis cætera sunt ſm vllum illorum modorum, qui dici solent. Dicere vero exemplaria eas esse, & cætera eis participare, vana & figmẽta poetica est dicere. Quid. n. est, quod agit, ad ideas inspiciens? Possibile enim est & esse, & fieri quodcunq;, etiam non ex imagine. quare, & existente Socrate, & non existẽte, fiet vtiq; quale Socrates est. Similiter etiam dilucidum, si Socrates sempiternus esset, & eiusdem erũt plura exemplaria. quare & forma, vtputa hominis, animal, & bipes: simul autem & idealis homo. Item non solum sensibilium exemplaria forma erunt, verumetiam ipsarum: vtputa genus formæ, quæ in generis sunt. quare idem erit exemplar & imago. Item videretur impossibile esse separatam substantiam, & id, cuius substantia. Quamobrẽ, quomodo ideę, cùm rerum substantiæ sint, separatæ erunt? In Phædone vero hoc modo dicitur, quòd tum ipsius esse, tum ipsius fieri formæ causæ sunt. attamen quamuis formæ existant, non fiunt, si non sit, qui moueat. & multa alia fiũt, vt domus, & annulus, quorum non dicũt formas esse. Quare patet cætera quoque, quorum ãsunt ideas esse, posse & esse & fieri propter tales causas, quales eorum sunt, quę nũc dicta sunt, & nõ propter formas. sed de ideis quidem, & hoc modo, & per alias tum magis dialecticas; tum certiores rationes, multa iam consyderatis, similia congregari possunt.

Summa Tertia. Opinionum numeros substantias separatas ponentium destructio.

Caput Primum. Quot modis possibile sit dicere numeros substantias esse separatas: & qui modis illis usi sint.

VM autẽ de his determinatum sit, decet rursus, quæ circa numeros illis accidũt, qui eos substantias separatas dicunt, ac entium causas primas speculari. Necesse vero est, si numerus quædam natura est, nec est alia quædam eius substantia, sed hoc ipsum, vt quidam aiunt, aut quoddam eius primum esse, quoddam cõsequẽs, quod sit secundum, quodq; specie diuersum. & hoc aut in vnitatibus confestim existit, & est quæcunque vnitas cuique vnitati incombinabilis: aut sunt cõfestim cõsequenter omnes, & quæcunque quibuscunq; combinabiles, qualem aiunt mathematicum numerum esse, (in mathematico enim nulla vnitas alia ab alia differt) aut quasdam combinabiles, quasdam non: veluti si post vnum est prima dualitas, deinde trinitas, & sic alius numerus. Sunt autem vnitates in vnoquoq; numero: veluti quæ in prima dualitate sunt, inuicem combinabiles, & quæ in prima trinitate sunt, inuicem: & ita in cæteris numeris. Quæ vero in ipsa dualitate incombinabiles eis, quę in ipsa trinitate sunt. & similiter de alijs consequentibus numeris. Ideo mathematicus qui dem numeratur, post vnum duo, cum anteriori vno aliud vnum. tria quoque cum his duobus aliud vnum, & reliquus quidem similiter. iste vero post vnum, duo alia, absque primo vno. & trinitas absque dualitate. similiter autem & reliquus numerus,

Aut

Aut igitur quendam numerorum esse oportet qualis primus dictus est, quendam autem qualem Mathematici dicunt, tertium vero qualis vltimo dictus est. Item istos numeros aut separatos à rebus esse, aut non separatos, sed in ipsis sensibilibus. non autem ita vt prius cõsyderabamus, sed vt ex numeris in existentibus ipsis sensibilibus, aut quendã eorum esse, quẽdam non, aut omnes esse. Modi quidem, ſm quos cõtingit eos esse, hi sunt necessario soli. At hi etiã, qui dicũt ipsum vnum principium substantiam, ac elementum omnium esse, & ex hoc & alio quodã numerum esse, ferè singuli horum aliquem modorũ dixerunt, præterquã quòd omnes vnitates incombinabiles sint. & rationaliter accidit. non enim cõtingit alium modum esse, præter eos qui dicti sunt. Quidã itaque ambos numeros esse aiunt. illum quidem, qui prius & posterius habeat ideas: mathematicum vero, præter ideas & sensibilia: ac ambos à sensibilibus separatos. Quidam mathematicum solũ numerum esse primum entiũ, ac à sensibilibus separatum. Pythagorici quoq; vnum ipsum mathematicum, verum nõ separatum, sed ex eo sensibiles substantias constare dicunt. totum enim cœlũ ex numeris construunt, præter id, quod nõ ex monadicis, sed vnitates existimant habere magnitudinem. Quo autem modo primum vnũ consistit magnitudinem habens, dubitare videntur. Alius autem quidam primum numerum, ipsum formarum vnum esse: alij vero & ipsum mathematicũ, hunc eundem esse. Simili modo etiam circa longitudines, & plana, & solida. quidã enim alia esse mathematica, & alia, quæ post ideas. Eorum vero, qui aliter dicũt, quidam mathematica, & mathematice dicunt: quicunque ideas nõ faciunt numeros, nec esse ideas aiũt. quidam mathematica, nõ mathematice. non enim secari omnẽ magnitudinem in magnitudines, neq; quascunq; vnitates dualitatem esse. monadicos autem numeros esse ponũt omnes, præter Pythagoricos, quicunq; vnũ, elemẽtum, atq; principium entium aiũt esse. illi enim habẽtia magnitudinẽ aiunt, vt prius dictum est. Quot igitur modis contingat de eis dici, quodq; omnes modi dicti sint, ex his manifestum est. Sũt autem cuncta quidẽ impossibilia, magis vero fortassis altera alteris.

Pythagoricorum opinione sensibiles substãtias numero mathematico constare.

Caput Secundum. Disputatio contra ponentes Ideas numeros esse.

PRimo itaq; consyderandum est, vtrum combinabiles sint vnitates, an incombinabiles. Quòd si incombinabiles, quonã modo, vt diuisimus. est enim quamcunque cuicunque vnitati incombinabilem esse. est autẽ & eas, quę in ipsa dualitate sunt, ad eas quę in ipsa trinitate, & sic eas, quæ in vnoquoque numero primo sunt, incõbinabiles inuicem esse. Si omnes igitur vnitates combinabiles, & indifferentes sint, mathematicus numerus fit, & vnus solus, neq; contingit ideas numeros esse. qualis nãq; numerus idealis homo, aut animal, aut aliqua alia specierũ erit? Idea nanq; vna vniuscuiusq; veluti ipsius hominis vna, & ipsius animalis alia vna. hi vero similes & indifferẽtes infiniti. Quare nihil magis hæc trinitas ipse idealis homo erit, q̃ quęcunq;. Quòd si ideę nõ sunt numeri, nec omnino possibile est eas esse. ex quibus nanque principijs ideæ erunt? numerus enim ex vno & dualitate indeterminata est. ac principia & elementa ipsius numeri dicũtur, neq; ea contingit, aut priora, aut posteriora numeris ordinare. Si vero vnitates incombinabiles sunt, & ita incombinabiles, vt quæcunq; cuicunq;, nec mathematicum hunc contingit esse numerum. mathematicus nanq; ex indifferentibus est. & quæ de eo ostenduntur, tanquam in talẽ conueniunt. Nec hũc esse formarum. non enim erit dualitas prima ex vno & indeterminata dualitate. Deinde consequẽtes numeri, vt dicitur, dualitas, trinitas, quaternitas. simul etenim quę sunt in prima dualitate vnitates generantur: siue quemadmodum qui prius dixit, ex inæqualibus (factis nãq; ęqualibus fiebant) siue aliter. Deinde, si altera vnitas prior altera erit, dualitate etiam, quę ex his fit, prior erit. cùm enim aliquid sit, quoddam prius, quoddã posterius, & quod ex his, hoc quidẽ prius, illo vero posterius est. Itẽ, cũ primum quidem ipsum vnum sit, deinde cæterorũ est aliquod primũ vnum, secundũ vero post illud, et rursus tertiũ, secundũ quidẽ post secundum, tertiũ vero post primum, vnum. Quare priores profectio erunt vnitates, q̃ numeri, qui eas complectuntur. veluti in dualitate erit tertia vnitas, anteq̃ tria sint: & in trinitate quarta & quinta, antequàm hi numeri sint. At nemo eorum hoc modo dixit vnitates incombinabiles. verum secundum quidem principia eorum ita esse rationabile est: secundum autem veritatem impossibile est. etenim vnitates priores & posteriores esse rationabile est, si & quædam quidem prima vnitas est, vnúmque primum. & dualitates similiter, si & prima quidem dualitas est. post nanque primum rationabile & necessarium est secundum quiddam esse: & si secundum, tertiũ, & ita cætera consequenter.

Simul vero vtrunque dicere, vnitatemq; primam post vnam esse, atque secundam & primam dualitatem, impossibile est. hi vero vnitatem quidem & vnum primum faciunt, secundum vero, & tertium nequaquam. ac dualitatem primam, secundam vero, & tertiã minime. Cõstat autem, quòd si omnes vnitates incombinabiles sunt, non contingit dualitatem ipsam esse, ac trinitatẽ, & sic cæteros numeros. siue nanq; sint vnitates indifferentes, siue differentes singulæ à singulis, necesse est numerum numerari per additionem. veluti binarium, ad vnũ vno alio addito. ternarium quoque, alio ad duo appositio. & simili modo quaternarium. Quare cùm ita sint, impossibile est numerorum esse generationem, quemadmodum ex dualitate & vnitate generant. binarius nanq; pars ternarij fit, & hic quaternarij. eodem autem modo & in consequentibus accidit. At ex primo binario, indeterminatoq; binario fiebat quaternarius, duo binarij præter ipsum binarium. quod si non, pars erit ipse binarius. alter vero adhuc erit vnus binarius. & binarius erit ex ipso vno & alio vno. Quòd si est, nõ est possibile alterum elementum esse indeterminatũ binariũ. vnam enim vnitatem generat, sed non determinatum binarium. Item præter ipsum ternarium, ipsumq; binarium, quomodo erũt alij ternarij & binarij? quoue mõ ex prioribus & posterioribus vnitatibus componuntur? hæc. n. omnia & fictitia sunt, & impossibile esset esse primum binarium, deinde ipsum ternarium. at necesse est, postquã vnum quidem & indeterminatus binarius elemẽta erunt. quòd si quæ accidunt impossibilia sunt, hæc quoq; principia impossibile est esse. si itaq; vnitates quæcunque à quibuscunq; differant, hæc & alia huiuscemodi necessario accidunt. Si autem quæ quidem in alio differentes sunt, quę vero in eodem numero indifferẽtes inuicem solæ, non pauciora difficultatem ingerentia, hoc quoq; modo accidũt, veluti in ipso denario decem vnitates sunt. componitur autem denarius, tum ex his, tum ex duobus quinarijs. Cùm vero ipse denarius non sit quicunque numerus, nec ex quibuscunque quinarijs componatur, sicuti nec vnitatibus, necesse est vnitates, quæ in hoc denario sunt, differre. nam, si nõ differant, nec quinarij differẽt, ex quibus denarius est. cùm vero differant, vnitates quoque different. Si igitur differãt, vtrum non erunt quinarij alij, sed hi duo tantum, an erunt? siue igitur non erunt, inconueniens est: siue erũt, qualis ex eis denarius erit? non est enim in denario alius denarius præter ipsum. at vero etiam necesse est, vt nõ ex quibusuis binarijs quaternarius cõponatur. indeterminatus nanq; binarius (vt aiunt) determinatum accipiens binarium, duos binarios effecit: eo enim, quod cepit, binarij fuit efficiens. Item, quonam modo contingit binarium præter duas vnitates, ac ternarium præter tres vnitates, aliquam esse naturam. aut enim certe alterũ altero participabit, quemadmodum albus homo præter album & hominem (his enim participat) aut cũ alterum quædam alterius differentia sit, quemadmodum homo præter animal & bipes. Item quædam tactu, quædam mistione, quædam positione sunt vnum, quorum nihil vnitatibus, ex quibus binarius atq; ternarius fit, competit: sed quemadmodum duo homines non sunt vnum quid præter vtrunq;, ita de vnitatibus quoque necesse est. Et nõ, quoniam indiuisibile, idcirco different. etenim puncta quoq; indiuisibilia sunt: verũtamen dualitas eorum nihil aliud est præter duo. At vero nec hoc latere decet, quod accidit priores, posteriores q; dualitates esse, similiter autẽ & alios numeros. Binarij enim, qui in quaternario sunt, sint inuicem simul: sed ipsi his, qui octonario insunt, priores sunt & genuerũt (quẽadmodum binarius ipsos) ipsi quaternarios, qui in ipso octonario sunt. Quare si & primus binarius idea, hi quoq; quædã ideę erũt. Eadẽ ratio de vnitatibus etiam est. quæ enim in prima dualitate sunt vnitates, generãt quatuor, quę in quaternario sunt. Quare omnes vnitates ideæ fiunt, & componetur idea ex ideis. Quamobrẽ patet, quòd etiam illa, quorum hæ sunt ideæ, composita erunt. veluti si quis animalia dicat ex animalibus componi, et horũ ideæ sunt, ex animalibus ideæ erunt. Et omnino facere vnitates quomodocũque differentes, absurdum & fictitiũ est. Dico autem fictitium, quod ad suppositionem coactum est. nec enim secundum quantum, nec secundum quale videmus differre vnitatem ab vnitate. necesseq; est aut æqualem, aut inæqualem esse omnem quidem numerũ, sed præcipue monadicũ. quare si nec maior nec minor, æqualis. æqualia vero & omnino indifferẽtia, eadẽ putamus esse in numeris. Quòd si non ita sit, nec dualitates, quæ in hoc denario sunt, indifferentes erunt, cũ æquales sint. quã. n. causam dicturus est, q dicit indifferentes esse? Item, si oĩs vnitas & vnitas alia, duo: vnitas quoq; quę ex ipsa dualitate, et q̃ ex ipsa trinitate dualitas erit & ex idifferẽtibus. Et vtrũ trinitate prior, an posterior? Magis nãq; videt necessariũ priorẽ esse. hæc nanq; vnitatum

tum simul trinitati, illa vero simul dualitati. Et nos quidem omnino putamus. vnum & vnũ, siue æqualia, siue inæqualia sint, duo esse, veluti bonum & malum, & hominem & æquum. qui vero ita dicũt, nec ipsas vnitates. Siue autem nõ est maior numerus ipsius trinitatis quàm dualitatis, mirũ est. siue est maior, constat quòd æqualis etiã dualitati inest. quare ipse indifferẽs ab ipsa dualitate. verum non cõtingit, si primus aliquis numerus est, & secundus. Nec erunt ideæ numeri. hoc. n. ipsum recte aiunt, qui vnitates differentes debere esse arbitrantur. si quidem erunt ideę (vt prius dictum est) vna profecto erit species. Si vero vnitates indifferẽtes, dualitates quoq;, ac trinitates indifferentes erũt. quare necesse est eis dicere ita numerandũ esse, vnum, duo, non superaddito iam præexistenti. nec enim generatio ex ideterminata dualitate erit, nec ideam esse contingit. inerit nanq; altera idea in altera, cunctaq; formæ vnius partes. quare secũdum suppositionem quidem recte dicunt, simpliciter vero non recte. multa nanq; perimunt. Cùm aũt hoc ipsum habere quandam profecto dicant dubitationem, vtrum cùm numeremus & dicamus vnũ, duo, tria, assumentes numeramus, an secundum particulas. vtroq; aũt modo facimus: quapropter ridiculũ est hanc ad tantã substantię differentiam reducere. Ante autem omnia probe se habet determinare quænam numeri, & vnitatis differentia est, si est. Necesse autẽ est, aut secundum quantum, aut secundum quale differre. neutrum autem horum videt posse esse: verum prout numerus, secundũ quantum. Si itaq; etiam vnitates quantitate differrent, numerus quoq; à numero differret, qui æqualis est, plenitudine vnitatum. Itẽ vtrum primę maiores, an minores, & postea crescãt, an econuerso? hęc enim omnia absurda sunt. At vero nec secundum qualitatem differre contingit. nullam enim inesse passionem possibile est. etenim numeris quoque posterius aiunt inesse qualitatem quàm quantitatem. Item nec ab vno hoc ipsę patientur, nec à dualitate. hoc enim non est quale, illa vero quantum, quale. nam vt entia multa sint, hæc natura causa est. Si igitur aliter quoquo modo se habet, dicendum hoc maxime in principio est, & de differentia vnitatis determinãdum, maxime quidem & propter quid necesse est existere. quòd si non, quam dicunt? Et quidem, si ideę numeri sunt, dilucidum est, quòd neutro modorum contingit, nec combinabiles cunctas vnitates esse, nec inuicem incombinabiles.

Caput Tertium. Destruuntur opiniones: Et ea, quę numeros mathematicos rerum principia ponit: Et ea, quę eosdem esse numerum & mathematicum, & idealem dicit: Et ea, quę Pythagoricorum est, dicentium numeros quidem separatos non esse, sed ex ipsis constare corpora. Redditurq; earum erroris causa.

AT nec, vt alij quidẽ de numeris dicunt, recte dicitur. sunt autem hi, quicunque ideas quidem esse non putãt, nec simpliciter; nec vt numeros quosdam existentes: mathematica vero esse, & numeros entium primos, ac eorum principium esse ipsum vnũ. Absurdum nãq; est, vnum quidem esse quid primum vnorum, vt illi aiunt, dualitatem vero non esse dualitatum, neq; trinitatem trinitatum. eiusdem enim rationis omnia sunt. Si igitur ita se habeãt quę circa numerum sunt, & solum mathematicum quis esse ponat, ipsum vnum non est principium. necesse enim esset, vt tale vnũ differret ab alijs vnitatibus. quòd si hoc, dualitatem quoq; primam à dualitatibus. similiter autem cæteros quoq; consequẽtes numeros. si autem ipsum vnum est principium, necesse magis est quæ circa numeros sunt se habere (vt Plato aiebat) ac esse dualitatem primam & trinitatem, nec esse numeros ad seinuicem combinabiles. si quis vero rursus hæc ponat, dictum est q̃ multa impossibilia accidunt. At necesse est aut hoc, aut illo modo se habere. quare si neutro mõ, non est possibile numerum esse separatum. Constat autẽ ex his, quòd tertius modus pessime dicitur, eũdem videlicet esse mathematicum & formarum numerum. Necesse est enim in vtram opinionem duos errores conuenire. nec enim mathematicum numerum continguit hoc modo esse, sed pprias suppositiones supponentem necesse est prolixum esse. Et insuper quæcunq; accidũt eis, qui vt formas numerum dicunt, hæc etiam necesse est dicere. Modus vero Pythagoricorum partim pauciores habet difficultates, quàm prius dictæ sunt, partim alias proprias. Nam non separatum facere numerum, aufert multa impossibilia. Corpa vero ex numeris esse composita, & hunc numerum mathematicũ esse, impossibile est. nec. n. indiuiduas magnitudines dicere verũ est. Deinde, qa hoc modo maxime se habẽt, vnitates vero nõ habẽt magnitudinẽ, magnitudinẽ vero ex indiuisibilibus cõponi, quonã modo possibile est? At vero numerus arithmeticus monadicus est. illi vero numerũ entia dicunt. speculationes. n. adaptant corporibus, tanquam existentibus ex ipsis numeris. Si igitur necesse quidem est

horum aliquo dictorum modorum esse, numerus quidem aliquid per se entium est, nullo autem horum esse contingit, constat non esse aliquam talem numeri naturam, qualem asserunt, qui eum separatum faciunt. Item vtrum vnaquæq; vnitas ex magno & paruo adæquatis sit, aut hæc quidem e paruo, illa vero ex magno? Si itaq; sic, nec ex omnibus elemẽtis vnumquodq; est, nec vnitates sunt indifferentes, in hac quidem magnum, in hac vero paruum ineſt, suapte natura cõtrarium existens. Item quæ in ipsa trinitate quonam modo sunt? vna enim superflua est. sed propterea fortassis ipsum in impare medium faciunt. Quòd si vtraq; vnitatum ex ambobus est adæquatis, quonam modo dualitas vna quædam existens natura, ex magno & paruo erit? aut qd ab vnitate differet? Item vnitas prior dualitate. perempta nanque, perimitur dualitas. ideam igitur ideę necesse est eam esse, cùm prior idea sit, ac priorem factã fuisse. ex aliquo igitur. indeterminata enim dualitas dualitatis efficiẽs erat. Item aut finitum, aut infinitum necesse est numerum esse. numerum enim separatum faciunt. quare non est possibile non esse horum alterum. Et quidem quòd infinitum esse non contingit, patet. infinitus enim, nec par nec impar est. generatio vero numerorum, aut imparis numeri, aut paris semper est. cùm enim vnum hoc non cadat in parem, impar efficitur. cùm vero hoc modo dualitas incidat, qui ab vno duplicatur. sic autem imparibus, alius par. Item, si omnis idea alicuius est, numeri vero ideæ sunt, infinitus quoque numerus erit alicuius vel sensibilium, vel alicuius alterius idea. quamuis nec secũdum positionem, neque secundum rationem cõtingit, ita tamen ordinant ideas. Quod si finitus, vsquequo? hoc enim dici oportet, non solum quod est, verumetiam propter quid est. A vero, si numerus ad denarium vsq;, vt quidam aiũt, primo quidem cito deficient formę. puta si trinitas est homo idealis, quis numerus erit idealis equus? etenim ad denarium vsque numerus est idealis, ideo necesse est quosdã eorum numerorum in eis esse. hi enim substantiæ, ideæq; sunt. attamen deficient, si formæ quidem animalis excedent. Simul autem cõstat, quòd si hoc modo trinitas idealis homo sit, et cæterę quoq; trinitates, cùm similes sint, qui in eisdem numeris sunt. quare infiniti homines erũt, aut vnusquisq; idealis homo, si vnusquisq; trinitas idea est. aut si non, saltem homines. Et si minor pars sit maioris, qui ex his combinabilibus vnitatibus est, quę in eodem sint numero, si alicuius idea sit ipsa quaternitas, veluti equi aut albi, homo erit pars equi, si homo dualitas sit. Absurdum item est denarij quidem ideam esse, vnde narij autem non, neq; sequentium numerorum. Item & sunt & fiunt quædam, quorum formæ non sunt, vnde qua de causa non sunt illorum formæ? non sunt ergo formæ causæ. Item inconueniens est, si numerus vsque ad denarium magis quid ens, & ipsius denarij species, tametsi huius quidẽ non sit generatio tanquã vnius, illius tamen sit. tentant autem, tanquam si is, qui ad denarium vsq; est profectus numerus sit. generant porro quæ sequuntur, veluti vacuum, proportionem, abũdans, cæteraq; huiuscemodi. infra denarium quædam quidem principijs attribuunt, puta motũ, stationem, bonum, malũ, alia vero numeris. ideo vnum impar est. si enim in trinitate, quomodo quinarius impar? Magnitudines item, & quæcunq; similia, quousq; quanta? veluti prima linea indiuisibilis, deinde dualitas, deinde hęc etiam ad denarium vsq;. Item, si numerus separatus est, dubitauerit quispiam vtrũ vnum prius, an trinitas & dualitas. quatenus enim numerus compositus est, vnũ est. quatenus vero vniuersale & forma, prior numerus est. vnaquæq; enim vnitatũ pars numeri, vt materia est: ille vero, vt forma. ac quodam quidem modo rectus prior acuto, quia & in ratione definiente positus est: quodã vero modo acutus, quia pars est, ac in hunc diuiditur. tanquam igitur materia acutus, elementum. & vnitas, prius. at vero ſm formam, & eam, quæ ſm rationem est, substantiam, rectus, ac totũ, quod ex materia & forma. quod enim ambo est, ppinquius est formę, & ei cuius ratio est: generatione vero posterius. Quo igitur modo ipsum vnũ principium est? qa non est diuisibile, aiunt, sed indiuisibile, tũ vniuersale, tum particulare, & elementũ. verum alio modo, illud quidem ſm rationẽ, hoc vero ſm tempus. Vtroq; itaq; modo ipsum vnum est principium? vt enim dictũ est, & rectus acuto, & iste illo prior esse videt, & vterq; vnus. Vtroq; igitur modo ipsum vnum faciũt principiũ. At impossibile. hoc. n. vt forma, & substãtia: hoc vero vt pars & materia. Est nanq; quodammodo vnum vtrunque, secundum veritatem quidem potentia: siquidem vnum quid est numerus, & nõ aceruus, sed alius ex alijs (vt aiunt) vnitatibus: actu vero non est vtraque vnitas. Causa vero erroris, qui accidit, quia simul ex mathematicis & vniuersalibus rõnibus venabãtur, ita vt ex illis quidem tanquam punctũ posuerint ipsum vnum, &

Gãtio numerorum.

Principium, quo vnum.

principium.

principium. vnitas enim punctum sine positione est. quemadmodum igitur quidam ex minimo entia composuerũt, ita & isti. quare vnitas efficitur numerorum materia, simulq; dualitate prior. rursusq; posterior, tanquam dualitate existente toto quodam, & vno, & forma. ex eo vero, quòd vniuersale quærebant prædicatum vnum, & ita vt partem dixerunt. at simul hæc eidem ineſſe impossibile est. Quòd si ipsum vnum solum sine positione esse oportet (in nullo enim differt, nisi quòd principium est, & dualitas quidem diuisibilis, vnitas vero non) similior erit profecto ipsi vni vnitas. si autem vnitas, illud quoque vnitati quàm dualitati, ea quoque de re vtraque vnitas prior dualitate erit. at non dicunt: generant sanè dualitatẽ primo. Item, si dualitas ipsa vnum quid est, ac ipsa trinitas, ambo dualitas, ex quo igitur hæc dualitas? Dubitabit autem quispiã, quòd cùm tactus quidem in numeris minime sit, consequentibus quidem his, quarumcunque non est aliquid medium, vnitatibus, veluti his, quæ in dualitate, trinitate ue sunt, vtrum consequentes sint ipsi vni, an non. & vtrũ dualitas prior est his, quæ consequuntur, an quacunq; vnitatum. Simili modo hæ difficultates de posterioribus etiam numero generibus, linea, plano, & corpore accidũt. Quidam enim ex magni & parui speciebus faciunt, veluti ex longo quidam & breui longitudines, ex lato vero & stricto plana, ex profundo autem & humili moles. hæ autem magni & parui species sunt, principium vero, quod secundum ipsum vnum est. Alij ea, quæ eorum sunt, aliter posuerunt. At etiam in his infinita videntur impossibilia, & fictitia, & omnibus rationabilibus contraria. absoluta nanque abinuicem accidet ea esse, si principia etiam nõ consequuntur, vt sit latum & strictum, longum & breue. at si hoc erit, planum erit linea, & solidum planum. Anguli item & figuræ & huiusmodi, quonã modo assignabuntur? idẽq; accidit, quod eis, quæ circa numerum. hæ nanque magnitudinis sunt passiones, nõ ex his magnitudo: quemadmodum nec ex recto & curuo longitudo, nec ex leui & aspero solida. His autem omnibus commune, quod in speciebus, quæ sunt vt generis, dubitare accidit, cũ quis vniuersalia ponat: vtrum animal ipsum in animali, an alterum ab ipso animali. Hoc nanq;, si sit non separatum, nullam dubitationem faciet. si vero sit, quemadmodum qui hæc dicunt separatum ab vno & numeris, non est facile soluere: si non facile dicere oportet, quod impossibile est. cùm enim vnum quis in dualitate intelligat, & omnino in numero, vtrum ipsum quid, an aliud intelligit? Quidam itaque ex tali materia magnitudines generant, quidam ex puncto (punctum autem eis non vnum, sed quale vnum esse videtur) & altera materia qualis est multitudo, sed non multitudine. de quibus nihil minus eadem accidit dubitare. Nam si materia vna est, idem linea, planum, & solidũ sunt. ex eisdem enim vnum & idem erit. Quòd si materiæ plures, & altera quidem lineæ, altera plani, altera solidi, aut sequuntur inuicem, aut non. quare hoc etiam modo eadem accident. planum etenim aut non habebit lineam, aut linea erit. Item quo quidem modo contingit ex vno & multitudine numerum esse, nihil dicere conantur. quomodocunque autem dicant, eædem difficultates accidunt, quæ illis quoque, qui ex vno & indeterminata dualitate dicebãt. Quidam nanque ex eo, quod vniuersaliter prædicatur, & nulla multitudine numerum generat. quidam ex aliqua multitudine, prima tñ. dualitatem nãque primam aliquam multitudinem esse. Quare (vt ita dicam) nihil differunt, sed eædem dubitationes sequentur, siue mistio sit, aut positio, aut temperamentum, aut generatio, & quæcunq; alia similia. Maxime autem aliquis inquirat, si vna sit quęque vnitas, ex quonam est. non enim erit vnaquæq; ipsum vnum. necesse autẽ est, aut ex ipso vno, & multitudine esse, aut ex parte multitudinis. atqui multitudinem dicere vnitatem esse, impossibile est, cùm indiuisibilis sit. Quòd autem ex parte sit alias habet multas difficultates. vnamquãque enim partium, aut indiuisibilem, aut multitudinem necesse est esse, aę vnitatem diuisibilem, & ipsum vnum, ac multitudinem non esse elementum. quãdoquidem vnaquæq; vnitas non est multitudinę, ac vno. Itẽ qui hoc dicit, nihil aliud quàm alium numerum facit. multitudo nanque indiuisibilium numerus est. Item quærendum etiam ab eis, qui sic dicunt, vtrum numerus infinitus an finitus sit. erat nanq;, vt apparet, multitudo quoq; finita, ex qua & vno sunt vnitates finitę. aliudq; est ipsa multitudo, multitudoq; infinita. qualis itaque multitudo, & vnum est elementum? Similiter autẽ de puncto quoque aliquis quæreret, ac elemento, ex quo faciunt magnitudines. non enim vnum solum punctum hoc est. ex quo nanq; vnũquodque aliorum punctorum? non enim ex quadam dimensione, ipsoque puncto. At vero nec partes diuisibiles esse contingit partes dimensionis, quemadmodum multi-

tudinis, ex quibus vnitates. numerus nanq; ex indiuisibilibus cõponitur, magnitudines vero minime. Hæc itaq; omnia, cęteraq; simi lia manifestãt quòd impossibile sit numerum ac magnitudines sepatas esse. Præterea quod ipsi primi de numeris discordant, signum est ipsas res, cùm nõ sint veræ, ipsis præbere con fusionem. Quidam enim, qui mathematica tantum faciunt præter sensibilia, cùm viderẽt difficultatem atque fictionem circa formas, destiterunt à numero ideali, ac mathemati cum fecerunt. Quidam vero, cùm formas si mul & numeros facere vellent, neq; viderẽt quonam modo siquis hæc principia ponat, mathematicus numerus præter idealem es set, eũdem idealem ac mathematicum nume rum fecerunt ratione. quia autem opere sub latus est mathematicus, proprias profecto & non mathematicas suppositiones dicũt. Qui vero primus formas & numeros esse posuit, formas & mathematicas esse ratiõabiliter se parauit. quare accidit omnes secundum quid recte dicere, omnino vero non recte. ac ipsi etiam fatentur non eadem, sed cõtraria dicen tes. Causa vero est, quòd suppositiones atq; principia falsa sunt. difficile autem est (vt ait Epicharmus) ex non bene præsuppositis, be ne dicere. cùm primum enim aliquid dicitur, confestim apparet non bene dictum. Sed de numeris quidem sufficiant, quæ dubitata & quæ determinata sunt. cuicunque nãq; per suasum est, magis ei ex pluribus persuasum fuerit. vt autem illi persuadeatur, cui non est persuasum, nihil magis.

Ex suppositionibus nõ bonis difficile bene dicere.

Caput Quartum. Considerandum esse quid & quomodo dicitur Ideas, Numerósue esse rerum principia. Ostenditur autem quòd ideæ principia esse non possunt.

DE primis vero principijs, primisq; causis & elementis, quæcunq; quidem dicunt, qui de sola sensibili substantia determinãt, quædam in Naturalibus dicta sunt, quędã non sunt præsentis scientiæ. Quęcũq; vero aiunt, qui dicũt præter sensibiles esse alias substantias, consequens est dictis speculari. Cùm igitur quidam ideas, ac numeros tales esse dicant, elementaq; eorum elemẽta, principiaq; entium esse, considerandum de his, quid & quonam modo dicunt. Verũ qui numeros tantum & hos mathematicos faciunt, posterius examinandi sunt. Eorum autẽ, qui ponũt ideas, simul quispiam, & modum profecto viderit, & dubitationem, quæ de eis fit. simul nanq; vniuersales substantias faciunt ideas, & rursus vt separatas & singularium. hæc vero, quòd non contingant, dubitatum est prius. Causa vero eis, q vniuersales ideas dicunt, vt eas in idem coniungant, fuit, quia sensibilibus non faciebant easdẽ substantias. singularia etenim, quæ in sensibilibus, fluere putabant, nec aliquid horum manere. vniuersalea utem præter hęc, tum esse, tum aliud qd esse. Hoc autem (vt antea dicebamus) mouit quidem Socrates propter definitiones, non tamen à singularibus separauit. & hoc rectè intellexit, non separans. cõstat autem ex operibus. etenim absq; vniuersalibus quidẽ non est accipere scientiam: separare autem causa difficultatum, quæ circa ideas accidunt, est. Quidam vero tãquam necessarium sit, si substantiæ quædam præter sensibiles, & fluentes erunt, separatas esse (alias quidem non habebant) eas sane, quæ vniuersales dicũtur, attulerunt: vt fere accidat easdem naturas vniuersales, ac particulares esse. at hæc ipsa p sesam erit difficultas eorũ, de quibus dictũ est.

Caput Quintum. Difficultatis determinatio, quo pacto vniuersalis dicatur esse scientia, si substantiæ separatæ non sunt.

QVod vero et his qui dicunt ideas, et his qui non dicunt, aliquam dubitationem habet, quod & à principio in dubitationem dictum est prius, modo dicamus. Nam siquis substãtias non ponat esse separatas. & hoc modo sicuti entium singularia dicuntur, perimet substantiam, quemadmodum dicere volumus. Quòd si quis substantias separatas ponat, quomodo principia earum & elementa ponet: si singulare nanq; & vniuersale, tot erunt entia, quot elemẽta. neque scibilia elementa. sint etenim syllabæ quidem, quæ in voce sunt, substantiq; elementa vero earum elementa substãtiarum. necesse autem est BA, & vnam quanq; syllabarum vnam esse, si non vniuersaliter quidem & specie eædẽ, sed vna numero vnaquęq;, & quod quid, nec æquiuocum. Item ipsum quod est vnumquodque vnum ponunt. quod si syllabæ, ita illa quoque, ex quibus sunt. non erũt igitur plura A, q̃ vnum, nec aliorum elementorum vllum secundum eandem rationem, secundum quam nec aliarum syllabarum ea dẽ altera & altera. At vero si hoc, præter elementa non erũt alia entia, sed solum elementa. nec item erunt scibilia elementa, cùm non sint vniuersalia, scięntia vero vniuersalium sit. constat vero ex demõstrationibus, ac definitionibus. non.n. fit syllogismus, quòd hic triangulus duobus rectis, nisi omnis duo recti. nec quòd hic homo aial, nisi omnis homo aial.

At vero

At vero, si principia vniuersalia sunt, aut etiã substantiæ, quæ ex his fiunt, vniuersales sunt, erit non substantia prior substantia. vniuersale nanq; non est substantia. elementum vero & principium vniuersale est. est autem elemẽtum & principium prius his, quibus principium & elementum est. Hæc itaq; omnia rationabiliter accidunt, tum cùm ex elementis ideas faciunt, tum cùm præter eas ideas, substantiasq;, quæ eandem formam habent, vnũ quid separatum esse cẽsent. quod si nihil prohibet, quemadmodum in vocis elemẽtis multa A, multaq; B esse, nihilq; præter multa ipsa A, ipsaq; B esse, erunt ob hoc infinitæ similes syllabæ. Quòd autem omnis scientia vniuersalium sit, quamobrem necesse sit, tum entiũ principia vniuersalia esse, tum non esse separatas substãtias, hoc plus quàm alia prædicta, maxime dubitationẽ habet. At quodam quidem modo verum, quod dicitur est, quodam autem modo nõ verũ. Scientia nanq;, sicut & ipsum scire, duplex est: quorum aliud potentia, aliud actu est. Potentia igitur, cùm sit tanq̃ materia ipsi⁹ vniuersalis, ac indefinita, vniuersalis, indefinitiq; est. actus vero determinatus et determinati, cũ qd̃quid, huiusq; alicuius sit. Verum per accidens videt visus colorem vniuersalem, eò quòd hic color, quem videt, color est, et qd̃ Grammaticus hoc A speculatur, A est. Nam, si necesse est principia vniuersalia esse, necesse est illa quoq; ex his vniuersalia esse, quemadmodum in demõstrationibus est. quod quidem si ita est, nihil erit separatum, ne substantia quidem. sed cõstat, quòd quodam modo quidem scientia vniuersalis est, quodã modo vero minime.

Quo pacto sit & non sit ipsius vniuersalis scientia

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER QVARTVS DECIMVS,
cum Auer. Commen.

SVMMÆ LIBRI.

In hoc libro disputat contra eos, qui mathematica, uel ideas numeros entium principia ponebant.

Caput Primum. Circa Immobiles substantias non posse principia contraria existere.

DE hac itaq; substantia tot dicta sint. omnes vero, quemadmodum in naturalibus, similiter etiam circa immobiles substantias principia contraria faciunt. Si autem nullis principijs possit prius aliquid esse, impossibile erit profecto principiũ, aliqd aliud existẽs, principiũ esse. veluti si quis dicat albũ esse principiũ, non put aliud, sed prout album, esse tamen de subiecto, & aliquid aliud existens album esse, illud sane prius erit. at vero cuncta ex contrarijs fiunt, tanquam cuiusdam subiecti. necesse ergo est maxime hoc contrarijs inesse. semper igitur cuncta cõtraria de subiecto sunt, & nullum est separabile. Cæterum, quemadmodum apparet, ratione testatur, nihil substantiæ contrarium est. nullum ergo contrariorum omnium proptie principium est, sed alterum.

Caput Secundum. Narrantur opiniones multæ Antiquorum de principijs.

QVidam vero alterum contrariorum materiã faciunt. quidam vni scilicet æquali inæquale, quasi hoc natura multitudinis sit. quidam vni multitudinem. generãtur enim numeri à quibusdam ex dualitate inæqualis, magno ac paruo, à quodam ex multitudine, ambobus tamen ab substantia vnius. etenim qui inæquale & vnum dicit elementa, inæquale vero ex magno & paruo dualitatem, tanquam vnum sint inæquale & magnum & paruum dicit. nec determinat quod ratione, numero vero minime. At vero principia etiam, quæ elementa vocant, non bene assignãt. Cùm autem quidam magnum & paruum pariter cum vno hæc tria numerorum elementa dicunt, duo quidem materiam, vnum vero formam. Quidã vero multum & paucum, quia magnum & paruum magnitudini magis secundum naturam peculiaria sunt. Alij autem quod magis vniuersale in his, excedens & excessum. At nullum istorum aliquid differt (vt ita dicam) quoad quędam, quę accidunt, nisi ad logicas tantum difficultates, à quibus cauent. propterea quòd alij quoque logicas afferunt demonstrationes. eiusdem tamen rationis est excedens & excessum, at non magnum & paruum principia esse, ac numerum dualitate priorem ex elementis ponere. ambo nanq; magis vniuersalia sunt. at illud quidem dicunt, hoc vero minime. Quidam vero alterum & aliud ad vnũ opponunt. alij autem multitudinem & vnũ.

Caput Tertium. Narratæ opiniones confutantur.

SI igit entia (vt volunt) ex contrarijs sunt: vni vero aut nihil contrarium, aut si est, multitudo est, & inæquale æquali, & alterum eidem, etiam aliud eidem: maxime quidem qui vnum opponunt multitudini, aliqua opinione nituntur, nec hi tamen sufficiẽter. vnum etenim erit paucum, quandoquidem multi-

tudo

tudo pauciatati, multum vero pauco opponitur. Vnum vero, quòd mensuram significet, manifestum est. ac in cunctis est aliquid aliud suppositum, veluti in harmonia primus sensibilis tonus, in magnitudine digitus, aut pes, aut aliquid simile. & in rhythmis gradus, aut syllaba. similiter in grauitate pondus aliquod determinatum est. ac eodem modo de omnibus. in qualitatibus quale quid, in quantitatibus quantum quid. mensura enim indiuisibile, quædam secundum formam, quædam secundum sensum, tanquam vnum, non sit aliqua per se substantia. & hoc rationabiliter. vnum nanque significat, quòd mensura cuiusdam multitudinis est. ac numerus multitudo mensurata, & multitudo mensurarū. Quare rationabiliter vnum non est numerus. neque enim mensura mensuræ. Verū tam mensura quàm vnum, principium est. Oportet autem vt mensura semper idem cum omnibus sit. veluti si equus mensura equis, & si homo hominibus. quòd si homo, & equus, ac Deus animal, numerus quoque eorum forsassis animalia erit. si autem homo, & album, ac ambulans, minime quidem horum numerus est, eò quod eidem vnicq; secundum numerum omnia insunt. attamen numerus horum generum erit, aut alicuius alterius similis appellationis. Qui vero inæquale vt vnū quid, dualitatem autem indeterminatam ex magno, paruoq; faciunt, vehementer longe, tum ab apparentibus, tum à possibilibus dicunt. passiones nanque magis hæc, et accidentia, quàm subiecta numeris & magnitudinibus sunt. multum nanque & paucum numeri, ac magnum & paruum magnitudinis. sicuti par & impar, læue & asperū, rectum & curuum. Præterea ad hunc quoq; errorem etiam necesse est magnum, & paruum, & quæcunq; similia ab aliquo esse. Ad aliquid vero minime prædicamentorum omnium natura quædam, aut substantia est. ac posterior, tum quali, tum quanto, & quædam quanti passio (vt dictum est) sed non materia, aut aliquid aliud quam omnino commune ad aliquid, partibusque eius, & speciebus. nihil enim est, nec magnum nec paruum, nec multum nec paucum, nec omnino ad aliquid, quod non aliquid aliud existens, multum aut paucum, aut magnum aut paruum, aut quod ad aliquid est. (Quod autem ad aliquid minime aliqua substantia aut ens aliquod sit, signū est, quòd eius solum non est generatio, neque corruptio, neque motus: quemadmodum secundum quantum augmentatio & diminutio, secundum quale alteratio, secundum locum latio, secundum substātiam simplex generatio & corruptio. At secundum ad aliquid minime. absque enim quòd moueatur, quandoq; maius, quandoque minus, aut æquale erit, altero secūdum quantum moto. Necesse item est cuiusque materiam esse, quod potentia tale est. quare etiā substātiæ est. ad aliquid vero, neque potentia, neque actu substantia est. inconueniens itaque est, immo impossibile substantiæ elementum facere non substantiam; ac prius. posteriora nanq; omnia prædicamenta sunt. Item elementa non prædicantur de his, quorum elementa sunt. multum vero & paucum seorsum, & simul prædicatur de numero. ac longum et breue de linea, planumq; latum & strictum est. quòd si qua multitudo est, cuius semper ipsum paucum sit, vt dualitas (nam si eius multum sit, vnum profecto paucum erit) & si multum simpliciter, nimirum erit veluti denarius multum, & (si hoc pacto non est) plus quàm dena milia. Quo igitur modo iste ex pauco, multoq; numerus erit? aut enim ambo prædicari oportebat, aut neutrum. nunc vero alterum tantum prædicatur. Simpliciter autem consyderandum est vtrum possibile sit æterna ex elementis componi. materiam nanq; habebunt. omne nāq;, quod ex elementis est, cōpositum est. Sitaq; necesse sit, ex quo quid est (siue semper sit, siue factum sit) ex eo fieri, omne vero fiat ex eo, quod potētia est id, quod fit (nec enim ex impossibili factum fuisset, nec esset) quod vero possibile est, contingit vt & quis agat, & non, numerum quoque (& si quàm maxime semper sit) aut quodcunque aliud materiam habens, contingat profecto non esse haud secus, & quod vnū diem habet, & quòd annos quotcunq;. si vero sic, et tempus cùm tantum sit, vt cuius non est terminus. non erunt ergo æterna: siquidem quod contingit non esse, non est æternum, quemadmodum in alijs tractatum est: Quòd si verum vniuersaliter est, quod nunc dicitur, nullam substantiam æternam esse, si non sit actu, elementa vero materia substantiæ sint, nullius ptecto eternæ substantiæ elementa erunt, ex quibus inexistentibus fit. Sunt autem quidam, qui dualitatem quidem indeterminatam vna cū vno faciunt elementum, inæquale vero haud absre sperunt, propter impossibilia, quæ accidūt. à quibus tot solum de difficultatib⁹ ademptę sunt, quotcunq; necesse est illis accidere, qui inæquale & ad aliquid faciunt elementum. quotcunq; vero præter hanc opinionem sunt, has illis quoq; necesse est accidere, siue idealē numerum, siue mathematicum ex eis faciant.

Caput

Caput Quartum. Multis de causis Antiquos in has causas lapsos fuisse: præcipue uero ob Parmenidem dicentem ipsum ens unum esse: quod ab Aristotele redarguitur.

MVltæ igitur causæ sunt, quare in has causas lapsi sunt. maxime vero ea, quę ob antiquitatem dubitatio est. videbatur nāq; eis omnia entia fore vnum, scilicet ipsum ens. nisi quis soluat, & consentanee Parmenidis rationi incedat. nunquam enim hoc vllo modo esse non ens. verum necesse esse ostendere, quòd non ens sit. hoc nanque modo ex ente & aliquo alio entia fore, si multa sunt. Profecto in primis quidem, si ens multipliciter dicatur: quoddam enim, quia substantiam significat, quoddam, quia quale, quoddam, quia quantum, & reliqua quoque prædicamenta: quale igitur vnum omnia entia erunt, si non erit non ens: vtrum substantiæ, an passiones, & alia quoque similiter, an cuncta? & erit vnum hoc, & tale, & tantum, & alia quæcunque vnum quid significant? At inconuenies est, immo vero impossibile vnam aliquam naturam factam causam, & huius entis, & eiusdem entis sit quoddam hoc, quoddam tale, quoddam tantum, quoddam vero vbi. Deinde ex quali non ente, ac ente entia? Multipliciter enim, et quod non ens, sicuti etiam ens. etenim quod non hominem significat, non esse hoc: quod non rectum autem, non esse tale: quod non tricubitum vero, non esse tantum. ex quali igitur ente, & non ente multa entia erunt? Vult itaq; falsum, & hāc naturam non ens dicere, ex quo & ente multa entia. qua de re dicebat ꝙ oportebat aliquod falsum supponere, quemadmodum Geometræ pedalem esse, quæ non sit pedalis. At impossibile est hæc ita se habere. nec enim Geometræ vllum supponunt falsum. non enim id in syllogismo propositio est. neque entia fiunt ex ita non ente, neque corrumpuntur. verum quoniam non ens, quod secundum casus dicitur, æque ac prædicamenta dicitur, præter hęc autem non ens dicitur, quod vt falsum, ac id, quod secundum potentiam, ex hoc generatio est. ex non homine, potentia vero homine, homo. & ex non albo, potentia vero albo, album. similiter, siue vnum quid, siue multa fiant. Videtur autem quæstio, quomodo ens, quod secundum substantias dicitur, multa sit, cùm profecto numeri, longitudines, & corpora, ea sint, quæ generantur. Inconueniens itaque est, quomodo quidem ens, quod quid est multa sit quærere, non autem quo modo, aut qualia, aut quanta. non enim indeterminata dualitas, nec magnum & paruum causa est, vt duo alba, aut multi colores, aut sapores, aut figuræ sint. numeri nāq; hęc etiam erunt, ac vnitates. At vero, si hæc consyderassent, vt dissent profecto quid etiam in eis causæ est. eadem enim & proportionalis causa est. ipsa enim transcensio causa. & id quod quærebāt, enti & vni oppositum, ex quo & his entia facerent, causa fuit, vt ad aliquid & inæquale supponerent, quod neque contrarium, neq; negatio illorum est, sed vna natura entium, quemadmodum quid & quale. Oportebat igitur hoc etiam quærere, quonam modo ad aliquid multa esset, et non vnum. Nunc vero quo quidem modo multæ vnitates præter primū vnum quæritur, quo modo vero multa inæqualia, minime. Quamuis vtuntur & dicunt magnum paruum, multum paucum, ex quibus numeri, lōgum breue, ex quibus longitudo, latum strictum, ex quibus planū, profundum humile, ex quibus moles, etiam adhuc plures species eius dicunt, quod ad aliquid est. qd igitur his causæ est, vt multa sint? Necesse itaq; est (quemadmodum dicimus) vnicuique supponere potentia ens. nam & ille, qui hæc dixerat, hoc quoque commonstrauit, quòd aliquid potentia sit ens, hocq; substantia, non ens autem per seipsum, videlicet quia ad aliquid. ac si diceret, tale quod neque potentia est vnum, aut ens, neque vnius, aut entis negatio est, verum vnum quid entium est. at multo magis (vt dictum est) si quæsiuisset, quonam modo entia multa sunt, non quę in eodem prædicamento, quomodo multæ substantiæ, aut multa qualia quærendo. verum quo modo multa entia. quædam nanq; substantiæ, quædam passiones, quædam ad aliquid sunt. In alijs igitur prædicamentis habet aliam etiam quandam consyderationem, quonam modo multa sint. Etenim propterea quòd nō sunt separabilia, eò quòd subiectum multa fit, & est, qualia quoque multa sunt, & quanta. & quamuis oportet vnicuique generi aliquam esse materiam, separabilem tamen à substātijs impossibile est. In his autem, quæ quod quid sunt, habet quandam rationē quo modo multa ipsum quid sunt, si non qd erunt & quod quid, & quædam talis natura. hæc vero dubitatio illinc magis est, quomodo multæ actu substantię, & non vna. At vero si non idem sit hoc, et ꝙtum, non dicitur quomodo, & curentia multa sunt, sed quomodo, & quare multa quanta. Omnis nanque numerus quantum quid significat. & vnitas non est nisi mensura, quia ea, quæ secundum quantum, indiuisibilis est. si igitur quātum, et quod quid est alterū nō dicitur, qd quid est, ex quo

neq;

neq; quomodo multa. si autem idem, multas sustinet contradictiones, qui hæc dicit.

Caput Quintũ. Examinant opiniões uariæ ponẽtium numeros rerum principia: eademq; improbantur.

SVggerere autem quispiam de numeris etiam consyderationem possit, vnde nam sit accipienda fides quòd sint. apud eum nãq; qui ponit ideas, præbent quandam entibus causam. siquidem vnusquisque numerorum idea quædam est, idea sane cæteris vt sint, quo modocunque causa est. Sit enim hoc eis suppositum. Illi vero, qui hoc quidem modo non putet, propterea quòd videat difficultates, quæ circa ideas existunt, ita vt propter hæc eas non faciat numeros, faciat vero numerũ mathematicum, vnde credendum est, quod talis numerus sit, ac quod quicquam cæteris vtilis: nullius nanq;, nec ille ait, qui dicit eum esse, verum vt quandam ipsam per se existentem naturam esse dicit: nec apparet eum causam esse, quandoquidem omnia Arithmeticorum theoremata etiam de sensibilibus (vt dictum est) erunt. Qui igitur ponunt ideas esse dicere tentant, quomodo, & qua de causa sint: eò quòd secundum expositionem cuiusque vnum quid præter multa accipiunt vnũquodq;. At vero quoniam hæc, neque necessaria, neque possibilia sunt, neque numerum propter hæc esse asserendum est. Pythagorici vero, eò quòd multas numerorum passiones sensibilibus inesse corporibus videbant, numeros quidem esse entia fecerunt, non tamen separatos, verum ex numeris entia. Cur autem? quoniam numerorum passiones in harmonia sunt, & in cœlo, cæterisq; multis. Illis vero, qui mathematicum solum numerum esse dicunt, nihil tale secundum suppositiones dicere contingit: verum q; non erunt de eis scientiæ, dicebant. nos autem dicimus esse, quemadmodum diximus prius. Et patet quòd mathematica non sunt separata. si enim separata essent, non inessent corporibus passiones eorum. Pythagorici vero secundum tale nullius culpabiles existunt. At secundum quod naturalia corpora ex numeris faciunt ex non habentibus grauitatem vel leuitatem grauitatem & leuitatem habentia videntur de alio cœlo corporibusq; alijs, non autem de sensibilibus dicere. Qui vero faciunt separatum, eò quòd dignitates non sunt in sensibilibus, quodq; vera sunt quæ dicuntur, & animæ adblandiuntur. & esse existimant, & separata esse, similiter quoque & magnitudines mathematicas. At dilucidum est, quòd oratio quoq; contraria dicet contraria, & quod iam dubitatum est, solùitur ab illis hoc pacto scientibus, quam ob causam, si nullatenus ea sensibilibus insit, passiones eorum in ipsis sensibilibus sint. Sũt autem quidam, qui ex hoc, quòd termini, extremaq; sunt, punctum linea, hæc superficiei, ista solidi, putant debere tales naturas ex necessitate esse. Oportet igitur & hanc rationem consyderare, nonne nimium debilis sit. Nec enim substantiæ sunt extremaq; immo omnia hęc termini. Cùm & ambulationis, & omnino motus aliquis terminus sit; is ne igitur est quod quid, & substãtia quædam: at absurdum est. At vero etsi sunt, sensibilia sane omnia erunt. in his nanque esse ratio dixit. cur igitur separata erunt? Item inquireret quispiam, qui non admodum facilis sit ad credendum, de omni quidem numero, & mathematicis hoc ipsum, quod nihil conferant inuicẽ priora posterioribus. nam & numero non existente, nihil minus magnitudines erunt ilæ, qui mathematica solum esse aiunt: & his non existentibus, anima, & corpora sensibilia. Ex his vero, quę apparent, non videtur natura inconnexa, quemadmodum vitiosa Tragœdia. Qui vero ponunt ideas, hoc quidem eos fugit. ex materia nanque, & numero faciunt magnitudines. ex dualitate quidem longitudines, ex trinitate vero fortassis plana, ex quaternitate solida, aut ex alijs numeris. nihil enim interest. Sed vtrum hæc erunt ideæ? aut quis modus earum est, quidue conferunt entibus? Nihil profecto, quemadmodum neq; mathematica, nec istę conferunt. At vero nec vllum theorema de eis est, nisi quis velit mathematica motum efficere, ac proprias quasdam opiniones facere. non est autem difficile eos, qui quascunque suppositiones sumunt, prolixum quippiam facere, atque connectere. hi quidem hoc modo mathematica ideis annectentes, peccant. Primi autem duos numeros facientes, tum idealem, tum mathematicum, nullo modo dixerunt, nec dicere habeant, quomodo, vel ex quo mathematicus: erit: faciũt enim eum medium inter idealem, & sensibilem. Si enim ex magno & paruo, idem erit illi, qui idearum est. verum ex alio quodam magno & paruo magnitudines facit. si autem aliud quoddam dicet, plura elementa dicet. Et si principium vtriusque vnum quid est, commune quid i his id vnum erit. at quærendum est quomodo hæc multa vnum sint? Et simul secundum eum aliter & ex vno, & indeterminata dualitate numerum fieri impossibile est. Hæc itaque omnia irrationabilia sunt, ac ipsa sibi ipsis. & bene rationem ventibus compugnant. videturq; in eis esse longus

longus Simonidis sermo. fit nanque longus sermo, quemadmodum is, qui seruorum est, cùm nihil sanum dicant. Ipsa quoque elementa magnum, & paruum videntur conqueri, quòd trahuntur. non possunt enim vllo modo generare numerum, nisi eum, qui ab vno duplicatur. Inconueniens etiam est, immo impossibile generationem quoque eorum facere, cùm perpetui sint. vtrum autem Pythagorici faciant, an non faciant generationem, nihil dubitandum est. manifeste nanq; dicunt, quòd vno constituto, siue ex planis, siue ex colore, siue ex semine, siue ex quibus egent dicere, cõfestim infinito propinquissimum trahebatur, terminabaturq; à termino. Verum quoniam de mundi factura, ac naturaliter hęc dicere volunt, decens erat aliquid eos de natura inuestigare, à presenti vero via discedere. Quærimus nanque principia, quæ in immobilibus sunt. quare talium numerorum generationem consyderare oportet. Imparis itaq; generationem non dicunt, quasi videlicet paris generatio sit. Parem vero primo ex inęqualibus, magno & paruo æquatis, quidem constituunt. necesse itaque est prius esse ipsis inęqualitatem, quàm ipsum æquari. si autem semper æquata fuissent, non fuissent inæqualia prius. ipso enim semper nihil est prius. quare patet quòd non contemplandi gratia faciunt generationem numerorum.

Caput Sextum. Dubitatio, quo pacto bonũ in ipsis principijs insit: de qua re diuersæ Antiquorum redarguuntur opiniones

HAbet autem dubitationẽ, & à bene dubitante reprehensionem, quonam modo ad bonum, atq; pulchrum elementa, principiaq; se habent. dubitationem quidem hanc vtrum aliquod istorũ tale sit, quale volumus ipsum ideale bonum, & optimum dicere, an non, sed posterius genita sint. A quibusdam enim recentioribus Theologis concessum esse videtur, qui non aiunt, nisi quòd entium natura præcedente, bonum quoque, ac pulchrum apparet. hoc vero faciunt veram veritati difficultatem, quæ accidit dicentibus, quemadmodum quidam ipsum vnum, principiũ. Difficultas autem est, non quoniam principio bonum tanquam insitum attribuerunt, verum propterea quod ipsum posuerũt principium, & principium, vt elementum. numerum quoque ex vno. Poetæ vero Antiqui similiter quomodo regnare, eo & principia esse aiunt. non enim primos, veluti noctem, & cœlum, aut chaos, aut etiam oceanum, sed Iouem. At vero his quidem, eò quòd mutant entium principes, talia dicere accidit. quia hi quidem eorum, qui misti fuerunt, nec omnia fabulose dicunt (vt Pherecydes, & alij quidam) primum generans optimum ponunt, ac etiam Magi, & posteriorum quoque Sapientum, vt Empedocles, & Anaxagoras, cùm hic quidem amicitiam, ille vero intellectum principium fecerit. eorum vero, qui immobiles substantias esse dicunt, quidam ipsum vnum ipsum bonum esse aiunt. substantiam tamen eius ipsum vnum maxime putabant esse. Dubitatio quidem hæc est, vtro modo dicẽdum est. Mirabile autem est, si primo, & perpetuo, ac sibi ipsi sufficientissimo hoc ipsum primum, per se sufficientia, & salus non sit tanquam bonum. enimuero propter nihil aliud incorruptibile, vel sibi sufficiens est, nisi quortiã bene se habet. Quare dicere quidem principium tale esse rationi consentaneum est verum esse: hoc vero esse ipsum vnum. Aut si non hoc, elementum, & numerorum elementum esse impossibile est. Accidit enim multa difficultas, quam cùm quidã fugerent, qui vnum quidem fatebantur primum principium esse, ac elementum ipsius, tamen mathematici numeri abnegarunt. cunctę nanq; vnitates re vera fiunt aliquod bonum, & magna bonorum erit abundantia. Item, si formę numeri, omnes formæ ipsum bonũ aliquod. At vero cuiuscunq; velit, ponat qs ideas esse, siquidem bonorum solum ideæ, non erunt substantię. Quòd si etiam substantiarum, cuncta animalia, & plantæ bona sunt, & participantia. Hæc itaque inconuenientia accidunt. Et ad hæc contrarium elementum (siue multitudo, inæquale, & magnum & paruum sit) ipsum malum erit. Quare quidam fugiebat bonum vni copulare, tanquã necesse sit, cùm generatio sit ex contrarijs, naturam multitudinis malum esse. quidam inæquale mali naturam dicunt. accidit igitur omnia entia, præter vnum, quod est ipsum vnum, malo participare. & numeros eo magis puro participare, quàm magnitudines. & malum locum esse boni, ac participare, & appetere corruptiuum. contrarium nanque corruptiuum contrarij est. At si, quemadmodum dicebamus, quòd materia est id, quod potentia vnumquodque, veluti ipsius actu ignis, quod est potentia ignis, malum erit ipsum potentia bonũ. Hæc igitur omnia accidunt. quoddam quidem, quia omne principium faciunt elementum. quoddam, quia cõtraria principia. quoddam, quia ipsum vnum, principium. quoddam, quia numeros primas substantias, & separabiles, ac formas. Si igitur tum non pone-

Co. Græcita legit Poetæ vero Antiqui similiter quomodo regnare, & dominari aiunt, nõ primos, &c.

re

re bonum inter principia, tum ita ponere impossibile est, constat quòd non recte assignantur principia, neque primæ substantiæ. At etiam nec is recte putat, qui vniuersi principia, animalium, plantarumq; principio assimilat, quia ex indeterminatis, ac imperfectis semper perfectiora: & ideo etiã in primis ita se habere aiunt, vt nec ens aliquod sit ipsum vnum. Verum etiam hic perfecta principia sunt, ex quibus hæc sunt. homo enim hominem generat, nec semen primum est.

Caput Septimum. Contra ponentes locum simul cum magnitudinibus fieri. Item contra dicentes ex numeris, vt ex elementis entia fieri, ipsum autem aliud ex alio esse, quot modis dicatur non dividentibus.

ABsurdum item est locum simul cum solidis mathematicis facere. locus nanq; singularium proprius. quare loco separabilia sunt. mathematica vero non sunt alicubi. At insuper dicere quidem, quòd alicubi erũt, quid vero locus sit, non absurdum est. Oportebat vero eos, qui entia dicebant esse ex elementis, primaq; entium numeros, diuidere qualiter aliud ex alio sit: & ita dicere quonam modo numerus ex principijs sit. Vtrum mistione? At non est omne miscibile, & quod fit alterum, non erit separabile vnum ipsum, nec altera natura, neque volunt. At compositione dicent, vt syllabam? Sed situm necesse est esse. et qui intelligit, seorsum intelliget vnum, & multitudinem. hoc igitur numerus erit, vnitas & multitudo, aut vnum & inæquale. Et cùm id, quod est ex aliquibus esse, est quidem, vt ex his, quæ insunt, est vero, vt non, vtronam modo numerus est? Sic enim vt ex his, quæ insunt, non sunt nisi ea, quorum generatio est. Sed tanquam à semine erit? At nõ possibile ab indiuisibili aliquid abire. Verum fortassis tanquam vt ex contrario nõ permanente? At quæcunque ita sunt, ex alio quoq; quodam permanente sunt. Cùm autem vnũ, quidam quidem vt contrarium multitudini, quidam vero inæquali ponat, vno vt æquali vtens, tanquam ex contrarijs erit numerus profecto. est igitur quippiã aliud, ex quo permanente, & altero est, aut factus est. Præterea, cur cætera quidem, quæcunque ex contrarijs sunt, aut ea, quibus contraria sunt, corrumpũtur, numerus vero, & si ex omni sit, minime? de hoc enim nihil dicitur, quamuis contrariũ tam quod ineſt, quam quod non ineſt, corrũpat, vt contentio misturã. attamen non oportebat, non enim est illi contraria.

Caput Octauum. Numerum non esse causam aliquam ipsarum rerum.

NIhil autem determinatum est, qualiter numeri substantiarum, & existentiæ causæ sunt: vtrum vt termini, veluti puncta magnitudinum, & vt Eurytus ordinabat, hęc numerus huius: puta, hic quidem hominis, hic vero equi: quemadmodum illi, qui numeros ad figuras, triangulum, & quadratum reducũt, ita plantarum formas supputationum calculis assimilans. An, quoniam ratio, et consonantia numerorum, similiter etiam homo, & aliorum vnumquodq;? At passiones, qualiter sunt numeri, album, dulce, & calidum? Quòd vero numeri veri non sint substantia, neq; causæ formę, patet: substãtia nanq; ratio est, numerus vero materia. veluti carnis, aut ossis numerus substantia sic, tria ipsius ignis; terrę vero duo. & semper numerus, quicunq; fuerit, aliquorum est, vel igneus, vel terrenus, vel monadicus. verum substantia tantum ad tantum esse secundum mistionem hoc sanè non est numerus, sed ratio mistionis numerorum corporalium, aut quorumcunque. Nec igitur eò quòd faciat, causa numerus est: nec omnino numerus monadicus, aut materia, aut ratio, & forma rerum est: sed nec quidem vt id, quod cuius causa.

Caput Nonum. Contra ponentes bonum, quod est hic, omne à numeris prouenire. Contra etiam nonnullos Homeri expositores, fatua quædam in numeris dicẽtes. Et quo pacto in numeris ponendum est ipsum bonum.

DVbitauerit autem aliquis, quidnam sit illud bene, quod à numeris, si mistum in numero rationali, aut impari sit. nunc etenim nihil salubrius, ter tria, si melicratum sit mistũ, sed magis pderit fortassis, si in nulla pportione sit, & aquosum, aut si in numero sit purũ. Item rationes mistionum in additione numerorum, nõ in numeris sunt. veluti tria ad duo, non ter duo. idem enim genus esse oportet in multiplicationibus. Quare ipso A mensurare oportet ordinem, in quo A, B, C. et ipso Deũ, in quo D, E, Z. quare eodem omnia. erit igitur ipsius ignis B, E, Z. & aquæ numerus bis tria. Si autem necesse est omnia numero participare, necesse est multa eadem accidere, & numerum eundem huic, & alij esse. Vtrum igitur hoc est causa, et propter hoc res est? An id immanifestum. veluti est quidam Solis, ac rursus Lunæ lationũ numerus, & vitæ vniuscuiusque animalium. Quid igitur prohibet quosdam eorum quadratos esse, quosdam cubos & æquales, alios duplos? Nihil enim prohibet,

hibet, sed necesse est in hos conuerti, si omnia numero participabant, & quæ differunt contingebat sub eodem numero cadere. Quare, si quibusdam idem accidens acciderit, eadem inuicem illa erunt, eandem habentia numeri speciem, puta Sol & Luna, eadem. Sed propter quid causæ eædem? septem quidem vocales, septem autem chordæ, aut harmoniæ, septem vero pleiades, in septem autem quædam emittunt dentes, quædam vero non, septem etiam, qui ad Thebas. Vtrũ igitur quoniam talis quidam numerus suapte natura aptus est, ideo aut illi fuerũt septem, aut pleias septenarum stellarum est? An hi quidem propter portas, aut aliam quãdam causam. Illam vero nos ita numeramus, vt sam autem duodecim, quidam autem plures. nam ξ↑ϟ consonantias aiunt esse. & quoniam illæ tres, hæc quoque tria. quod autem mille talia sint, nemo curat. ipsi enim γ & ϱ esse possit vnum signum. Si autem quoniam duplum aliorum vnumquodq;, aliud vero minime, causa quidem est, quia cùm tria loca sint, vnum in vno quoque infertur ipsi ν, propterea tria tantum sunt, sed non quoniam consonãtiæ tres: nam plures consonãtiæ sunt. hic vero nõ amplius possunt. Similes vero hi quoque sunt Antiquis homericis, qui paruas similitudines vident, magnas vero non vident. Dicũt autem quidam, quòd multa talia sunt, veluti ipsæ mediæ. quædam nouem, quædam octo, & carmen decem & septem his esse æquale numero. ascendit autem in dextro quidem nouem syllabis, in syniſtro vero octo. & quòd æqualis distantia, tam in literis ab α ad ω, quàm in tibijs à grauissimo bombo ad acutissimam neten, cuius numerus æqualitas est omnimodæ coeli melodiæ. Videri autem non decet talia, nam nullus dubitaret neque dicere, nec inuenire in perpetuis, quoniam & in corruptibilibus. Vtrum quæ in numeris naturæ laudatæ, & quæ his contraria; ac omnino, quæ in Mathematibus, vt quidam dicunt, & causas naturæ faciunt, videntur hoc modo consyderantes fugere. secundum nullum enim modum eorum, qui circa principia determinati sunt, vlla eorum causa est. Vt tamen manifestum faciunt, quòd ipsum bene est, & quod de coordinatione ipsius boni est impar, rectũ, equale, quę quorundam numerorum sunt potentiæ (sint ul nanque anni tempora, & talis numerus) & cætera, quæcunque colligunt, ex theorematibus mathematicis hanc potẽtiam omnia habent. Quare assimilãtur casualibus accidentibus. sunt enim accidentia quidem, sed conuenientia inuicem omnia. vnum aũt; qd proportionale est. In vnaquaq; enim entis ꝓdicatione est, quod proportionale est vt rectũ in longitudine, ita in latitudine æquale: in numero vero fortassis impar, i colore autem album. Præterea harmonicorum, atque similiũ non sunt causa numeri, qui in formis sunt. Illi nanque æquales ab inuicem specie differunt. etenim ipsæ quoq; vnitates. quare propter hæc non sunt faciendæ formæ. Quę igitur accidunt, hęc, & alia etiam his plura, si colligerentur. Videtur autem id indicio esse multis malè affici circa generationem eorum, & nullo modo posse connecti, eò quòd mathematica nõ sit à sensibilibus (vt quidam dicũt) separata, nec ipsa quidem sint principia.

Librorum Quatuordecim Metaphysicorum finis.

Auerrois

AVERROIS CORDVBENSIS EPITOME IN LIBRVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS,

Iacob Mantino Hebræo Medico interprete.

TRACTATVS PRIMVS.

DIxit Auerrois. Intẽtio noſtra in hoc libro ẽ colligere dicta ſcientialia vniuerſalia ex dictis Ariſtotelis, poſita in ſcientia Metaphyſicæ, iuxta noſtram conſuetudinẽ in libris præcedentibus. Et primo incipiamus narrare intentionem huius ſcientiæ, & eius vtilitatem, parteſq; ipſius, atq; gradum, & proportionem: tandem exordiemur de rebus, quarum præcognitio iuuat in initio huius artis. Et dicamus quòd iam alibi fuit dictum, quòd artium, & ſcientiarũ genera ſunt tria: vel ſcilicet artes ſpeculatiuæ, & ſunt illæ, quarum finis eſt ſcire tantum: vel artes practicæ, & ſunt quarum ſcientia habetur propter opus: aut ſunt artes auxiliãtes his, & dirigẽtes ad iſtas, & ſunt ſcilicet artes logicales, in libro etiam Poſteriorum fuit dictum, quòd artes ſpeculatiuæ ſunt duæ, vniuerſalis ſ. & particularis, vniuerſalis quidem contemplatur de ente abſolute, & de concomitantibus ipſum eſſentialibus, cuius ſpecies ſunt tres, ſcilicet ars Topicorum, ars Elenchorũ, & hæc ars. Partialis vero eſt, quæ ſpeculatur de ente quoquomodo: vbi adhuc fuit dictũ q̃ ipſius particularis genera ſunt tantum duo, ſ. Naturalis ſcientia, quæ ſ. tractat de ente trãſmutabili, & ſcientia Mathematica, quæ de quantitate denudata à materia contemplatur. quod totum in libro Poſteriorũ fuit ſuppoſitum modo ſuppoſiti & eſt notum. Hic autẽ cõuenit inueſtigare de hoc, & dicamus q̃ diuiſio harum artium ſpeculatiuarum in has tres partes tantum fuit quid accidens de neceſſitate, cùm ipſa entia diuidantur in hæc tria genera. Nam ſi entia perquirantur, reperietur aliqua eorum eſſe in materia, et huius generis entiũ ſpeculatio, eorundemq; accidentium conſequentium poſita eſt per ſe in vna ſcientia. & hoc eſt manifeſtum apud illum, qui in ſcientia Naturali ſtuduit. Sunt & alia alia entia, in quorum definitione non apparet materia, licet habeant eſſe in materia, & hoc eſt manifeſtũ ſpeculari in Mathematicis: & de omnibus horum generibus atq; conſequentibus ea fit ſpeculatio de per ſe. Et, quia in ſcientia Naturali oſtenditur alia principia, quæ non ſunt in materia, neq; in aliqua re, ſed habent eſſe abſolutum: ideo fuit neceſſarium horum ſpeculationem fieri in arte vniuerſali, quæ ſpeculatur de ente abſolute. Reperiuntur adhuc hic quædam res communes, in quibus communicant ſenſibilia & inſenſibilia, vt vnum & multa, potentia & actus, & reliqua conſequentia vniuerſalia, & tandem ea, quę concomitantur rebus ſenſibilibus inquantum ſunt entia: & eſt modus, quo appropriantur res ſeparatę, vt poſt hoc oſtendemus. De huiuſmodi igitur rebus impoſſibile eſt aliquam artem ſpeculari præter illam, cuius ſubiectum eſt ens abſolutum. Cum ergo ita ſit, & fuerit propalatum quòd ſcientiæ ſpeculatiuæ bifariam diuiduntur, ſcilicet in partialem & vniuerſalem, & de ipſa particulari iam præterijt ſermo: quod igitur reſtat modo nobis eſt tractare de hac ſcientia: huius interitio, vt declaratum fuit, eſt contemplari de ente inquantum ens, & de omnibus generibus eius, donec perueniatur ad ſubiecta artium particularium, & de conſequentibus eſſentialibus ipſius, & complere totum hoc vſque ad ſuas cauſas primas, quæ ſunt res ſeparatæ. Hinc eſt quòd hæc ſcientia non præſtat de cauſis, niſi formam & finem, & aliquo modo agens: videlicet non eo modo, quo dicitur agẽs in rebus tranſmutabilibus: quia conditio agentis in hoc loco non eſt quòd præcedat paſſum præceſſione temporali, ſicut fit in rebus naturalibus. Et quẽadmodum in ſcientia Naturali, quãdo redduntur cauſæ cuiuſcunq; rei, redduntur ratione naturæ & rerum naturalium, ſic etiam in hoc loco, ſi conatur reddere cauſas rerum, quę ſunt entia, illæ redduntur ratione diuinitatis, & rerum diuinarum, quę ſcilicet ſunt entia non exiſtentia in materia. Tandem eius prima intentio in hac ſcientia eſt dare id, quod reſtauit apud ipſum de ſcientia circa notitiam cauſarum vltimarum rerum ſenſibilium. Nam in ſcientia Naturali fuerunt declaratę de hoc duę cauſæ vltimæ tantum, ſcilicet materia & mouens. Hic igitur reſtauit ſibi declarare cauſam formalem ipſarũ, & finalem, & agentem. Nam arbitrari poteſt eſſe differentiam inter agens & mouens: quia mouens præſtat mobili motum tantum, agens vero formam, pròpter quam fit motus. Huiuſmodi autem notitia fuit propria huic ſcientiæ, propterea quia res, quibus habetur eſſe harum cauſarum, ſunt res vniuerſales. & hoc etiam, poſtquam fuerit receptum hic id, quod in ſcientia Naturali propalatum fuit de eſſe motoris, qui non eſt in materia. De cauſa autem materiali, & de vltimo motore dantur ibi, ſcilicet in ſcientia Naturali propoſitiones; per quas poſſunt haberi, non tamen poſſunt perfecte declarari per aliam, præſertim cauſa mouens. Declarationes vero, quas fecit Auicen. ad oſtendendum primum principium in hac ſcientia, ſunt dicta topica non omnino vera, neque dant aliquid perfecte. & tu percipies hoc ex contradictionibus adductis ab Algazele contra eas in libro Deſtructionis. Similiter etiam recipit profeſſor huius ſcientiæ, vt diximus à ſcientia Naturali illius eſſe, & dat modum, quo eſt motor: quemadmodũ Mathematica recipit numerũ motorum abearte Aſtronomica. Neque eſt quid ſuperfluum in hac ſcientia id, quod in ſcientia fuit propalatum de eſſe principiorum ſeparatorum, vt dicit Auicen. immo eſt neceſſarium, cùm hæc ſcientia faciat hoc per modum radicis ſuppoſitę, & eſt vna ex partibus ſubiectorum eius. Ex dictis igitur patet quid ſit intentio huius ſcientiæ, & eius ſubiectum. Partes vero ipſius inueniuntur diſſeminatę in dictis attributis ipſi Ariſtotelibus tamen cõtinentur partibus. Prima pars ſpeculatur de rebus ſenſibilibus inquantum ſunt entia, & de omnibus generibus earum, quæ ſunt decem prædicamenta, & de omnibus conſequẽtibus eas: & refert eas ad primas illorũ, quantum poteſt fieri in hac parte. Secunda autem contemplatur de principijs ſubſtantiæ, quæ ſunt res ſeparatæ, & notificat quale habeant eſſe, quæ etiam refert ad ſuum primum principium, quod eſt ipſe Deus gloriosus, & notificabit attributa & operationes, quæ appropriantur ei, & declarabit etiam proportionem aliorum entium ad ipſum, et quòd ipſe eſt vltima perfectio & prima forma atque primum agens, & de reliquis rebus, quę appropriantur vnicuique ſeparatorum, & de communibus pluribus vno ipſorum. Tertia vero ſpeculatur de ſubiectis ſcientiarũ particularium, & remouet eorum errores, in quos inciderunt Antiqui: & hoc ſcilicet in ſcientia Logicali, & in duabus ſcientijs particularibus, t. in Naturali, et in Mathema. Quod ita fuit, propterea quia non eſt ſcientiæ particularis verificare ſua

Quę ſit intentio huius ſcientiæ, & cuius ſubiectum.

Declarum, & artiũ diuiſio.

Diuiſio huius ſcientiæ.

ſua principia, neq; remouere errorem cadẽtem in ipſis vt in libro Poſteriorum fuit oſtẽſum. Sed hoc eſt artis vniuerſalis, ſcilicet vel huius artis, vel Topicæ. veruntamen ars Topica remouet illas opiniones per dicta famoſa (ſeu apparentia:) quare non erimus tuti quin accidat in eis falſum, iſta vero per dicta vera: etſi accidat etiam ipſa eſſe apparẽtia (ſeu famoſa). & ideo artes particulares ſunt de neceſſitate huius ſcientiæ veræ. Patet ergo ex hoc, quòd partes neceſſariæ huius ſcientię ſunt illæ duæ primę tãtum. ſed tertia eſt melioris notæ gratia, cùm eſſe plurium ſubiectorum ſcientiarum partialium, & modus ipſius eſſe eorum ſit ex rebus per ſe notis. ſed cecidit in eis error apud Antiquos, & de perfectione ſcientię eſt ſoluere illos errores per viam, qua ſolutio dubiorum cadentium in re ſit ex perfectione ſciẽtiæ eius vna cum acquiſitione ſcientiæ per ſe. Nobis autem viſum eſt diuidere hunc librum in quinq; tractatus. In primo tractatu faciemus prologos, in quorum via noſ ſumus, & declarabimus in eo nomina, quę fiũt in hac arte. In ſecundo tractatu memorabimur res, quæ ſe habent reſpectu primæ partis huius artis, veluti ſpecies. In tertio narrabimus conſequentia communia ipſi. In quarto tractatur de eo, quod continet ſecunda pars huius ſcientiæ. Quintus tractatus continet id, quod in tertia parte huius ſcientiæ repertur. Et dicamus quòd vtilitas huius ſcientiæ eſt de genere vtilitatis ſcientiarum ſpeculatiuarum. & hoc iam in libro. de Anima fuit declaratum, vbi fuit dictum quòd earũ intentum eſt perfectio animæ rationalis, donec perueniat homo ad vltimam perfectionem ſuam. Veruntamen licet vtilitas huius ſcientiæ ſit de genere vtilitatis ſcientiarum ſpeculatiuarum, nihilominus adhuc eſt in nobiliori gradu in hoc. nam eius proportio ad illas eſt proportio finis & perfectionis, cùm per eius ſcientiam habeatur ſcientia entium per finem ſuarum cauſarum, quod eſt intentum humanæ cognitionis. Sciẽtię quoq; particulares acquiruntur perfecte per hanc ſcientiam, cùm ipſa verificet ſua principia & remoueat errorem cadentem in eis, vt dixim⁹. Ordo vero doctrinę eius eſt vt locetur poſt ſcientiam Naturalem. nam vt diximus ipſa vtitur tanquam radice ſuppoſita eo, quod declaratum fuit ibi de eſſe virtutum, quæ non ſunt in materia. Et veriſimile videtur quòd hæc ſcientia nominetur Metaphyſica, propter ordinem eius in doctrina. eſt tamen prior in eſſe: & ideo appellatur Philoſophia prima. Ex dictis igitur apparet quid ſit intentio huius ſcientiæ, & partes eius, & vtilitas, & proportio ipſius, atque ordo, & quid ſignificat nomen eius. Viæ autem doctrinæ, quæ in ea fiunt, ſunt illæ, quæ in aliis fiunt ſcientijs. Maior quoq; pars generum demonſtrationis, quæ in ea fiunt, ſunt ſigna. nam ſemper accipimus ſignum à rebus notioribus apud nos ad res notiores apud naturam. ſed vt dixim⁹ maior pars rerum, quæ ſunt in hac ſcientia, ſunt res per ſe manifeſtæ, vel res, quę fuerunt declaratæ in ſcientia Naturali.

Vtilitas.

Ordo.

Nomen.

Viadoctrinę

De Nominũ ſignificationibus.

POſtquam ergo iam declaratum fuit quicquid intẽdebamus à principio rei, expedit modo tractare de vnaquaq; re primæ partis huius ſcientię: poſtquam diuiſerimus quot modis dicuntur nomina ſignificantia ſubiecta huius ſcientiæ, & partes ſubiectorum eius, vt ſint prompta apud nos in ſcrutatione vniuſcuiuſq; rei in ea requiſitę. Et dicamus,

De Ente. 5. Met. t. cõ. 13. & 14.

ENs dicitur multis modis. Vno modo de quolibet decem prædicamẽtorum: & eſt de nominibus, quę dicuntur ſecundum ordinem & proportionem, nõ quę dicuntur ſecundum meram æquiuocationem, neq; vnius uocationem. Secundo dicitur de vero, quod ſ. ita ſe habet in intellectu, quemadmodum extra intellectũ: vt ſi diceremus ſi natura eſt, & ſi vacuũ nõ eſt. Dicitur etiã de quiditate cuiuslibet rei habentis quiditatẽ, & eſſentiam extra animã, ſiue apprehendatur huiuſmodi eſſentia, ſiue non. In decem aũt prędicamentis aggregantur hęc, ſ. q̃ dicitur de eis nomen entis his duobus modis. Vno ſ. modo, inquantum habent eſſe extra aĩam. Secũdo, inquantũ ſignificant quiditates illarum eſſentiarũ. & ideo nomen entis reuertitur ad hæc duo tm̃, ſ. ad verum, et ad id, quod eſt extra intellectũ. Et hoc etiam dupliciter, quia vel ad ſpecies, vel ad formas intelligo tot mas ſpecierũ, et earũ quiditates. Sed ens p accidens nõ põt imaginari in ente ſeparato, quia eſſentia rei & eius quiditas non poteſt eſſe per accidẽs. Bene tñ imaginatur, qñ referuntur entia ad ſentiricẽ. nam ſi nos facimus comparationẽ inter duo entia, de qua comparatione tu dicatus q̃ vnum eorum ſit de quiditate alterius, vt centrum ad circulum, vel æqualitas duorũ angulorũ recto rum ad angulos triãguli: aut q̃ vnũ eorũ ſit in quiditate alterius, vt filius & pater, tunc dicitur de eis q̃ ſunt per ſe. Sed ſi nõ fuerit de qditate vnius eorũ q̃ reperiat in alio, dicitur q̃ hoc eſt per accidens: vt cùm dicimus ędificatorem percutere lignum, & medicum eſſe albũ. Significatur etiã per nomen entis illa habitudo, quę copulat prędicarum cũ ſubiecto in intellectu, et dictiones ſignificãtes talem proportionẽ: ſiue fuerit talis copula affirmatio vel negatio, vel fuerit vera vel falſa, p ſe vel per accidẽs. Iſtæ ergo ſunt famoſiores res, de quibus dicitur nomen entis in Philoſophia, & eſt de noibus tranſumptuis. quia id, quod à vulgo ſignificat per ipſum, eſt aliud q̃ id, quod ſignificatur in hoc loco. nã plebs in dicat aliquid meſſe alicui rei, cùm dicit inuenitur perditum, eandem apud eos ſignificatur aliquid meſſe ſubiecto, licet nõ declarauerint ipſum. Hinc eſt q̃ aliqui ex eſtimauerunt ipſũ ſignificare accidẽs ſ aliquare exiſtẽs, non eius eſſentiam, quia illud apud plebem eſt de nominibus denotatuis. ſed nos non debemus reſpicere hoc, immo oportet vt intelligamus ex ipſo hic, quando volumus q̃ ipſum ſignificet aliquam eſſentiam, q̃ intelligatur per id, quod dicimus aliquid, & eſſentia, & tandem id, quod intelligitur ex noibus abſtractis. Hic eſt q̃ aliqui eorũ exiſtimant q̃ nomen entis, quod eſt tranſcendens ad verum, eſt ipſummet tranſcẽdens ad eſſe. & ideo illi etiam, qui putant ipſum eſſe accidens, dicũt ſi iſti dictio ens ſignificaret eſſe, tunc cũ dicitur de ſubſtantia q̃ eſt, eſſet contrarij dicti, et ipſi neſciunt q̃ ens dicitur hoc loco de alia re, q̃ dicatur ibi. Si ſignificaret etiam accidens in re, vt pluries repetit Auicẽ. ſequereẽ de neceſſitate vnum duorum, ſ. vel q̃ illud accidens eſt de ſecundis intelligibilibus ſeu intẽtionibus, vel de primis. Si de primis, tunc de neceſſitate erit vnum ex nouem prędicamentis, neq; tranſcẽdetur nomen entis ad ſubſtantiã, neq; ad alia p̃dicamenta accidentis, niſi ex eo q̃ accidit eis illud prędicamẽtũ: vel dabitur hic vnũ genus accidẽtium cõe ipſis decẽ prędicamentis. & hoc tortũ eſt falſum vituperabile. & ideo nõ eſt conueniens q̃ fiat reſponſio per ipſum in eo quod quid eſt de quolibet individuo decem prædicamentorũ. & hoc tortũ eſt de ſe manifeſtũ. Si fuerit aũt ex ſecũdis intelligibilib⁹, quorũ eſſe eſt in intellectu tm̃, hoc nõ eſt impoſſibile, nã vna ex rebus, de quibus diximus, nomen entis tranſumi, eſt hæc, & eſt ſynonymũ ad verum. ſed hoc & illud, quo ſignificatur eſſe ſeparatũ, eſt valde diuerſum: qđ tortũ eſt manifeſtũ modica ſpeculatione. ſed iſta eſt via huius viri in pluribus reb⁹, quas de ſeipſo adducit.

De Ente. 5. Met. t. cõ. 13. & 14.

IPſum quod eſt, quod in arabico Alhauia appellatur dicitur ſynonyme de rebus, de q̃bus nomẽ entis dicitur, ſed nõ eſt tranſcendẽs ad verũ. Eſt etiã de dictionibus trãſumptiuis. nã apud vulgus eſt verbũ, & hic eſt nomen. & ideo recipit inſtrumentũ proprũ nominis,

Contra Auicen.

Deipſo quod eſt. 5. Meta. t. 28. cõ. 14.

ideſt articulum, ſcilicet literã He, notificatiuam, à quo etiam deriuatur infinitiuum quod eſt agẽs, aut forma, à quo deriuãtur actio. Et dicitur ab ipſo eſt eſſe, t. ab hoc quod dico, ipſum quod eſt, dicimus eſſe. quemadmodum denominatur humanitas ab homine, et indiuidualitas ab indiuiduo. quo quidem vſi ſunt aliqui expoſitores, quia viderunt eſſe minoris erroris, quàm ſit nomen entis, quia videtur nomini denoĩatiuo affimilari.

De Subſtantia. t. M.t.c.17.

SVbſtantia, quæ Arabice Grauhar nominatur, dicitur primo de re per ſe exiſtente. & quod eſt de ipſa famoſius eſt ipſum indiuiduum, quod neq; eſt in ſubiecto, neq; dicitur de ſubiecto vllo pacto. Dicitur ſecundo de omni prædicato vniuerſali notificante quidditatem indiuidui vt genus, vel ſpecies, vel differentia. Tertio dicitur de omni eo, quod ſignificat ipſa definitio: ſiue notificet id, quod eſt quiditas ſubſtantiæ, ſiue notificet omne id, quod eſt quiditas alicuius rei, qualiſcũq; fuerit ex decem prædicamentis. Hinc dicitur quòd definitiones notificant quiditates rerum. hoc autem dicitur ſubſtantia reſpectiue, non abſolute. Et quia manifeſtius de ipſa ſubſtantia eſt ipſum indiuiduũ, quod non eſt in ſubiecto, neq; dicitur de ſubiecto, quia illud indicant omnes Philoſophi eſſe ſubſtantiam, ideo apud ipſos id qd̃ notiũs et quiditatẽ huius rei indiuiduæ, debet dici magis illi magis ſubſtantia. Et qui putant vniuerſalia huius ſcientiæ notificare quiditatem eius, dicunt ipſa magis proprie denominari ſubſtãtia. Sed qui exiſtimant corpora naturalem notificare huius indiuidui quiditatem, & quia ipſa corporeitas conſtat longitudine, latitudine, & profunditate, appellant iſtas dimenſiones ſubſtantias. Et quidam qui credit eſſentiam indiuidui conſtare ex partibus indiuiſibilibus, appellat eas ſubſtantias: vt aũ huius loquentes noſtri ætatis appellare atomum ſubſtantiam indiuiſibilem. Et ſic etiã qui imaginatur individuum cõponi ex materia & forma, credit materiam & formam conuenientius debere appellari nomine ſubſtãtiæ, quàm ipſum indiuiduum. & hoc etiam innuit ad, quod opinatur de materia cuiuſlibet rei, & eius formis. Conueniunt autem omnes hoc iudicio, ſcilicet quòd notificat quiditatem indiuidui, potius debere appellari nomine ſubſtantiæ, quàm ipſum indiuiduum. quia videtur abſurdum & falſum, quod primum compoſitum & eius elementa nõ ſint ſubſtantia, quia ipſa ſunt quod vnumquodque tale & illud magis. exempli gratia res, quæ eſt de ſe cauſa rerum calidarũ, potius debet appellari calida. & ideo nemo ipſorum potuit accidens, inquantum eſt accidẽs eſſe partem ſubſtantiæ, ſed inquantum exiſtimatur ipſum notificare eſſentiam ſubſtantiæ indiuidui: vt qui potuit dimenſiones eſſe ſubſtantias. His ergo ſic ſe habentibus, cùm fuerit oſtenſum quod datur ens ſeparatum, quod eſt cauſa, vt ſubſtantia indiuidui habeat eſſe, plus conuenit ſibi nomen ſubſtantiæ. hinc eſt quòd Ariſto. nominat intelligentias ſeparatas ſubſtantias. Et hoc nomen etiam Philoſophorũ, t. Grauhar in Arabo eſt trãſumptũ a lapide pretioſo, ſic nominato apud vulgus, qui lapis eſt magni pretij & valoris. & modus ſimilitudinis inter hęc duo eſt, quia iſti lapides pretioſi, cùm appellentur reſpectiue aliorum bonorum ſubſtantiæ propter eam nobilitate, & pretium apud eos. & quia præſtamentũ etiã ſubſtantia eſt nobilius cæteris pdicamentis appellat ſubſtãtia Arabica lingua Grauhar.

De Accidẽte t. M. t.c.15.

ACcidens dicitur de eo, quod non notificat de indiuiduo, quia ipſum quidem non eſt in ſubiecto, quidditatem ſuam. Et eſt duplex. Primum, quod non notificat de aliqua re eſſentiam ſuam, & eſt ſuum indiuiduum. Secundum eſt, quod notificat de indiuiduo eſſentiam ſuam, & eſt ſcilicet commune ſecundum quid. Et nomen accidentis eſt trãſumptum ab eo, quod ſignificatur per ipſum apud vulgus, & eſt, ſcilicet id, quod cito aufertur. Et vniuerſaliter diuiditur in nouem prædicamenta, quæ ſunt quantitas, qualitas, relatio, vbi, quando, ſitus, habere, agere, pati.

De Quantitate. t. M.t.c.18.

Etiam notificaui in libro prędicamentorum ſignificatum harum dictionum, ſcilicet quòd quantitas dicitur de omni eo, qđ mẽſuratur ſua parte, et dicit primo ſecundum verum genus de numero, & poſtea de reliquis generibus, quæ ibi enumeraui mus. Et ipſius quãtitatis alia eſt per ſe, alia vero per accidens. & quæ per ſe, vt numerus, & reliquæ ſpecies ibi numeratę. per accidens vero quantitas eſt, vt nigredo & albedo; quæ menſurantur ex eo quòd ſunt in magnitudine et paritate. Sed per ſe eſt illud, quod ineſt primo illi rei, vt mẽſura & magnitudo ineſt numero. quãdoq; tamen ineſt ſecundo, & per aliquid aliud, vt tempus, quod in quantitate collocatur ratione motus, & motus ratione magnitudinis. immo hoc remotius videtur, quòd ingredi tur ipſa leuitas & grauitas qu̇ mutatem, cùm ſint qualitates, quæ tamen patiuntur menſuram ratione, qua ſunt in magnitudinibus. aliæ etiam qualitates, quæ ĩt magnitudinibus inueniuntur, vt magnum et paruum, ſtrictum & latum, breue & profundũ, approximare magis illi. hæ enim licet ſint qualitates, connumerantur tñ in ꝙntitate, quia inſunt primo magnitudinibus.

De Qualitate. t. Meta. tex.com.19.

Qualitas vero dicitur de communitorre, quæ dicatur in libro prædicamentorum. & hoc, quia dicitur de quatuor generibus ibi ꝑ enumeratis. Et quandoque etiam dicitur de formis ſpecificis vt de humanitate & animalitate. Et quędam eius ineſt ſubſtantiæ per ſe, vt habitus & diſpoſitio, et alia ineſt per aliquod aliud prędicamentum vt figura, quæ quidem ineſt ſubſtantiæ mediante quantitate.

De Relatione. t. Meta. tc. com. 20.

Relatio autem eſt communis omnibus decem prædicamentis. nam inuenitur in ſubſtantia, vt verbi gratia pater & filius. & in quantitate, vt duplum & dimidium & æquale. & in qualitate vt ſimile & ſcientia ſecundum. & in vbi, vt quum loco eſſe circunſcribitur & locus. & in quãdo, vt prius & poſterius. & in ſitu, vt dextrum et ſiniſtrum. in agere & pati, vt agens et paſſum. Extat tamen differentia inter hęc quinque prędicamẽta, quę relatione conſiſtunt, & inter relationem ipſam, cuius eſſentia eſt p proportionẽ. Nã habitudo ſeu proportio accepta à ipſa relatione eſt proportio inter duas res, quarum duarum quidlibet dicitur de qualibet ipſarum in reſpectu ad aliam, vt pater et filius. Sed in proportione aſſumpta in vbi & quando, & reliquis aliis dicitur quiditas vnius duorum tantum ad aliud. verbi gratia, quia vbi, vt dixim̃, eſt proportio corporis ad locum, & in definitione loci aſſumitur de neceſſitate corpus, ſed non eſt neceſſarium quòd in definitione corporis inueniatur locus, neque eſt relatiuum. ſed, ſi definiamus corpus per hoc, quod in loco circũſcribatur, tunc relationẽ patitur. & ſic aliquo modo hoc prædicamentum ingredietur ſub prædicamẽto relationis, & ſic de aliis prædicamentis relationis. Tandem prædicamentum relationis vel conſequitur res relatas per ſe, nõ per aliud prędicamentum, vt pater & filius, dextrum & ſiniſtrum: vel per aliud prædicamentum, vt agens & paſſum, quæ relatione afficiuntur per prædicamentum agere & pati. & quandoq; relatio conſequitur cętera concomitanta ipſorum prędicamentorum, vt contradictorium, & contrarium, & priuationem & habitum. Tandem ipſa relatio quandoq; eſt de primis intelligibilibus, & de ſecundis, vt relatio, quæ eſt inter genus & ſpeciem.

De Eſſentia.

ESſentia, quæ Arabice Dath nominatur, dicitur abſolute de indiuiduo, quod non eſt in ſubiecto, neq; dicitur de ſubiecto, & eſt ſcilicet indiuiduũ ſubſtãtiæ.

Dicitur

Dicitur etiam de indiuiduo, quod eſt in ſubiecto, & eſt indiuiduum accidentis: & de quolibet notificante quidditatem: & ſunt ſcilicet nouem prædicamenta, eorumque ſpecies. Et, quia hæc dictio dicitur primo de indiuiduo, quod non eſt in ſubiecto, ideo conuenientius erat transferre ipſum ad id, quod non eſt in ſubiecto, neque ipſum eſt ſubiectum alicuius rei omnino; ſi ſciatur demonſtratiue quòd inueniatur huiuſmodi res ſic ſe habens. Sed, ſi eſſentia rei ita capiatur, ſignificat quiditatem eius, vel partem quiditatis.

t. Met. tex. com. 25.

Illud vero, quod dicitur per eſſentiam ſuam, (ſeu ſecundum quòd ipſum) dicitur multis modis. Primo de indiuiduo non exiſtente in ſubiecto, & eſt indiuiduum ſubſtantiæ. Dicitur etiam de eo, quod notificat quiditatem alicuius quiditatis, & ſummatim de omni eo, quod dicitur ſubſtantia abſolute. Et quandoque aliquid dicitur per ſe, cui contrariatur per accidens, et hoc iam in libro Poſteriorum fuit declaratum, vbi fuit dictum, quòd hoc fit in propoſitionibus prædicabilibus duobus modis. Primo ſcilicet, quando prædicatum eſt de ſubſtantia ſubiecti, vt rationalitas, quæ eſt de eſſentia hominis. Secundo, quando ſubiectum eſt in definitione prædicati, vt ſunt anguli æquales duobus rectis in triangulo. Dicitur etiam quandoque per ſe de prædicatis, quæ primo inſunt ſuis ſubiectis, vt color ſuperficiei, & vita in anima. color enim ineſt corpori mediante ſuperficie, et vita corpori mediante anima. et hoc eſt vnum ſignificatum, de quo dicitur nomen primi prædicati in propoſitionibus demõſtratiuis. Et quandoq; dicitur per ſe (vel ſecũdum quòd ipſum) de ente, quod non habet cauſam præcedentem ſibi, neque agentem, neque formalem, neque materialem, neque finalem: & eſt ſcilicet primus motor, vt in ſcientia Naturali fuit declaratum, & in futuro adhuc declarabitur.

De Re.

HÆc dictio Res arabice alſciai dicitur de omni eo, quod dicitur dictio entis. Et quandoque dicitur de communiori, ſcilicet de omni rẽ concepta in anima, ſiue ita ſe habeat extra animam, ſiue non. vt hircoceruus, chimera. & ideo debemus dicere hæc res vel eſt, vel non eſt. et ideo nomen rei tranſmittur ad falſas propoſitiones: quod tamen non facit nomen entis.

De Vno. t. Met. tex. 10. v. vſq; ad 11.

VNum dicitur ſecundum quendam modum nomen analogorum. Et ex eis eſt vnum numerale, quod primo dicitur. & famoſius illo eſt, quod dicitur de continuo: vt cùm dicimus vnam lineam, vnam ſuperficiem, vnum corpus. Quod tamen conuenientius debet dici vnũ inter hæc, eſt illud, quod eſt perfectum, in quo impoſſibile eſt quicquam addere, aut minuere, vt linea circularis, & corpus ſphæricum. & continuũ quandoque eſt per ſe cõtinuum, vt linea & ſuperficies: & quandoque per aliquid in eo exiſtens, vt ſunt corpora homogenea. & ſic dicitur de indiuiduo aquæ, quòd eſt vna aqua. Nonnunquam etiam dicitur vnum de colligatis contiguis, quorum motus eſt vnus. & quod maxime debet dici vnum de his eſt id, quod eſt natura colligatum, & ſunt res, quæ ſunt vnitæ, & coniunctæ, vt manus vna, & pes, et de hoc id, quod non habet niſi vnum tantum motum. & minus hoc dicitur de colligato per artem, vt domus vna & arca. Et quandoq; dicitur vnum de ipſo particulari, quod eſt vnum forma, vt Socrates & Plato. Hæ inquam ſunt famoſiores res, de quibus dicitur vnum numero: quę tandem ſignificantur à vulgo, inquantum ſunt ab aliis rebus captæ, & ſunt per ſe ſeparatæ. Ex his autem denudat intellectus ipſum vnum indiuiſibile, quod eſt principium numeri. Intellectus enim non intelligit aliquid eſſe indiuiſibile per aliquam rem eius, niſi perceperit ipſum habere aliquid indiuiſibile abſolutè. quemadmodum non intelligit differentiam vnius rei ab alia, niſi poſtquam intellexerit differentiam abſolutam. &, cùm intellectus receperit ipſum vnum abſolutum, generat quantitatem diſcretam abſolute, & eſt ipſe numerus. & quicquid non numeratur, patitur numerum, mediante numero abſoluto, cùm non concipiatur de ipſa vnitate & vno niſi hæc, quia non comprehenditur in prima cogitatione de ipſa vnitate præter hæc, quæ ab aliis rebus capiuntur, & de ſe ſunt ſeparatæ. & ideo dicitur in definitione vnitatis numeralis quòd ipſa eſt, qua dicitur de vnaquaq; re quòd eſt vna. Et de his rebus aliquæ continentur per locum ſuum circundantem eas, & eſt famoſior vno: aliquæ aliæ vniuntur per ſua extrema tantum, & ſunt contigua ipſa: aliæ vero conceptu tantum, & hoc modo continuum patitur numerum. Vnum igitur numero in his rebus ſignificat res, quæ ſunt extra eſſentiam ſuam, & vniuerſaliter accidẽtia conſequentia eas in imaginatione inquantum ſunt indiuiſibiles, & per hunc modum generatur in conceptu ipſum vnum, qđ eſt principium numeri. Nam, cùm intellectus denudat abſ his particularibus iſtam rem indiuiſibilem in duo particularia, vel plura, illud erit illud vnum, quod eſt principium numeri. &, quando iterat ipſum ipſe cogitatis, generatur numerus. Et per hunc modum ingredi tur numerus ex omnibus decem prædicamentis genus quantitatis, et vnum erit eius principium. eſt enim Numerus aggregatio vnitatum ſic ſe habentium, & menſuratio. quoniam numerus menſuratur per vnum, propter quod etiam ipſa menſura conſequitur res, in quibus inuenitur primo & naturaliter, ſcilicet eius indiuiſibile, vt eſt primum in genere qualitatis, & genere quantitatum, ſed vulgus non cognoſcit de ipſo vno, plus quàm iſtud. In hac tamen arte fit vnum ſynonymum ad ipſum ens. & ex hoc etiã eſt ipſum vnum numero, per quod quandoque ſignificatur individuum, quod non poteſt diuidi inquantum eſt individuum, vt cùm dicimus vnum hominem, & vnum equum. Et terrę propinquum huic rei dicitur aliquod contemperatum ex pluribus rebus eſſe vnum, vt oxymel compoſitum ex acero & melle. Neq; hoc eſt ſimile vnitati, per quam dicitur continuum eſſe vnum, quia continuum nõ diuiditur in partes terminatas numero naturaliter, quemadmodum oxymel. ſeparatio quoque magnitudinum continuarum eſt quid egrediens ex ipſimet. quòd tamen non ita euenit in ſeparatione contemperati ex eo, à quo fuit contemperatum. Neque iſte modus etiam intrat in rebus compoſitis ex pluribus vna re. nam partes compoſiti reperiuntur actu in ipſo compoſito, ſed non eſt ſic de partibus oxymellis. & eſt manifeſtum quòd quando hic per vnum, intelligimus vnũ indiuiduum, quòd ſignificatur per ipſum ſeparatio individui in eſſentia ſua & quiditate, nõ ſeparatio alicuius rei extra eſſentiam ſuam. vt ſi dicimus quòd iſta aqua demõſtrata eſt vna numero, quia ſeparatio in hoc exẽplo eſt per accidens in aqua. & ideo remanet eadem aqua tam ſeparata quàm non ſeparata, eo modo, quo accidentia ſolent accidere vnum poſt aliud alicui ſubiecto præter hoc, quòd tranſmutetur in ſe.

Numeri Definitio.

Et hinc ſunt imaginatus Auicen, quod vnum numero ſignificat accidens in ſubſtantia, & reliquis rebus ſeparatis: & quòd ipſum non poteſt ſignificare ſubſtantiam alicuius rei, ideſt ſeparationem, quæ non ſit addita ipſi ſubſtãtię. et hoc, quia ipſe credit ꝙ, ſi concederet vnũ numero ſignificare ſeparationẽ, ꝙ eſt accidẽs in accidente, & ſubſtãtia in ſubſtantia, tunc numerus eſſet compoſitus ex accidentibus & ſubſtantijs, & non intraret ſub vno prædicamento, lõge minus ꝙ ingrediatur ſub prædicamento ꝙtitatis, & hoc eſt falſum. Dixit. Et adhuc, ſi ponam̃ ipſum ſignificare ſubſtãtia vñ, ſequeretur ex hoc aliud falſum, videlicet ꝙ ſubſtantię quię

Auicennæ ſi ſum.

fecerent super accidentibus. Sin autem, quomodo dicemus quod individuum accidentis sit vnum numero? Errauit tamen in hoc, quia ipse admiscuit accidentia insequentia rem secundum intellectum cum accidentibus insequentibus ipsam secundum esse: & putauit vnum dici vniuoce de omnibus decem prædicamentis non secundum prius & posterius, et quòd est vnum numerale. Hoc autem melius declarabimus, quando de vno & multis faciemus sermonem. Quandoq; dicitur vnum numero in hac arte de substantijs separatis, & tandem plus conuenit eis dici vnum numero quàm alijs: quia sunt indiuisibiles secundum qualitatem, quẽ admodum dividitur individuum in materiam & formam: neque etiam secundum quantitatem, quemadmodum diuiditur continuum. Et iste modus vnitatis videbitur manifeste in fine quòd similatur partim ipsi vni individuali, partim vni specifico. individuali quidem, quia non prædicatur de multis, neque dicitur vllo pacto de subiecto. similatur autem specifico, quia est vna res per se intelligibilis. Isti ergo sunt omnes modi de quibus dicitur vnum numero.

impugnatio.

Dicitur autem vnum de pluribus numero, quinque modis. Primo modo de vno specie, vt cùm dicimus Socratẽ & Platonem esse vnum in humanitate. Secundo modo de vno genere, vt cùm dicimus aliquod particulare hominis, & equi esse vnum in animalitate. Generis autem aliquod est propinquum, aliud vero remotum. & quotienscunq; est vnum specie est vnum genere, sed non conuertitur: & ipsum vnum genere appellatur vnum materia. Tertio modo dicitur vnum subiecto, plura definitione, vt pertectum & imperfectum. Quarto modo dicitur vnum proportione, vt cùm dicimus quòd proportio nauis ad nauem, & regis ad ciuitatem est vna proportio. Quinto modo dicitur vnum in accidenti, vt cum dicimus niuem & camphoram esse vnum albedine. Hęc igitur sunt omnia ea, de quibus dicitur vnum per se. Dicitur quoque vnum per accidens, cui opponitur per se dictum, vt cũ dicimus quod Medicus & Ædificator sunt vnum & idem, cum contingit vnum Ædificatorem esse Medicum. Sed hoc cõ cipitur in rebus compositis, non autem in incompositis: quando illud, quod est essentiale individuo, nõ pertinerit per accidens. Et postquam est ostensum quot modis dicitur vnum in hac arte, nõ ergo latet te vnum esse synonymum entis & quod non refert in hac arte, vtrum quæratur primum ens in quolibet genere entium, & præsertim in genere substantiæ, huc quæritur vnum primum in aliquo genere: sed quod percipiat principium, inquantum est vnum, præter hoc, quod percipiat ipsum inquantum est ens. Et ideo istud nomen vnum dicitur analogice de ipso primo indiuisibili in quolibet genere. Conuertientius autem est ipsum esse primum, ex eo quod est causa, ad vnum in substantia: et inquantum mensurat, vnum in quantitate numerali & vnum numero. & siue fuerit indiuisibile secundum formã & diuisibile sin quantitate, vt homo vnus & equus: siue fuerit indiuisibile quantitate & forma, et hoc est duplex, quia vel habet positionem, & est punctũ vel nõ habet positionẽ, et est ipsum vnum vniuersale, quod est principiũ numeri, prolatũ naturaliter in omnibus numeratis. nã quodlibet aliud præter ipsum profertur per similitudinem, sicut sunt ipsæ mensuræ, & lapides ponderum librarum, & cætera alia. Scire autem debes quod istud nomen vnum quatuor complectitur generibus, scilicet vnum continuitate, & vnum quod est totum & perfectum, & primum simplex in vnoquoque genere et vnum vniuersale dictum secundum prius & posterius analogice de omnibus eo, quod numeratur hic de numero.

De Eodem. 5. Met. t. 14. cõmẽ.

IDem dicitur tot modis, quot dicitur vnum. Nam aliquod est idem numero, vt in habentibus duo nomina, sicut cùm dicimus Iacob est Israel, et tandem quando vna res per duo signa significatur. Aliquod aliud dicitur idem proportione, & subiecto, & accidente, quorum omnium exempla tam prætermerunt, & totum hoc est ex diuisione rei, quæ dicitur per se: quod quidem intenditur in hac arte & in alijs. Aliud vero est per accidens, de quo fiet mentio, vbi determinabit de eo, quod est idem per modum conseruationis, vel determinationis. Est & aliud idẽ specie, vt cùm dicimus tu es nos in humanitate. Datur & idem genere, vt cùm dicimus, quòd iste equus est iste asinus in animalitate. Idem etiam est per accidens, vt cùm dicimus ædificatorem esse medicum, quando accidit ipsum esse medicum. Idem autem specie, quando est in substantia dicitur, sicut & in qualitate dicitur simile, & in quantitate, dicitur æquale.

De Differen. 5. Met. t. 14. cõmẽ. com.

De Potẽtia, et Actu, et Impotentia. 5. Met. text. com. 17.

De Simili. 5. Met. t. 14. cõmẽ.

SImile vero dicitur multis modis. Vno modo de superficiebus, quarum quilibet anguli sunt æquales, & earum costæ sunt proportionatæ. Dicitur & de corporibus homogeneis habentibus figuras similes: & sunt quorum superficies sunt æquales numero, & similes in figuris. Dicitur quoq; de rebus, quarũ forum passibilitatem earum sunt idem: vt duo rubeæ qualia in rubedine. Dicitur etiam de illis rebus, quarum vna duarum est minoris passibilitatis, quam alia: vt duo rubea, quorum vnum sit minoris rubedinis. Nonnunquam etiam dicitur de rebus, quæ cõmunicant in multis affectibus: vt cùm dicimus stagnum esse simile argento, & plumbo.

De Oppositis. 5. Met. t. 14. cõmẽ.

PEr opposita significantur illæ quatuor species enumeratæ in libro prædicamentorum, quas tam scitus per suas descriptiones ibi, quæ scilicet sunt affirmatiuum & negatiuum, & contraria, & relatiua, & habitus & priuatio. Veruntamen nomen contrarij quandoque dicitur communius, quàm fit ibi. Nam iam sunt dictum ibi quòd contraria in illo loco sunt vere sub eodem genere. Dicuntur tamen contraria per modum similitudinis ea, quæ non coniunguntur in eodem subiecto simul, licet differant genere. Quandoq; etiam dicuntur contraria largo modo de his, quorum vnum est causa alterius, quæ habent inter se proportionem vt quòd sint agentia eorum, vel patiẽtia ab ipsis, eadem proportionata illis.

Deprimatibus. 5. Met. text. com. 27.

PRimationis quoque nomen dicitur pluribus modis, quàm ibi numerentur. Num tres tantum species earum ibi commemorantur. Vna est quòd non inuenitur in eare, in qua solet inueniri, in tempore, quo solet inueniri in ea, præter hoc quod possit inueniri in futuro, vt caluities & cæcitas. Secunda, quòd cum hoc possit inueniri in futuro, vt nudus & pauper. Tertia, quòd non reperitur in subiecto, in quo solet reperiri eo modo, quo solet in eo reperiri, vt tortuositas oculi, & deprauatio membrorum. Aliorum vero modorum, quos nomen priuationis significat præter istos, quidam est quod non reperitur in re aliquid, quod solet inueniri in ente absolute: vt cùm dicimus de Deo quòd est immortalis, & incorruptibilis. Quidam alius est quòd non repertatur in aliqua re id, quod solet inueniri in suo genere: vt cùm dicimus quòd asinus non est rationalis. Aliquis alius est, quòd non inuenitur in re, in cuius specie solet inueniri vt cùm dicimus fœminam non esse marem. Est & aliud modus, scilicet quòd non reperatur in ea re, in qua solet inueniri in alio tempore: vt cùm dicimus puerum non esse doctum.

De Diuerso. 5. Met. t. 14. cõmẽ.

DIuersum dicitur modis oppositis illis modis, de quibus dicitur ipsum idem. nam aliquod est diuersum numero. Aliud est diuersum specie. Aliquod aliud est diuersum genere. Quoddam vero est diuersum proportione, & diuersum etiam subiecto.

DIfferẽs autem discrepat ab ipso diuerso, quoniam aliquid est diuersum per essentiam suam, sed est differens per aliquid in eo existens. & ideo oportet vt differens differat p aliqd, & transmutetur per aliquid.

QVoniam ens dividitur in potentiam & actum, consentaneum igitur est vt contemplemur quot modis dicitur potentia & actus. Et dicamus quòd potentia dicitur multis modis. Vno modo dicitur de potentijs rerum mouentium aliud, inquantum sunt mouentes aliud, siue fuerint huiusmodi potentiæ naturales, aut intellectuales. vt calor, qui calefacit & medicus sanat, & vniuersaliter omnes artes actiuæ. Alio modo dicitur de potentijs, quæ ab alijs solent moueri, quæ potentijs mouentibus opponuntur. Et dicitur de omni eo, quod habet in se principium motus. & in hoc distinguitur natura ab arte. Nonnunquam dicitur potentia de bona actione. & sic dicitur quòd aliquis habet potentiam ad loquendum & ambulãdum, & cætera alia, quibus aliquis homo denominatur potens ad aliquid. Quandoque etiam dicitur de omni eo, quod difficile patitur, agit tamen facile, vt in prædicamento qualitatis dictum fuit. Et nonnunquam vtuntur Geometræ nomine potentiæ alijs modis præter istos. dicunt enim ipsi quòd talis linea est potens super talem lineam, quando mensuratur eius quadratum super quadratum illius. De omnibus autem his dicitur nomen potentiæ modo similitudinis. Sed nomen potentiæ, quod plurimum fit in scientijs, & manifestius apud Philotophos, est illud, quod est aptum inuenire post hoc mutatum, & talis est potentia, quæ dicitur de materia. &, vt diximus, contentius dicitur de ea nomen potentiæ. nam quicquid numeramus de rebus, de quibus dicitur nomen potentiæ, inanimaduertas, inuenies eas dici secundum huiusmodi similitudinem. Nam dicimus habitus & formas esse potentias, propterea quia quandoque agunt, quandoque vero non, ac si sint similes rei, quæ in potentia. Sic etiam cùm dicimus aliquid habere potentiam ad aliquid, intelligimus dispositionem bonam. & sic videtur res se habere in omnibus. Et quandoque dicitur quòd partes rei sunt res in potentia. & hoc dupliciter, quia vel partes, quæ sunt ratione qualitatis, & sunt materia & forma: vel per per quantitatem, & istæ quando sunt partes contrariæ, tunt pura potentia, sed quando sunt in actu implere, tamen sunt inuicem alligatæ vel coniunctæ, tunc nomen potentiæ dicitur de eis secundum posterius. Et propinquum huic est, quando partes indiuisibiles sunt in composito iuxta opinionem cuiusdam hoc. Et tertius vltæ potentię, aliqua habet impediens extra prohibens ipsam: & hęc potest exire ad actum, & non exire, vt indumentum, quod comburetur. alia est quæ non habebit prohibentia extra: & hæc de necessitate exit ad actum, vt situs cœlestis, qui reperitur quandoque in potentia, quandoque in actu.

Ens actu.

Ens autem in actu est illud, quod non est in potentia. & eius genera sunt tot, quot sunt res, quæ in potentia, & vtraq; sunt iuxta numerum generum prædicamentorum. Potentia quoque est aliquo modo priuatio: sed est de speciebus priuationis, quam id, quod priuatur ea, solet habere.

Impotentia.

Et postquam fuit declaratum quot modis dicuntur potentia & actus, Impotentia ergo dicitur tot modis, quot dicitur potentia. Impotentia quoque dividitur, iuxta diuisionem specierum priuationis. Aliqua tamen est quoddam necessarium, vt cùm dicimus diametrum quadrati esse impotentem ad costam. Alia vero est quoddam possibile, vt cum dicimus puerum esse impotentem ad ambulandum.

De Perfecto. 5. Met. text. com. 21.

PErfectum dicitur multipliciter. Primo, extra quod impossibile est aliquid accipere, vt cum dicimus mundum esse perfectum, & prope hoc dicitur de circulo, quòd est perfectus: quia impossibile est quicquam addi, & minui in eo. Dicimus tamen lineã rectam esse imperfectam, quia potest et addi & minui, ipsa existente adhuc linea. Et similiter etiam dicimus corpus esse perfectum, quia nihil inuenitur diuisibile in plures dimensiones quàm corpus, et dicimus lineam & superficiem esse imperfectas, quoniam linea diuiditur in vnam tantum dimensionem, & superficies in duas. Dicitur quoque quod tria sunt numerus perfectus, quia habet principium & finem & medium. & hoc est propinquum primo. Et dicitur perfectum de omni eo, quod est nobile in suo genere. vt cùm dicimus Medicum perfectum & Musicum perfectum. & hoc modo dicitur de entibus, quando nihil suæ perfectionis deest, quod ipsa sunt perfecta. Et quandoque transmittitur hoc per modum metaphoræ ad mala, & dicimus latronem perfectum, & mendacem perfectum. Dicitur quoque perfectum de rebus, quæ cum hoc, quòd peruenerunt ad suam perfectionem, est etiam illud perfectum de te nobile. & hoc modo dicimus res separatas etiam perfectas, & omnes substantias esse imperfectas. Et cum maxime conuenit nomen perfecti secundum hunc modum esse ipsum primum principium, quoniam ipsum est causa omnium, & non causatum ab aliquo. nam, cùm ipsum habeat suam perfectionem de se, illa vero acquisierint eorum perfectionem ab ipso, ipsum ergo est magis in vltima perfectione. Et dicitur perfectio largo modo de aliquo habente proportionem ad vnamquamque rem, cui attribuitur perfectio.

De Toto. 5. Met. text. 11.

PEr totum significant id, quod continet omnes partes, extra quod nihil inuenitur, & vniuersaliter est synonymum ad id, quod significat nomen perfecti in primo modo suarum significationum, & per hoc dicimus corpus diuidi in omnes dimensiones. Et eo modo totius dicitur vniuersaliter duobus modis, vel de continuo, & est id, quod non habet partes in actu vel de discreto. Et hoc etiam dupliciter, vno modo de eo, cuius partes habent positionem ad tem eacem, sicut sunt membra organica. Secundo de eo, cuius partes non habent ad tenuicem positionem, sicut numerus & literæ. Nisi quod ipsi appropriant primum modum, qui dicitur continuato nomine totius, & secundum nomen aggregati, quod dicitur de discreto.

De Parte. 5. Met. text. 10.

PArtes dicuntur dupliciter. Vno modo ex parte quantitatis tantum, ex quibus aliquæ mensurant rem, aliquę vero non, quędam etiam sunt in re actu, quædam vero non, nonnullæ etiam sunt similes aliquę vero dissimiles. Secundo modo significat nomen partis id, in quod dividitur res ratione qualitatis & formæ, & hoc modo dicimus corpora constare ex materia & forma, & definitionem ex genere & differentia.

Defectus. 5. Met. text. 15.

IMperfectum autem dicitur ratione qualitatis multis modis. Scilicet de illo, quod nõ est perfectum, vt cùm dicimus Musicum imperfectum, I dicitur de eo, cuius perfectio in re nõ est nobilis, licet fuerit perfectus in suo genere. & hoc modo dicimus cætera entia esse imperfecta respectu primi principij. Sed imperfectio ratione quantitatis non dicitur quomodecunque accidit: immo talis res debet esse de his, quæ habent partes dissimilares mutee, & qi non fit ex similaribus partibus, et qi cũ hoc etiam habeat naturaliter id, quo caret & quod

non auferatur substantia illius rei per defectum eius, nã per id, quo ablato auferetur substantia rei, nõ debet dici aliquid imperfectum. & secundum hunc modum dicitur metaphorice imperfectum de rebus artificialibus.

Superfluum vero (seu additum) dicitur opposito modo ipsius imperfecti.

De Priori et Posteriori. 5. Met. tex. com. 16.

PRius & Posterius dicitur quinque modis. Primo prius tempore. Secundo prius ordine à principio determinato. & hoc siue in oratione, siue in loco. Tertio prius dignitate. Quarto prius natura. Quinto modo prius causa. & iam notificaui in libro prædicamentorum id, quod significat quælibet harum partium, & non est repetendum illud. Et quandoque dicitur prius Sexto modo, scilicet prius notitia: quia non quodcũq; est prius cognitione, est prius secundum esse.

Quid gratia cuius, quę Causa, Hyla Arabice dicitur, & sunt synonyma 5. Met. te. c. 2. &. 3.

HÆc sunt duo nomina synonyma, quæ dicuntur de quatuor causis, quę sunt, scilicet materia, & forma, agens, atque finis. Et quandoq; dicuntur per modum similitudinis de rebus proportionatis his causis, vt alibi iam diximus. Sunt et ipsarum causarum aliquę propinquę, aliquæ remotæ: aliquæ per se, quædam vero per accidens: & nõnullæ particulares, aliæ vero vniuersales: quædam compositæ, aliquæ simplices. Et de vnaquaq; harum partium aliquæ sunt actu, aliquæ vero potentia. Causarum adhuc, quædam sunt in ipsa re, scilicet materia, & forma, quædam vero extra, vt efficiens, & finis.

De Materia

Materia autem dicitur diuersimode. Nam quædam est materia prima, quę est imperceptibilis. Quędã vero habens formam, scilicet ipsa elementa quatuor, quę sunt materia corporum compositorum. Et hoc genus materiæ est duplex. Vnum est hoc, quod diximus, de cuius proprietate est quòd non corrumpitur eius forma totali corruptione aduenięte alia forma, immo inest ei forma materiæ mediocri quodammodo, vt fuit declaratum hoc in libro de Generatione & corruptione. Secundũ est illud genus, in quo remanet forma materiæ, aduenięte alia forma: vt est dispositio, quæ inuenitur in quibusdam corporibus similariũ partium ad recipiendam animam. hoc tamen appropriatur nomine subiecti. Nonnunquam etiam dicitur quòd partes compositi ratione quantitatis sunt materia compositi. & secundum hunc modum ponentes partes indiuisibiles appellant eas nomine materiæ. Isti ergo sunt modi, quibus dicitur materia in Philosophia.

De Forma.

Forma etiam dicitur multifarie. Vno modo de forma corporum simplicium non organicorum. Secundo modo de formis corporum organicorum, & sunt ipsæ animæ. Tertio modo de formis corporum cœlestium, quæ quidem similantur partium simplicibus, eò quòd sunt non organica, & similantur organicis, ex eò quòd sunt mobilia ratione illarum. & hoc totum fuit declaratum in scientia Naturali. Quandoque etiam dicitur forma de qualitate, & quantitate aduentientibus ipsi mixto, inquantum est mixtum. & per hunc modum discrepant inter se formę corporum similarium partium, & acquirunt suas proprietates. vt est difficile corrumpi, quod quidem inest ipsi auro, & aliæ proprietates præter istam.

De Principio 1. Met. t. c. 1.

PRincipium dicitur de omni eo, quod dicitur causa. Et quandoque dicitur de eo, vnde incipit res moueri, vt aliqua via, quæ est principium ambulationis. Et nonnunquam dicitur principium id, ex quo sequitur generatio rei: vt doctrina exempli gratia, in qua quandoque non incipitur à prioribus secundum naturam, sed à facilioribus. Et quicquid dicitur principium præter dictos modos dicitur per viam similitudinis alicuius horum modorum: vt cùm dicimus præmissas esse principia conclusionis, quoniam hoc transfertur ad illud, vel ex eò q̃ sunt efficientes cõclusionis vel materia.

De Elemento 5. Met. t. c. 4.

ELementum dicitur primo de eo, ad quod res resoluitur ratione formæ. & per hunc modum quatuor corpora, scilicet Ignis, Aer, Aqua, & Terra, dicuntur esse elementa cæterorum corporum compositorum. Et quandoque dicitur elementum de eo, quod creditur esse minima pars rei, vt credunt ponentes atomos. Aliquando etiam dicitur quòd vniuersalia sunt elementa particularium, iuxta opinionem credentium ipsa esse principia rerum. & quod est vniuersalius debet esse magis elementum.

De Necessario 5. Met. t. c. 6

NEcessarium dicitur illud, sine quo impossibile est vt res sit. & hoc ratione materiæ, vt cùm dicimus quòd animal sanguineum necessario respirat. Quandoque etiam dicitur necessarium de violentia, quod quidem est contrarium electioni. & ideo poetæ Græci referunt ipsum esse obnoxium, & contristans. Et aliquando dicitur necessarium de eo, quod impossibile est aliter se habere. et secundum hunc modum dicimus corpora cœlestia necessario esse æterna.

De Natura. 5. Met. t. c. 5.

NAtura dicitur de quolibet genere quatuor transmutationum, scilicet generationis & corruptionis, & motus translationis, & augumenti, & alterationis. Dicitur adhuc de formis, quæ sunt principia horum motuum, quæ quidem verius nomen naturę assumunt, & præcipue quę ex his est simplicior: nam organica potius debet appellari anima, sicut est principium incrementi. Et secundum hunc modum audies Medicos dicentes, iam naturam tecticaliquid, intelligunt virtutem regitiuam corporum, quę est nutritiua, quę quidem licet sit organica, est tamen apud eos simplicior, quàm aliæ virtutes, & ideo non possunt transferre nomen naturę ad virtutem cordis. & iuxta hunc modum dicimus opus naturale opponi rationali. Et quandoq; transfertur nomen naturę ad elementa, ex quibus constat aliquid. & sic dicimus naturam corporum similarium partium esse ex aqua, & igne, & cęteris simplicibus. Transfertur quoque natura ad omnia genera materię. Ipsa tandem dicitur de omnibus generibus formarum, & materierum, & transmutationum consequentium ea. Postquam ergo peruenimus ad id, quod primo intẽdebamus, scilicet declarationem significationum nominum, decet modo procedere ad vnũ quodq; quęsitorum huius scientię.

AVERROIS
EPITOMES IN LIBRVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS
TRACTATVS SECVNDVS.



Quo pacto Ens multipliciter dicat. 4. Met. te. 2.

AM ostẽdimus quòd ens dicitur multipliciter: sed quod intẽditur de eo hic, est id, quod significat decem prędicamenta, quę se habent veluti species generis subiecti huius artis. Manifestum autem est quòd ens non significat ipsa secundum puram æquiuocationem. quia, si ita esset, nõ esset genus subiectum huius artis, quę est hęc: nec̃ darentur hic prędicata essentialia, in quę diuidatur diuisione prima, vt cùm dicimus ens aliquod est in actu, aliquod vero in potentia, & reliqua prędicata essentialia, quę habet. Et propositio, cuius subiectum est nomen æquiuocũ, nõ habet subiectũ essentiale, & hoc totũ est manifestũ apud illũ, qui in arte Logicali exercitatus

ens est. Neque etiam nomen entis significat ipsa significatione vnuoca, quia, si ita esset, tunc decem prædicamenta essent vnum genus, aut sub vno genere, cùm tamen sensus testetur ipsa esse diuersa & plura, licet nõ nulli Antiquorum fuerint opinati ens esse vnum: sed fuerunt ad hoc ducti, propterea quia dimiserũt eorum contemplationem sensus, & audiuerunt dicta sophistica, idest fallentia, contra quos iam obiecit Aristoteles in Primo libro Physicorũ: & nos reuertemur ad ipsos quãdo de subiectis artium particularium facietmus tractatum. Si ergo ita est totum hoc, vt diximus, & nomẽ entis non significat decem prædicamenta pura æquiuocatione, neque vniuoce: non restat igitur quòd significet ea, nisi aliquo modorum analogiæ, & sunt scilicet significationes nominum significãtium plures res, quę tamen referuntur ad vnam rem secundum prius & posterius, vt ex ipsis apparet: vt cùm dicimus aliqua, quę Medicinę attribuuntur, esse medicinalia, & bello bellica. Et cùm huius scientiæ (vt prædiximus) sit referre genera entium inuicem, ex eo q̃ aliqua earum est causa alterius, donec reteratur omnes ad suas causas vltimas, contemplari igitur debemus hoc in omnibus prædicamentis, & videre quomodo ad inuicem referantur se cundum esse, & quod ipsorum præcedat aliud, & si detur aliquod prædicamentum, quo reliqua extent prædicamenta, quale sit illud, & quo etiam subsistentetur illud tale prædicamentum. Mox procedemus ad reddendas causas consequentium vniuersalium ipsorum, ex eò quòd sunt entia, vt est potentia & actus & huiusmodi, et hoc totum vt possumus dare in ista prima parte huius scientiæ. Et id, quod restabit nobis de vltimis causis harum rerum differemus sermonem, donec declaretur hoc in secunda parte huius scientiæ. Et declarationes, quæ fiunt de his rebus, sunt vtplurimum Logicales. quia res, quę declarantur in arte Logicali, exercentur, vt diximus alibi dupliciter, vel scilicet ex eò q̃ sunt instrumenta, & methodi, & regulæ dirigentes intellectum, & custodientes ipsum ab errore, & hoc est proprium officium illorum: vel ex eò quòd accipiuntur illæ res, quæ ibi fuerunt declaratę tanquam pars artis demonstratiuę, & vtuntur illis in alia arte tanquam præsupposito, & radice suppositа, eo modo, quo solent artes demõstratiuæ communicari in hoc, quòd aliquæ earum vtuntur eo, quod in alia scitur per demonstrationem. sicut exempli gratia assumit Astronomus Mathematicus à Geometra quòd semidiameter sit æqualis costæ sexagonæ.

Res, quę declarantur in arte Logicali, exercentur dupliciter.

Quo pacto cętera prædicamenta substãtia pro sui esse indigeãt

Substantiam oſumentum aut cẽprimã. 7. Met. t. 1. & inde.

POstquam ergo declarauimus intentionem huius partis huiusmodi speculationis, & modum propositionum, quæ fiunt in ea, incipiamus loqui de ea. Dicamus q̃ tam in libro prædicamentorum fuit dictum quòd prędicamentorum vniuersalium sunt duo genera. Vnum est, quod notificat de indiuiduo sustãtiæ quiditatem, & essentiam eius, & quòd vniuersale, quod est communius in hoc, est prædicamentum, quod dicitur substantia. Aliud vero est, quòd non notificat de indiuiduo substantię quiditatem & essentiam eius: sed, si notificat aliquid, illud non est substantia, & vniuersaliter quidem est in subiecto. & ideo in eius definitione dicitur q̃ est illud, quod dicitur in subiecto. de substantia vero dicitur, quòd ipsa est, quæ dicitur de subiecto. Et id, quod est cõmunius in hoc inter vniuersalia, sunt nouem genera accidentium, quæ ibi numerantur, scilicet quantitas, qualitas, relatio, vbi, quando, situs, habere, agere, pati. His igitur sic stantibus videtur vniuersaliter quòd prædicamentum substantiæ sit per se stans, & quòd non indiget, ad eius esse aliquo prędicamento accidentis, & quòd prędicamenta accidentis indigent ad eorum esse ipsa substantia, & sunt causata ab ipsa. Consentaneum ergo est indagare quomodo res se habeat in quolibet prædicamento. Et dicamus, quòd apparebit paulopost quòd substantia assumitur in definitione trium prædicamẽtorum, quæ sunt Vbi, Situs, & Habere, & hoc patet ex eorum definitionibus. nam in definitionibus omnium istorum apparet corpus, vt cùm dicimus quòd ipsum vbi, est proportio corporis ad locum. & simili modo res se habet de situ, & de habere, Prædicamenti vero ipsius Agere & Pati, illud quidem, quod est in substantia manifeste patet. illud vero, quod est in quantitate & qualitate, res se habet veluti de ipsismet prædicamentis quantitatis & qualitatis, & præcipue prædicamentum part. quia pati in quantitate est semper substantia nutrimenti augentis, & corpus mouet aliud corpus in loco, in qualitate vero est accidens, sicut corpus calefieri. In definitionibus vero ipsorum quatuor prædicamentorum, videlicet Quantitatis, Qualitatis, Relationis, & Quãdo, licet non appareat prædicamentum substantiæ, nihilominus iam fuit ostensum ipsa indigere pro esse suo ipsa substantia. De prædicamento nanq; relationis res, manifeste patet quòd non potest separari à substantia. Neque est eius subiectum tantum, sed facit sibi subiectum reliqua prædicamenta. vt duplum & dimidium existens in quantitate, & sursum & deorsum, quę est in vbi. Similiter etiam de proximo apparebit, quòd est accidens, & quòd non potest separari à materia, præsertim à substãtia. Aliter enim inueniretur passio absq; patiente, vel figura sine figurato, aut habitus sine habente habitum, vel dispositio sine disposito. & hęc quidem sunt quatuor genera famosa ipsius qualitatis. De prędicamento vero quantitatis non videtur dari ratio manifesta, quòd indigeat substantia, & præterea discreta, itidem & continua quantitas, licet videamus quòd vna specierum eius est corpus, in cuius definitione fuit dictum quòd diuiditur in tres dimensiones. Et propterea fuerunt opinati aliqui quòd dimensiones essent substantiæ, & quòd notificant de individuo substantię quidditatem. & tam induxit huiusmodi speculatio aliquos homines credere quantitatem separari, & fuit illi, qui dicunt subiectum Mathematicæ separari. Et nos dicemus quòd de se primo apparet quod dimensiones non notificant de individuo substantię quidditatem suam, & quòd quando per eas denominatur aliquod individuum substantiæ denominatione essentiali, tunc species illius individui, vel eius genus sumitur in eius definitione eo modo, quo capiuntur subiecta, scilicet accidentium, vel genera subiectorum eorum in suis definitionibus, & huiusmodi denominatio non est accepta in definitione illius individui eo modo, quo accipiũtur prædicata, quæ sunt causæ subiectorum in suis definitionibus: vt si, exempli gratia, dicamus hominem, atq; multa alia animalia esse quantum aliquod, quia vnumquodq; istorum habet determinatam magnitudinem, & tandem est manifestum q̃ dimensiones sunt posteriores in ipso animato, & q̃ anima & animatum præcedunt eas: et similiter etiã videntur alia entia naturalia præcedere demẽsiones, quas existimatur ea habere. Hęc aũt sunt oĩa individua substãtiæ, qui quodlibet individuũ substantię, vel est animal, vel naturale. Sed sermo de genere cõmuniori, q̃ intendatur in substantia quid sit, & vtrum illud sit ipsummet corpus, vel aliquid cui accidat corpus, & si aliqd sibi acciderit, quidnam sit illud, cui corporeitas accidit, ostendetur quando declarabimus quænam sint principia substantiæ sensibilis, & quale sit esse ipsarum specierum, & generum, & demum vniuersalium. Illi autem, qui dicunt quòd datur quantitas separata, si intelligunt quantitatem existentem in sensibilibus, tam fuit ostensum in

scientia Naturali quòd impossibile est materiam primam denudari ab ipsa, quemadmodum est impossibile ipsam denudari à forma. nam, si ita esset, tunc daretur aliquod individuum substantiæ non habens quantitatem, quod est falsum. fuit quoque ostensum in scientia Naturali, vbi de vacuo tractatur, quòd impossibile est dimensionem esse separatam. vbi etiam fuit declaratum quòd tempus est in subiecto, quod est, scilicet corpus cœleste. Hinc habetur quòd prædicamentum Vbi, consistit in substantia. nam res attribuitur tempori ex eò, quòd est transmutabilis, vel quia existit matur esse transmutabilis, & ipsum transmutabile est de necessitate corpus, vt in scientia Naturali fuit declaratum. Numerus vero, qui est de quantitate discreta, cùm nihil aliud sit quàm aggregatio vnitatum, vt solet definiri, & diximus in præteritis quòd significat vnitates primo de re vniuersali, quam intellectus accipit ex rebus prouenientibus à distinctione rerum, & loco earum, & extremitatibus illarum, & demum ex rebus, quæ sunt extra essentiam rerum, & ideo est de necessitate accidens. Nos autem ostendemus in futurum quòd rectè debet dici quòd sit operatio animę, quàm quòd sit aliquid existens. Ex his igitur patet quòd impossibile est aliquod nouem prædicamentorum posse separari à substantia. Ipsa tamen substantia præcedit ipsa prioritate causæ ad causatum suum. Neque habet istam prioritatem tantum super accidentia, immo & prioritatem temporis & notitiæ. substantia enim notior est accidente. Iam autem fuit dictum quot modis dicitur prius & posterius. Sed vtrum detur præter hũc quantitatem sensibilem aliqua quantitas separata, quę sit subiectum artis Mathematicæ, vt imaginatus fuit Anaxagoras, de hoc muestigabitur, quando de verificatione artium particularium tractabitur. Sed quomodo se habeant hæc nouem prædicamenta in ipsa substãtia, vtrum ordinatim, ita quòd aliqua eorum sint velut causæ, ob quas alia insint substantiæ, aut eodem modo insint ipsi, ita quod aliqua eorũ non præcedant alia, hoc est manifestum, scilicet quòd vnum precedit aliud in substantia: vt quantitas, quæ quidem videtur esse prima inter cætera, quæ precedit in substantia, cùm nõ reperiatur quantitas nisi in corpore. Neque etiam locus, nisi in aliquo corporeo, inquantũ est corpus. Neq; situs, nisi in locato. Neq; actio vel passio, nisi mediante situ & vbi. & hoc totum apparet ex dictis in scientia Naturali. Similiter etiam ipsum habere non inuenitur in aliqua re, nisi postquam fuerit corpus, & habẽs vbi, & situm. Non tamen est impossibile quòd reperiantur duo eorum obtinere eundem gradum, vt qualitas, & vbi, quia non videtur vnum istorum præcedere aliud iuxta suum esse in substantia.

De priorita-te substantię ad cęteras prędicamenta. v. Met. te.4.

De ordine ꝑ dicamentorũ respectu substantiæ.

CVm ergo ex modo dictis appareat quòd nouem prædicamenta insunt substantiæ, & cũ hoc etiam fuit declaratum quod aliqua ipsorum præcedũt aliqua alia in substantia, consentaneum est scrutari nunc de elementis substantiæ, & de eius principijs: & tandem vtrum dentur principia existentia in substantia sensibili, quæ præcedant ipsam, & si dantur, quænam sint, quia in hoc magna exurit difficultas, & disceptatio inter Antiquos. Hoc quoque quæsitum præcedit quęsitum illud, in quo quæritur vtrum detur substantia separata, quæ sit principium huius substantiæ sensibilis vel ne. & si datur, quodnam esse habeat. Dicamus ergo, vt tam prædiximus, quòd nomen substantiæ ad plura se extendit. quod autem est manifestius, & ab omnibus concessum, est ipsum individuum, quod non est in subiecto, neque dicitur de subiecto, vt sunt singularia hominis, & animalium, & plantarum, & syderũ, atque lapidum. & ideo cõuenit nos inuestigare de principijs huius substantiæ sensibilis. Opinio autem Antiquorum, vt iam diximus, de eo quo constat hæc substantia sensibilis, & de eius partibus quænam sint, est varia. Nam quidam existimant ipsam esse compositam ex partibus individibilibus, siue finitis, siue infinitis. Aliqui alij opinãtur quòd constat corporeitate. & cùm ipsa corporeitas sit diuisibilis in dumẽsiones, ideo putarunt dimensiones verius nominari substantiam. & quia cùm dimensiones imaginantur resoluentur in ipsasmet superficies, & hæ in lineas, quæ etiam in puncta, ideo fuerunt opinati quòd punctæ essent substantia. Alij vero crediderunt quòd eius vniuersalia, quæ de ipsa prædicantur, sunt eius principia, & quòd sunt res per se stantes. Omnes denicq; asserebãt causam materialem. nonnulli tamen eorum dixerunt ipsam esse atomos. alij vero dicebant ipsam esse ignem, aut aerẽ, aut aliquid aliud, quod visum fuerat alicui Antiquorum. Destructio autem omnium harum opinionum corruptarum iam fuit declarata in scientia Naturali, vbi fuit propalatum quòd omnia entia sensibilia constant ex materia & forma, ibidemque fuit ostensum quot sunt genera materiæ & formæ. Ibi tamen tractabatur de ipsis tanquam de substantia transmutabili, & tandem ex eo quòd sunt principia transmutationũ, & propterea illæ opiniones corruptæ ibi adductæ secundum hunc modum ibi impugnantur, quando fit sermo de partibus individibilibus, & alię opiniones, quas Aristoteles conatur destruere in ea scientia. Sed in hoc loco speculatur de ipsis, ex eò quòd sunt principia substantiæ, inquantum est substantia. & similiter si quid habent de opinionibus corruptis secundũ hunc modũ refellitur hic, vt qui putat quòd vniuersalia substantiæ sunt sua principia, aut qui credidit substantiam substẽtari dimensionibus: licet de huiusmodi opinione possimus tractare duobus modis, scilicet in hac scientia, & in Physica, vt fecit Aristoteles in Tertio de Cœlo.

Auicenna vero errauit in hoc valde, cùm putet Physicum nõ posse ostendere corpora constare ex materia & forma, & quòd Metaphysicus debet conari declarare illud. Sed totius huius rei talitas est per se manifesta apud illum, qui vtranque scientiam didicit, scilicet Naturalem, & istam.

Auicennę error.

Tractãda de definitione. v. Met. t.10 & infra.

GVm ergo ita sit, et fuerit declaratum qualis sit consyderatio huius scientiæ de hoc quæsito, nostrum igitur est contemplari de hoc à notiori apud nos, quòd scilicet est definitio. nam vnum ex his, ad quæ se extendit nomen substantiæ, est ipsa definitio. Hinc est quòd audies quandoq; aliquos dicere quòd definitio notificat substantiam rei. procedimus quoq; semper à notiori apud nos ad notius apud naturam, vt in pluribus locis diximus. Et dicimus ꝙ definitio, vt dixit, est oratio notificans quiditatem rei per essentialia, quibus cõsistit. Nam in arte Logicali fuit tam declaratum quòd prædicata sunt duplicia, scilicet vel per se, vel per accidens. Et quòd illud, quod est per se, est etiam duplex. Vnum scilicet est illud, in quo ipsa prędicata sunt partes substantiæ subiecti, & ex his tm cõficitur definitio. Aliud vero est, vbi subiecta sunt de substantia prædicatorum. ex his tamen nõ componitur definitio, cùm sint res posteriores substantijs definiti. Et ideo, si consyderemus hoc sm hunc modum, apparebit ex mnima consyderatione ꝙ individua singularia habẽt partes priores seipsis, quibus exrant. Quod quidem nõ mtinetur nisi substantiæ tantũ. nam in definitione individuorum accidentium inuenitur substantia, qua exrant, & est præter ipsa. ideo non habent veram desmtionem. neq; etiam aggregatum ex substantia & accidente habet definitionem, quẽadmodum habet aggregatum ex materia & forma, vt in futurũ apparebit. Et

Tractãda de definitione. v. Met. t.10 & infra.

De principuo fundamẽto ipsius intẽtionis. v. Met. t. et finde.

ex

ex hoc apparet manifeste ꝙ in nullo prædicato ipsorũ prædicamentorum substentatur aliquod individuum substantię: quia nõ notificat quiditatem individui substantiæ, aut partem quiditatis, quæ sit quale, vel quantum, aut habens relationem, vel vbi, aut agere, vel pati, vel situm; aut habere. Hinc apparet differentia inter formas substantiales, & accidentia, licet vtraq; sint in subiecto. Si ergo ita est, & fuerit propalatum ꝙ dãtur partes substantiæ, quæ sunt priores ipsa, inuestigemus igitur qualiter sunt huiusmodi partes in ipsa substãtia, & vtrum vniuersalia accidant ipsis, aut sint priora illis, vt putant qui ponunt ideas. Tandem consyderabimus de omnibus consequentibus illorum, inquantum sunt individua sensibilia aut partes rerũ sensibilium, et ex eo ꝙ sunt intelligibilia & vniuersalia. ga inter hæc duo esse magna inest differentia. Et cùm ipsa definitio quoq; habuerit plures partes, quale nam esse habeant huiusmodi partes in ipso composito, vtrum in potentia vel in actu. Demum quonam pacto dicimus definitum esse vnum, cùm habeat plures partes in definitione. & notificabimus qualis sit proportio definitionum ad ipsa definita, & partium definitionum. Et huiusmodi consyderatio est ferè cõmunis accidẽtibus & substantijs, si concedamus accidentia habere aliquas definitiones: licet tamen primum intentum huius negotij sit notitia substantiæ. Et ideo cõuenit nos primo tractare de definitiõibus. Et dicamus ꝙ definitio videt esse primo, & in specie, vel per se prior in ipsa substantia, & ꝙ, si inuenitur in alijs prædicamentis, est secundum posterius. Quia, si in reliquis prædicamentis reperiuntur prædicata essentialia, ex quibus conficiuntur definitiones eorum, quemadmodum fit in substantia, nihilominus oportet etiam ꝙ in eorum definitione reperiatur definitio substantiæ, quia non stant per se: & hoc siue in potẽtia propinqua, siue in actu. Vt in potentia, in illis prędicamentis, in quorũ definitione non apparet eorum relatio ad substantiam, vt in præterito diximus, & præsertim si accipiantur abstracta per intellectum, & significentur per nomina in abstracto. vt albedo exempli gratia, quãdo accipitur abstracta per intellectum, dicimus ipsam esse colorẽ disgregatiuum visus: & hoc magis de ipsa magnitudine & figura. sed si accipiãtur per eorum nomina cõcreta, quæ quidem magis significant super ipsis, apparebit equidem substantia in eorum definitione. Et substantia apparet re vera in definitione accidentium in actu, in illis prædicamentis, in quorum definitione reperitur substantia, & tandem in accidentibus essentialibus, in quorũ definitionibus inueniuntur sita subiecta, aut genera subiectorum suorum, vt similitas in naso, & risibilitas in homine. Hinc est ꝙ hutusce modi nomina significãt rem compositã ex accidente & substantia, & abstracta horum compositorum, vt dicit Aristo. vel non habebũt definitiones propter additionẽ assumptã in definitione eorũ & iterationem: nam qui definit similitudinẽ nasi, accipit in eius definitione definitionem nasi, & in definitione concauitatis assumptæ in ipso accipitur etiam nasus, ergo nasus accipitur bis. vel siquidem habent hæc definitiones, illud erit modo posteriori substantię compositę ex materia et forma, quontam definitiones sunt compositorum.

Quo pacto dentur vsia.

ET, postquam sunt declaratũ ꝙ omnia prædicamenta habent definitiones significantes quiditates eorum, & ꝙ substãtia habet veram definitionem & quiditatem, quæ est substantia. scrutandũ igitur est, vtrũ quiditates rerum, et earũ intelligibilia vniuersalia sint ipsemet res separatæ eo modo, quo dicimus exemplar rei esse ipsammet rẽ, & ꝙ forma rei sensatæ est ipsum sensatum, aut aliquid aliud aliquo modo, s. ꝙ habeant esse extra animã, vt dicunt qui ponunt ideas. Et dicimus ꝙ vniuersalia essentialia, quæ notificat essentiam rei singularis sunt idem cũ tali singulari eo modo, quo diximus, s. ea notificare substantiam ipsius singularis. Prædicata vero per accidens non sunt idem. Nã quando contingit medicũ esse ædificatorem, tunc quiditas medicinæ non est in ędificatore. neq; hõ est hõ albus, immo huiusmodi prędicatum est aliud à subiecto, contra quod fit in prædicatis essentialibus. Et, si ipsa vniuersalia essentialia rerum non essent idem cum ipso singulari, i. ipsa subiecta, tunc quiditas rei non esset ipsa res, neq; quiditas ipsius animalis, exempli gratia, esset ipsum animal individuũ. & sic tolleretur scientia, adeo ꝙ non daretur aliquod intelligibile. Sed qui ponũt huiusmodi vniuersalia per se stare, & esse separata, oportet vt ponant ipsa esse aliquid aliud à rebus singularibus aliquo modo. Quod si ita esset, tunc sequeret vnũ duorum, s. vel ꝙ illa vniuersalia non erunt harũ rerum singularium intelligibilia, & sic non erit sufficiens apprehensio horum singularũ, quod est contra id, quod dicunt, quia ipsi ponunt vniuersalia separata, & dicũt ꝙ sunt propter scientiam: vel ꝙ concedatur eis ꝙ huiusmodi vniuersalia notificant essentias horum singularium, & per ipsa intelliguntur quiditates ipsorum, et si sic esset, tũc oporteret huiusmodi vniuersalia separata, inquantum sunt extra animã, alio modo se habere ꝙ quæ transmutantur ad scientiam extra animã, et oportebit etiam intelligere alia vniuersalia: quia si res, quæ est extra animã, indigeret ad sui intellectionem alia re extra animã, tunc sequeretur idẽ quod prius, & sic fieret processus in infinitum. Videtur tamen ꝙ nos non indigemus ad intelligendas quiditates rerum ponere vniuersalia separata, siue sint, siue non sint, sed si sunt, non valent ad intelligendas quiditates rerũ, neq; tandem ad esse sensibilium. Sed vtrum talia vniuersalia, ex quibus consistat definitio, sint æterna, & intransmutabilia, & ꝙ ipsa existerent per se extra animam, vt dicunt, qui ponunt ideas, non valerent ad esse sensibilium, declarabimus hoc modo. Cũ omne, quod generatur, sit aliquid, s. creatura & forma, & ex aliquo, s. materia, & ab aliquo, siue per aliquod, ideſt agens, & apparet etiam ꝙ in omnibus generatis, siue à natura, siue ab arte ipsum agens sit de necessitate aliud numero à passo, & ꝙ ipsum & passum sint idem quiditate & definitione, vel ꝙ sint proportionata. In pluribus autem rebus naturalibus & compositis res est manifesta: vt in animali gignitiuo & stirpe fructifera. nam ipsum generans prolificum, vel generat sibi simile in specie, vt homo generat hominem, & equus equum: vel erit sibi simile, & proportionatũ, vt asinus, qui generat mulum. similiter etiam apparet in simplicibus: nam ignis in actu generat ignem in actu.

An vniuersalia sint æterna.

Potest tamen aliquis dubitare de animali generato sponte, atq; stirpe sic etiam orta. ignis quoq; quãdo fit ex incensione ferri, aut ex collisione lapidum, & tandem ex motu. Sic etiam apparet ꝙ dantur quædã mouentia, quæ non sunt de genere mobilium. vt sperma, quod mouet sanguinem menstruum, donec conuertatur in embryonẽ, & calor accubationis mouet ouum, donec cõuertatur in auem. Et dicamus ꝙ in pluribus horum generatorum apparet ꝙ perficiuntur pluribus vno mouente, vt pater, qui mouet sperma, & hoc mouet sanguinem menstruum. Illud ergo mouens, quod oportet necessario esse ipsum & mobile idem quiditate, aut esse proportionatum, & simile, erit vltimũ mouens, cùm ipsum det propinquo mouenti virtutẽ, qua moueat. vltimum autem mouens spermatis est pater & ipsius ouium: licet fuerit iam ostensum ꝙ nõ sufficiunt hęc sine principio extrinseco, s. quæ sunt corpora cœlestia,

Dubium.

Solutio. De variis mouentibus inferiõ diuersarũ generationibus.

cœlestia, vt putat Arist. & est ipsa veritas: aut intellectus agens, vt imaginati sunt plurimi Philosophorum posteriorum, vt in scientia Naturali fuit declaratum. Animalis vero sponte orti & sturpis, licet eorum generatio fuerit à motu syderum, calor quidem non est movens vltimum in generatione, sed iam fuit ostensum ꝙ datur mouens proportionatum sibi, quod præstat sibi suam formã essentialem. Verũtamen huiusmodi mouens & mobile non sunt idem quiditatiue, imo est immateriale, vt declarabitur. In aĩalibus vero & plantis sponte genitis vltimum mouens est ipsa corpora cœlestia per virtutes aĩatas influxas ab eis fm opinionem Arist. aut est intellectus agẽs fm opinionem posteriorum. Putat. n. Arist. ꝙ trãsmutans & generans nõ est nisi corpus, aut in corpore, i. virtus in corpore: & ꝙ actio, quæ est finis transmutationis, non prouenit nisi cum agente transmutationis: & quòd est impossibile, vt agens transmutationis sit aliquid aliud ab agente ipsius finis transmutationis. Motus vero, qui generat ignẽ, agens ipsius non est ipse motus. At agẽs vtriusq; illorum est idem genere, scilicet calor diffusus in elemẽta à calore stellarum, & est ipsemet aer. Veruntamen ipse motus præstat prædispositionem, qua recipit subiectum formam ignis. Et tu potes experiri hoc cum bõbyce, qui ignitur à Sole per radium cõuersum à vitro, nam non videtur quod radius habeat talem operationem nisi remotam cum motu, radius vero præparat aerem ad recipiendum calorem, quo bombyx ignitur. nam aer non est ignis, vt fuit declaratum. Motus quoque est quædam vita rebus naturalibus, & est velut extrahens partes ignis existentis in aere in potẽtia propinqua ad actum perfectum. Hinc est quòd euentatio auget substantiam ignis. Et per hoc potest persuaderi ꝙ conseruans formam ignis existentis in actu in concauo orbis lunæ, sit quoquo modo ipse motus corporis cœlestis, vt in scientia Naturali fuit declaratũ. Nam ibi fuit ostensum ꝙ elementa respectu corporis cœlestis se habent veluti materia: & ideo non possunt stare sine ipso, quemadmodũ est impossibile materiam primam esse denudatã à forma. corpus quoq; cœleste indiget aliquo modo ipsis, eo modo, quo indigẽt formæ ipsis materiebus. Cùm autem diximus rem generari à sibi simili specie & quiditate, videtur magis apparere in artificialibus ꝙm in naturalibus. nam sanitas adepta ab arte medicinali in corporibus hominũ fit à formis sanitatis, quæ est in anima. Similiter etiam forma domus facta ab ædificatore in lapidibus & lateribus est forma habita à forma existente in anima. Sed, quia huiusmodi forma de necessitate ꝓficitur à pluribus ꝙm ab vno agente. nam si est sanitas, oportet ꝙ ibi sit euacuatio, ergo erit ibi potio medicinæ soluturæ sequitur ergo de necessitate ꝙ id, quod est prius istorũ in anima artificis, sit posterius tempore in generatione. Hinc datur ꝙ principium cogitationis est finis operationis, & initium operationis est finis cogitationis. In rebus quoq; naturalibus videt res ita se habere, & ꝙ earum principia vltima sit conceptio per intellectum. Aliter enim vnde euenit eis ꝙ sint ex sui natura aptæ vt intelligantur à nobis: nam hoc est sibi quid essentiale & inhærẽs naturæ earum. id autem, quod est essentiale alicui, peruenit quidem ipsi ente à causa efficienti de necessitate. Nihil autem datur, quo sensibile euadat intelligibile in potẽtia, i. quod de sui natura est vt intelligatur, nisi eius generatio fiat ex intellectualt apprehentione: licet suum esse sensibile sit conceptum à suis principijs sensibilibus, quemadmodum in artificialibus contingit. nam accidit rebus per artem cõfectis ꝙ intelligantur ab illo, qui nõ operatur eas, propterea quia sunt ordinatæ ab intellectu, quę est ipsa forma existens in anima artificis: aliter enim essent intellectæ per accidens. & similiter etiam res se habet in natura, & in rebus naturalibus. Hinc apparet generatum ꝙ dãtur formę separatæ, quæ sunt causa, ob quam ipsa substantia sensibilis est intelligibilis. Præstant autem ipsi sensibili forma substantialem, qua sit intelligibile potentia, per ipsam naturam, & per corpora cœlestia, & tales formę sunt formæ corporum cœlestiũ. & hoc est, quod quærebant ponentes ideas, & non attigerunt ipsum.

Compositũ non formã nec materia generari. 7. Met. tex. 21 & infra.

REuertamur autem vnde digressi sumus, & dicamus ꝙ, cùm appareat vt diximus, ꝙ id, quod generatur, generatur ab eo, quod est idem specie, et quiditate, manifestum igitur est quòd quiditas vt quiditas est ingenerabilis & incorruptibilis. Similiter etiam & ipsa materia, nam non generatur ab agente. Generabile igitur & corruptibile est ipsum individuum compositũ ex illis duobus, & est illud, quod est numero aliud, à generãte, sed sunt idem forma. Patet igitur ꝙ formæ & materiæ, inquantum sunt formę & materię, nõ sunt gñabiles, neq; corruptibiles nisi per accidens. sed, quia quiditates rerũ sensibiliũ nihil aliud sunt ꝙm sua forma et sua materia, vt in futuro appebit, manifestũ ergo est ꝙ formę & materiæ, vt sunt formę et materię, nõ sunt gñabiles neq; corruptibiles nisi per accidẽs. Corrumpitur autem & gñantur formæ, & tandẽ transmutantur ex eò ꝙ sunt pars ipsius generabilis & corruptibilis per se: quod quidem est individuum cõpositum ex materia & forma, inquantum est forma rei singularis. Et similiter res se habet de materia, quæ quidem patitur transmutationem, ex eò ꝙ est pars rei transmutabilis, i. individui, sed non inquantum est materia. & cùm materia sit causa transmutationis sic aduenientis ipsis formis, conuenientius ergo est dicere formas ita se habere. Quòd aũt materia sit intelligibilis, hoc nõ habet ex eò ꝙ est materia: nam res ideo est intelligibilis, qa, est in actu. sed, si intelligimus ipsam, continuo illud fit per attributionem, & hoc de materia prima: vel accidit sibi habere actum, & hoc de materijs proprijs vnicuiq; enti. Et quemadmodum videtur ꝙ artifex non facit materiã simpliciter, sic etiam neq; formam simpliciter, facit tamen aggregatum ex materia & forma. nam ipse facit formam transmutando materiã, donec præstet formam sibi. vt de arca, exẽpli gratia. nam ipse non facit lignum, quemadmodum neq; formam arcę, sed facit quandam arcam ex aliquo ligno. Si vero formæ vt formæ, & materiæ etiam generarentur & corrumperentur, tunc generatio fieret ex nihilo absolute, & corruptio ad nihil absolute. verbi gra, si ponamus, corpus, vt corpus, generari, sequeretur de necessitate ꝙ fieret ex non corpore omnino. sed generatio & corruptio est ipsius compositi ex vtrisq;, s. ex materia & forma. Hinc ostenditur ꝙ generãs individuum est individuũ: quia quod trãsmutat materiã, est individuũ. Apparet etiam quòd definitiones sunt ingenerabiles, & incorruptibiles, licet res definitæ sint generabiles et corruptibiles.

Idęę nõ sunt ponendæ.

Sed quo pacto accidat eis hoc, non est necessarium propterea nos ponere ideas. nã hoc est, quod fecit ponentes ideas affirmare eas, sed nõ est necessarium. Qui enim fuerunt ante Platonem, putabant quod scientia, erat de sensibilibus: sed quia viderunt quòd sensibilia sunt transmutabilia & instabilia, abstulerunt scientiam penitus: adeo ꝙ fuit aliquis Antiquorum, cùm interrogabatur de aliqua re, indicabat digito suo, significabat enim esse instabilem & inquietam, & quòd res, sunt in continua transmutatione, & quòd non datur hic vlla verificatio alicuius rei. & ex hoc peruenerunt vniuersaliter opiniones erroneæ. Aduenięte vero ętate Socratis viderunt ꝙ dantur hic intelligibilia æterna & vniuersalia,

& vniuersalia, ideo dixerũt ipsa esse extra animam eo modo, quo sunt in anima. & cum hoc etiam viderunt ꝙ sunt principia substantiæ sensibilis. & ex hoc, quod diximus, patet ꝙ licet inuenirentur, vt ipsi putant, adhuc nõ iuuarent ad esse gñabilium vllo pacto. quia genẽras particulare est vnum particulare, vt ipsum in specie, aut sibi simile, vt diximus.

Themistius vero reddit rationẽ pro Platone, quòd dantur formæ agẽtes ad esse animalium ortum habentium ex putredine. Et putari potest ꝙ huiusmodi principium concedatur apud Arist. & ꝙ non videtur necessariũ intromittere ipsas in causam generationis huiusmodi generis tantum animalium, sed etiam animalium prolificãtium, vt posset intelligi ex libro de Animalibus. Verũtamen principium propinquum istorum apud Arist. est virtus animata: & remotum sunt formæ corporum cœlestium, totum autem hoc secundum viam Aristo. indiget speculatione. Quòd autem Aristot. credat has formas separatas habere operationem vniuersalẽ in omni generato absq; medio, vt putat Auic. videtur esse remotum. In quibusdam tamen entibus naturalibus potest existimari ꝙ necessitas cogit ponere formas separatas in generatione individui, vt in animali persuaderi potest, & præsertim in non gignitiuo. In quibusdam tamen non videtur hoc, neque videntur indigere ipso, inquantũ sunt generabilia. Verũtamen, si considerentur formę generatæ, inquãtum accidit eis ꝙ sint intelligibiles, & tandem habentes ordinem, apparebit necessarium intromittere hanc formam cunctis rebus, vt prius diximus. Sed huiusmodi principium alio modo se habet, q̃ ponitur à ponẽtibus ideas. Dicebãt enim ꝙ intelligibile ipsius equi & eius quiditas, vt est in materia, est idem extra animam. & sic sequitur de necessitate ꝙ detur equus hinnibilis sine materia, & ignis comburens. & si intelligunt hoc, omnino errant. Et si velint id, quod Arist. intendit de esse rerum separatarum, vt existimauit eorum fautor, errauerunt tandem: quia transtulerunt dicta scientifica in dicta poetica, qũæ non sunt vera, & fiunt ad docendum populum. hoc autem in futuro ostendemus. Ex dictis ergo patet ꝙ & si dantur vniuersalia per se stantia extra animam, non sufficiunt ad scientiam & generationem. nam generatio per se est rei particularis et individuæ, sed de rebus cõmunibus, quæ videntur generari per accidẽs, quasi dicas ex eò ꝙ sunt individuũ, videtur ꝙ causa generationis earum sit ipsa natura. & causa, ob quam inuenitur natura faciẽs huiusmodi operationem, est ipse motus corporum cœlestium. & causa, ob quam motus corporum cœlestium præstat huic naturæ talem virtutem, sunt ipsæ formæ separatæ intelligibiles. Aristote. autem opponit Platoni, quia posuit id, quod est principium & agens rei generatæ per accidens, principium & agẽs rei generatæ per se. quasi dicat ꝙ sic debemus intelligere differẽtiam inter istas duas vias: non quòd Aristo. neget hic, ꝙ formæ separatæ sint aliquo modo principia agẽtis, sed iuxta illum modum, quem diximus. & sic non est opus intromittere in rebus naturalibus formas separatas ad aliquã generationem præter intellectum humanũ. & hæc est veritas iuxta viam Arist. & ideo incœpit declarare ꝙ formæ vniuersales non sunt generabiles, neq; corruptibiles, nisi per accidens. Nos autem iam declarauimus hoc in expositione nostra super libris eius huius sciæ.

Vtrum vniuersalia possint ꝙ se stare extra animam.

POst hoc ergo cõuenit nos inuestigare de ipsis vniuersalibus, vtrum hoc sit possibile in eis aut nõ, videlicet vtrum possint per se stare extra animam, ita ꝙ vertius appellentur nomine substantiæ, q̃ sua subiecta sensibilia. Et dicamus ꝙ, si ponantur hæc vniuersalia esse extra animam eo modo, quo sunt in anima, potest hoc cõsyderari vno duorũm modorum, s. vel quòd stent per se, & nullam habeant attributionem ad individua sensibilia. & hoc est contra id, quod ponitur in eorum definitione. nam vniuersale, vt fuit dictum, est illud, quod solet prædicari de pluribus. sequetur ergo ex hac positione quòd intelligibile alicuius rei nõ erit illa res: quod totum est impossibile, vel quod ipsum vniuersale est quid per se existens extra animam in individuo. Sed, si res ita ponatur, facile apparebit ꝙ ex huiusmodi positione sequentur falsitates vituperosę. Nã, si ponamus ipsum esse in suis individuis extra animam, non euadet quin talis cõmunicatio cum individuis sit vno duorum modorum, s. vel ꝙ pars eius sit in vnoquoq; individuo, ita ꝙ talis habeat de humanitate quandam partem, & Plato aliam partẽ: & sic humanitas non prædicabitur de quolibet istorum duorum prædicatione essentiali in eo quod qd, quia illud, quod habet partem hominis, non est homo, quod est de se manifeste falsum. aut quod ipsum vniuersale in sua vniuersalitate erit in quolibet individuo eius. Hæc tamen positio contradicit sibiipsi, quia oportet de necessitate vel quòd vniuersale multiplicetur in se, ita ꝙ vniuersalę, quod notificat quiditatẽ Socratis, sit aliud, q̃ quod notificat quiditatem Platonis, & sic non erit eorum intelligibile idem, & hoc est falsum: vel ꝙ vna & eadem res in sua vniuersalitate sit in pluribus, imo non in pluribus solum, verũtiam in infinitis, quorum aliqua generẽtur, aliqua corrumpantur, ita quòd vnum gñabile & corruptibile erit multa fm eundem modum, quod est falsum. Sequetur etiam ex hoc ꝙ habebit simul contraria: quia multa vniuersalia diuidũntur per differẽtias oppositas, & inuenientur in locis oppositis. Et, si ponamus ꝙ ipsum inueniat in multis eo modo, ꝙ o potest consyderari vnum inesse pluribus, videlicet ꝙ sit vnum numero individuum existens in pluribus, vt forma totius in partibus, sequetur tunc ex hoc, ꝙ homo erit compositus ex asino & equo, & omnibus alijs speciebus diuidentibus ipsum, adeo ꝙ erunt inter se alligatæ, siue sint continuæ, siue contiguę. Et, si ponamus adhuc hæc vniuersalia esse extra aiam, oportebit ipsa habere alia vniuersalia extra animam, quibus illud vniuersale primum sit intelligibile: & sic de secundo tertium, & sic in infinitum. Sed nõ accidet nobis hoc dubium, si ponamus ꝙ esse ipsum vniuersale est esse in intellectu. quia id, quo vniuersale est vniuersale, iam fuit declaratum in libro de Anima, ꝙ est vna & eadem substantia separata, s. intelligibile intelligibilium. Præterea, quomodo vniuersale est substantia per se stans iuxta opinionem eorum, cùm sit de his, quæ dicuntur in subiecto non de subiecto. & hoc patet ex eius definitione. & id, quod ita se habet, est accidens de necessitate. Si cõcedamus quoq; hoc, tñc non inuenietur hic substantia propria alicuius rei: sed substantiæ rerum erunt communes, & substantia propria erit subiectum substantiæ cõmunis, & omnes istę falsitates sequent, si ponamus hæc vniuersalia per se stare extra animam. Sed, etsi nõ ponimus ea ita se habere, posset adhuc aliquis dicere ꝙ non sunt verę, sed falsæ, & chimericæ. nam verum, vt in libro Posteriorum fuit definitum, est illud, quod ita se habet in intellectu, quemadmodum extra. & tali modo poteris facere obmutescere plures loquentium nostri temporis. & hæc met dicta transferunt ad destruendum esse ipsorũ vniuersalium. Neq; ex hoc sequitur id, quod putant, s. tollere scientiam. quia ipsi nihil dicunt de syllogismis, qui constant ex duabus præmissis, neq; de prędicatis per se, sed de hoc fiet sermo cum eis, & cum alijs, vbi tractatur de verificatione principiorum artis Logicæ, & aliarum artium particularium. Sed hoc dubiũ, quod

accidit

Rem esse in intellectu aliter q̃ extra intellectū variis modis considerari posse.

accidit etrea vniuersalia, paulopost soluetur.

Et dicamus q̃ in tantum sit id, quod est in intellectu alio modo q̃ est extra vt intelligi potest ex opposito definitionis veri, hoc quidem potest considerari variis modis: scilicet quod res sit in intellectu, aliter q̃ extra intellectū. Vno modo, q̃ res habeat esse in quantum est in intellectu rerum, preter hoc q̃ habeat esse penitus extra intellectū. & hoc manifeste videt subingredi definitionem mobilis, & contineri sub eo. Secundo, q̃ talis res habeat esse extra intellectum, sed accipiatur in intellectu dupliciter: uno modo q̃ sit extra intellectum. Et hoc ettam potest considerari dupliciter. Vno modo q̃ id, quod ponitur esse in intellectu, sic fm compositionem illorum inter se rerum, quæ extra intellectum & attributionem vnius ad aliud, sed non eo modo, quo se habent in re. Huius autem rei talitas nulli dubia est, & quod contingat huiusmodi fictionem talli, vt hircocervus, & conceptus vacuus de re aliqua, quæ intellectus intelligit, & componit sibi: quod non inuenitur extra animam, in tali modo compositionis. Secundo modo, quod extra animam inueniatur res diuersarii essentiarum, quæ tamen ita sunt esse & sunt immixtæ simul, & intellectus separat eas, & segregat illas, quæ tamen sunt similes, & admittet eas, & separat eas secundum quæ inter se differunt, adeo q̃ intelligat naturas rei separatim iuxta veritatem rei. Hoc autem experimentum capi potest talium, neq; committur sub definitione tali iuxta hūc modū abstrahit punctum a linea, & superficiem, licet non inueniatur nisi in linea, & lineam huiusmodi a superficie, & superficiem a corpore. Et in hoc fuit est modus, quo nos possumus intelligere immixtas res, existētes in aliis fm vnionem, sicut humanitatem & albedinem, & huiusmodi formæ. Veritamen, quando intellectus intelligit partes harum substantiarum, & distinguit vnam ab alia, & accidat q̃ sint res, quæ habent primam esse aliam in alijs, tunc intelligit eas cum illis rebus, quarum sunt subiecta earum, vt in formis materialibus accidere solet, quas quidē intelligit, ex eo q̃ sunt in materia. Sed, si huius essentiæ fuerint de his, quæ non sunt primo alijs, imo ex eo q̃ sunt ex consequentibus esse in alijs, vt linea, quæ intelligitur abstracta de tactu, huiusmodi quidem a tactu est propria virtute rationali, vt mobile. Assumit hunc declaratum. Nam sensus percipit formas, ne quantum sunt singulares, & tandem ex eo q̃ sunt in materia individuali: licet nō recipiat eas recipiendo immateriali, eo modo, quo sunt extra animā, sed quodammodo, vt ibi ostensum fuit. Ipsius namq; intellectus possibile est abstrahere formam a materia individuali, & apprehendere ipsam separatam fm esse rei intellectum, & hoc est manifestum ex reiplius. & per hoc veritatis, atq; q̃ intelligit quidditates rerū, aliter etiam non intelligeret scientia penitus. Quando ergo accipitur in definitione talli, quod est id, cuius esse extra intellectum est aliud, q̃ quod in intellectu, non comprehendit hoc definitio vera: non probibet vniuersalia habere tale esse quale tales dictiones, quæ accipiuntur in his definitionibus, sunt de nominibus æquiuocis, videlicet quando dicimus in definitione talli, q̃ est extra intellectum, duo modo, q̃ in intellectu, & in substantiā rei, quod habet esse in intellectu, eo modo, quo dixerat.

Dubium.

Sed de hac materia aliqua ratione aliquis dubitare potest, q̃ cum nos ponamus ista vniuersalia esse * rationalia, ergo de necessitate sunt accidentia, & sic non substantiæ, quomodo ergo poterunt notificare substantias rerum singularium per se? Rūm, cum tam sit dubium quia dicitur, quod notificat quidditates substantiæ, est dubium.

* rationalia.

Soluto.

Sed hoc dubiū facile soluitur, videlicet, quia, quādo intellectus abstrahit illas formas à materia, et intelligit essentias earum fm suam veritatē, siue sint formę substantiales, siue accidentales, tunc accidit eis in intellectu ipsa vniuersalitas: non quod vniuersale sit essentia formæ illarum substantiarum, & ideo vniuersalia sint de secundis intentionibus. sed quibus accidunt vniuersalia, sunt de primis. & tamen tale tale tractatum in arte Logicali de differentia, quæ est inter primas & secundas intentiones. & hoc de se patet apud exercitatum in ea arte.

Quid sit ens in substantia. Et de quæ propter q̃s. Meta. 5. & infra.

ET postquam fuit ostensum q̃ vniuersalia nō sunt substantiæ rerum sensibilium, contemplemur modo quidnam sit earum substantia. Et dicamus manifestum esse quod res sensibiles, i. individua substantiæ sunt compositæ ex pluribus q̃ vna re, cum facimus de ipsis interrogationem propter q̃ id, quod quidē quæstum non fit de simplicibus, nam non dicitur propter quid homo est homo, cum idem non cadat sub se & prædicatum, sed bene conuenit quæstio propter quid de compositis. vt si dicamus, propter quid homo est medicus, & dicatur quia est intellectus cui respōdeo per formam rei. & quādoq; per materiam eius, vt si dicamus, propter quid hoc est semicircum, & dicitur, quia est compositum ex cornu & orbe. & tandem ad quæstionem propter quid potest responderi per vnam quamq; quatuor causarū. Manifestē igitur patet q̃ individua substantiæ sunt composita ex q̃bus sunt vnum actu, nest tamen eis quædam pluralitas in potentia. nam nō sunt vna per colligationem aut contactū, quemadmodum accidit in pluribus rebus insensibilibus, q̃a impossibile est q̃ intermaneant elementa alterius rei eadem re mota, aliter enim q̃ esset compositū ex elementis esset essentia elementorum, vt, exempli gratia, oxymel, q̃ fiebat ex aceto & melle: & si essent in eo in actu, tunc illud esset oxymel, q̃ fit ex aceto & melle, et similiter nō ex cruribus ipsamet aqua, & aer, & ignis, & terra in carne & osse, alter enim caro & os esset aqua, & ignis, & huiusmodi. Hinc pōt haberi q̃ in generato ex aliquibus non est præter elementum, quo est id, quod est, aliter esset aliquid aliud præter elementum, ex quia compositum fuit, vel diceretur sanguine et aere et aqua & terra esse carnem & os & cetera, & tandem resolutis, & sic reuerteretur ad infinitum de immixtione. Nec q̃ adhuc euadet res, quæ dicitur ex compositum ab ipsis elementis eum sit quid additum q̃ fit, aut elementum, aut ex elementis. est fuerit elementum, tunc sequeretur idem, quod dictum fuit, videlicet q̃ differret a composito ex ipso, & sic elementa prioribus illi per elementum, & sic in infinitum. adeo q̃ inuenitur in vna re mixta elementa infinita. Et esse: etiam ex elemento, tūc daretur quoq; aliquid, quo differret, & distingueretur ex eo tum, ex quo compositum fuit. & si tertium hoc esset ex elemento, et sic in rebus processus in infinitum. Ex dictis igit patet q̃ in composito est quædam substantia, præter elementa, quæ forma nuncupatur. Et quia vtor more Logicali tuit declaratum definitiones constant ex genere & differentia: & tam in præcedentibus fuit ostensum, q̃ inquantū sunt vniuersalia, non habent esse extra intellectum, neq; sunt vllo pacto causæ definitionis patet ergo q̃ genus nihil aliud est q̃ conceptus formarum vniuersalium ipsius definiti, quæ se habent velati materia, & forma vniuersalis, nam materiæ est cōmunicari, & vniuersaliter est quod accidit formæ vniuersali rei eo modo, quo accidit vniuersale ipsi intelligibili alicuius rei. & similiter apparet de ipsa differentia, quæ est quoddam consequens, quod intelligitur intelligibile formę propriæ alicuius rei, ex eo q̃ est in intellectu. & tandē ipsa representat formam, quemadmodum genus materiam.

Et hinc

Quid genus. 2. l. genus.

Subsistriæ diuisio & Materia est substantiam. 8. Met. tex. 3. &c.

De Forma 7. Met. tex. 5. & 6.

Et hinc apparet proportio definitionum ad definita: & solūtur multa dubia, quæ possunt fieri in eis, vt id, de quo dubitauerunt Antiq, qui dicunt quomodo anmal, verbi gratia, quod accipitur in definitione hominis est vniuersalius homine, cum sit pars ipsius. Similiter et dubitat quonam pacto potest prædicari * pars de specie, & in eo quòd quid. Et totum hoc accidit eis, quia non distinguunt inter esse intelligibile, & esse extra intellectum. & accidunt eis hęc dubia, quemadmodum accidit in rebus, quæ accipiuntur simpliciter fm quòd sunt aliquid vnum, & sunt plura, si ergo ita est, et cum hoc fuerit tam propalatū, qualis sit proportio generis, & differentiæ ad partes definiti: manifestum ergo est q̃ partes substantiæ individuæ nihil aliud sunt q̃ materia sensibilis, & forma sensibilis, & hoc est, quod intendebamus declarare à principio rei.

* 2. l. genus.

SCrutemur modo de formis rerum sensibilium absolute, i. de differentijs materiæ primæ, & quid est earum materia, nam ostensum est omnia hæc habere definitiones, & definitiones constare ex generibus & differentijs, quæ repręsentāt formas & materias, siue sint substantiæ, siue accidentia. Et dicamus q̃ materia est id, quod est in potētia ad rē, quæ est futura esse in actu, & definitione, & forma, ipsa vero forma est actus & quiditas. individuum autem sensibile est compositum ex his duobus. Et ipsam materiam concedunt omnes Antiqui: & apparebit etiam paulopost ex his, quæ in scientia Naturali sunt dictum, scilicet q̃ quælibet quatuor transmutationum, quæ sunt scilicet generatio & corruptio, incrementum & decrementum, translatio, & alteratio, habent subiectum, super quod fit trāsmutatio. Manifestū enim est q̃ transmutatio ex eo q̃ est accidens, indiget subiecto, et ideo non reperitur transmutatio sine transmutabili. Attamen res, quæ habent transmutationem in substantia, oportet de necessitate q̃ habeant reliquas transmutationes. sed quæ habent reliquas transmutationes, non est necessarium q̃ habeant transmutationem, quæ est in substantia, vt quæ habent motum localem, quemadmodū in scientia Naturali fuit ostensum de corpe cœlesti. Sed, vt diximus, omnes asserunt materiam primam esse substantiam, quāuis discepent in eius quiditate, s. materiæ primæ, & tam fuit declaratū hoc in scientia Naturali. Post hoc autem declarabimus eius differentias.

De Forma 7. Met. tex. 5. & 6.

COnuenient quoq; est facere sermonem de forma, quæ est differentia, & dare differentias vniuersales, quibus dunditur, inquantum est forma. Et dicamus, q̃ Aristot. narrauit q̃ quidam Antiquorum, inter quos Democritus, dicebant differētias rerum contineri tribus generibus, videlicet figura, situ, ordine: et huiusmodi dictum licet non complectatur formas rerum sensibilium, s. quæ accipiuntur in definitionibus earum, adhuc protecerunt ab eo id, quod verius nomine differentiarum dici debet, videlicet differentias essentiales, quarum gradus in scientia Naturali fuerūt declarati. immo apparet vniuersaliter q̃ differentiæ rerum essentialium sint multæ, ex quibus quædam sunt in substantia, quędam aliæ in quantitate, & qualitate, & tandem in vnoquoq; decem prædicamentorū. Verūtamen, quia in multis accidit q̃ latēt differētiæ substantiarum, ponuntur accidentia propria earum vice differentiarum, vt figura, & situs, atq; ordo, & cætera accidēta. Et ideo, si Democritus intēdebat hoc, quando ponebat differētias substātiæ esse istas tres, nequaquam poterit excusari a culpa, cùm manifeste dentur multæ substantiæ, quarum differētiæ sunt præter istas tres: vt sunt substantiæ, quarum differentiæ fiūt per calidum & frigidum, & alia accidentia præter hæc. artificialium vero differentiæ sunt accidentia. Et, cùm res

Quid proprium q̃ sit ens & vnum. 4. Met. tex. 2. & inde.

consistent ex materia, & forma, ideo quando definitiones aggregant hæc duo, tunt perfectissimę. Nā qui definit domum, q̃ est ex lateribus & lignis, tunc dicit domum potentia, & qui definit ipsam quod continet, & protegit contentum in ea, & quòd est in tali figura, tunc affert formam tantum, sed non eo modo, quo vere est, cùm non habeat esse, nisi in materia. tandem ipse definit per partem definitionis domus, non per omnes eius partes, quibus constat. sed qui amplectitur omnia hęc duo simul in hac definitione, dicit quòd domus est lateres & lapides, qui fuerunt compositi tali compositione, & est aptus ad talē & talem rem, ita q̃ deueniat ad omnia illa, quibus contentum in ea conseruatur, & quomodo stet in ea. Accidit tamē circa hoc dubitare. quia dato quòd concedamus hoc de definitionibus rerum habentiū materias sensibiles, quo pacto res se habebit in his, in quarum definitionibus nō apparēt materiæ sensibiles, vt est definitio trīāguli, & circuli. Hoc autem dubiū soluitur per hoc, q̃ licet huiusmodi res non habeant materias sensibiles, (& ideo dicitur quòd consyderatio de ipsis non est in quantum sunt in materia) nihilominus habent res, quarum proportio ad ipsas, est proportio materiæ sensibilis ad formam naturalem: vt cùm dicimus q̃ circulus est figura, quam continet vna linea, intra quam est punctus, à quo omnes lineæ egredientes ad lineam circundātem sunt æquales. nam, cùm dicimus in hac definitione figuram, & dicimus in qua circundat vna linea, est velut genus, & reliquum dicti velut differentia. Et proportio existens inter istas materias fictas, & materias sensibiles est q̃ istæ fictæ reperiuntur in circulo in potentia, quemadmodum materię rerum sensibilium in rebus sensibilibus. Hoc autem declarabimus post hoc, quādo ostendemus quo pacto insunt partes definitionis ipsi definito, & qualiter definitum sit vnum, & definitio habeat plures partes.

CVm ergo hoc totū ita se habeat, vt narrauimus, & fuerit declaratum quòd substantiæ sensibiles sunt tres, s. materia, et forma, et aggregatū ex his duobus, tunc poterit aliquis quærere, si substantiæ sensibiles cōstant ex materia et forma, quodnam ipsorum significatur per nomen eius, vtrū s. materia, vel forma, vel aggregatum ex ambobus. Videtur autem nomen famosius significare aggregatum ex his duobus: licet dicatur quandoq; de forma, & quandoq; de aggregato ex illis duobus. Tamen dicitur hoc secundum prius & posterius, quia compositum habet esse ex eo, quod est compositum ex forma, & est id, cui vertus applicatur nomen. Et ideo, si fiat comparatio inter has duas significationes, tūc significatio de composito erit prior tēpore, & posterior fm esse: & eius significatio de forma est posterior tempore, & prior fm esse: quia nō est moris plebis distinguere inter individua substantiæ tales differētia. Nec q̃ debemus tradere oblutioni id, quod sæpissime diximus, s. quod istæ res habent duplex esse, s. sensibile, & intelligibile: & q̃ esse intelligibile est sensibile, ex eo q̃ notificat ipsum, & facit intelligere quidditatem eius. hinc dicitur q̃ intelligibile ipsius rei est ipsa res. Sed q̃ esse intelligibile sit sensibile, ita q̃ sensibile sit compositum ex intelligibili, aut generatum ab eo per se, vt putant ponētes ideas, vel q̃ sit ipsummet ex omni parte, est falsum. quia, cùm nos ponimus intelligibile rei esse ipsam rē omnibus modis, tunc forma cōpositi in intellectu est ipsummet cōpositū, ita q̃ homo erit anima. Similiter etiam, si ponamus substantiam sensibilem esse cōpositam ex substantia intelligibili, sequeretur q̃ res sensibiles non essent gñabiles, neque corruptibiles, nam iam fuit declaratum hoc in suprad̃ictis de forma absoluta, et de materia absoluta, i. q̃ sunt ingenerabiles

ingenerabiles & incorruptibiles. & ideo sequitur de necessitate q̄ elementa substantiarū transmutabilium sint necessario transmutabilia per accidens, & non per se. Nam formæ naturales, verbi gratia, sunt gñabiles & corruptibiles non per se, sed ex eò q̄ sunt pars generabilis corruptibilis per se, 1. ipsius individui, vt prius fuit ostensum. Vtrum autem dentur formæ naturales separatæ, tam in scientia Naturali fuit declaratum. De eo vero, quod de definitione fuit dictum, s. q̄ est enuntiatio habens partes, dicēdum q̄ definitiones sunt ipsius compositi: & q̄ forma & materia & tandem omnia simplicia non habent definitiones nisi per modum similitudinis: & q̄ qui dixerūt definitiones formarum separatarum esse eaſdem definitiones, quæ in materia, errauerunt. Similiter etiam qui dicunt substantias rerum esse numeros. nam fm istos sequeretur q̄ numeri non essent cōpositi ex vnitatibus, cùm res habeāt definitiones, & definitio habeat ptes plures • nō sunt vna. aut dices res sensibiles esse puras vnitates, & non dabitur sic vlla definitio. Videtur tamen de necessitate q̄ numerus est in materia, & q̄ vnitas eius est à forma, pluralitas vero propter materiam. hoc autem postea declarabimus. & summatim apparet de ipsis individuis sensibilibus q̄ sunt composita, quia habent duas res inter se maxime differentes, videlicet esse sensibile, & esse intelligibile. Impossibile. n. est ipsa habere hæc duo ex eadē parte: imo forma est causa, vt ipsa res sit itelligibilis, et materia est causa q̄ sit sensibilis.

De differentijs substitiæ materialis. 8. Met. tex. 11. & infra.

ET postquam fuit declaratum quot sunt modi formarum sensibilium primarum, consentaneum est nunc tractare de differētijs substātiæ materialis, & de eius speciebus. Et dicamus q̄, cùm genera transmutationum sint quatuor, videlicet trāsmutatio in substantia, in quantitate, & in qualitate, & vbi: & non sit necessarium id, quod habet transmutationem secundum vbi habere transmutationem in substātia, aut in quantitate, aut in qualitate: manifestū ergo est q̄ subiectū trāsmutationis in substantia quādoq; erit præter subiectum aliarum transmutationum, & præcipue transmutationis localis. Patet ergo q̄, cùm dicitur materia de corporibus cœlestibus, & corporibus generabilibus & corruptibilibus, dicitur quodam æquiuocationis modo. Duo ergo sunt genera materierum, vnum s. quod est subiectum transmutationis substantiæ, & proprie nominat materia. Aliud vero est subiectum aliarum transmutationum, & nominatur proprie, vt plurimum, subiectum. Oportet autem corpora cœlestia habere materias simplices non compositas ex materia & forma, cùm non habeant nisi trāsmutationem secundum vbi tantum. Sed transmutatio in substantia bene cogit rem esse compositam ex materia & forma. Transmutatio vero inquantum transmutatio, vt fuit dictū in dictis vniuersalibus scientiæ Naturalis, est de necessitate in re diuisibili. Diuisio autem rei fit ex eò q̄ est materialis, non ex eò q̄ habet formam: diuisio namque inest formæ per accidens. Rerum autē, quę transmutantur in substantijs, quædam habent vnam materiam cōmunem, quemadmodum cōmunicant corpora simplicia in materia prima: et horum omnia habent hoc proprium, q̄ vnumquodq; ipsorum potest transmutari ad suum contrarium, eo modo, quo aliud contrarium habet potentiam, vt transmutetur in hoc: vt aer, exempli gratia, qui habet potentiam, vt transmutetur in aquam, eo modo, quo in aquæ est potentia, vt transmutetur in aerem. Sunt & quædam aliæ res trāsmutabiles, quarum materię sunt diuersæ: vt flegmatis materia est vnctuositas, et cholerę rubeę materia sunt res amarę. Proprium autem huius generis est q̄ de nullo horum duorum dicitur q̄ sit in potentia suū oppositum, quemadmodū dicitur de alio. vt pinguedo est in potentia flegma, sed flegma non est pinguedo in potentia, ita q̄ transmutetur in materiam pinguedinis. similiter etiam viuens est mortuū in potentia, sed mortuum non est viuum in potentia, ita q̄ trāsmutetur ad materiam vitæ. & ideo non fit quodlibet ex quocūq; contigerit, sed ex contrario proprio existenti in materia conuenienti. Hinc fit q̄ res non distinguuntur abinuicem per formas tātum, sed etiam per materias: nec̄ hīs duobus tantum, sed per causas efficiētes & finales. Hinc apparet manifeste q̄, cùm inuestigare intēdimus vnamquāq; rerum naturalium, oportet nos perquirere de ipsis quatuor causis, & q̄ non simus in hoc diminuti, ita q̄ contineremur causis remotis, immo nos conuenit reddere causas ppinquas. Iste ergo est sermo de principio corporum sensibilium per suas differentias.

Quo pacto definitionis partes sint plures, & definitum vnū. 8. Met. tex. 17. & 16.

QVo autem pacto definitiones habeāt plures partes, & tamē definitum sit vnum, hoc apparet ex eo, q̄ individuum non est compositum ex materia & forma, ita q̄ vnūquodq; ipsorum inueniatur in actu, quemadmodum fit in rebus compositis arte: immo ipsa materia inuenitur in composito in potentia, & forma in actu: et dicere q̄ inuenitur in individuo in potentia, est aliud q̄ dicere, quod est potentiale ad aliquid tale. Sed, cùm dicimus ipsam inesse individuo in potentia, intelligimus q̄ separabitur forma ab ea per corruptionem illius individui: & sic inuenietur transmutari in actu, postquam fuit in potentia. Et, quia genera repręsentant materias, ideo sunt in potentia in ipso definito. & ideo non reperitur aīalitas abstracta in actu, sed animalitas aliqua, ac si dicas habens differentiam. Et, quanto magis elongantur genera à formis sensibilibus, tanto conuenientius habebunt rale esse, videlicet esse in potentia, vt q̄ individuum hominis sit corpus. & ideo non est opus ponere in definitione nisi genus propinquum tantum, quia omnia genera rei (si est ex habentibus plura genera) includuntur in eo in potentia. Sed, si ponatur in definitione genus remotum, & non propinquum, tunc non continebitur propinquum in ipso, quare huiusmodi definitiones erunt diminutæ. Et huiusmodi esse, quod repræsentant genera, est medium inter formam, quæ est in actu, & materiam primam, quæ non habet formam: quæ res, vt diximus, diuersimode se habet. quod quidē ita fiat, propterea quia genera nihil aliud sunt q̄ repræsentatio vel exemplar materierum compositarum, quæ sunt partim actus, partim potentia. & ideo genera habent definitiones, quemadmodum & species. vt homo, exempli gratia, constat rationalitate & animalitate, & animalitas ex sensu & nutritione, et sic donec perueniatur ad primum genus, quo nihil propinquius ipsi materię primæ. Et propterea huiusmodi genus non habet definitionē, sicut nec̄ ipsa forma vltima, nisi per modum similitudinis. & manifestum est q̄ vnūquodq; horum generum dicitur vniuoce: quia id, quod repręsentatur per illud genus, inuenitur in habente illud genus, perfectius q̄ ea, quæ repræsentantur per genera analoga, vt ens & res: & ideo impossibile est hæc genera esse, nisi æquiuoca. & harum materierum, quas repręsentāt genera, quædam sunt sensibiles, sicut materiæ rerum naturalium, & hæ verius nominantur materiæ quędam vero sunt fictæ intentionales, vt sunt materiæ rerū mathematicarum. Licet enim in harū definitionibus non appareāt materiæ sensibiles, habent tñ quid simile materiebus: vt de circulo apparet, cuius genus est figura, in qua circūdat vna linea. & sic est possibile res mathematicas habere definitiones. Et hinc apparet q̄ mathematicalia non sunt separata. nam, si triangulus esset separatus, figura quoq; esset separata: & sic linea et esset

separata,

separata. &, si linea esset separata, punctum esset separatum. hoc autem declarabimus post hoc. Si ergo dantur aliquæ res, quæ non habeant materias sensibiles, nec̄ intelligibiles, non erunt equidem compositæ, neque habebunt definitionem, nec̄ esse in potentia, immo ipsę sunt actus purus. & causa vnitatis earum nihil aliud est q̄ sua essentia, & tandem quiditas in eis est ipsum esse. Hinc apparet error ponentium ideas, cùm dicāt ipsas & sensibilia esse vnū quiditate & definitione.

Quæ partes definitionis sint priores definito, & quę posteriores. 7. Meta. tex. 33. & 36.

SEd quæ partium definiti sint priores definitione, & quiditate, & quæ posteriores ipso, s. cuius partium definiti definitiones ingrediantur definitionem definiti, dico q̄ sunt partes, quæ se tenent ex parte formæ, s. formæ vniuersalis, quæ est genus, & proprium, quod est differētia. Nam necessarium est definitum subsistenti definitionibus harū rerum. vt definitio hominis, exempli gratia, est animal rationale, et sic definitio animalis rationalis, quæ sunt partes hominis, præcedunt ipsum, videlicet si rationalitas habeat definitionem. et similiter figura, quæ est pars circuli præcedit ipsum. Sed partes rei, quæ se tenent ex parte quantitatis existentis in individuo ratione materiæ, sunt quidem posteriores in definitione ipso definito: vt definitio portionis circuli, quæ est posterior definitione circuli. Similiter etiam definitio anguli acuti est posterior definitione anguli recti, & definitiones manus, & pedis hominis sunt posteriores definitione hominis. Hinc apparet error dicentium corpora sensibilia existere ex partibus indiuisibilibus, siue fuerint finitæ, siue non. & videtur quod definitionum materierum accidentalium proportio ad rem materialem sit proportio definitionum partium, quæ se tenent ex parte quantitatis, exempli causa æs, & lignum, & lapis quandoque sunt materiæ trianguli, & circuli, & tandem eorū partes, & tamen horum definitiones non præcedūt triangulum, materierum vero substantialium definitiones necessario præcedūt definitum. Diximus ergo quo pacto definitum sit vnum, & definitio habeat plures partes, & quarum definitionum partes definitorum præcedant definitum, & quæ non. Manifestum autem est q̄ qui dicūt vniuersalia hæc esse extra intellectum non possunt soluere hāc difficultatem. nam apud eos oportet q̄ homo sit cōpositus ex pluribus rebus, imo contrarijs inter se. Similiter etiam non possunt ipsi distinguere, & dicere, quare quædam partes definitionum præcedant definita, & quædam aliæ sint posteriores. Illud quoq;, quod summopere perquisierūt Antiqui, s. causam colligationis animæ & corporis, & tandem materiæ & formæ ostenderetur ex hoc, videlicet, quia nulla maior ratio est, q̄i conuenientia, quæ est inter potentiam & actum. Causa aūt efficiens, ob quam potentia efficiatur actus, est mouens. & ideo quicquid nō habet elementum, non habet cōpositionem istam, neque vllum habet mouens.

Quod sit genus communius prædicamēti substantię. quod corpus appellamus.

REstat modo inuestigare quæ sirum, quod pollicitiſ sumus perquirere, videlicet contemplari quodnam genus sit cōmunius in ipsa substātia, de quo consuetum fuit dicere esse corpus, siue corporeum. Et dicamus q̄ quidam dixerunt q̄ id, quod primo inest materiæ primæ non informatæ, sunt tres dimensiones, & q̄ ipsę sunt principiū rei, qua informatur materia prima: & putant q̄ nomen corporis primo cōpetit huic rei, quia substantiæ significantur in abstracto, cū non sint in subiecto, & hoc est dictum Porphyrij, qui putauit hanc fuisse Antiquorum sententiam, vt Platonis, & aliorum. Dixit. Sed discrepauerūt inter se: quia quidam eorum ponunt materiam primam non esse informatā per se: aliqui vero alij dicunt esse informatam per dimensiones tres, & isti sunt habitantes in tentoriis. Nonnulli tamen homines putant ipsas tres dimensiones insequi formam simplicem, repertā in materia prima, & q̄ per hanc formā debet recipere corpus diuisionem & continuationē, & putant ipsam esse vnā, communem oībus rebus sensibilibus, quemadmodum materia prima. & videtur q̄ Aue. sit huius opinionis. ponit tñ corporeum magis indicare hoc, cū sit denominatiuū (siue concretū) & concretū plus significat accūtia. Et dicamus q̄ fm illos, qui tenent primum dictum, & sunt illi, qui putant dimensiones esse principiū rei, quæ substentatur materia, sequetur de necessitate q̄ dimensiones erunt substantię cū sint primū, quo cōstitit materia prima, & notificent de individuo substantiæ qd est. Manifestum tñ est q̄ dimensiones, inquantum dimensiones, sunt remotę ab hoc, q̄ notificent de individuo substantiæ quid est. quia individua substantiæ vt in scientia Naturali fuit ostensum, sunt duplicia, s. vel habentia formas simplices, quę sunt formę quatuor elementorū, vel habētia formas cōpositas. et hæc iterū duplicia, qa vel talia cōposita erunt ex gñe simplicij, sicut formæ corporū similarū partium, vel erunt alia. Videntur aūt dimēsiones esse posteriores prędicatione quolibet horū generum, imo ipsa accipiuntur in definitionibus dimensionum eo modo, quo accipiuntur subiecta in definitionibus accidentium. & hoc est manifestum illi, qui exercitatus est in arte Logicali. Nec̄ pōt imaginari q̄ primū, quod ponit in materia prima, sint dimensiones, & cū hoc sint accidētia in actu, quia accidentia in actu indigent subiecto, contra id, quo indiget forma, quoniam accidentia indigēt subiecto habēti formā in actu, sed forma indiget subiecto, nō ex eò q̄ sit in actu. & propter ea induiduū existit per formam, & non per ipsum accidens. Tandē differēta, quę essentiter habitudinē formæ ad subiectum, & habitudinem accidentis, est de se manifesta apud prouectum in his rebus. Sed dimēsiones, quę aduenūt primo materię, sunt eadem in potētia, cōia omnibus corporibus, sunt tñ dimensiones in potentia, qa non sunt terminatę per terminos, qbus corpora terminātur ante aduentum formæ ad ea: et, cū peruenerint formę ad ipsa, tūc efficiuntur terminatę in actu iuxta quantitatem propriā illis formis: quia formę gñabiles & corruptibiles habent quantitatē terminatā ex materia prima, a quibus tñ dimensionibus non denudatur materia prima: suscipiunt tñ excessum & defectū per generationem et corruptionē. & istæ tres dimensiones, quæ sunt in materia prima fm istū modū essendi, sunt illę, de quibus Antiqui conuenunt, q̄ sunt illę tres, quę primo aduenīnt materię primę, & ipsa forma per istas tres dimensiones. Impossibile aūt est q̄ tales dimensiones, sint substantia. nā, si essent substātia, tunc q̄i exirent ad actū, recipiendo terminos suos, essent substātia non quantitas. quod est falsum. In scia tandē Naturali fuit iā declarata falsitas ponentiū materiā primā esse informatam per se, & q̄ dimensiones sunt eius forma. nā, si res ita se haberet, vt imaginati sunt ipsi, tunc corporeitas esset vna & eadem in individuo, pmanens formis generatorum. Et causa erroris eorū fuit, qa viderunt corporeitatem pmanere in gñe, & imaginati sunt ipsam esse incorruptibilē, aut permanentem ex eò q̄ est accidens, cū putent ipsam esse substantiā. Et iuxta hanc opinionem nō oportebit materiā primam habere formā per dimensiones, imo per multa accidentia inseparabilia à materia prima, quę sunt cōia corporibus simplicibus.

Secunda vero opinio, si intendit q̄ detur forma simplex in actu, præter formā corporum simplicium, quę est seuitas & grauitas, & tandē ipsa inclinatio, vt ex verbis Auic. potest hoc colligi: & q̄ continuatio huius formæ cū materia prima est illa substātia, cui accidit corporeitas,

perfectas,

poreitas, i. cui accidunt ille tres dimensiones, quod ſignificat per nomen corporis (ſiue corporei) cũ nomen concretum, vt dixit, prius ſignificet illud, eſt equidem falſa. ſequeretur nanq; ex hoc, q; generatio elementorum eſſet alteratio. Sed, ſi intendit per hoc, ipſam naturam inclinationis, aduenientis materiæ primæ, quę eſt veluti genus ipſis formis elementorũ, tunc dictum eſt verum. ita me Dñs amẽt. & ſm hoc dicetur q; corpus, aut corporeũ eſt cõmuntus genus, quod reperiatur in individuis ſubſtantiæ: & ſic merito compoſitis, ſicut inſunt genera ſpecieb⁹, i. quoddã eſſe medio inter actũ & potentiam. Sed corporeitas, qua cõmunicãt corpora ſimplicia, non eſt forma inclinationis, ex eò q; accederunt ſibi dimenſiones. etenim dimenſiones, quibus cõmunicãt corpora ſimplicia, ſunt eędem numero eo modo, quo diximus ipſas primo meſſe materiæ. Neq; ſunt * corpus, neq; accipiuntur in definitione vice formæ vniuerſalis. & ideo corpus poſitum vice elementi nominis habet aliud intellectum, q̃ corpus poſitũ vice formæ vniuerſalis. fuit autem iam alibi dictum, quæ nam ſit differentia inter corpus & elemẽtum. Et, quia proprium materiæ cœleſtium corporum eſt q; non inſunt ei dimenſiones elemẽtales, i. cõmunes, quę exeũt de potentia ad actum adueniente ſibi forma, cùm ſint æterna, ideo manifeſte apparet q;, cũ dicimus corpus, aut corporeum de ſubſtantia cœleſti, et de corporibus mobilibus motu recto, q; illud dicitur æquiuoce. nam natura inclinationis eſt valde diuerſa in eis cum inclinatione, quæ eſt in ſimplicibus. ſit inuentio formarum contrariarum in materia prima per inuentionẽ dimenſionum cõmunium, ideo & formæ eorum ſunt diuiſibiles ad diuiſionem materiæ. Sed inclinatio in corpore cœleſti eſt inuentio formæ non contrariæ in materia & indiuiſibilis per dimenſiones: neq; de eius natura eſt, ſ. corporis cœleſtis denudari à ſua forma, neque habet talem poſſibilitatem, neq; ita exiſtit in materia, vt diuidatur ad eius diuiſionẽ, quemadmodũ in ſcientia Naturali fuit declaratũ. Omnibus ergo his ſic ſtantibus, vt diximus, videtur q; corpus, de quo contemplatur Mathematicus, eſt aliud à Naturali. quoniam Mathematicus conſyderat dimenſiones abſtractas à materia: Naturalis vero corpus compoſitum ex materia & forma, ex eò q; accidunt ſibi dimenſiones. & de ipſis dimenſionibus tractat, inquãtum ſunt in tali corpore, iuxta id, de quo ſolent ſpeculari iſtæ duæ ſcięt⁹ in eo, quo cõmunicant, vt in libro Poſteriorum fuit declaratum. Et hic explentur quæſita huius libri, & continet ex libris attributis Ariſtoteli id, quod in Septimo, & Octauo ipſius habetur.

* 2.l. genus.

AVERROIS
EPITOMES IN LIBRVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS
TRACTATVS TERTIVS.

ET poſtquam locuti ſumus particulatim de ſpecieb⁹ entis ſenſibilis, & de principijs earum, quibus ſunt ſenſibiles, & notificauimus qualis ſit earum habitudo inter ſeinuicẽ quo ad eſſe, conſentaneum eſt nunc ſermonem habere de rebus, quæ ſe habent, veluti conſequentia earum. Et licet non lateat nos q; conſyderatio de vno, & de ſuis ſpecieb⁹ (quamuis ponatur in hac parte à nobis) pertinet tñ ad primam partem, cùm ipſum vnum accipiatur in hac arte, vt tranſcendens ad ens: quia tamẽ vni opponitur multitudo, & ipſam multitudinem

De potentia ſignificata. 9. Metaphyſice tex. 2.

INcipiamus ergo tractare de potentia & actu: & notificabimus quid eſt vera potentia. Et dicamus q; nomen potentiæ multifariam dicitur, vt in præcedentibus diſtinximus. Id autem, de quo nomen potentiæ dicitur æquiuoce, dignum eſt animaduerti: vt cùm dicimus talem lineam eſſe in potentia ad talem lineam. Illa vero, quæ non ſunt mere æquiuoca, ſed ſunt analoga ad vnum principiũ, debent hic quoq; conſyderari. Is. n. modus, quo plures res ſunt ſubiecta huius ſcientiæ, vt iam diximus in præteritis, & vna ex rebus, de quibus ſignificat ipſa potentia iuxta hunc modum, eſt duplex, ſ. ipſę potẽtię actiuę, que quidẽ agunt in aliud, inquantum ſunt potentię agẽtes in aliud, & ſic accidat huiuſcemodi potẽtias agere in ſeipſas, illud eſt per accidens, vt accidit medico ſanare ſeipſum. ſed in naturà & potentijs naturalibus res oppoſito modo ſe habet q; ſ. q; ipſorum operatio eſt in ſe. Secundo modo ſunt potentię paſſiuę, & ſunt illę, quę patiũ ſolẽt ab alio inquantum eſt aliud: non quòd res patiatur à ſeipſa ſicut natura, ſed quòd nullam potentiam paſſibilem à ſeipſa, ſed ab alio inquantum eſt aliud, & extra ſubſtantiam ſuam: cùm paſſum non poſſit pati à ſeipſo, ſed ab alio, inquantum eſt aliud & extra ipſum. Cùm autem dicimus paſſum non habere potentiam q; patiatur à ſeipſo, ſignificatur inter genera priuationis, ſ. naturalis priuatio, quæ eſt ablatio rei ab eo, quod ſolet inuenire in alio, non illa priuatio neceſſaria, quæ eſt ablatio rei ab eo, in quo ſolet inueniri. & nos tã diuiſimus quot modis dicitur priuatio in his, quæ dicta ſunt.

Poteſt autem aliquis quærere, cur aliquę potentiæ, quæ ſunt aptę natę pati ab alijs, quandoq; patiantur à ſeipſis, vt ſanitas, quę prouenit à medicina, & à ſeipſa: in quibuſdam vero hoc eſt impoſſibile, vt domus, quę non fit niſi ex arte ipſius ędificatoris. Huius autẽ cauſa eſt, quia eſſe ſanitatis perficitur per artẽ et naturam. hinc eſt quòd officium harum artium eſt tantum operari, & poſtea expectare aduentum finis à mouente, quod non mouet per electionẽ. in ædibus vero, & ſibi ſimilibus quicquid innouatur, eſt ab arte, et reuertitur ad electionem.

ET quia harum potentiarum agentium, quędã ſunt in animatis, quędã vero in inanimatis, aliquę ergo earum agunt per naturam, & aliquę alię per deſyderium & electionem. & harum adhuc quędã habent intellectum, quędã vero non. & quę non habẽt intellectum, neq; deſyderium, proprię eſt ſibi operari per ſe vnum contrariorum tantũ, vt calori calefacere & frigori infrigidare. neq; habent potentiam niſi ad vnũ ipſorum tantum. cùm autem dico non habere potentiam, intelligo priuationẽ, quę eſt ablatio rei ab eo, quod eſt aptum natum, vt reperiatur in alio. Illud vero, quod operatur per appetitum & electionem, habet potẽtiam ad factendum quodcunq; ipſorum voluerit. & ideo in artibus factiuis operatiuis cognitio cõtrariorum eſt vna & eadẽ notitia. vt ars medicinalis, exẽpli gratia, quæ habet notitiã de ſanitate, & ęgritudine. Attamẽ ſcientia vnius cõtrariorum eſt eius intentum per ſe, alterius vero eſt per quendam modum accidentis: quoniam non eſt intentum harum artium facere duo cõtraria, vt ars medicinæ, exempli gratia, quę quidẽ non diſcit ęgritudinẽ, vt faciat ipſam: diſcit tñ ſanitatẽ, vt eam agat & cuſtodiat. Eſt quoq; proprium potentiarũ naturalium, vt cùm obuiant ſuis paſſibilibus, de neceſſitate agãt: vt cùm ignis obuiat ligno, comburit ipſum proculdubio.

De diſtinctione potentiarum per eas tũ ſubiecta. 9. Met. tex. 3. &. 4.

proculdubio. Sed in rebus, quæ deſyderio et electione operanť, non oportet vt oſno operenť, qñ obuiant ſuis paſſibilibus. nam, ſi ita eſſet, tũc agerent duo cõtraria ſimul, cũ ex natura ſua habeant facere vtrũq; vel prohibebunť, & nihil facient oſno. Hinc appet q; id, quod inducit, ſiue cogit actũ vnius contrarior, eſt vna virtus, quæ appellaſ deſyderium & voluntas vel electio, qñ contingitur illi potentiæ * virtus copulatiua, vt in libro de Anima fuit declaratum. Cũ ergo hæc fuerint genera potentiarum actuarũ & paſſiuarum, manifeſte igitur patet quòd bonitas actionis & paſſionis, & vtriuſque malitia inſequuntur hæc duo. quoniam id, quod eſt bonę actionis, & paſſionis erit agens, & paſſum, ſed hoc non conuertitur, adeo quòd id, quod eſt agens & paſſum, ſit bonæ actionis & paſſionis.

* 2.l. concordia.

De Actu. 9. Met. tex. 11.

ET poſtq; eſt declaratum quid eſt illa potentia, quæ dicit de mouentibus & mobilibus, loquamur nũc de eo, de quo dicitur nomen potentiæ ſm prius, & eſt illud, quod ſignificatur perhoc, qđ dicimus poſſibile. Hoc autem non cognoſcitur ab alijs rebus, de quibus dicitur nomen potentiæ, niſi per definitionem actus. qm̃ actus & potentia, licet ſint oppoſita, ſunt tñ ex relatuis. vnumquodq; autem correlatiuorũ concipitur per comparationem ad ſuum correlatiuum. Non enim debemus omnium rerũ quærere definitionem ſm eundem modum, cùm non oĩa habeant genera & differentias: immo quædam definiũtur per ſua oppoſita, quædam alia per ſua paſſa, nonnulla vero per ſuam actionem & paſſionem, & tandem per ea quæ inſequuntur ipſa. Circulatio vero, quam ponit Auicenna ſequi definitionem harum rerum, nihil eſt: quia de natura correlatiuorum eſt vt de neceſſitate capiatur vnum in alterius formatione. Neq; qñ accipitur vnum correlatiuorum in formatione alterius, videtur vnum eorum præcedere aliud eo modo, quo videntur cauſę rei in ſua formatione. quia nullum correlatiuorum eſt cauſa alterius. vtraq;. n. ſunt ſimul. & ideo in cõceptu, ſiue formatione vnius eorum applicatur conceptus, ſiue apprehenſio alterius. Sed bene ſequeretur dictũ Auicennę, ſi vnumquodq; ipſorum inueniretur in conceptu alterius, inquantum eſſet prius ſm eſſe, notiuſq; ſm apprehẽſionem (ſiue formationem:) et ſic oporteret rem ipſam inueniri in ſuipſius conceptu. ſed non eſt ita, immo vtraque ipſorum ſunt ſimul ſm eſſe, & notitiam. Cuius rei cauſa eſt, quia huiuſmodi prędicamentum eſt quid fabricatum ab aĩa in ipſis entibus. et ſi non eſſet anima, non eſſet relatio: ſicut ſi nõ eſſet anima, non eſſet proportio (ſiue comparatio.) & qñ in huiuſcemodi comparatione concipitur vnum ſubiectorum eius, oportet neceſſario illam rem concipi per conceptum alterius ſubiecti, cùm habeat exiſtentiam per illa duo ſubiecta. His ſic verificatis, ſequitur q; actus eſt, qñ res exiſtit non eo modo, quo dr̃ q; eſt in potentia. Et iſta priuatio intelligitur dupliciter. Vno modo, vt eſt ablatio rei ab eo quod eſt aptũ natum reperiri in eo in alio tẽpore, & iam habuit illam rem. & hoc fit ſi rebus, quæ qñq; ſunt potentia, qñq; actus. Secũdo modo eſt ablatio rei, ab eo quod eſt aptum natũ reperiri in alio: & ſm talem priuationem comprehẽditur actus in rebus æternis: & potentia eſt aptitudo, quę eſt in re, & poſſibilitas exiſtens in ea, vt ſuentatur in actu. Et hoc, quod dicimus de potentia, non eſt ſicut illud, quod dicimus infinitum eſſe in potentia: vt dicitur de motu q; eſt infinitus in potentia, & de tempore: quia infinitum non exit ad actum ex eò q; eſt infinitum, donec auferatur ab eo potentia. ſed res ita ſe habet, ſ. q; eius actus eſt coniunctus cum potentia ſemper. Et hoc iã fuit declaratum in libro Phyſicor. nam multa declarantur in illo libro, quę in hac ſcientia ſunt propoſitiones. Et

De definitione correlatiuorũ, cõtra Auicẽnam.

ſi ita eſt, & fuerit iam propalatũ quid potentia, quidq; actus, videtur ergo quòd vtrunq; ipſorum reperiatur prius in ſubſtantia, & ſecundo in reliquis prędicamentis, quæ ſunt ẽntia, qualitas, relatio, vbi, qñ, habere, agere, pati: ſiue huiuſmodi paſſio reſit in ſeipſa, vt in rebus naturalibus, ſiue extra, vt in potentijs prænominatis. Similiter etiam intelligitur, qñ agit quodcunque agens in ſe, vel in aliud. Nam potentia, quę eſt in ſanguine mẽſtruo ad hoc, vt fiat ex eo homo, eſt prior potentia eius ad hoc vt ſciat grammaticam. quoniam aptitudo propinqua ad recipiendum grammaticam eſt, poſtquam iam peruenerit forma hominis.

ET iam fuerunt aliqui hoĩes temporibus prętertis ante hanc nr̃am tempeſtatẽ, qui negabant poſſibilitatem prędicentẽ rem poſſibilẽ, & ponebant poſſe cũ ipſo actu, quare, cũ tollerent penitus naturã poſſibilitatis ſequitur ſm ipſos q; poſſibile ſit neceſſarium, et neceſſarium poſſibile. Hoĩes tũ huius nr̃ę ętatis ponebãt poſſibilitatem propter actũ. Nos aũt narrabimus falſitates ſequentes poſitionem illor̃, qñ facimus tractatum de principijs artiũ particularium. Hoc. n. eſt vnum ex magnis principijs artium ſpeculatiuarum. & vnus error in eis eſt cauſa multor̃ errorũ, & tandem eſt potiſſima cauſa, quę inducet nos ad errandum. Et iſti cõtẽporanei noſtri negant hoĩem habere voluntatem, & poſſe. Et ſm hanc opinionẽ tolletur ſcięntia practica, & tollentur etiam voluntates & electiones, & oẽs artes factiuę. Sed iſti hoĩes, vt ſępiſſime diximus, ſi proterirẽt hęc, non id facẽt propter ea q; contẽplatio duxerit eos ad illud: ſed vt pea verificent res, quas intẽdunt ſmo verificare & decreuerant in mẽte ſua, & quęrunt falſificare, ſiue deſtruere id, qđ eſt ſibi oppoſitũ, & cõfirmare quod ſibi opiculatur. Et tã egreſſi ſumus, vñ eram⁹.

Quando ſciri quid dicitur ẽ, ſcięna cẽ. et quãdo nõ. 9. Me. t. 12.

REuertamur ergo, et dicamus q;, cũ iam propalatũ fuerit, quid ſit potentia & actus, dicamus nũc, qñ eſt vnumquodq; particularũ in potentia, & qñ non, cũ non quodcũq; acciderit, ſit in potẽtia ad quodcũq;. Manifeſtum aũt eſt q; potentiarũ, quędam ſunt propinquę, quędam vero remotę. ſubiecta ergo quædam erunt propinqua, & quędã alia remota. Potentię vero remotę nõ exeunt ad actũ, niſi poſtq; peruenerint propinquę, adueniẽte ſubiecto vltimo. Cũ dicimus ergo, q; aliquid eſt in aliquo in potentia, & illa potẽtia eſt remota, tunc illud dr̃ largo modo: vt ſi dicamus hoiem eſſe in frumento, ĩmo remotius in elementis. ſed homo profecto eſt in ſanguine menſtruo & ſpermate. & hęc eſt potẽtia propinqua, qñ eſt in ſubiecto vltimo, ppinquo. Neq; huiuſcemodi potẽtia aduenit huic ſubiecto, quocunq; accident, ſed eo modo, quo poſſit exire ad actũ: vt ſi dicamus genturã eſſe hoiem in potẽtia, quę ſcilicet eſt proiecta in vulua, quã non offendit aer extrinſecus, ita q; refrigeretur & alteret. & ſimili modo de aptitudine artificiali. non. n. quilibet ęger eſt ſanus in potentia, niſi fuerit in tali diſpõne, q; eius ſanitas ſit poſſibilis. Neceſſario igit̃ potentia propinqua indiget qualibet harũ duarum rerũ, & tunc inuenięt, videlicet eſſe ipſius ſubiecti propinqui, & illa diſpõne, qua eſt potentialis. in aduentu nanq; harũ duarũ rerum, & p̃fectione cãrum efficiẽtium, & remotione ſpediẽtium, reſidet neceſſitate exit ad actũ. Proprium aũt huius potentię propinquę eſt, q; extrahẽs ipſam ad actum, atq; mouens, ſemp eſt eiuſdẽ ſpeciei, et idẽ mouẽs numero, & præcipue in rebus naturalibus. vt potentia, q̃ eſt in ſanguine, exẽpli gr̃a, ad hoc vt conuertaĩ in carnẽ extrahit ad actũ, ab vno tñ mouẽte, quod eſt ipſa virtus nutritiua membror̃. ſed potentia exiſtens in pane, vt fiat ex eo caro, ſdiget prorſus pluribus mouentibus q̃ vno, ut ore, et ſtomacho, & hepate, & venis. & remotę potentia hac eſt, quę exiſtit in elemẽtis, ad hoc vt

conuertantur in carnem, quia cũ hoc indigent adhuc corporibus cœlestibus. multa nãq; nutrimẽta indigẽt adhuc, cũ mouentibus naturalibus, mouentibus artificialibus pluribus q̃ vno: vt panis, qui pluribus q̃ vna arte indiget. Et qñq; percipitur subiectũ propinquum alicuius rei, in quo est potentia ad illã rem, ita q̃ appelletur generatum ex eo noie denotatiuo ab ipso, nõ per idẽmet nomen, vt Græcorum cõsuetudo aboleuit. ipsi nanq; non dicunt arcam esse lignũ, sed ligneam. est aũt lignum, arca in potentia propinqua. A subiecto vero remoto non denominant nomen rei, neq; dicũt arcam esse terream, aut aqueã: sed apprehẽsio subiecti propinqui ralt modo notificationis, & doctrinæ cadit hac nostra tempestate. hmõi nanq; significationes non reperiuntí in lingua nãa, sed in accidentibus & differentijs bene apparet hoc in lingua Araba. nã non diceremt ipsi aliqua afalta esse intellectũ, sed itellectiua. hinc ostenditur q̃ forma est aliud à subiecto, siſr etiam non diceret corpus esse albedinem, sed album: prędicanť tñ genera de speciebus, quæ significãt ipsam per noia m abstracto, & dicunt hõ est afalitas, & arca est lignum. Et si ita est, ſ. q̃ particularia cõstent ex aliquo in potẽtia, & aliquo in actu, & quod potentiæ plurium rerũ sunt plures q̃ vna, sequitur ergo q̃ habent plura subiecta q̃ vnum. & quia subiecta habent eẽ ex eò q̃ sunt in actu, in vna ergo re erunt plures actus q̃ vnus. Sed, quia impossibile est q̃ res procedat in vtroq; extremoꝝ in infinitum, vt post hoc ostendetur, & in scientia Naturali fuit propalatum: manifeste igitur patet q̃ vltimum subiectum est in pura potentia, & est causa vt alia subiecta acquirant potentiam. ita nãq; se habent ea, quę ſm prius & posterius dicuntur cum illa re, ad quã referuntur. Sic etiam vltimus actus in vnoquoq; ente est causa vt inueniãtur in eo plures actus q̃ vnus. Et ideo illud, quod est inter hæc duo extrema, nõ dicimus esse puram potentiam, neq; purum actum. Materia nanq; prima, exempli grã, est vltima causa ad hoc, q̃ alia subiecta hois sint in potentia ad ipsum: vt potentia, quæ est in elementis ad ipsum, mox in frumento, deinde in sanguine, postea vero in carne, demum in vnaquaque partium afæ: & pari modo actus vltimus cuiuslibet entis est causa, vt reliqua, quæ in ipso reperiuntí, sint in actu. exempli causa rationalitas, quæ est vna ex causis, ob quã inuenitur afalitas. nam non reperitur afalitas simpliciter, siue absolute, sed quædã afalitas. & sic etiam afalitas est vna causarum ipsius nutribilis, cùm nõ inueniaſ nutribile absolute, sed aliquod nutribile. tãdem inueniretur inter oẽs has duas operationes quædã proportio formæ simplicis ad materiã primam, & quemadmodum materia non inuenitur, nisi cũ forma. nam si ſ sine forma reperiretur, tunc id, quod non esset, esset: & sic se habebunt quælibet duæ actiones, inter quas reperieſ talis proportio. Hinc apparet q̃ potentia est quoddam cõsequens ipsius materiæ, eiusq; vmbra, licet dicatur ſm prius & posterius. itidem & actus est consequens formæ, & vmbra insequens ipsam, licet dicatur ſm prius et posterius. et, cũ fuerit declaratum q̃ datur forma existens in puro actu, absq; admixtione alicuius potentiæ in ipsa, manifestum igit est, quod ipsa erit causa, ob quam sint res in quarũ operatione admiscet potẽtia, qualitcunq; fuerit illa, videlicet siue sit potentia transmutationis in substãtia, vel in alijs transmutationibus. Et huius rei causa est, qa actus in hmõi rebus reperitur ſm quandam dispõnem, & nomẽ simpliciter. id nãq;, quod in aliquo inuenit genere absoluto, est causa, vt in eo reperiatur aliquid ſm dispõnem aliquam, vt sæpissime diximus. nam ignis, exẽpli causa, dr simpliciter calidus, & est causa, vt caliditas inueniatur in quolibet ente. Huiuscemodi aũt propositio frequentissime affertur in hac scientia, & est vnũ magnum principium ex principijs p se notis. De forma quidem par est ita etiã nos tractare, & exercere, vt habeatur de ea veritas. & ideo in ea elaborauit Aristo. i. q̃ posuit ipsam tanq̃ suppositum in primo libro huius operis. Et postq̃ ostensum fuit quid sit potentia, & actus, & qñ est quodlibet singularium in potentia, & qñ non: & fuit quoq; declaratum qualis sit proportio potentiarum ad se inuicem, & proportio actus: consentaneum est inuestigare de ipsis, quodnam istoꝝ præcedat aliud, videlicet vtrum potentia præcedat actum, aut actus potentiã. Nos autem iam in precedentibus diximus, quòd ipsum prius dicit multis modis, primo, prius tempore, secundo vero prius causa. de his igitur duobus, de quibus dicitur ipsum prius, est hic sermo principaliter, quando de potentia & actu tractatur.

Aãs priori esse potẽtia. 9. Met. t. 13.

Et dicamus quòd plures Antiquoꝝ ante Aris. immo oẽs fuerunt opinati q̃ potentia præcedit actũ tempore, & causa. et ideo aliqui posuerũt imixtionem illã, siue chaos & atomos: aliqui alij motũ inordinatum, et fuerunt ad id ducti, quia de principijs non poterunt nisi primum principium materiale. et vr verisimile q̃, cùm ipsi viderint potentias rerũ particularíũ præcedere vtroq; modo, ſ. tempore et causa, iudicauerint idem iudicio vniuersali de partibus vniuersi. sed si recte res consyderetur, & inquantũ talia sunt naturalia, apparebit manifeste q̃ actus præcedit potentiã illis duobus modis, qñ in scietia Naturali fuit iam ostensum q̃ oẽ, quod transmutatur, ab aliquo transmutatur. & hoc in quatuor speciebus transmutationum. Nã ipsa potẽtia non videt esse sufficiens exire ad actũ de se: quod quidẽ patet in tribus transmutationibus, videlicet quæ in substantia, & in quantitate, & qualitate. nã in his mouens & agens est extra. Sed de transmutatione locali extat ambiguitas. de hoc tamen tã satis innotuit in Septimo et Octauo Physicorum. et hoc est, quod rectius videtur dici, ſ. q̃ actus præcedit potentiã causa & tempore. Ex ipsis quoq; potentijs particularibus id ostendi videtur. nã licet ipsæ potentiæ præcedant actũ tempore, sunt tñ posteriores causa, cũ ipse actus sit perfectio potentiæ, gra cuius talis potentia habet esse, & est causa finalis eius. Perfectiones aũt non possunt procedere in infinitũ, vt post hoc ostendeť. Actus ergo est prior potentia, cò qa est causa efficiens & finalis. Finis autẽ est causa cãrum, cũ aliæ reperiantur gratia ipsius. hæc quidem præcessio est, quæ debet consyderari. Nã prioritas temporalis, siue fuerit in potentia, siue in actu, ineſt ipsi priori per accidens. t. q̃, si causæ rei, præcedũt ipsam rem tempore, illud est quid accidens rebus particularibus generabilibus & corruptibilibus. nam si p se ineſſet ipsis causis efficientibus, tunc nulla dareť penitus causa æterna. & si nõ daretur æternũ, neq; etiam gñabile & corruptibile inueniretur de necessitate, vt in scia Naturali declaratum fuit. Itẽ est manifestum q̃ causæ dant per se, & primo essentiam causati. Si enim hoc esset sibi necessariũ, videlicet præcedere tempore ipsum causatum, hoc non apparet in eis, vt putant plures loquentium: imo ex hmõi positione sequentur illæ falsitates, quas narrauimus, ſ. quòd nihil generaretur, & præsertim ex ipso æterno. nam, si cõcederemus hoc ita se habere, tunc causæ possent in infinitum procedere, & non daretur aliqua prima causa. & si non daretur primum, neq; vltimum daretur. Posito igitur q̃ causę totius vniuersi precedant ipsum vniuersum tempore, quemadmodũ præcedunt causæ partiũ vniuersi generabilũ & corruptibilũ ipsa necessario, sequereť q̃ iste mundus esset vna partium alterius seculi, & sic fieret processus in ſinitũ: vel q̃ ponamus hunc mundũ esse corruptibilem ſm partẽ, nõ ſm totum, et ideo sequenti iste

sitę falsitates, & multæ aliæ ipsos ponentes huiusmodi positionem, quod totum ideo sequiť ipsos, qa putãt actum ẽno precedere tẽpore. Et ideo, qñ interroganť quo fiat prioritas actus ad ipsum tempus, mouent caput, qa, si ipsi dicerent sine tẽpore, tũc iam concederẽt inueniri aliquod agẽs non pcedere suum passum tempore. si aũt dicerent cum tẽpore, tũc reuerteretur quæstio aduersus ipsos de hmõi tempore: vel dicerẽt q̃ tẽpus est p se stans, & q̃ non est causatum, & hoc nõ dicerent. Totum aũt hoc plus cõuenit tertiæ parti huius scientiæ. Reuertamur ergo nunc ad id, vnde digressi fuimus, & dicamus q̃ adhuc apparet potentiam non præcedere tempore actum rõne ipsius potentiæ, videlicet, quia ipsa potẽtia non põt denudari ab actu, vt de materia prima ostensum fuit. Itẽ quia in multis rebus inuenitur potentia ad aliquas alias res, ex eo q̃ habent aliquem actum illius rei, ad quã sunt in potentia: vt disципulus, exẽpli gratia, qui est in potentia sciens. nã deueniet ad vltimũ gradum, propterea qa habet aliquã scitiam, aliter. n. sequeretur error Mẽnonis, narratus in primo libro Posteriorũ. Ad hæc, cùm res æternæ, in quibus nulla admisceť potentia, præcedant corruptibiles, in quibus admisceť potentia, sequitur manifeste q̃ actus est prior potentia. Quòd autẽ in rebus æternis non admisceaſ potẽtia simpliciter, i. quæ sit in substantia, manifeste ostensum est in libro de Cœlo & mũdo: & fiſr potentia ad nutritionẽ & augmentũ, & ad alterationem passibilẽ. De potentia vero in loco & trãsmutatione situali non fuit ostensum esse impoſe, imo fuit declaratũ esse necessariũ illud. veritamen fuit ibi declaratum de ipsa potentia in loco q̃ extat ibi actus præcedens, nullam oino hũs potentiam. Itẽ inquã est sermo de his rebus p declarationes proprias. multa. n. quæsita huius scientiæ, imo maior pars eoꝝ declarata sunt, cùm supponitur p modum prooemij ad ipsa id, quod declaratum est ibi in scia Naturali, & soluuntur dubia vniuersalia eorum ex hoc loco.

Dubium, quo pacto sempiterna ſt principia corruptibilium. 9 Met. tex. 17. & 18.

At possumus hic tacere declarationem vniuersalẽ. et ideo dicamus q̃ quicquid est in potentia ad aliquid, siue illud fuerit mouẽs, siue mobile, possibile est ipsum esse & non esse, cũ hoc sit de natura possibilis & potentiæ, & dicimus aliquid esse necessariũ, cùm non cessat esse, neq; cessabit, & est impossibile oino q̃ non inueniatur, neq; habet potentiã ad hoc. nullus nãq; arbitratur triangulũ hre potentiã, vt eius anguli sint æquales quatuor angulis rectis. Naturæ igitur inter se maxime differunt, & qui dicit necessariũ esse posse, dicit trãsmutationem diuersitatẽ veritatis, & infertur ſm hanc suam opinionem q̃ non est necessarium. Si ergo ita est totum hoc, ut diximus, sequitur q̃ actus de necessitate pcedit potentiam ſm oẽs modos prioritatis. Dubitare tñ contingit hic, ſ. quoniam pacto res sempiternæ sunt principia rerũ corruptibilũ, cùm ea, q̃ sunt in cõtinuo actu, necessario eoꝝ actio debet esse continua: aliter. n. haberent esse in potentia, & sic eoꝝ causata habebunt continuum esse. Nam rerum, quę qñq; sunt, qñq; non sunt, oportet necessario q̃ esse motor ita se habeat, vt deliceet q̃ moueat & non moueat. Solui tñ hoc dubiũ potest, quod in scia Naturali fuit declaratum de motu locali continuo, videlicet q̃ huiusmodi esse, quod ipse motus habet, est velut medium inter purum actum, & res, quæ sunt partim actu, partim potentia. assimilatur nanq; rebus existẽtibus in actu, propter æternitatem, quam habet per se, & q̃ nullam habet potentiam ad corruptionem: sed similatur rebus quę partim in actu, partim in potentia reperiuntur, propter varietatem situum, quæ sibi accidit, & tandem ratione motus localis. Et anima duerte quo pacto cura diuina est ingeniata colligare illa duo esse, vnum scilicet cum alio, & posuit inter puram potentiam & purum actum huiusmodi potentiam, videlicet potentiam, quæ est in loco, adeo q̃ per hoc perficitur colligantia inter esse æternũ & corruptibile. Quapropter non est timendum hunc motum corumpi aliquo tempore, aut quieſcere, ut alii qui sunt opinati: qñ eius motus vel motor nulli im habet potentiam ad hoc. Et qui non posuerunt motũ continuum, nõ poterunt reddere causam, quare Deus gloriosus, cũ sit sempiternus, semper agat, postq̃ non fuerit agens. sequitur namq; de necessitate ſm ipsos, q̃ sit agens in potentia, anteq̃ operet: & q̃quid est in potentia, reducitur in actũ per mouens, tandem pagẽs prius ipso, cũ exitus de potẽtia ad actum sit quędã transmutatio: quælibet aũ trãsmutatio fit à trãmutãte. & hoc iam patefiet tibi, si eris memor radicum naturalium.

Aãs pcedere potentias nobilitate, & bonitate. 9. Met. t. 19.

CVm ergo tam ostensum sit q̃ actus præcedit potentiã, causa contẽplari decet quodnam horum duoꝝ præcedat aliud nobilitate & bonitate. Et dicamus q̃ malum de necessitate fit per priuationem, aut p vtrum contrariorũ, cui accident priuatio sui contrarii. vt ægritudo, quæ quidem licet sit quoddam esse, nihilominus est malum, ex eò q̃ est priuatio tamatis. & qua potentia est ad contraria simul, ideo ex hoc q̃ potentia non potest esse bonum simplex, sed mixtũ. Potentia quoq; dicitur bona, vel mala i comparatione ad actũ. Actus ergo est nobilior potentia de necessitate. & cũ potentia sit causa priuatiõis, quæ est ipsum malum, sequitur ergo quòd res, quæ nõ habent potentiã, nullum habẽt malum, cùm non habeant priuationẽ, neq; cõtrariam. & huiusmodi res sunt illæ, in quibus ipsum bonũ, quod quidem est ipsa veritas, vndiq; perdurat, i. q̃ verum in eis non variatur, ita q̃ in aliquo tempore cuadat talsum: quemadmodum solet accidere rebus, quæ quandoq; potentia, quandoq; actu inueniuntur.

Quo pacto inueniãtur res in quibus ipsum bonũ. 9. Met. te. 21. & 22.

AMbigere tñ contingit circa hoc, nam si ipsum verum perseuerat, inueniet in rebus existẽtibus semper in actu, nulla ergo demonstratio fiet de rebus, quæ qñq; potentia qñq; actu inueniuntur, & sic de his non erit demonstratio, nequaquam poterimus habere viã ad sciendum esse eorum: & sic nulla erit demonstratio de rebus existentibus continuo actu, cùm scientia necessaria acquiratur per se ex rebus necessarijs, & nos ex his ascendimus ad scientiam earum.

Et dicamus q̃ oratio vera necessario est, aut affirmatiua, aut negatiua. Affirmatio aũt nihil aliud est q̃ compositio alicuius cum aliquo: & negatio nihil aliud est q̃ eorundẽ diuisio. Et si dantur aliqua, quæ nõ possunt cõponi, tunc negatio est semper vera in eis. Sed, si dantur aliqua compositia, quæ videlicet nõ possunt inueniri absq; tali cõpositione, tunc affirmatio est semper necessaria in eis. Si vero dentur aliqua, in quibus sit posse vtrunq; simul, ſ. q̃ qñq; componuntur, & qñq; diuiduntur, tunc veritas in his non semp perdurat. manifestũ aũt est q̃ in hac re reperiuntur hi duo modi. Ea autem, quę qñq; componuntur, qñq; diuiduntur, sunt res particulares. nam iste triangulus singularis qñq; componetur, & habebit angulos æquales duobus rectis: et qñq; diuideť, & verũ in eis euadet falsum p se. & ideo dicitur q̃ oppositum vere in his dum verificatur, est falsum possibile. Ea vero, quoꝝ compositio est continua & diuisio continua, sunt res vniuersales, ex eo q̃ ad scientiam comparantur. Ex hac ergo parte ineſt necessitas rebus trãsmutabilibus, exempli grã, q̃ anguli æquales duobus rectis inquantum sunt æquales duobus rectis, semper inueniuntur cõpositi cum triangulo, & triangulus cũ figura. & siſr rationalitas reperitur de necessitate cũ animalitate, & animalitas cum nutritione, & nutritio cum corpore, sed anguli æquales tribus rectis semper inuenientur diuisi à triangulo. & eodem

pacto rationalitas semper est diuisa ab asino & equo. In his ergo non accidit falsum, nisi ex errore, videlicet vt opinet id, quod est cōpositum, esse diuisum, aut diuisum cōpositum. Inest aūt actus & ꝑpetuitas his, ex eo ꝙ sunt intelligibilia, nō ex eo ꝙ sunt. aliter. n. vniuersalia essent separata. & hoc non cognouerūt ponentes ideas. sed, si tribuit eis istud esse extra intellectū, illud fit, ex eo ꝙ habent potentiā ad hoc. nā, si non haberent aptitudinē ad hoc, nūc id, quod intelligeret de eis, esset inane. & propterea verum dr̄ de rebus, q̄ sunt extra intellectū in actu cōtinuo, & de his ſm prius & posterius. &, qa illa sunt ẏa, ideo hæc sunt vera, vt est de ꝑpetate rerū, q̄ dr̄ ſm prius & posterius. & ſm hūc modū auferrur malū, quod est falsum, à rebus sensibilibus, & acquisierunt ipsum bonum, quod est verum.

Quotupliciter dicat vnum. 10. Met. c. 1.

POSTQ̄ locuti sumus de potētia & actu, & de eoꝝ consequentibus, nūc loquemur de vno & multis, & de eoꝝ cōsequētibꝫ. Et dicam⁹ ꝙ vnū dr̄ illis modis, quos narrauimus in p̄dictis: & in summa reducuntur ad duo, s. ad vnū numero, & vnum p aliqd vlt. & hoc, vt iā dictū fuit, diuiditur in vnū spē, & vnum gñe, & reliqua, quę antea enumerauimus. Sīr etiam vnū numero dicitur primo de continuo, & postea secundario & ſm similitudinem de conuncto, postea vero de cōposito, deinde de colligato. Nōnunq̄ tñ dicitur vnum numero de indiuiduo singulari: quod quidem non diuidit ex hoc, quod est indiuiduum alicuius speciei, vt Socrates, & Plato. Q̄nq̄ vero dicit de eo, quod est idiuisibile quātitate, & istud est illud vnum, quod est principium numeri. Dicitur quoq; de indiuisibili qualitate & definitione, hoc est diuidi multitudine & cōpositione. & his duobus maxime conuenit dicere vnum numero. Denicq̄ dicitur vnum numero de oī eo, quod est de se distinctum, & separatum ab alio, siue sensu, siue intellectu, siue per se. Manifestior autem distinctio est sensitiua, et harū est distinctio rerum p sua loca, mox ꝙ cortices earū. Distinctiones vero rōnales sunt manifestæ, & p hoc mensurantur longitudines, & demum quantitas continua. At distinctiones rerū indiuidualiū ſm earum essentias est quid remotum à fama. et remotius adhuc est distinctio rerum p suas quiditates intelligibiles, & est id, de quo dicit vnum forma. Et q̄nq̄ dicit vnum de aliquo vero simplici (vel cōmuni) & est ipsum primum idiuisibile in vnoquoq; genere, vt color albus inter colores, & mēsura citharistica in melodijs, & littera vocalis & non vocalis in dictionibus, vt vnū in quantitate, quod non diuiditur per ipsam. Et quemadmodum in oībus his generibus est vnum primo, sic etiā est. & numerus. Sed de numero, qui est in q̄ntitate, cōsyderat mathematicus. Et hinc apparet ꝙ vnū dicitur de decem p̄dicamētis, & sīr numerus. Vnum uero, quod est principium quantitatis discretę, non est illud vnum, quod dicitur ſm prius & posterius de oībus generibus. Neq; etiā ille numerus, qui est in q̄ntitate, est numerus, qui reperitur i vnoquoq; genere, vt post hoc videbitur. Et definitio ipsius vnius absoluti est ꝙ est mensura numeri, & ꝙ est idiuisibile aliquo modo diuisionum. Et vnum numero est indiuiduū in intellectu & idiuisibile in quantitatem, & quòd est synonymum ad nomen entis. Differunt tamen in modo tantum. nam cùm capitur quiditas eius ex eo quòd est idiuisibilis, est vnum: sed si sumitur inquantum est quiditas tantum, tunc nuncupatur essentia & ens.

Quid sit vnū qr̄ d est principiū numeri.

Et si ergo totum hoc est, vt diximus, nescio quid sit istud **vnum**, quod est principium numeri, et quod esse habeat. **nam** cognito quid est principium numeri cognoscitur **quiditas** numeri, cùm numerus resultet ex eius iteratione. Et dicamus ꝙ vnū numerale est illud indiuiduale, quod est in intellectu indiuisibile in quātitatem, neque qualitatem, neq; positionem. Addidimus aūr in definitione neq; positionē, quia punctū est indiuisibile quantitate & qualitate, sed habet positionē: & **hoc est principium numeri**, & non est numerus. & **propter** mēsurationē huius vnius existentis in q̄ntitate dr̄ quodcūq; aliud vnum: quēadmodum propter multitudinē numeralē dr̄ multitudo de reliquis rebus, vel quia istud vnū, quod est in q̄ntitate, mensurat numerum, ideo mensurat in vnoquoq; gñe aliorum numerū illius gñis. Quòd aūt illud vnum, quod est principium numeri, sit de his, q̄ sunt in subiecto, est manifestū. & ideo dicitur in definitione vnitatis, ꝙ est id, quo dr̄ de rebus ꝙ sunt vnum. & ꝙ Mathematicus abstrahit hoc à subiecto indiuiduali, consyderet tñ ipsum, quēadmodum abstrahit lineam & superficiem & corpus, est etiā per se manifestū. & hæc est dr̄ia inter consyderationē professoris huius scię, et Mathematicum. Nam huius sciæ professor consyderat de ipso, ex eo ꝙ est vnum q̄ntate, aut vnum substāna: Mathematicus vero contēplatur de eo, ſm ꝙ est vnum tm̄ abstractū à subiecto. quēadmodum Physicus cōsyderat lineam & superficiem, ex eo, ꝙ sunt extrema corporis physici: sed Mathematicus consyderat vtrūq;, inquantū sunt linea & superficies tm̄. Vtrūq; ergo, scilicet vnum & multa consyderanr̄ à professore huius scię, & à Mathematico: nisi ꝙ consyderatio vtriusq; ipsoꝝ de hoc est ſm duos modos diuersos, quēadmodum consyderant variæ scientiæ idem subiectum. &, quia vnum numero, si accipiat inquantum est vnum, non videt indigere subiecto, et igreditur p̄dicamentum q̄ntatis hoc tm̄ modo, & hæc est vna ex rebus ipsius indiuidui denudati à diuisione in q̄ntate & qualitate & situ: ideo est principiū multitudinis numeralis, & multitudo numeralis subingreditur etiā prædicamentū q̄ntatis. sed, cū diuiditur ad res, de qbus dicitur p ipsum, ꝙ sunt vna absolute, tunc cōprehendit oīa decem p̄dicamenta. & sic pluralitas etiā erit ex consequentibus decem p̄dicamentorum. & hoc scilicet, si ponamus subiectū ipsius vnius absoluti nihil aliud esse q̄m decem p̄dicamenta, t. vnitates in decem p̄dicamentis existentes, quas numerauimus: quēadmodum linea, quā consyderat Mathematicus nihil aliud est q̄m linea, q̄ est in corporibus. Si ergo ita est, nō euadet quin subiectū ipsius vnius absoluti sit vel aliquid cōe oībus decem prædicamentis, vt dicit Auic. vel ꝙ sit synonymum ad nomen entis, t. ꝙ dicatur ſm prius & posterius: nō ꝙ significetur per ipsum aliquod accidens (vt opinatur Auic.) vel ꝙ sit aliquid separatū, vt imaginati sunt de natura vnius quā plures Antiquorum, quod sit quædam res ſseparata. Aristo. tñ conabitur destruere hanc opinionem in futurum. Illud vero, quod dicit Auicē. subiectum ipsius vnitatis esse quid addituū prædicamentis, & quod ſem per significat hoc, & oīno accidens cōe prędicamentis oībus, est falsum. Nam si semper significaret illud, & oīno res egredientes essentiam rerum, de quibus dicit, tunc non daretur vnum per se, neq; in indiuiduo, neq; in vniuersali, t. ſm formā, & sic de oībus prædicamentis. & tunc vnum erit accidens ipsis decē prędicamentis per hoc, quod est quid aliud præter ipsa, commune tamen oībus ipsis. Iste equidem sermo est de se manifeste falsus. & hoc apparebit ex his, quæ modo dicam, videlicet ꝙ, si vnum ſm vniuersalitatem dicatur signi ficare accidens cōe decem prædicamentis, oportebit ergo ipsum significare illud accidens inhærēs vnicuiq; ipsorum, vel ſm significationē vniuocam, vel ſm cōcationem, t. quæ dicitur ſm prius & posterius, vel ſm puram æquiuocationem. Quod autem ipsum vnum non

Quid sit subiectū ipsius vnius absoluti.

non significat res, de quibus dicit ſm significationem æquiuocam, est manifestū: cùm æquiuoca non habeāt subiectum essentiale, neq; vnam definitionem. Neque etiam habebit significationem untuocam. falsum enim est inuenire in prædicamento substantiæ, & prædicamentis accidētium aliquod genus, quod dicatur de eis vniuoce, cùm sint in vltimo differentiæ. & si ita esset, sequeretur ꝙ indiuiduum illius accidentis sensu perciperetur, sicut fit in alijs prædicamentis accidentium habentium esse. Nihil ergo aliud restat, nisi ꝙ significet ſm prius & posterius. quò fit, vt nihil aliud significet q̄ essentias prædicamentorum, cùm hutusmodi significatio sit comparatio eorum inter semuicem: uel oportebit inueniri in prædicamentis alia prædicamenta, & sic in infinitum: quod est falsum. Ergo nihil aliud restat esse subiectum ipsius vnius absolutti, quàm vnum existens in quolibet prædicamento.

Quo pacto vnum, & numerus sint in p̄dicamento q̄ntatis, & i quolibet prę dicamento.

Contra hoc tñ contingit dubitare, quonam pacto dicimus vnum, & numerū esse in prædicamento quātitatis, & in quolibet prædicamentoꝝ, ita ꝙ sit de ipsimet prædicamentis, & nō quid additum eis. & hinc putauit Auic. ꝙ oporter eius subiectum messe oībus prædicamentis. Sed res nō ita se habet, vt imaginatus est. qñ vnum numero non est idem natura cum aliꝫ, cū vnum numerale sit ipsa indiuidualitas abstracta à quantitate et qualitate, t. qua indiuiduū est indiuiduū. nā est indiuiduū per aliqd indiuisibile. intellectus aūt est q̄ abstrahit ipsum à materiꝫ, & determinat ipsum, & accipit ipsum distinctum: qa vnum numero, & vnitas numeralis est quid fabricatum ab aīa in ipsis indiuiduis entiū. & si non esset aīa, neq; etiā vnitas numeralis inueniret, neq; numerus penitus: cuius tñ rei contrarium accidit in linea & superficie, & demū in quantitate cōtinua. & ideo numerus est imaterialior. Auic. tñ admisceut secum naturā ipsius vnius, quod est principium numeri cū vno absoluto, quod est commune oībus prædicamentis. sed quia illud vnum, quod est principiū numeri, est accidēs, ideo putauit, ꝙ vnū absolutum, quod est synonymū ipsi enti, sit accidens. & cū hoc conatur ponere numeriū, ita se hr̄e, vt se habet linea & superficies, videlicet ꝙ habeat quandā naturam, & si non repertatur anima: adeo ꝙ fuit coactus ponere in prædicamentis quoddam esse additum eis.

Ex vni⁹ mēsura alia mēsurari. x. Met. text. 2. & inde.

Si ergo natura vnius numero, & ipsius numeri talis est, sequitur ꝙ primū metrum natura ineſt ipsi numero: quod quidē est ipsum vnum. aliorꝫ vero generum metra sunt ex positione: & ideo cōputus, & mensura ineſt eis mediāte numero. & ſm hunc modū accipiuntur alia metra, assimilando ipsi vni vtplurimū, t. ꝙ inueniatur in tali genere indiuisibilia, vel difficile diuisibilia. Hinc fit ꝙ oēs gentes mensurant oēs motus per motum diurnum, cū sit velocior cæteris motibus. t. ꝙ ipsi mēsurant alios motus, tēpore huius motus. & sīr quies cęterorꝫ mobilium per tēpus huius motus mensuratur. & ob hoc etiā capiunt de ponderibus & mensuris id minimū, quod possunt. Sed si alijs rebus prꝫter p̄dicamentum q̄ntatis adhr̄ mēsura, illud qdem fiet p accidens et rōne huius p̄dicamenti, sicut est mensurare leuitatē & grauitatem: immo qđ plus est mensurare nigredinem, et albedinem. Ex his igit̄ patet quid sit vnū, quod est principium numeri, & cuius sit naturæ, & ꝙ numerus est congregatio harum vnitatū, & multitudo cōstans ex ipsis. Obĵcit tñ Auicē. contra hmōi definitionem numeri, dicens quonam pacto multitudo pōt esse genus ad numerum, cùm sit ipsemet numerus, cū ipsa multitudo, vt multitudo diuidat in talem & talem multitudinē, quemadmodum numerus in talia & talia numerata, t. i res sensibiles. Hoc tñ est erroneum, quia multitudo absoluta cōtor est multitudine numerali: quēadmodum & ipsum vnum absolute est cōius vno numerali, quod est principium numeri. & dato ꝙ esset, vt ipse dicit, adhuc pōt imaginari numerus, ac si sit spēs existentium rerum numeratarū: & tunc ipsa multitudo erit genus sibi, & alijs rebus multis. & hoc non est impossibile officium ipsius aīæ. accidit nanque hoc ipsi numero, qa est operatio aīæ in numeratis. Sīr etiā dubitauit de definitione vnius, & numeri, hoc modo. videlicet dicit ipse ꝙ cū unū accipiat in definitione multitudinis, quæ est ipse numerus: & ipsum unum conciperi p priationem multitudinis in eo existentē: ergo utrunq; ipsoꝝ accipit in ratione alterius: & hoc est petitio circularis. Ego aūt dico ad hoc id, quod iam prius dixi in definitione relatiuorum. Et nos egressi sumus, unde eramus.

De vno ſm nonymo ad ipsum ens. 10. Met. tex. 6. & inde.

REuertamur ergo ad illud, & dicamus ꝙ iam fuit ostensum hic ꝙ p unum signiantur oīa prædicamenta, & ꝙ est synonymum ad ens. est igit manifestū ꝙ consyderatio de eo in hac scia fit ex hac parte. Et qa de ipso vno tractauerunt Antiqui hoc, s. ꝙ est trāscendens ad ipsum ens, ex eo ꝙ subiectum amboꝝ est idē: Differunt tñ eo modo, quo discrepant eoꝝ opiniones de vno primo, quod est principium vniuersi, & causa, ob quā cętera alia entia hūt esse, & in mensurando ea, inquantū sunt entia, in duas scilicet opiniones. Sed poꝛes Naturales, qa putabāt res sensibles puculares prę cedere vśes earum: & propterea qa sic sunt opinatr̄ & cum hoc etiā putāt oportere in quolibet gñe dari vnū primum, quod est causa, ob quā vnaquæq; species est in gñe: & causa etiā, propter quam reliquæ ſpes mensurentur, & cognoscant, cùm de illis ſpēbus dicatur illud genus ſm prius & posterius, quēadmodum res se habet in decē prædicamentis: vt exēpli gratia calor, qui dr̄ de igne, & de alijs rebus attributis igni, ſm prius & posterius, & ignis est causa, ob quam reliqua calida habeāt esse, & sint mēsurata & numerata: et ideo impossē est ꝙ numerent res calidas p vnū, quod sit albedo, aut nigredo: q̄m mensura in quolibet gñe oportet de necessitate, vt sit ꝓportionata, & similis: & hoc hūt ipsa entia inquantū sunt entia, videlicet quòd dr̄ ſm prius & posterius: ideo putarunt oportere inuenire vnū primum ens, quod est causa vt alia entia sint entia, & numerata & scita: quēadmodum vnū in numeris est causa vt reliquæ ſpes numeri sint, & numerent. sed, qa ipsi non cognouerunt de causis nisi materialē, ideo fuerunt imaginati ꝙ hmōi unum, est ista causa. & hoc etiā iuxta varias eoꝝ opiniones de causa materiali vltima. nā quidam eoꝝ putant esse aquā, alij vero ignē, & nonulli infinitum. Posteriores vero, qa perceperunt cām formalem, aliter tñ q̄ est, putāt ipsi ꝙ ipsum intelligibile alicuius rei existit extra intellectū: quod ꝙ ipsi cōuenit magis esse q̄m suo sensibili. & dicunt ꝙ vnum vlr̄, cui plus conuenit ipsum esse q̄m sensibili suo, quod cōtinet quicquid ĵr̄ vnum, est causa vt sint reliqua entia, quæ dr̄ una, & causa etiā mensurationis eorum. Hæc igit̄ est summa consyderationis, quā habuerunt prædecessores Aristo. circa hoc quæsitum. Arist. vero cum distincte cognouerit esse formarū intelligibilium ab esse earum sensibilitū, et ꝙ intelligibile non habet esse extra intellectum, inquantum est intelligibile: habent tñ esse extra intellectum, inquantum sunt sensibiles: & nō latuit ipsum, ꝙ inter res sensibiles nihil est cōius decem prædicamentis: & est quoq; manifestū, ꝙ in quolibet gñe prædicamentoꝝ accidentium daī quoddam vnū, quod est causa, vt reliquæ ſpēs existētes in illo gñe habeāt eē, et mēsurent: ut iter colores, exēpli gra albedo, quæ quidē est causa, vt aliæ ſpēs sint & mensurent: nā nigredo potius debet esse priuatio albedinis, ꝙ quid per se: & sīr in sermonibus syllabæ & pedes, quibus

mensurantur tales dictiones, & neuma in musica: ideo est opinatus q̄ in prædicamento substantiæ oportet dare aliquid ita se habens, cùm ipsæ substantiæ sint plures: videlicet quod detur in eis vnū, quod sit causa vt aliæ substantiæ sint. & non solū aliæ substantiæ, sed & alia entia. Nā reliqua entia mensurantur quidē inquantum sunt entia per substantiam, cùm eorum esse consistat in ea, vt in principio huius sciæ fuit declaratum. & huiusmodi vnū, si reperiatur separatū à materia, plus conueniet sibi nomen vnitatis, cùm plus cōueniat sibi hoc nomen esse. Et ideo hoc quæsitum reuertitur ad iudicium quæsitū, quod a principio rei non defuit ingrere. Et p̄ posuit huiusmodi res, vt deueniret postea ad ipsum: videlicet, vtrum detur substātia separata, quæ sit principiū substantiæ sensibilis, aut sufficiat ipsamet substātia sensibilis ad tuum esse. Hæc aūt duo quæsita sunt vnū subiectiue, & duo in mō. & ideo habita notitia vnius eor̄, aliud quoq; noteſcet. Sīr etiā, si manifestabit q̄ dantur plures substātæ separatæ q̄s vna, oportebit etiā inueniri in eis vnum, quod sit causa, ob quam sint multæ, & numeratæ. & hoc totū appebit in secunda parte huius sciæ. qa cōsyderare in hoc loco de hmōi rebus est quidē veluti præludium ad illā partē, quę est vt finis huius. & p̄p eius nobilitatē fuerunt imaginati aliqui q̄ scia Diuina cōsyderaret de reb⁹ separatis tm. Iste ergo ē sermo de vno, in quātū ē synonymū ad ens.

De oppone vnū & multitudinem. 9. Met. tex. 9. & inde.

COnsentaneum aūt est quęrere quo comparetur ad ipsum vnum primum, & quia vnum opponit multitudini, contēplandum est quot modis opponitur ei. Et dicamus q̄ vnū opponi multitudini pluribus modis. Vno quidem modo p̄ diuisibile & indiuisibile. & hoc est tere sīle oppositum, quæ est inter habitū & priuationē, qa vnum est priuatum diuisione existenti in multitudine. Vnū adhuc opponit multitudini ratione suarū proprietatum. nā ipsum vnū habet quasdā proprietates, vt esse ide in substātia, & sīle in qualitate, & æquale in q̄titate. nā vnum in substātia est in qualitate sīle, & in q̄titate æquale. Multitudo vero habet proprietates oppositas illis, p̄prietatibus vnius, quæ sunt, aliud, & diuersum, & oppositū. Verūtamen id, quod opponit ex his ipli vni, inquantū dicit idem, & diuersum: qa idē & diuersum sunt opposita: & ideo necessario quicqd est in substātia, vel est idē vel diuersum. & hoc etiā iuxta suos modos, de quibus dī idem & diuersum eē opposita. Nos aūt iam diximus q̄ dī idem genere & forma & individuo, vt qū habet duo nōia, aut cùm cōparatur significatio nois ipsius ad sign̄ationem definitionis. Et quia qū vnum est in substātia dī sicut ipsum, & qū in q̄titate dī æquale, & i qualitate simile, et hoc ēt dī iuxta illos modos, de qb⁹ tā dixim⁹ ipsum sīle dici: quare oportet vt res sit sicut alia, vel nō sicut illa, aut æqualis vel inæqualis, aut similis vel dissimilis. & oia hæc concurrunt in hoc, q̄ aliquid vel erit idem, vel diuersum, siue absolute, siue cum colligātia. Aliud autem & differens inter se consequuntur. Distinguuntur tamen: quoniam aliud est in se diuersum, sed differens est differens cum alio per aliud, & quando differt ab aliquo conuenit cum eo quod est idem: et differens sūcipit magis & minus, sed diuersum non.

De oppositis. 10 Met. te. 15. & inde.

QVæ autē sunt diuersa, non possunt aggregari in vno subiecto sm vnum modū & vno tēpore, & talia sunt opposita, quæ vſr sunt quatuor, s. contraria, & habitus & priuatio, & affirmatio & negatio, & relatiua. In præteritis aūt iam dictum fuit quot modis dī contrariū, & habitus & priuatio. Verūtamen duo cōtraria re vera sunt, q̄ inueniuntur in eodem gñe, quæ maxime differunt & distāt: sed quæ sunt diuersa in genere, licet distent, tñ non suscipiunt magis & minus in distantia: & ideo eor̄ distantia non est ex hoc, q̄ sunt contraria. nam q̄ñq; possunt plura congregari in vno subiecto, vt decē prędicamenta, q̄ sunt distincta in suis gñibus. sed si dicimus hæc inter se distare, illud est, qa non gñantur mutuo ex semetipsis, neq; aggreganī penitus in aliquo genere: et non, ꝓpterea q̄ eor̄ distantia proueniat a contrarietate. Cōtraria vero sunt eadē genere, & maxime differunt & distant forma. & ideo nō possunt cōuenire in vno subiecto, & unum eor̄ corrumpit aliud de necessitate. & quæ ita se hñt, videlicet q̄ vnum corrūpat reliquum, distāt eor̄ esse in vltimo distantiæ. & propterea dī in definitione contrariorū q̄ hñt vnum subiectū, & vtraq; maxime distant fm eē. Hinc apparet q̄ vni contrario vnum tm̄ contrariatur. qa si illud, quod est perfectū in tuo genere, est illud, extra quod nihil est vel supra ipsum, ergo perfectū in distantia nō habebit aliqd remotius ipso. Nā si reperiat aliqd aliud sibi contrariū, tunc vel erit maioris cōtrarietatis eius fm esse quāprimum, aut minoris. si minoris, tūc se habebit veluti medīū inter duo contraria, et non est in extremo. & si maioris, ergo qū ponitur in vltimo, nō est in vltimo, sed est medīū. Impossē autem est q̄ reperiaī duæ res in eodē gradu cōtrarietatis ad vnam rem, q̄ sunt in vltimo distātiæ: qa vltima distātia reperitur inter duo extrema. & duo tm̄ sunt in vltimo distantiæ. & ideo impossē est q̄ inter duo extrema cadat plusq̄ vna linea recta. Et qa in definitione contrariorum apparet distāta: & nomen distantię dī primo & fm prius de q̄litate: oportuit cōtrariū primum esse in loco. & q̄ sit causa vt alia opposita sint per se & fm esse simul. nā, si non esset in vltimo distando, non possent inueniri contraria secundum esse: ut nihil, vt calidum & frigidum, & reliqua. & propterea inhærentia distantiæ materiæ primæ est causa vt contraria sint.

De cōtrariis mediatis & immediatis. 10. Me. tex. 22.

ET quia contrariorū aliqua sunt, quorū vnum non euadit a subiecto recipiente q̄ vt par & impar, à quibus non expoliatur numerus. aliqua vero alia sunt, à quibus vtriusq; subiectum, q̄q; euadat, vt color, q̄ recipit albedinē & nigredinē. ideo contraria sunt duo spē, vnum scilicet hñs medium, & aliud immediatum. Et qa transmutatio est de contrario in contrariū, vt in scientia Naturali fuit ostensum: ideo est medīū inter duo contraria de necessitate. Nā medium est primum, ad quod transmutabile trāsit: vt transmutatio, exēpli gratia, de nigredine ad albedinē, quæ quidē ut, postq̄ fuerit trāsmutata in vnum mediorū inter ipsa existentiū. & ideo est necessarium q̄ medīū, & extrema hñtia illud medium, sint in vno gñe, quod sit idem, aliter. n. medium non esset illud primū, ad quod fit transmutatio: qa ea, quæ sunt distincta gñe, non transmutant mutuo immediate: etsi extrema & media sunt i vno gñe, quod sit idē, quo manifestium est q̄ media sunt contēperata ex duobus extremis. Nā, si non essent cōtemperata, & tñ essent in cōpositō, tunc essent ipsamet extrema sicut sunt. si extrema existerent in medio in actu eo modo, quo existunt separata, & tñ tam fuit positū q̄ media sunt contraria inquantū acquirunt de cōtrarietate extremoꝝ, & q̄ ipsa tandē non sunt extrema. hoc ergo indicat media non posse eē extrema in actu puro, vel q̄ sint i eis extrema. Et ppea fuit posē q̄ ipsa extrema, ex eo q̄ insunt mediis, vt fuentani sīl in vno subiecto: sed hoc est impossē, inquātū sunt extrema & in actu vltimo suo. Et qa extrema sunt in medio, quodā ee medio inter actū purū et purā potentiā, ideo oportet nō inueniri medīū nisi in rebus contēperatis. Et propterea inter sanitatē & ægritudinē non datur medīū, cùm de natura sanitatis non sit admisceri cum ægritudine: & est impossibile q̄ subiectū recipiens vtrūq; euadat ab vno illorum duorum, cùm ægritudo sit læsio actionis mēbri sensibilis, aut eius passio, & sanitas illæsio: inter læsionem autem

Inter sanitatē & ægritudinē nō datur medium.

autem & illęsionem non datur medium sensibile: licet in læsione inueniat magis & minus, quod Gal. appellat largo modo neutrū, quod significat id, quod nō est, neq; sanitas, neq; ęgritudo, nā hoc necessario est, vel sanitas, vel ægritudo, sed non in vltimo. Et ideo oportet q̄ quicqd appropriatur nosse medī per abnegationem duoꝝ extremorū, q̄ intelligaī per illud verum medīū. nam cū dicimus, exēpli gratia, colorem flauum nō esse album, neq; nigrum, signātur q̄ est quædam essentia, à qua priuatur aliqd, quod ineſt duobus extremis existētibus sub vno genere, & habet aliqd de duobus extremis p̄ modum mixtionis. Sed id, quod signātur per abnegationem duoꝝ extremoꝝ ab eo, quod nō est ipsum, & extrema sub eodē genere, nō est medium. vt si dicamus lapidem loquentem, aut mutū: & Deum non esse extra mundū, neq; intra. & hac proprietate differunt cōtraria ab aliis oppositis, cū non habeāt verum medīū. In affirmatione aūt & negatione res est manifesta. Priuatio vero, q̄ habet vim negationis, se habet vt negatio, & est illa priuatio, q̄ opponitur ei: vt si dicamus ens generari ex nō ente. Inter reliquos tm̄ modos priuationis possibile est imaginari medīū, sed non verum, vt cū dicimus embryonē non videre, neq; cē cæcum: & lapidem non loqui, neq; esse mutū. & hoc tam fuit rememoratū. Relatiuoꝝ vero natura, inquantum sunt relatiua, non est q̄ habeant medium. nam nō conditionaī in eis, vt sint in vno genere, sicut agens & passum, quod possunt esse vnum eor̄ in vno gñe, & aliud in alio. sed si in aliqua relatione ineſt contrarietas, habebit quidem medium: sicut medīū tamen euenit ratione contrarietatis, non ratione relatiōis, sicut medīū, quod est inter magnum & paruum, & iter sursum & deorsum.

Priuationes & habitū cē contrariorū principia. 10. Me. t. 15.

EX his igitur patet q̄ isti quatuor modi oppositorū sunt diuersi, & q̄ priuatio & habitus sunt tāquam principia contrariorū, & affirmationum, et negationū. qa, cùm gñatio fiat vel à priuatione formę, vel à forma cōtraria: & ipsi formæ cōtrariæ de necessitate ineſt priuatio contrariī rei generabilis, quæ est aliquod contrarium, & si priuatio de necessitate præcedit generatū: ergo de necessitate priuatio ineſt cōtrariis, & præcedit ea, natura. Ineſt quoq; vni contrariorū, vt sit imperfectius alio, & imperfectio est priuatio pfectionis: vt caliditas, & frigiditas, & humidum & siccum. Manifestum quoq; est q̄ inter negationem & hunc modum priuationis (scilicet absolute) non ineſt differentia.

An q̄ cuiꝰ est contrariū, sit diuersum forma. 10. Met. tex. 21.

ET quia, vt diximus, cōtraria sunt diuersa, forma, et idem gñe, conueniēs est vt cōsyderemus, vtrū quicquid est contrariū sit diuersum forma, aut nō sit necessariū hoc. Et dicamus q̄ cōtrariorū, quodcūq; sequit formā rei, est de necessitate diuersum forma. nā impossē est inueniri gñabile & corruptibile, & ꝑpetuū in eadē forma. aliter. n. esset posse inueniri hoīes ꝑpetuos. Sed illa cōtraria, q̄ insunt alicui rei, ꝓpter materiā, nō inconuenit q̄ sint in eadē forma, sicut mas et fœmina in eadē specie, & albedo & nigredo, quæ sunt in vna specie. Ex hoc igit patet quid cōsequaī vnum & multa, & q̄ ipsa sunt principiū generū oppositionis. & ideo decet nos cōsyderare quo pacto insit eis propria oppositio. nā, si nō daret vnum, non darentur plura etiā. & si nō daretur multitudo, nulla daretur penitus oppositio.

Quo pacto vnū & multitudo opponaī. 10. Met. te. 20. & 21.

ET dicamus q̄ impossē est, q̄ vnum opponatur multo p̄ modū contrariī, cū cōtrarium multitudinis sit paucum, & vnū non est paucum, qa paucū est de affectibus ipsius diuisibilis: & si contingat vnū esse paucum, illud fit, ex eo quod unum est multitudo diuisibilis, nō ex eo quod est vnum. Præterea, si vnum sit paucum, duo erunt multum: qa paucū & multum dicūtur relatiue, & propterea vnum erit quædā multitudo. & hoc totū est impossē. Adhuc ipsum contrariū, vt ostensum fuit, habet cōtrarium, quæ vtrunq; sunt in eodem genere: ēsed vnum & multa non ita se hñt. At vtrū oppositio istoꝝ sit oppositio priuationis et habitus, cōsyderatione indiget: qa vī, cùm ipsum vnum sit quid indiuisibile, & multitudo sit diuisibilis, q̄ insit ei priuatio diuisionis, quam quidē habet ipsa multitudo. Plures tm̄ Antiquoꝝ fuerunt opinati huius oppositū, videlicet q̄ ponebant multitudinē esse priuationem vnitatis. quod quidē ideo putarunt (vt arbitror) qa viderunt priuationē semper esse imperfectiorē habitu, & habitum nobiliorē esse. & ita se habet vnum ad ipsam multitudinem: est. n. causa vt illa sit. Sed vt p̄diximus, magis euidens est, q̄ ipsa unitas sit priuatio multitudinis. nā quāplures priuationes sunt nobiliores aliquibus entibus imp̄fectis. & ideo nonnunq̄ contingit melius esse non uidere, q̄m uidere. Sed dato etiā quòd hæc esset oppositio existens inter utrūq; eoꝝ, sequeretur adhuc ex hoc falsitas utiuperāda, videlicet q̄ habitus subsisteret in priuatione, cū ita se habeant unum & multa. Quapropter uidei magis consonum ipsa opponi inter se oppositione relatiua. qa contingit ipsum unum mensurare, & multitudinem mensurari: mensurans aūt, uel mensura, & mēsuratum sunt in capitulo relationis. sed hmōi relatio non est de essentia ipsius unius, sino quod sibi accidens. et ideo non dī unum in comparatione ad multa eo modo, quo dicuntē relatiua ad inuicem. Est enim res in hoc, ut in causa & causato. nā ignis est causa rerū ignearum, & tñ est ignis absq; hoc q̄ sit causa. ex eo igitur, q̄ est ignis, est in prædicamento substantię: sed inquantum est causa, est in p̄dicamento relationis. & hoc totū est per se notum. et similiter uidetur q̄ nomen multitudinis significet illud, ex eo quod habet talē comparationē, licet non extet nisi cum eo. sed nomen multitudinis dī in relatione ad paucū: & ideo ista relatio, quæ est inter multitudinem & unum, inest ipsi multitudini, ex eo quod est quid mensuratū, & unum, ex eo q̄ est mensurans. Vel dicamus q̄ unū opponi multitudini ꝧtroq; modo simul: sed duobus modis uariis substēt̄abit multitudinē, non ex hoc q̄ accidit ei, quod primo multitudine, sed inquantū est eius p̄incipiū, et isto mō oppositio ambor̄ est ad aliqd: et ex eo q̄ accidit ei ista p̄uatio, q̄ est multitudini, videlicet diuisio, adhuc opponi multitudini per modū habitus & priuatiōis.

Quo pacto æquale magno & paruo opponiī. 10. Met. t. 17. & inde.

QVæret tū aliquis & dicet, cū uni insit unū contrariū, quo igitur modo æquale opponitur magno & paruo? Nam impossibile est ut æquale habeat hæc duo contraria, cùm contrarium habeat unū contrariū. Item æquale existit inter magnum & paruum: contrarium aūt non est inter, sed id quod est inter, est inter contraria. Hoc tū dubium soluitur per hoc, quòd æquale opponitur magno & paruo per inæquale, & talis est oppositio, quæ inter priuationem: & habitum.

De cārum fīmatę. vide 2. Met. te. 1 & inde.

ET postq̄ tractatum est de uno, & de eius consequentibus, expedit modo tractare de fine quatuor causarum, quę sunt materia, efficiens, forma, & finis. Hoc namque cōfert ad id, quod quærimus, videlicet inuestigare p̄incipium substātiæ, & ad magnā partē rerum p̄dictarū. & ideo Arist. incœpit exordiri hoc in p̄mo libro huius sciæ, et est liber designatus p a paruum. quo facto p̄ficiet prima pars huius sciæ cum auxilio Dei. Et dicamus q̄, si ponamus plura causata q̄ duo, siue sint tria, siue plura, aut ponamus ipsa finita numero, apparebit in eis triplex genus, s. principium, medium, & finis. Et vnumquodq; istorum habet qd sibi proprię. nā ultimi proprię est non eē causa alicuius rei: medīū vero eē cātum à primo & causa vltimi, siue ponas illud medīū vnū, aut multa finita vel infinita. Hæc namq; est dispō

medij inquantum est medium, non inquantum est tale medium, s. finitum aut infinitum. proprium aũt primi est ꝙ sit causa, & nõ causatum ab aliquo oino inquantum est causa, ita ꝙ esse eius videt opponi vltimo, & medium est veluti mixtum inter extrema. & totũ hoc est de se manifestũ. Quòd si ponamus aliquas causas infinitas alicuius causati vltimi, poneremus media infinita. sed ipsa media, inquantũ sunt media, vt diximus, siue finita siue infinita, indigẽt prima causa, inquãtum sunt causata. aliter. n. posset dari cãtũ sine causa. sed, si ponamus hmõi media esse infinita, deueniemus in contradictionẽ: quia necessario media hñt primam cãm. sed, si ponantur infinita, tunc nõ dabitur causa prima. Item impoſe est inuentri medijũ sine duobus extremis. Nam hmõi positio est similis illis, quæ sibĩpsis cõtradicunt, vt ꝙ ponunt infinitũ in actu. in libro aũ: Elenchorum tam fuit ostensum ꝙ talia dñr non petitiones, sed prologi ad destructionẽ positiõis. Et licet huiusmodi declaratio videat magis propria ipsi agẽti & mouẽti, nihilominus potest esse etiã cõis ad declarationem finis cæsarum quatuor. Conuenientius tamen est declarare hoc in vnaquaq; reliquarum causarũ iuxta id, quod est sibi proprijũ, & incipiamus à causa materiali.

Et dicamus ꝙ aliquid fieri ex aliquo dicitur dupliciter. Vno modo, sicut dicim⁹ aquam generari ex aere, & aerem ex aqua: & album ex nigro, & nigrum ex albo. Et hæc dictio, ex, i hoc loco re vera significat post, nam id, ex quo fit vere gñatio, est subiectũ aquæ & aeris, et albi, atq; nigri: nõ forma aqua, neq; forma aeris, neq; albedo ipsa, aut nigredo: imo forma ipsa aquę discedit à subiecto, & accedit vice ipsius forma aeris. & sm hũc modũ impossibile est ꝙ præcedat id, à quo fit gñatio, ad id quod gñatur. Neq; dat hic ꝓcessus in infinitum per se: qa forma aquæ non põt imaginari prior ad formã aeris, neq; forma aeris ad formã aquę: immo vtræq; simul sunt in eodẽ gradu, & subiectũ amborũ est idem, & vtrusq; istorum quodlibet est in potentia & aptitudine ad aliud indifferẽter, & ideo talis gñatio põt esse circularis. Alio modo dicit aliquid fieri ex aliquo, quãdo id, ex quo dicitur aliquid fieri, habeat suũ esse in actu, ꝓpterea quod est aptum perfici ab alio, vel ab alia forma, ita ꝙ, si illa res subiecta habet esse, ideo ipsum habeat, quia mouetur ad hoc vt ꝓficiatur ꝙ illã vltimam rem, si non impediat. vt exẽpli gratia virtus nutritiua, quæ est in fœtu, est apta ad recipiẽdam vitã & vita est apta ad recipiendã rationalitatẽ: nũ de quolibet istorum dicimus vitam fieri ex virtute nutritiua, & ex animalitate: seu vita, fieri rationalitatẽ. similiter ẽt dicimus ex puero fieri virum. In hac aũt diuisione põt imaginari quod gñatum habeat plusq; vnũ subiectum in actu. Iste tamẽ modus habet qd sibi proprũ, quod non habet primus, videlicet ꝙ illa res vltima in hoc non est in potentia ad subiectum, neq; põt trãsmutari ad ipsum: quia priora sunt apta recipere vltima, sed postremum non est aptum recipere priora. Manifestum quoq; est ꝙ huiusmodi subiecta nõ possunt, ꝓcedere in infinitum, quia, si hoc posset fieri, tunc inueniẽt res in actu infinitæ in aliquo finito, et nihil differt, siue illa subiecta sint ret in actu puro, quẽadmodum virtus nutritiua, quæ est subiectũ sensus: siue habeat esse medium inter potentiam & actum, vt elementa in membris similaribus. Item iam ostensum fuit in scientia Naturali ꝙ datur subiectũ nõ formatũ per se: quod quidẽ in huiusmodi re impossibile est quod habeat subiectum. aliter enim haberet formã. & cùm primum subiectum & vltima forma vniuscuiusq; sensibilis sint duo extrema finita necessario: ergo media, quæ sunt inter ipsa, erunt finita. falsum enim est ponere res finitas sm sua extrema & infinitas sm media earum, nam talis positio contradicit sibĩpsi: quia id, quod est infinitum, est ex omni parte infinitum, nõ ex vna parte ꝓter aliam. & hoc est manifestum consyderanti. De causa aũt, quę est finis, manifeste patet ipsam non procedere in infinitum. nã huiusmodi positio reuertitur per eius ablationem. Nã, si motus, & aliquod quęsitũ essent ad infinitum: infiniti autem via nõ desinit: ergo nihil inuentur, ad quod fiat motus, aut quæsitum, erit igitur vanc & vanum, & hoc non solum est impossibile in rebus, quarum finis insequitur motum, sed etiã i rebus habentibus finẽ inquantũ sunt tantũ entia, quę non solent transmutari, & sunt scilicet res imateriales.

De forma quoq; apparet ipossibile ipsam, pcedere in infinitum. De forma nanq; materiali vniuscuiusq; partũ mundi res manifeste patet, eo modo, quo fuit ostẽsum subiecta esse finita, nam impossibile est vt, in aliquo finito reperiantur formæ infinitæ, quemadmodũ est impossibile inueniri in ipso subiecta infinita. Et simliter apparet hoc in toto mundo, nam, cùm eius pãrtes simplices se habeant, veluti formæ ad inuicem vt in scientia Naturali fuit declaratũ, impossibile erit ꝙ eius partes simplices procedant in infinitum ex parte, qua aliquę sunt perfectiones (siue actus) aliquarum, quemadmodum est impossibile actus procedere in infinitũ: vt terra, exẽpli gratia, quę est propter aquã, et aqua, pter aerẽ, et aer propter ignẽ, & ignis propter cœlum. in huiusmodi. n. perfectione impossibilis est, pcessus in infinitum. Sic etiã si ponamus formas immateriales, quarum quædã sunt perfectiones aliquarũ (vel actus) apparebit finis earum per hanc̃ declarationẽ, videlicet ex eo, quod fuit ostentum causam finalem habere finem. Ex dictis igitur patet quatuor causas habere finem, & ꝙ datur materia prima, & primum agẽs, & prima forma, & primus finis. Sed vtrum prima causa in quolibet istorum sit vna, vel plures, potest hic ostẽdi. De materia autem prima tam apparuit in scientia Naturali, ꝙ est vna generabilibus et corruptibilibus, & ꝓpter ea simplicia possunt transmutari ad semuicẽ. Vltimi vero agentes, si reperiretur plusq; vnum agens, necessario oporteret nomen agentis dici de eis vniuoce, aut per aliquam analogiam ad id, in quo cõmunicant. & si nomen agentis dicitur de eis vniuoce, ergo cõicabunt in nomine generis, & vltimum agens erit materiale, quod tamẽ tũ in scia Naturali fuit ostensum hoc esse impossibile. & intelligo per agẽs, vltimũ motorẽ. & si dicatur de eis per aliã analogiã ad aliq; vnũ rem, siue talis proportio sit in eodẽ gradu, siue in varijs gradibus, illud tandẽ, ad quod cõparati, est ipsum primũ agens, quo vnumquodq; ipsorũ est agens. erunt ergo, ipsa causata, & nullũ eorũ erit vltimũ agens. sequit ergo ex hoc de necessitate, ꝙ vltimum agens est vnum. Et simliter res apparet de causa finali, & formali per hanemet declarationem, videlicet quod vltimum eorum oportet ꝙ sit vnum numero.

Et postq; sunt ostensum ꝙ dantur quatuor causæ vltimæ, consyderandum ergo est si est possibile inuenire in qualibet earum reliquas causas, aut aliquas earum.

Et dicamus ꝙ tam sunt declaratum in scientia Naturali materiam primam non habere formam, siue non esse informatam: & ideo non habet agens, cùm ipsum agens præstet formam passo. ꝙ autem habeat finem, vel ꝙ sit finita, est necessariũ, & est scilicet ipsa forma. aliter. n. inueniretur id, quod non est aptum inuenirt. Vltimum vero agens, inquantũ debet esse æternum, oportet quod sit immateriale. quòd autem nõ habeat formam, est necessarium etiam. Sed vtrũ habeat causam finalem, indiget speculatione. Nam, si ponamus ipsum habere causam finalem, erit de necessitate cãtum ab ea, cùm finis sit nobilior agente: sed quia non est in materia,

Vtrũ in omnibus causis prima causa sit vna, vel plures.

Vtrũ in qualibet causa relinquę, aut aliqua earũ inueniantur.

materia: ideo finis tantum est causa, vt ipsum habeat esse: & quia tam posuimus ipsum esse efficiens ipsius finis: est ergo causa finis, & sic erit causa sui ipsius. In rebus vero materialibus non sequitur hoc: quia agens est causa ipsius finis, eò ꝙ finis generatur, aut est in materia: sed finis est causa agentis ex hoc, ꝙ est finis. Cùm ergo hoc sit impoſe, nihil restat nisi ꝙ eius finis sit eius essentia. quẽadmodum sapiẽs, cuius finis in docẽdo est influere bonum cũi: & legũ institutor mouere hoĩes ad virtutẽ, absq; hoc ꝙ ipse acgrat de hoc virtutẽ. Ita ẽt de prima forma vr̃ res se hr̃e, q̃ qdem nõ habet agens. qa si hr̃et, tunc non esset vltima forma. qa ipsa ẽt præcedet sm esse ipsum agẽs: & ꝙ petius est, ꝙ erit materialis. & si non habet agens, sequitur ꝙ ipsa & vltimũ agẽs sint idẽ subiecto. nã, si poneremus ipsam esse duo numero, sequereꝫ ꝙ esset cãta ab agente, & agens esset cãtum ab ipsa inquantũ habet formã: et sic nõ esset primum agens. Sequit quoq; ꝙ non habet finem. qa finis habet formam, & sic reperiret forma prior ipsa: & ipsa nõ esset vltima forma: eius igitur essentia est finis suũp sius. Sic quoq; impoſe est ponere primum finẽ præter primum agens, & præter formã primam. qa prima forma (vt fuit in hoc tractatu tam ostensum) & vltimum agẽs sunt vnũ & idem subiecto: & est impoſe (vt diximus) ꝙ vltimũ agens habeat altũ finem põter seipsum. Ex his igitur dictis apparet ꝙ oía ascendunt ad vnam causam, quæ est finis, & agens, & forma. Hoc tamen adhuc ostenderur in futurum, sermone magis proprio. Et magna laus Deo glorioso. Et hic finit Tertius tractatus, in quo desinit prima pars huius scientiæ.

AVERROIS
EPITOMES IN LIBRVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS
TRACTATVS QVARTVS.



IN superioribus tam dictum fuit ꝙ ens dicitur de oĩbus decem prædicamentis, de substantia tamen sm prius, & de reliquis prædicamentis sm posterius: & ꝙ ipsa substantia est causa, vt alia prædicamenta sint. Ibiq; fuit dictum ꝙ substantia sensibilis diuiditur in materiam & formã, quæ vtraq; sunt substatiæ, cùm ipsum vniuersum esse diuidatur in ipsa, illisq; duobus consistat, et ꝙ reliqua prędicamenta subsistentani in ꝑdicamento substantiæ. & ꝙ hoꝝ vniuersalia ipsorumq; intelligibilia non hñt esse extra aiam, neq; ipsa vniuersalia sunt causa partium eoꝝ sensibilium: immo forma particularis & materia particularis, vtraq; sunt duę causæ tantum essendi substantiæ individualis. & ꝙ ipsius individui agens, est aliud individuum sicut ipsum in spẽ, aut sile sibi. & ꝙ forma vniuersalis, & materia vniuersalis nõ gñantur neq; corrumpũtur. Hoc inquam est, quod ex præcedentibus colligi potest de notitia principiorum vniuersi. Et, qa consyderatio huius artis est appropria re ens ad suas causas vltimas, contẽplari igitur decet, vtrũ illa principia ipsius substantiæ sensibilis, quę fuerunt declarata, i. materia et forma, sufficiant ad eẽ substantiæ sensibilis: aut detur substantia separata, quæ sit causa vt ipsa substantia sensibilis sit semper in actu: & si sit, quod esse habeat, & quot modis dicat ipsam esse principium substantiæ sensibilis: et, sicut declaratum fuit in scia Naturali ꝙ materiæ desinunt ad primã materiam existentem in re, vtrum formæ quoq; desinant in primam formam existentem in re, aut separatam: itidem & de fine primo, & de primo agente.

VIa autem propria ad notitiam huius quæsiti est ponere hic per modum procemij id, quod in scientia Naturali ostensum fuit de inuẽtione motorum immaterialium. de qua re conuenit nos facere mẽtionem hic (vt moris est) veluti rememoratio, non quod huius scientiæ sit declarare hoc.

Et dicamus ꝙ tam fuit declaratum in scientia Naturali ꝙ omne, quod mouetur, ab aliquo motore mouetur. & quòd ipsum mobile mouetur, propterea ꝙ est in potẽtia: mouens vero mouet ex eo quòd est in actu. & quòd si mouens quandoque moueat, quandoque non erit aliquo modo mobile, quoniã habebit potentiam ad mobilitatem, quando non mouet. Quapropter, si detur vltimum mouens vniuersi, quod quandoq; mouęat, quandoq; non, sequetur necessario ꝙ dabitur aliud mouens, prius illo, & non erit illud primũ mouens: & si ponatur iterum: illud secundum quandoque mouere quandoq; non, sequetur idem quod à primo. Necessario ergo vel procedetur in infinitum, vel est ponendum vnum mouens immobile omnino, cuius natura est vt non moueatur, neque per se, neque per accidens: quo fit vt tale mouens sit æternum de necessitate, & mobile quod mouetur ab eo, sit quoq; æterni motus. Nam, si aliquo tempore esset mobile impotentia ab ipso motore æterno, tunc daretur de necessitate vnus motor prior motore æterno: quapropter illud mouens, cuius esse fuit probatum in Secundo libro de Generatione animalium, non esset sufficiens ad mouendum præter motorem vniuersi. Et, cùm fuerit ostensum quòd datur motus æternus: sed cùm impossibile sit, quòd muentatur aliquis motus æternus præter localem circularem, vt in scientia Naturali fuit declaratũ: sequitur igitur manifeste ex hoc, quòd datur motus localis æternus. sed nihil percipitur sensu ita se habere præter motum corporis cœlestis: motus igitur huius corporis cœlestis est æternus, & eius motor est motor æternus, cuius esse fuit probatum.

Adhuc ostenditur quòd inuentur motus æternus continuus ratione temporis. Nam tempus (vt fuit declaratum) est vnum ex consequentibus ipsius motus, & non potest generari ab aliquo, etiam si aliud sit in vltimo roboris. quia si ponamus ipsum esse generatum: ergo est postquam non erat, & nõ erat antequam esset: sed ante, & post sunt duo nomina partium temporis: ergo tempus est antequam sit. Item, si tempus esset generatũ, inueniretur instans præsens, ante quod non erit tempus præteritum: sed impossibile est imaginari instans præsens, in actu stans, quod non præcesserit tempus præteritum: longe minus potest hoc comprehendi, si tempus vere imaginetur. Bene tamẽ possumus in hoc errare, si imaginemur tempus repræsentare lineam. Nam cum linea habeat positionem, & sit in actu, necesse est ipsam esse finitam, tanto magis poterit concipi finis eius. & si hoc modo quoq; comprehendamus tempus, veluti lineam rectam, impossibile erit ipsum priuari fine. & is modus erroris est ex locis sophisticis per loca translationis, & permutationis, ideſt in quibus accipitur vnum pro alio. Et iam Alfarabius sermonem fecit longum de hoc in libro de entibus transmutabilibus. Quapropter, si tempus est continuum æternum, vt apparet, ergo de necessitate insequitur motum æternum continuum & vnum: quoniam vnus motus re vera est, qui est continuus. Et si datur motus æternus, necessario quoque datur motor æternus vnus sham, si essent multi, non esset unus motus continuus. Quòd autem iste motor sit immaterialis apparet ex hoc, quòd eius motio est in infinitum: & omne mouens existens in materia de necessitate habet quantitatem, ac si diças quòd habet

Rões probãtes subsistẽtias separatas sumptæ ex Naturali Philosophia. 12. Meta. te. 29. & infra.

corpus:

eorpus: & quælibet potentia existens in quantitate, est diuisibilis ad diuisionem quantitatis, & insequitur ipsam, quò ad finitatem & infinitatem, vt in scia Naturali fuit ostensum: siue ponas talem virtutẽ extensam in corpus, & innatam sibi, vt calor in igne, et frigiditas in aqua: siue habeat aliquã dependentiã, vt est dependentia accidẽtis in materia, videlicet depẽdentia necessaria ad esse ipsius, vt ipsa aïa. & quia forma materialis impossibile est, ꝙ habeat quantitatem infinitam, vt in scia Naturali fuit ostensum: ergo non poterit dari virtus materialis infinitæ mobilitatis. Et hoc totum iam fuit ostensum in scientia Naturali, & inde accipiatur.

Ratio idẽ probans ex hac scia. 11. Me. t. 46. & 1de.

POssumus tñ declarare hoc de isto motore p aliam declarationẽ in hoc loco. Et dicamus ꝙ, si primũ motorẽ, propter quẽ mouet corpus cœleste, ponamus esse materialẽ, oportebit ipsum esse in subiecto alio à subiecto quod mouetur ab ipso, & ꝙ sit extra. & si ita est, ergo vel mouebit istud corpus cœleste rõne comprehensionis eius & similitudinis ad ipsum, vt in aliis: vel mouebit ipsum potẽtia naturali exñti in eo vt sit in vbi, sed hoc etiam est manifeste impossẽ, & ponamus ꝙ motus huius corporis cœlestis sit desyderiũ inclinationis tñ, potest nãꝙ hoc in rõnem atterri. Necꝙ sufficit ad huius responsionẽ id, quod dicit Auicen. videlicet ꝙ motus inclinationis fiat ex re non naturali ad rem naturalẽ: quia hoc bene reperiũ in inclinatione corporũ, quorum motus est rectus. & propterea ges ineſt his corporibus naturaliter, sed motus ieſt eis modo quodã accidentis. motus vero huius corporis iã fuit ostensum ꝙ est similis vndiqꝙ cũ sit circa medium: & ideo dicimus impossẽm esse in eo quietẽ. Hoc ergo põt esse vnũ, quod fortasse põt suspicari esse cãm motus huius corporis. Sed, cũ ponimus esse impossẽ hoc corpus fore inaïatum, apparebit hoc etiã esse impossibile. Vñ autem habeatur ꝙ sit aïatum, nunc dico. videlicet ꝙ, cũ istud corpus videaꝰ esse incõtinuo motu, ideo oportet, vel ꝙ desyderet motum ipsum: vel ꝙ sit necessariũ motus, quod est hĩe curã de his iferioribus: vel ꝙ habeat vtrunqꝙ simul. nã ex re ipsius apparet ꝙ nõ desyderet finẽ motus. sin aũt, tam gesceret. sed quicqd desyderat ipsum motũ, aut est necessariũ motus, ẽ qdem aïatum, & desyderatiuũ p imaginationẽ, cùm motus sit actio aïæ. & si non esset aïa, non inueniretur, nisi mobile tñ. & hoc tã fuit declaratũ ex dictis Alexandri. nã impossibile est ꝙ aliqd nobilissimũ aïatoꝝ sit maïatũ. Quòd aũt sit nobilius quolibet alio aïato patet, cũ gubernet ipsum, & sit prius ipso prioritate naturæ. Idem est æternum, & æternũ est nobilius nõ æterno. Videtur tñ ipsum petere q̃ sunt hic. aliter. n. nõ posset hĩe talẽ curã de rebus, q̃ sunt hic, & ppea magnificarunt ipsum Antiqui, & putarunt ipsum esse Deũ. Et cùm sit aïatum, ergo mouet sensu vel phãrasia, aut cõceptu, q̃ sit p intellectũ. Impossibile tñ est ipsum hĩe sensus, cũ ipsi sensus sint imposiri aïalibus ad euasionẽ. sed declaratum fuit hoc corpus esse æternũ. Itidẽ & de imaginatione, seu phantasia, ꝙa ipsa etiã ineſt aïalibus ad liberationẽ, impossibile quoqꝙ est inueniri phantasiã sine sensu. Si ergo motus huius corpis fieret à sensibus, aut à phantasia, tunc nõ esset eius motus vnus continuus. Nihil igit aliud restat nisi ꝙ eius motus fiat à desyderio, proueniente ex cõceptu intellectiuo. Sed, si ponamus istã rẽ concepiã esse corpus, ac si dicas istas res, q̃ sunt hic sub orbe Lunę, tunc sequereꝰ ꝙ nobilius pficeretur p ignobilius: quod est falsum. Necꝙ põt etiã dici ꝙ causa motus eius sit cõprehensio alterius corporis cœlestis nobilioris ipso: qm̃, qm̃ reddetur causa motus, illius corporis, sequeꝰ idem, quod sequebaꝰ de hoc met corpore: & sic corpora cœlestia procederent in infinitum. & si res ita se habet, & est impossibile hoc corpus cœleste moueri ad aliud corpus, siue ponatur illud corpus esse nobilius, siue ignobilius: restat ergo vt non moueaẽ. nisi à desyderato, quod desyderatur ab eo, quod ẽ nobilius ipso: & est id, cuius esse est ipsum bonum absolute: qm̃ desyderatũ est ipsum bonũ, & oportet vt ipsum bonũ, quod desyderaẽ, sit nobilius olbus desyderatis, & pfectius olbus bonis. quẽ motum aïarum adiuuat eius inclinatio naturalis, ꝙa nulla est prohibitio inter inclinationẽ huius corporis & eius motũ aïatum, vt in scietia Naturali fuit ostensum. Hoc igit̃ est vnum, à quo assumi demõstratio, ꝙ talis motor nõ est in materia. prior tñ via, et fortior est illa, quam progressi fuimus à pncipio, & est via Arist. Conueniens ergo est, vt supponamus hic ola hæc, et reciptamus ipsa à Philosopho Naturali. Illud aũt, quod cõuenit nos considerare in hoc loco de huiusmodi principijs, cũ acceperimus eẽ eoꝝ ita se hãe, videlicet inquantũ non sunt in materia, est dicere quodnã esse habeãt, & quot sint numero, & quo pacto referant ad substantiã sensibilẽ, i. quot modis sint pricipia ipsius. nã principia multifariã dicunt. Contẽplandum quoqꝙ est qualis sit proportio eoꝝ ad seinuicẽ sin esse, i. vtrum quædã eoꝝ præcedant alia, aut sunt absoluta à seinuicem, i. ꝙ quædã eoꝝ non sint causæ aliquoꝝ ipsorũ: & si aliqua sint causæ aliquoꝝ, quot modis sint causæ. Notificabimus quoqꝙ illas res, quibus cõicant, & qualiter cõicant, & narrabimus dignitates eorum in illa re cõi. hoc scilicet si sunt ad seinuicem causæ, & qñ sunt causæ, quot modis sunt causæ. Res aũt, quibus cõicant, sunt sicut ꝙ vnumquodqꝙ ipsoꝝ cõprehendit essentiã suã, & essentiã alterius, & reliqua, quæ post hoc ostendent. & summatim conuenit nos ita considerare hic circa hanc partẽ, sicut consyderauimus partem præcedentẽ, videlicet sicut diximus de attributione entium sensibilium, inquantũ sunt entia ad seinuicẽ, & rerum, quæ se habent, veluti cõsequenta ad ipsa: sic ẽ conuenit nos considerare hic huc modum essendi, postea tractare de cõparatione huius esse sensibilis, & cõsequentiũ ipsius ad hoc eẽ intelligibile, quo facto erit cõprehensa scia entium inquantum sunt entia, & finis cãrum ipsoꝝ. & ista pars contẽplationis continet in libro Duodecimo huius scientiæ librorum Aristotelis. Et tam ex dictis patuit, quòd scietia huius partis se habet vt perfectio & complementum primæ partis huius scientiæ.

Qꝛid in hoc tractatu intendat.

De numero orbium. 12. Me. tex. 42. & inde.

ET cùm tam declaratum sit ex dictis quæna sit intentio hmõi partis istius sciæ, & quę sint eius quęsita, nunc cõsentaneum est tractare de vnoquoqꝙ ipsorum. Et dicamus ꝙ illa principia, quæ ita se habent, sunt plura q̃ vnum, vt in scia Naturali fuit ostensum. qm̃ illud mouẽs, cuius esse affirmauimus paulo ante, aliud quidem est q̃ illud, cuius esse fuit declaratum in Secundo de Gñatione aïalium, illud nanqꝙ pcedit istud natura, qa istud secundũ idiget illo pmo ad eius motionẽ. nã, si primum non ppararet sibi subiecta, quibus operaꝛ, nihil operareꝛ, vt in scia Naturali fuit declaratum: sed istud primum nõ indiget illo ad eius motionem. Sensu quoqꝙ percipiuntur plures motus corporis cœlestis, qui sunt veluti motus partiales ipsius mobilis motu magno, quẽadmodum orbes sunt partes, aut sicut partes magni orbis: et in scia Naturali fuit iã ostensum ꝙ sunt eiusdem substãtiæ, & nullum hñt contrarium: necessario igit̃ oẽs sunt æterni, partes quoqꝙ æterni sunt æternæ. declaratum nanque fuit ꝙ iste motus vnus, i. diurnus est æternus. et, cùm isti orbes, q̃ sunt partes magni corporis, sint æterni: ergo eorum motus de necessitate erunt æterni, & eoꝝ motores quoqꝙ æterni, & sunt de genere motoris uniuersi. Sed quisnam sit numerus horum motuum & corporum mobilium, recipitur hic ab arte Astronomica mathematica. De hoc autẽ accipiemus

De numero motorum.

mus hic id, quod est famosius hac tempestate nostra, in quo non discrepant professores huius artis à tempore Ptolemæi vsque ad nostram ætatem: dimittemusq̃ id, in quo discrepant professores illius artis. Magna quoqꝙ pars horum motuum non potest comprehendi, nisi fiant circa hoc propositiones famosæ. nam cognitio plurium motuum horum indiget tempore longo, quod pertransibit vitam humanam pluribus vicibus. Propositiones autem famosę alicuius artis sunt illæ, in quibus nulla adest inter eius professores disceptatio. et ideo decreuimus assumere huiusmodi propositiones.

Virus detur Nonus orbis.

Et dicamus quòd id, in quo conueniunt circa motum corporum cœlestium, est ꝙ sunt trigintaocto motus, quinque videlicet pro quolibet trium planetarum superiorum, scilicet Saturni, Iouis, & Martis: & quinque Lunæ, & octo Mercurij, & septem Veneris, & vnus Solis, ita quod percipiatur eius peragratio in orbe eccentrico tantum non in epicyclo, et vnus ipsius orbis circuentis vniuersum, qui est orbis stellarum fixarum. Sed vtrum reperiatur Nonus orbis dubium habet. Nam Ptolemæus putauit ꝙ datur quidam motus tardus orbi zodiaco præter motum diurnum, qui completur suum circuitum in q̃ millibus annorum. Et aliqui alij sunt imaginati, quòd est motus prioritatis et tarditatis, vt ille vir, qui nominatur Alzarcala, qui est ex hac nostra terra, scilicet Andaluzia, & qui sunt fecerunt ipsum, propter quod posuerunt quãdam Astrologiã, ex qua sequitur iste motus. Fuerunt autem coacti ponere hunc motum, quia ipsi perspexerunt reuersiones Solis ad quẽdam punctum notum in orbe signorum, quas inuenerunt varias. Et alij fuerunt imaginati ꝙ ista varietas prouenit ex additione motus, aut motuũ in orbe Solis. Nonnulli vero existimauerunt ꝙ hoc prouenit ex instrumentorum errore, aut imbecillitate ipsorumme instrumentoꝝ in cognoscendo ipsos iuxta verum esse eorum. Tandem apud me est remotum, quòd inueniatur orbis nonus sine stellis. nam orbis est stellarum gratia, quę sunt nobilior pars eius. & propterea quanto plus habet de stellis, tanto est nobilior. sed de his tam pertractauit Aristo. Orbis aũt, qui mouet motum magnum, est nobilior cæteris orbibus. quapropter nõ videtur nobis ꝙ sit sine stellis, immo apud me est impossibile. Hoc ergo est unum ex his, quorũ debet fieri mentio in quæsito de causa huius motus.

De numero motorum.

Sed tam digressi sumus vnde, eramus. Reuertamur ergo ad illud. Et dicamus ꝙ si ponamus hunc esse numerum horum motuum, sequetur de necessitate ꝙ ipsemet erit numerus motorũ: cùm quilibet motus eorum fiat ex desyderio sibi proprio. Ipsum autem desyderium proprium est ad desyderatum proprium, videlicet si ponamus ꝙ unus sit motor omnium orbium in motu diurno. Sed, si imaginemur huiusmodi motũ per hoc, ꝙ quilibet horum orbium habeat motorem proprium, tunc numerus motorum peruenit ad quadraginta quinque. Et potest arbitrari primo intuitu ꝙ hęc sit opinio Aristotelis. sed Alexander dicit oppositum in suo libro de principijs vniuersi: videlicet ꝙ ipse ponit motorem orbium ofum hoc motu esse vnum. Sed quid horum duorum sit conuenientius & magis consonum, indiget quidem inquisitione. Nam, si ponamus ꝙ quilibet septem planetarum habeat proprium orbem, super quem moueatur isto motu, scilicet diurno, hoc inquam dico, vt Mathematici consueuerunt dicere, tunc conuenientius est ponere cuilibet ipsorum motorem proprium i huiusmodi motu diurno. sin autem, tunc natura ageret frustra. sed, si ponamus aliquẽ orbem non habere motum proprium, tunc eius esse foret inane. Veruntamen, si ponamus rem ita se habere, tunc iste motus diurnus non esset vere vnus, qm̃ non fieret ex vno motore, sed accidit ꝙ æquentur in tempore duntaxat. in se tamen sunt plures motus secundũ vãria loca ex uarijsq̃ motoribus. & sic esset fin hanc positionem unus quoquomodo per accidẽs, quoniam mobilia, quę differunt uelocitate & tarditate, quorum motus sunt unus per se, et in uno tempore, habent quidem hoc propter partes sphæræ tantum. Quod autem est per accidens, impossibile est ꝙ sit semper, neq; ut in pluribus, in his rebus inferioribus, longe minus in corporibus cœlestibus. & si totum hoc ita se habet, ut narrauimus, unus igitur motus per se erit in uno mobili, & unum mobile mouebitur à motore uno. Conuenientius ergo est, ut imaginemur cœlum in se totum esse unum animal figuræ sphæricæ, cuius connexum est gibbum orbis stellati, & conuaũ eius illud, quod cõtangit sphæram ignis, habens quidem unum motum uniuersalem: & q̃ illi motus, quos habet unumquodqꝙ sydus, sint partiales: & q̃ eius motus magnus est similis motui locali animalium, & particulares motibus membrorum eius. & propterea indigent isti motus centris, super quæ reuoluãtur, quemadmodum est terra ad motum magnum: quoniam in Mathematica tãt ostensum ꝙ centra planorum habentium plurium motuum sunt extra centrum mundi, et ꝙ non distant à terra eadẽ distantia. & sic nõ sumus coacti imaginari plures orbes, quoꝝ centra sit centri mundi, & eorum poli sint poli mundi distincti abinuicẽ, imo imaginabimur iter orbes proprios unicuiqꝙ planetarum inesse corpora quędam hãs, ac si non sint à seinuicem separata, & non habent motum per se, sed inquantũ totius sunt partes, et quod super hæc corpora mouentur planetæ motu diurno. Ex hac autem nostra positione nullũ sequetur talium. Nam id, quod coegit Mathematicos ponere in quolibet septem planetarum suum orbem, super quos moueantur motu diurno præter orbes proprios motibus motui, est quia apud ipsos est impossibile ꝙ vnum mobile moueatur duobus motibus diuersis, in sit unum mobile super unam magnitudinem. & hoc etiam potest adaptari secundum hanc positionem, quam imaginamur, videlicet ꝙ huiusmodi orbes mouentur suis proprijs motibus super suos orbes proprios, et motus communis est ex hoc, ꝙ sunt partes maioris corporis, non ex eo ꝙ illæ partes habẽt motum per se, sed ex eo, ꝙ sunt pars. Sed quo pacto istæ partes inter seinuicem se subsequantur ex vno motore, cùm sint separatæ, & cur non impediant seinuicem, tam in libro de Cælo & mundo locuti fumus de hoc.

Situs & motus orbis. q

Quod motores non possint esse pauciores.

VTrum autem sit possibile ponere pauciores motores numero, ut aliqui fuerunt opinati, videlicet quod imponamus vnicuiqꝙ orbi unum tantum motorem, a quo primum quod moueatur sit planeta, mox influatur ab ipso planeta virtus, qua perficiantur alij motus proprij illi planetæ, & qui sunt gratia ipsius, hoc equidem est impossibile, vt ex prædictis colligi potest. & ex dicendis adhuc post hoc. Nam, si ponamus huiusmodi orbes moueri ex conceptu rerum immaterialiũ, alij ergo motus, qui insunt vnicuiqꝙ planetæ, manifestum est quòd non fiant ex conceptione planetę, neq; ex desyderio ad ipsum, vt ex nostris dictis apparuit. Necꝙ sunt ibi etiam virtutes influxæ à syderibus ad cæteras partes sui orbis, cũ nõ habeant de partibus aïæ, nisi id, quod fit per conceptum intellectualem. Sed vtrum sit possibile ꝙ numerus harum substãtiarum sit maior q̃ istorum motuum cœlestium, non equidem est impossibile. Si aũt ponamus inueniri aliquod horũ principiũ præter illa, quæ numeramus, tunc illud principium habebit aliquam actionem sibi propriam, siue fuerit principium ad unum istorum principiorum, vt ad nobilius ipsorũ, siue ad omnia ipsa, quemadmodũ res se habet

habet de primo principio, vt post hoc declarabimus: siue fuerit principium ad aliquas res, quæ sunt sub orbe Lunę, vt de intellectu agente res se habet: quoniam impossibile est inuenirt aliquod horum principiorum nobilium, quod non habeat aliquam actionem. nam impossibile est quin ex essentia ignis prouenıat combustio. hæc autem principia sunt agentia naturaliter, quemadmodum Sol illuminat naturaliter. Ad hęc, si inueniretur aliquod horum principiorum, quod non haberet aliquã actionem, natura fecisset quid frustra. quãuis. n. esse eorum ex prima intentione non sit propter suã actionem, sed ex secũda intẽtione, vt ostendemus, nihilominus idẽ est in hoc, videlicet ꝙ nõ inuenıt aliquod principiũ eorꝫ frustratũ. Quapropter conuenit hic nos determinare ꝙ numerus eorꝫ est finitus, & ꝙ impossibile est inuenirt principia non agentia.

ET positũ fuit declaratũ hoc de numero ipsorũ principiorum, consyderandũ est quodnam habeãt esse, quóue pacto moueant, & quot modis sunt principia horum corporꝫ cœlestium diuinorꝫ. Et via huius consyderationis est, vt supponamus hic id, quod in scia de Aĩa fuit declaratũ: cum plura principiorꝫ, ꝙbus vtuntur hic, sint assumpta ab illa scientia. & nulla equidem est via ad notitiam huius generis essendi i eo, quod est sibi proprium, nisi post notitiam illius scientiæ. Et propterea est dictum in legibus diuinis, cognosce teipsum, & cognosces Creatorem tuum.

Quod sit eẽ ipsorum motorum.

Et dicamus ꝙ tam in illa scia fuit declaratum, ꝙ formæ habent duplex esse, sensibile videlicet siue hȳle sensibili, & est illud ee, quod hñt ex eo, ꝙ sunt in materia: & esse intelligibile, quod quidẽ hñt ex eo, ꝙ sunt denudatæ a materia. Si ergo dantur formæ, habebunt quidem esse ex eo, quod non sunt in materia: erunt igitur de necessitate intelligentiæ separatæ. nam formæ, inquantum formæ, non habent tertium esse.

Quo pacto motores mouent corpa cœlestia ex. Meta. 16. & inde.

ET postꝙ declaratum fuit quòd huiusmodi motores hñt esse, inquantum sunt intelligentiæ, consyderandum igitur est quonã pacto moueant corpora cœlestia. Sed nullus restat modus, nisi ꝑ modum imaginationis ꝑ intellectum: quã quidem sequit desyderium, quẽadmodum mouet forma desyderatu ipsum desyderans. Corpora igit cœlestia hñt intellectum de necessitate, cũ sint cõprehensiua. & hæc est demõstratio propter quid & quia. Et qm̃ motus fit cũ desyderio, ergo hñt de necessitate desyderium rõnale, & non habẽt de partibus aiæ, nisi hanc partem tm̃. Nam impossẽ est ipsa hȓe sensus, cũ sensus sint impositi aialibus propter salutem eorꝫ, & perfectionem. hæc aũt corpora sunt eterna. Neqꝫ hñt etiam virtutes phantasticas, vt imaginatus est Auic. quia potentiæ phantasticæ non possunt reperiri sine sensibus, vt in scia de Aĩa fuit declaratũ. nam intentum ipsarum virtutum phantasticarum est, ut animal necessario moueatur a sensibilibus post eorum priuationem. & hoc etiam vtplurimum fit propter saluationem & perfectionem. Adhuc, si res ita se haberet i corporibus cœlestibus, vt ẽt opinatus Auicen, videlicet quod imaginentur situs, super quos permutantur, tunc eorum motus non esset vnus, & continuus, vt veniant vnus post alium contrarium, videlicet rerum phantasiatarum, & contra id, quod in eis ẽt. Habent tamen situs quodam accidentis modo, & in relatione vnius ad alium. nam declinatio, quam habet motus Solis, est quid ortum ex situ orbis eius ad magnum orbem. Si ergo est impossibile hæc corpora habere phantasiam, minime quoqꝫ habebunt motus particulares. sed eorum motus est vnus continuus hoc modo, quem dicam. videlicet, quod cùm ipsa comprehendant bonum, quorum perfectio cõsistit in eius conceptione, desyderant assimilari sibi secundum perfectionem sic, videlicet quòd perueniant ex eorum esse ad nobiliorem rerum, quæ sunt sibi possibiles. & quia melius est quòd moueant quàm quod quiescant, cùm motus sit quædam vita rebus naturalibus, ideo sunt in continuo motu. & hoc non est, propterea quia eorum conceptio sit gratia motus. nam, si ita esset, rẽ nobile esset propter minus nobile. sed quia motus prouenit ex illa perfectione, & insequitur ipsam, quemadmodum insequitur combustio formam ignis: & sicut quãdo nos peruenimus ad ultimam perfectionem, est melius nobis quòd influamus de illa perfectione alijs tuxta posse, non quod perfectio nostra sit propter aliud: ita res se habet de corporibus cœlestibus cum his, quæ sunt inferiora illis. & hoc declarabimus post hoc. Ex his ergo dictis apparet quodnam esse habeant isti motores, & quomodo tit motio ipsorum.

Motores et formas corporum cœlestium.

Ex quo etiam ostenditur quòd non sunt tantum motores corporum cœlestium, imo dant eis formas suas, quibus sunt id, quod sunt. Nam, si ipsi tollantur, nequa quam reperietur forma corporum circularium: quemadmodum si tollatur intellectus, qui est in actu, tunc non inerit nobis vltima perfectio. & ideo sunt eorum agentia quoquomodo, cùm ipsum agens præsiet essentiam rei, siue fuerit talis actio continua, siue interiecta. Melius tamen est quod sit continua, quemadmodum sunt aliquo modo formæ ipsorum. Nam torme corporum cœlestium nihil aliud sunt, quam id, quod intelligunt ex ipsis, & quia mouentur ab eis, vt diximus per modum desyderij, ideo sunt fines eorum. Hæc igitur principia sunt huius sensibilis esse, veluti forma & agens & finis, & ideo hoc esse sensibile non prouenit ab eis, ita quòd sint propter ipsum, imo illud est gratia ipsorum, vt declaratum fuit ex hoc tractatu. Non restat ergo, nisi quod ordo ille prouenıat ab ipsis ex secunda intentione, & eo modo, quo dicitur quòd dator legis confert nobilibus: non quòd ipse adipiscatur perfectionem. Apparet ergo quòd entia sunt duplicia, vnum videlicet, quod fuit aptum inseruire alij, quod est eius finis: aliud vero est, quod perficit aliquod aliud. quod quidem ideo perficit ipsum, quia est princeps, non propterea ꝙ fit gratia eius. & hęc duo genera inueniuntur in quæstubus, & artibus liberalibus voluntarijs.

Quæ proponantur declaranda.

ET postquam fuit declaratum quot modis ista separata sunt principia inter seinuicem, & quomodo sunt principium substantiæ sensibilis, & qualiter comparentur ad ipsum: consyderandum ergo est quomodo comparantur ista principia inter seinuicem, et vtrũ habeant eundem gradum essendi in vniuerso, ita quòd mundus habeat plusquam vnum principium. Vtrum aliqua eorum sint causata ab aliquibus, & omnia tandem desinant ad vnum principium, quod est primum in illo genere & præcedens omnia illa, & reliqua sint principia per id, quod acquirunt ex illo principio. Et si ita sit, quot modis sint aliqua eorum principiũ aliquorum, & ipsum primum sit principium omnibus.

Quo pacto prima principia inter se comparẽtur.

Et dicamus quod, si ista principia consyderentur, inuenientur præcedere vnum aliud inter seinuicem no bilitate. Nam motor, qui mouet motu diurno, est omnibus nobilior, cùm omnes moueantur ab ipso per accidens, & ipse non moueatur ab ipsis. Illud adhuc, cuius motus est velocior, & corpus matus, est nobilius de necessitate. & si consyderabis hoc in reliquis, inuenies ea sic differre. Ea autem, quæ differunt dignitate, si vnum non excedit aliud in specie, videlicet, ꝙ sint species plures, quarum vna sit nobilior alia, tunc diuersitas, quę inest eis, sit ex prioritate vnius ad aliud in eadem specie, in qua communicant. Et quæ ita se habent, vnum erit de necessitate causatum ab alio: & prius omnibus in hoc est ipsa vltima causa eorum, & causa,

causa, ob quam ośa ipsa habent esse. Manifestum ergo est ꝙ nobilior horum motorꝫ est ille, qui mouet motu diurno. Iste ergo motor est vltima causa ipsorꝫ, & causa, ob quam oẽs alij sunt. Declaratũ quoqꝫ fuit ex hoc, ꝙ reliqua mobilia cõsequũtur cũ hoc mobili in motu suo, & mouent cum eo: cõsequũtur ergo in eius apprehẽsione. Vnũquodqꝫ igitur ipsorum habet conceptum vniuersalem, i. cõem & proprium sibi. Vniuersalis aũt comprehensio est, quam habent ośa ipsa ad istum motorẽ. Propria vero est illa, quã unumquodqꝫ ipsorum habet ad vnumquẽqꝫ motorem. Et huius cõsequtis proportio ad id, quod est proprium vnicuiqꝫ, ipsorꝫ non est comparatio generica, cùm ista cõprehensa sint immaterialia: sed eius cõparatio ad hęc est cõparatio rerum cum pararatum ad vnum aliquid, quod præcedit eas, & est causa vt sint. Vniuersale adhuc est prius particulari. nam, si auferatur vȓe, tollitur & particulare. si impossibile ergo est ꝙ talis cõprehensio præcedat prioritate generica, erit igitur de necessitate eius prioritas ad reliqua cõprehensa prioritas causæ. Ita etiam vȓ res se habere in illis multis motibus, qui insunt vnicuiqꝫ planetę. Nã, cùm appareat ꝙ huiusmodi motus sint propter motũ planetæ, oportuit de necessitate ꝙ motores eius sint propter motum planetæ. aliter. n. motus planetæ fieret ab eis ꝑ accidens. Si ergo totũ hoc ita se habet vt narrauimus, sequit̃ ꝙ quilibet planeta habebit plures ꝙ vnum motũ, & eius motores necessario erũt causati à motore planetæ, & motores septem planetarum erunt causati à motore magni orbis. Hoc est quantum sermo dedit tractare de esse primi principij in hoc gñe. & fortasse ipse Aristo. declarabit post hoc ꝙ non sufficit hunc motorẽ esse primum principium, si consyderemus ea, quæ sunt propria vnicuique ipsorum.

Quo pacto ośa principia finiũt ad primum principium.

Videtur adhuc sermone vniuersaliori pcedenti ꝙ necessario ista separata finiunt ad primũ principiũ, & ꝙ ipsa non sunt simpliciter vnũ ab alio, ita ꝙ nulla sit dependentia causæ, & causati inter ipsa: qm̃ non euadit quin dicai nomen principij de vtroqꝫ vniuoce aut puręæquiuoce, aut ordine & proportione, & est vnus ex modis, quibus dñr noĩa analoga. Quòd autẽ dicantur vniuoce est falsum: qm̃ vniuoca habent pluralitatẽ ratione materiæ, hæc aũt sunt immaterialia. Est quoque falsum ꝙ nomen principij dicat de eis pura æquiuocatione, cũ fuerit tam ostensum ꝙ sunt eiusdẽ gñis. Nihil igitur aliud restat, nisi ꝙ dicat de eis nomen principij ꝑ prius & posterius. Ea aũt, quæ dicuntur ꝑ prius & posterius, necessario comparant ad vnum aliquid, quod est causa, vt illa res insit alijs. vt exempli gratia, nomen caloris, quod quidẽ dicitur de rebus calidis per cõparationem ad ignem, qui est causa vt calor insit alijs rebus calidis. Hinc apparet ꝙ oportet in his principijs ascẽdere ad vnum principium (sed non proprie, quemadmodum fuit ostensum in pcedenti sermone) siue fuerit eorꝫ ordo in comparatione ad ipsum vnus ordo, videlicet ꝙ vnum excellat aliud. & hoc etiã non declaratur ex hoc sermone, quẽadmodum ex pcedẽti. Adhuc ostendi hoc, qa nos videmus operationes horꝫ corporum cœlestium, quæ fluunt ex motibus suis fauere ad esse vniuscuiusqꝫ entiũ existẽtium apud nos, & ad eorꝫ cõseruationẽ: ita ꝙ, si tolleret vnus ex his motibus, corrumperet esse rerum, & ordo earum. Hinc est ꝙ videmus Lunã & Stellas erraticas ferè seruire ipsi Soli motu earum, cumꝫ insequi. nã nos inuenimus eos semꝑ progredi ꝑ distãtias terminatas ab eo, i. ꝑ propinquitatem & remotionẽ itinerum determinatorꝫ, videlicet in velocitate & tarditate, vt in scia astrorꝫ Mathematica ostensum fuit. huiusmodi aũt operatio non potest ineſſe eis ꝑ accidens: necessario igitur intendunt motu suo vnum finẽ, sed quia esse eorum non est ꝑpter res, quæ sunt hic, ideo ille finis, quo cõsequũtur, ẽ causa vt conueniant, & adiuuent ad esse entium, quę sunt hic. Nam qđ aliquod passum habet esse à plurib⁹ ꝙ vno motore, tunc pficitur eius esse ꝑ se per cõitatem illorum motorum in vnum finem. & hoc innuit Deus gloriosus, cũ dixit, si in eis essent Dñ, ꝑter Deum, corrumperemur. Demũ mundus est vnus ꝑ vnum principium. alias, n. esset vnus ꝑ accñs, aut oporteret ipsum non esse.

Comparatio mundi ad ciuitatem. 12. Met. 52.

VNiuersaliter igitur res se habet in mundo, quẽadmodum in ciuitate probor̃ virorꝫ, quæ licet habeat plures principatus, ascendunt oẽs ad vnum principatum, et intendunt vnum finẽ: aliter. n. non eẽt vna. & quẽadmodum ex hac parte ciuitas ꝑpetuat, ita etiã res se habet in mundo. Hinc fit, ꝙ illæ ciuitates, in quibus sunt plures principes, facile ſcurrunt corruptionẽ, cùm habeant vnitatem quodam accidentis modo.

ET postꝙ fuit declaratum, quod esse habeant hæc principia, & qualiter cõparentur ad mundum tensibilẽ, & inter seinuicẽ, consyderandum est de his, quæ sunt sibi ꝓpria. & ponemus consyderationẽ nr̃am in hoc, vt diximus, ab eo, quod in scia de Aĩa fuit declaratum. Et dicamus ꝙ quodlibet horꝫ principiorꝫ intelligit seipsum. & hoc patet, propterea quia intellectus noster ita se habet, sꝙ accidit ei ꝙ qñ intelligit intelligibilia, conuertit ad intelligendum seipsum, cũ eius essentia sit essentia intelligibilium. Si igit iste intellectus est ipsummet intellectũ, multo magis ita se habebit res intelligentijs separatis. Nã iste intellectus cũ habeat istã ꝓprietatem ex eo, ꝙ non est infixus materiæ, licet habeat dependentiã cum materia, tãto magis habebunt hoc intelligentiæ separatæ, quæ nullam hñt dependentiã cum materia, & ideo intellectus, & intellectũ in eis habebit magis de vnione ꝙ sit in nobis. nam licet intellectus nr̃ sit ipsummet intellectũ, aliquam tñ habet transmutationem ex eo, ꝙ attribuitur materiæ.

Vtrum ſcitligentiæ intelligãt aliquid extrate.

ET postq̃ est declaratum ꝙ quælibet harum intelligentiarũ intelligit seipsam, contẽplari decet vtrum vnaquæqꝫ ipsarum intelligat aliquid extra se, aut non. Et dicamus ꝙ iam fuit ostensum in libro de Aĩa ꝙ intelligibile est perfectio intelligentis, & eius forma. & cũ dicimus vnũ istorꝫ intelligere aliud, dicimus ꝙ intelligit illud, ita ꝙ perficitur ꝑ ipsum. illud ergo aliud ꝑficit ipsum, & est causa, ob quã sit illud. & itidẽ, si posuerimus vnum eorꝫ esse causatum ab alio, necessario causatum cõprehendet suam cãm: adeo ꝙ hæ duæ res conuertuntur, videlicet ꝙ quodcunqꝫ horum principiorꝫ comprehendit aliquod aliud, illud quidem aliud erit eius causa: & ꝙ quicqd est eius causa & concipit à causato, impossẽ est ꝙ causatum cõcipiat essentiam suam, ꝑter hoc, ꝙ concipiat id, quo extat sua essentia. sed iam fuit declaratum ꝙ quodlibet ipsorꝫ cõprehendit essentiam suam: ergo necesse est ꝙ cãtum ab ipsis concipiat suã cãm. Hinc apparet ꝙ aliqua eorum sunt principiũ quorundã aliorꝫ ꝑ modum formæ, & efficientis, & finis, sicut fuit ostẽsum de cõparatione eorꝫ ad formam corporꝫ cœlestium, nã vtraqꝫ cõparatio est eadẽ. Neqꝫ est in eis etiã causa propter cãtum: qa impossẽ est ꝙ nobilius sit propter ignobilius. Sed si pueniſ causatum in eisdã causa, illud quidem est quid sequens perfectionem causæ, quemadmodum vstio sequitur substantiam ignis. Et si totũ hoc ita se habet, ut narrauimus, manifestum ergo est, quòd impossibile est in his vt causa comprehendat causatum suum. nam aliter posset causa conuerti in suum causatum, & perficeretur nobilius per minus nobile: quod est falsum. Hinc habetur manifeste, quòd si habeant causam primam, quę non sit causata ab aliquo, vt in præcedentibus fuit ostensum, quòd non comprehendet nisi essentiam suã, & non comprehendet causatum suum. & hoc non

est

est propriam primo principio eorum, sed est quid cõe oibus etiam corporibus cœlestibus: quia nõ videmus ipsa concipere res, quę sunt sub ipsis eo modo, quo habent esse: qa si ita foret, tũc pficeretur nobilius p ignobilius, & eor cõceptus essent generabiles & corruptibiles, quemadmodum fit in intelligibilibus humanis. Quodlibet ergo hor principiorum separator, licet sit vnum, ita q intelligens et intellectũ est idem in eis, nihilominus in hoc præexcellunt seinuicem. Cui tñ verius cõpetit vnitas est ipsum primũ, deinde quod sibi associat, mox etiã quod illi adhæret. Tãdem quodcũq eorum indiget ad comprehẽsionem essentię tuæ pluribus pricipiis, ẽ minoris simplicitatis, & inest ei aliqua pluralitas: & ecõuerso, quodcũq indiget ad conceptũ sũpsius paucioribus principiis est simplicius, adeo q primum simplex, & verum nullo idiget extrinseco ad sũpsius comprehẽsionẽ. Hoc inquam est, quod protulit sermo de comprehensione horum principiorum.

Dubium cõtra ea, quæ dicta sunt, q intelligentia non intelligãt hæc inferiora.

VEruntamen multa insurgunt dubia contra hoc, quor vnum est, quod sequeretur q hęc principia ignorarent illas res, quarũ sunt principia, et prouenirẽt ab eis sicut procedũt res naturales ex seinuicem: sicut vsũ, quę prouenit ab igne, & cõgelatio à niue, et non influerent ratione cognitionis. Sed falsum est q procedat aliquid à cognoscente, inquantũ est cognoscens, & non cognoscat illud, et hoc idicunt illud dictum dicẽs, nonne cognouit qui creauit, cũ sit ipse sapiẽs & cognoscens? Ignorantia quoq est defectus, & id, quod est perfectissimum, impossibile est q habeat defectum. Cõtra hanc quidem positionem hoc est difficillimum oium dubiorum. Nos autẽ soluemus ipsum, & dicemus q, cũm agens præstet passo quid sibi simile, & oporteat passum eẽ quid aliud, & secundũ numero, sequitur de necessitate vnum de duobus, videlicet, vel q sit diuersum ab ipso in materia: & hoc est necessarium, qñ passum est eiusdem speciei cũ agente absq hoc q sit inter ipsa excessus dignitatis in forma: vel quod illa diuersitas, q est inter ipsa, sit in excessu dignitatis in eadẽ specie: & hoc scilicet qñ agens in illa spẽ est nobilius passo, nam impossibile est q passum sit nobilius agente de se, cũ eius quidditas prouenat ab agente. In his ergo principiis immaterialibus diuersificantur agẽs & passum, et causatum & causa, ex excessu nobilitatis in eadẽ specie non in diuersitate speciei. & quia intellectus noster in actu nihil aliud est q̃ comprehensio ordinis & rectitudinis existentis in hoc mundo, & in qualibet eius parte: & cognitio cuiuslibet rei in eo existentis, p suas causas propinquas & remotas ita q cognoscat totũ vniuersum: sequi ergo de necessitate q quidditas intellectus agentis hunc nostrũ intellectum nihil aliud est q̃ cõprehensio harum rerum. Hinc dr quod intellectus agens intelligit res, quæ sunt hic. Oportet tñ q intelligat istas res nobiliori modo, aliter. n. nulla esset diuersitas inter ipsum & nos. Sed quo non, cũ iuerit tã declaratum q intellectus noster in actu sit generabilis & corruptibilis, quia est immersus materię, eius tñ intelligibile est æternum immateriale? Et propter imbecillitatẽ intellectus nostri fuerunt necessarij sensus ad eius intellectionẽ. & propterea qñ priuamur vno sensu, deficit etiã nobis illius intelligibile. et sicr, qñ sensatio alicuius rei est corrupta in nobis, amittimus eius intelligibile, nec possumus illud acquirere nisi per modum famosum. Et similiter est possibile q causæ alicuius rei sint ignotæ, quo ad nos: quæ tñ sunt in essentia intellectus agentis. Et sm hunc modum possunt reddi causæ prophetiarum, & reliquæ pronosticationes futurorũ. patimur tñ nos huiusc modi imbecillitatem ratione materiæ. Et sic etiam sequitur quod intelligibile ipsius intellectus, qui agit ipsum intellectũ agentem, nihil aliud

Solutio Agens ẽstare passo qd sibi simile, duo ei ille modi.

sit q̃ intelligibile intellectus agentis: quia hoc et illud sunt idem specie, veritamẽ est aliquo modo nobilius. Itidem in reliquis, donec primum principiũ intelligat vniuersum nobiliori modo oium modor, quibus post sunt præexcellere seipsas inter se intelligentias denudatas à materia: qa forma sus intelligibilis nihil aliud est q̃ forma intelligibilis humanor specie, multo magis cum reliquis intelligibilibus alior separator res ita se habebit, etsi sint separata valde in dignitate ab intellectu humano, & illud, quod est sibi propinquius est intellectus, q sequitur ipsum, & sic sm hũc ordinem vsq ad intellectũ humanum. & sicut proprių subiectũ comprehensionis nostræ sunt res materiales, & si qd intelligimus de his principiis, illud quidem intelligimus sm analogiam: licet intelligamus ea sm ordinem, qa quod propinquius est nobis, est ipse stellectus agens. & præterea fuerunt nonnulli imaginati q possibile est comprehendere essentiam suam sm veritatẽ, ita q nos esti cramur ipse, et causatum conuertatur in essentiã causę. Eodem quoq modo cõprehensionis intellectus agentis subiectum est essentia sua. & si qd intelligit de suis principiis id sm comparationẽ intelligit. et sic sequitur res de secũdo, & de tertio, donec res desinat ad primũ principium, cuius quidem proprii est nihil intelligere comparatiue. & ideo nõ intelligit aliquod stelligibile, in quo sit defectus: immo eius intellectus est præ cæteris nobilior, qa eius essentia est præstantior oibus essentiis. & ideo in eius essentia nulla est excellentia in gradu & nobilitate, immo ipse est ipia nobilitas absolute sine comparatione. Sed si id, quod intelligit cãtum de his principiis, esset idem cum eo, quod stelligit causa de seipsa, tunc nulla messet ibi diuersitas inter causam & cãtum: & nulla messet quoq pluralitas in his rebus separatis. Ex hoc ergo dicto apparet qũo potest dici q intelligũt oia, quia hoc eodem modo se habet in oibus etiam in intellectibus corpor cœlestium: & quo dicit q ipia non intelligunt ea, quæ sunt sub ipsis. Et sic soluuntur dubia præcedentia. nam sm hunc modum dicitur, q cognoscunt id, quod prouenit ab eis, cùm id, quod ordinat à sciente, inquantum est sciens, oporteat q sit scitum, vt diximus. aliter. n. procederet ab eo, sicut procedũt res naturales à seinuicem. Et p hoc dictũ acquiescent illi, qui dicunt Deũ scire res. Et per secundum dictũ tacies obmutescere eos, q dicunt q ipse non scit id, quod est sub ipso. Nã ipsi non aduertunt equiuocationem nois scientiæ, & accipiunt ipsum, ac si significaret vnam tantũ rem. & sic sequentur ex hoc duo dicta contradictoria, eo modo, quo sequuntur in propositionibus, quæ accipiũtur simplr. Et sic per hoc soluentur illæ absurditates prędictæ. Nã non est defectus illi, qui cognoscit aliquid scia perfectiori, si non sciat illud stelligibile imperfectius: immo imperfectio est quid oppositum huius. nã ille, qui non pot videre aliquid usione mala, sed videt ipsum visione perfecta, nequaq habet imperfectionem in hoc. Et istud, quod diximus, est id quod ex via Aris. vel tocior eius apparere potest, vel quod sequit ex eor via. Nam ipsi ostendunt stellectum agentem cognoscere ea quæ sunt hic, i. sub ipso, & sic de intellectibus corpor cœlestium. Et nihil differt (vt declaratum sit) siue admittamus hoc in intellectu agenti siue in eo quod est supra ipsum de pricipiis. impossibile nanq est ipsi intelligere aliqd, cũ quo non identificent, nisi eo modo, quo dixim. Ex his igitur dictis apparet qualr intelligãt hæc principia essentias suas, et id quod est extra essentias suas. Quod autẽ hæc principia sint substantiæ, nullũ habet dubium, qñ principia sunt substantiæ de necessitate. Item, cũ nomen substantiæ trãsferat ad id, quod est materiale, multo magis ad hæc, q nõ sunt materialia. Nomẽ ergo substantiæ verius dicit

Quo pacto primus intellectus intelligat.

Prima principia est substantia.

de primo

dicitur de primo principio eorum, cùm eius substantia sit causa substantiæ illorum.

De vita, & delectatione primorũ principiorum. 12. Met. 59.

VIdetur etiam hæc pricipia viuere, & delectari sua essentia: & q primũ eor viuit vita, qua nulla est pfectior, & nulla est maior oblectatio sua: quia ipsummet est ipsa lętitia tantũ, & alijs aduenit lętitia & gaudium per ipsum. Nã nomen vitę, cũ transferatur apud nos ad viliorẽ gradum apprehensionũ sensuum, multo magis transfertur nomẽ ad nobiliorẽ apprehensionem sensibilium, & nobiliora genera conceptuorum. Silr etiam delectatio cùm sit quid sequens apprehẽsionẽ, & est nobilior quanto est nobilior dignitas apprehensibilis in seipsis, et in perfeueratione apprehensionis eorum, tanto magis illa delectabuntur vere in sua apprehensione. Vnũquodq ergo præter primũ delectatẽ esse suo, & primo etiã, & lętatur in substantia sua, & in primo quoq. Primum aũt delectatur & lætatur essentia sua tantũ, & illud, quod lætatur ipso, idem lætatẽ essentia sua, & qa eius apprehensio est præ cæteris nobilior, ideo eius delectatio est maior oibus delectationibus, & licet cõcet cum reliquis in hoc q delectantur continuo, nihilominus, si eorum delectatio habet ppetuitatẽ, illud sit p eius essentiam. silr etiam aliæ res, q bus cõcant, sunt et p suam essentiam, & illis p ipsum. Et, quia in prędictis apparuit q debemus inquirere in substãtijs vnũ primum, quod est causa, ob quam insit eis pluralitas: nã quælibet pluralitas, vt ibi fuit declaratum, oportet de necessitate q habeat unitatẽ: oportet quoq vt in his substantijs detur vnũ primũ, quod est causa, vt sint plura & numerata. & hoc est vnũ ex illis, quibus põt ostendi q est necessariũ reperiri in his principijs vnũ, quod p̃cedat illa sm naturam, inquantũ sunt plura: quia excedunt vnũ aliud in specie, & qa vnum in quolibet genere est idiuisibile, nec; est pluralę in genere illius entis. & cũ pluralitas, quæ inest vnicuiq; horum separator, insit eis ex eò q intelligũt de se pluralitatẽ, vt in p̃cedenti tractatu fuit declaratum: sequitur ergo de necessitate in hoc q ipsum vnũ est indiuisibile, per id quod intelligit de seipso. & ideo nõ intelligit nisi vnam rẽ simplicẽ, s. eius essentiam, & non põt intelligere aliquã pluralitatem, nec; in essentia sua, nec; extra suam essentiã. Ipsum. n. est vnũ simplex de se: alia vero sunt vnũ p ipsum. Et quia vnitas in quolibet illorum separator fit quidem p hoc, q intelligibile in eis sit vnũ, & hoc fit eleuando illa stelligibilia pluralitate, quibus idẽtificat vnumquodq ipsor ad vnum intelligibile: sequitur ergo de necessitate q ipsa vnitas vere, & primo reperitur in ipso primo, deinde in sequentibus ipsum, postea in sequẽtibus illud per ordinem: adeo quòd huic intellectui, qui est in nobis, insit maior pluralitas intelligibilium q̃ in oibus stellectibus. Et hoc est illud vnum, de quo non cessauimus quærere in præcedenti tractatu. & hoc est illud vnum per se, quo reliquę substantiæ acquisierunt suam vnitatem.

Ab vno simplici inquantum est simplex, prouenit vnum.

Quo pacto entia ola ordinent à primo principio. 12. Meta. 62.

ET postq declaratum est id, quod attribuit ipsi primo principio, & vnicuiq entium hor separatorũ, cõueniens est consyderare qũo ordinantur à primo principio, donec desinat ordo ad ignobilius ĩ gradu quò ad esse sensibile, quæ quidẽ sunt ipsa elementa simplicia, & materia prima. Et dicamus q iam ex præcedẽtis sermone ostensum est q nobilior hor motorum est motor orbis stellarũ, & quod ipse est illis prima causa. & hoc est totũ illud, quod declaratum fuit iam ex hoc tractatu. Nos aũt, si comparationẽ faciamus ĩter illa attributa propria illi primo, videlicet ex eò quòd est vnum simplex, quod non intelligit de essentia sua aliquã pluralitatẽ, & inter actionẽ huius motoris, inuenimus q non correspondebũt sibi illa attributa. Ab ipso. n. motore oportet de necessitate q̃ procedat plus q̃ vna forma:

De motoris dependẽtia.

quia ipsemet est, q dat formam cœlo stellato, & eẽ ipsi motori orbis, q est post ipsum in gradu, seu in ordine. Ab vno tñ simplici, inquantum est simplex, prouenit vnum, qũo ergo prouenit ab eo multitudo, cũ vnum præexcellat aliud inuicẽ? Nam motor est de necessitate nobilior, q̃ cœlum (vel forma cœli:) & illa essentia, à qua prouenunt hæc duo esse, habet de necessitate partes, in qbus vna est nobilior alia. &, si hæc essentia ita se habet, s. motor cœli stellar, necessario ergo erũt causata, & habebit causam, quæ qdem est causa vt sit. sed in ipso p̃cipio bene cõueniunt illæ attributiones præcedẽtes, & q̃uãt in ipso, & illud est ipse Deus gloriosus & excelsus. Nam ponere aliud p̃cipium pus isto, eẽt de necessitate supfluũ: & natura nõ hẽt supfluum.

Sed qũo ordinent ista principia ab isto primo. Videt quòd conuenientius est, vt illud, quod est sibi propinquius, sit stelligibile simplicius & nobilius. Sed, qa nõ apparet aliquis motor nobilior motore vniuersi, ideo oportuit quòd ipse sit illud primũ, à quo procedit, de ordine tũ illius quod sequit post ipsum est cõsyderandum. qm̃ consentaneum est (ut diximus) simo necessariũ pponere nobilius. Nobilitas aũt in his vr esse ex vna quatuor rerũ, Videlicet ex velocitate motus: Aut ex magnitudine corporis mobilis maioriq ambitu: Aũt magnitudine stellar, siue multitudine earum: Quarta ex pluralitate motuum, qbus pficitur motus stellar, & paucitate eor. Nã quilibet motor, q indiget ad motionem stellæ pluribus motoribus, est, p culdubio sibi quædã implectio respectu illius, q minoribus indiget. Est aũt manifestũ q motor orbis stellar habet dignitatẽ his modis, s. qa eius motus est velectior oibus alijs motib. eius quoq corpus est p̃ cęteris magnus, mouetq; plures stellas uno motu, cõtra id, quod accidit in alijs syderibus. Sed qũo, p̃cedat ordo post ipsum, vt diximus, non vr hr̃e ueras propositiones circa hoc, nisi sm prius & conuenientius, videlicet ponere hoc ũxta consuetudinẽ expositor, s. q̃ qui sequit postea gradatim, sit motor orbis Saturni, & iterũ sic sm ordinem orbium, vt in Mathematicis fuit declaratũ. Causa aũt, ob quã nos diximus q̃ non habemus circa hoc verã viam est, qñ, si ponamus dignitatem horum motor esse propter situm orbium eor inter seinuicẽ, tunc res illæ, quæ afferunt dignitatẽ, essent inter se oppositę, cũ ambitus sit maius eo, quod ambit, inquantũ est sibi vt forma. Tamen non habebit illam dignitatẽ, q̃ prouenit ex velocitate motuũ, & pluralitate & paucitate, & magnitudine stellę, & eius paruitate. qm̃ nos inuenimus alios orbes inferiores hr̃e velociorem motum, vt orbis Solis, & Lunæ. Nisi fortasse dicat q ista velocitas sit in cõparatione ad molem, non in seipsa, & sic apparet res de Sole, q est maior planetarum, & habet tñ pauciores motus cæteris. Ex his igitur, vt diximus, non habuimus viã determinantẽ ordinem eorũ.

Dubium.

Quæret tñ aliquis, & dicet si iuxta ordinẽ vestrum posuerimus q procedat, exempli gratia ex motore Saturni anima sui orbis, & motor orbis sequentis post ipsum, & motus orbis eius pficitur pluribus motibus, q̃ vno, & quod procedit ab eo est plusq̃ vnus motor, immo prouenium, vt apparet sex, quor vnus est motor orbis sequentis ipsum, & quinq, quibus pficitur motus Saturni. sed iuxta positionem vestram sequeretur quòd non ordinarẽtur ex isto motore, nisi tres res tantũ, cùm sit in tertio gradu: oportet ergo quòd pluralitas inuenta in eius operatione sequatur de necessitate pluralitatem existentem in essentia sua, quemadmodum vnam essentiam insequitur vna tãtum actio.

Solutio.

Dicamus quòd bene sequeretur hoc, si poneremus illas res, quæ ordinantur ex hoc motore tertio, existere in eodem gradu (seu ordine) ad ipsum: sed dicimus quòd

quòd ordinãtur à motore, qui est in gradu tertio, & est scilicet motor orbis Saturni (primo ordine) tria, quorũ vnus est motor orbis sequẽtis ipsum, et secũdus est asa planetæ, & postea ordinant ex hoc motore reliqui tres ipsius motoris Saturni ordinatim etiã, scilicet secũdus à primo, & tertius à secundo. Et si tu dices, sequit ergo fm hoc, cp motor Lunæ & Solis exempli gratia, cũ in essentia horum principiorum extat pluralitas, quòd motores ordinati ex ipsis erunt iuxta pluralitatem existentem in essentia amborum, et sic Luna, exempli gratia, habebit nouem motus: & Sol si ponamus ipsum supra Lunam, & sub Venere, & Mercurio iuxta discrepantiam, quæ existit in hoc inter Mathematicos.

Et dicamus cp, si pluralitas prouenies ex vnoquocp ipsorũ oporteat nihil aliud esse, qm quod diuidat in ea ipsa essentia, est equidem verum. & ideo ex vno prouenit vnum, & non possunt ordinari ex eo duo: neq; est posse cp id, cuius essentia est diuisibilis i duo, cp ordinentur ab eo tria: & sit id, cuius essentia est diuisibilis in tria, cp ordinẽtur ab eo q̃tuor. Quòd aũ sit necessariũ cp id, quod procedit ex aliqua essentia, & quod multiplicat ex aliquo numero, quòd sit diuiditur ipsa essentia, non videtur oino: cũ sit impossibile per ea, quæ dicta sunt in præteritis, cp aliqua horũ principiorũ non habeant actionẽ. Sed cp oino operationes cuiusibet eorũ sint fm illum numerũ, in quem diuiditur eius essentia, fortasse non erit necessarium, & reducet hoc ad excessum dignitatis eorum. & si aliquod istorũ, cuius essentia est diuisibilis, fuerit nobilius, connumerabunt eius operationes in seipso. & si fuerit ignobilius, tunc eius operationes deficient a pluralitate suæ essentiæ, vel erũt minores. & non sequetur ex hoc illud falsum, quod sequit ex processu pluralitatis operationũ ab vna essentia, aut quod ordinetur ex aliqua essentia plurificata, aliqua pluralitas præcitor essentia pluralitatis existẽtis in essentia causæ. Conuenit ergo in ordine harũ substantiarum obseruare modũ ordinis vnius ab alia: & non continget illa fallitas, à qua fugimus, s. cp ex vno nõ ordinetur vnũ: immo causa huius opinionis est oppositũ, videlicet cp, cũ fuerit certificatum cp ex vno non ordinatur nisi vnum tantũ, existimatur cp hæc propositio conuertitur, s. quod una actio non prouenit nisi ex vno tantum, et dualitas ordinetur à duobus tm̃. Verũ est tm̃, cp ex vnitate non ordinatur nisi vnum tm̃, & ex dualitate non ordinatur nisi dualitas, aut minus. quod autem dualitas ordinetur oino ex dualitate, hoc nõ est necessarium. Ista est via posteriorum Philosophorum Arabum, vt Alfarabij, & aliorũ. et põt arbitrari quod sit via Themistij ex põribus, & Platonis, sed illud, qđ narraut, ẽ fortior declaratio, quã attulerũt i hãc sniam.

Habet tamen dubiũ. nam, cũ dicimus quod ex vno non ordinatur nisi vnũ, est verum de agẽte, inquantũ est agens tm̃, non inquãtum est forma & finis: quia forma & finis dicuñ agẽtia quodam modo similitudinis. Sed quæsitum proprij huius rei est, vt dicamus vtrũ sit possibile, quòd ex vno simplici ordinetur plusquam vnum, & perficiatur per ipsum plusquam vnum. & si hoc est impossibile, tunc petitio est vera. & si est possibile, tunc est manis. de hoc tm̃ iam alibi fuimus locuti.

De ordine inter motores.

Ponamus autem rem ordinatim sic. Ex primo principio ordinatur motor orbis stellarum. & ex motore orbis stellarum ordinatur forma orbis stellarũ, & motor orbis Saturni. & ex motore orbis Saturni ordinãt asa planetæ, & motor orbis Iouis, & vnus motor tantum ex motoribus, quibus perficit motus planetæ Saturni. & ex hoc motore ordinañ reliqua tria mobilia ipsius motus huius planetæ ordinatim etiam. mox ex motore orbis Iouis ordinantur quoq; tria, s. motor orbis Martis, et anima orbis eius, et tertius motor, à quo ordinãtur reliqui motores, quibus perficiunt motũ eius fm ordinem secundi à primo, & quarti à tertio, & sic potes imaginari rem in oibus. iste tm̃ ordo non habet iudicium decisiuum, sed fm prius et consuetius. Possumus tm̃ opinari cp motor Solis ordinatur à motore orbis stellarũ, & postea ordinatur ex motore Solis motor Saturni, deinde isto modo fm ordinem vsq; ad motorem orbis Lunæ. & huius ordinis, quẽ diximus, affert testimonium id, quod apparet ex peragratione planetarũ in comparatione ad Solem, & quod seruant semp in velocitate & tarditate terminatas distantias, & præsertim Venus & Mercurius. Nam motus horũ duoũ orbium terentium ipsos sunt æquales motui Solis. & Luna quoq; videt peragrari peragrationẽ æqualem apud coniunctionem, & in oppositione apud quadratum. & hoc herele inuenit in illis tribus rebus. & ideo non est longinquum (vt diximus) quòd Sol sit nobilior oibus, & eius motor associetur in gradu orbis stellarum fixarum, tandẽ (vt diximus) non habemus propositiones, quibus possimus adipisci ordinem eorũ per veram viã. Intellectus aũt agens ordinatur ex vltimo horum in ordine. & ponamus ipsum esse motorẽ orbis Lunæ. Elementa vero sunt de necessitate causata à magno motu. & hoc tam in libro de Cœlo & mundo fuit declaratum. ibi. n. fuit dictum cp de natura motus est generare calorem, & ad esse caloris sequit leuitas, quæ est forma ignis, & ad priuationẽ motus sequit oppositum, s. grauitas. & propterea desinit ignis i concauo corporis sphæricti: & firmatur terra in medio eius remotionẽ à motu ipsius ambientis: & simplicia, q̃ sunt iter ignem, et terram, s. aqua et aer, habẽt vtrãq; dispositionem, videlicet grauitatem & leuitatẽ, s. grauitatẽ respectu superioris, & leuitatem respectu inferioris. Tandem, cũ corpora simplicia habeant esse ex eo, quòd sunt contraria: & nihil aliud sit, quod efficiat cõtrarietatem eorum, q̃ motus corporis sphæricti: necessario ergo corpus circulare est eorũ agens, & conseruans. Neq; habet tm̃ istas duas proportiones ad ipsa, imo se habet ad ipsa, vt forma, & ipsa sunt vt materia ad ipsum. Inferius ergo ipsorũ perficitur à superiori, donec sint ofa perfecta p vltimum corporis circularis. & hoc tã in libro de Cœlo & mundo fuit declaratũ. Item corpus circulare, prout est sphæricum, impoñ est quin habeat corpus, super quod reuoluat, quod est centrũ. et illud, quod ita se habet ad corpus cœleste, est ipsa terra, & inuenta terra inuenti reliqua elemẽta. Necessario ergo sunt elementa, qa & corpora cœlestia inuenta sunt, quẽadmodum de necessitate sunt lateres, & pariẽtes ex forma domus. Et postq̃ hoc est ita, sequit cp corpus cœleste est causa vt elementa inueniant per hoc, quod est conseruans, & agẽs, atq; forma & finis. De similibus aũt partibus tam fuit ostensum in scia Naturali cp non est opus reddere alias causas propinquas præter elementa, & motũ corporũ cœlestium etiam. Et apud Aristo. quoq; sunt aliqua corpora mixta asata, propter corpora cœlestia. & ideo dicit Arist. cp Sol & hõ generant hoiem. & causa apud me est, quia individuum gñatur ab individuo, sicut ipsum. & cũ illa corpora sint viua, adhibent vitã rebus istis inferioribus: qa nihil potest mouere materiã ad perfectionẽ asatam, nisi illud corpus, quod est naturaliter asatum. nam, si aliquid præstat vtilitatem alicui rei, id facit, qa habet ipsum in se. Aristoteles aũt non ponit in scientia Naturali principiũ aliquod separatum, quod sit intellectus, nisi in intellectu humano, & in motu corporum cœlestium. In humano quidẽ intellectu cũ intellectus materialis nõ sit mixtus, neq; est ibi materia, ita cp oporteat ipsum transmutari ab aliquo corpe: in corporibus vero cœlestibus, propterea quia perdurant in infinitum.

De ordine intellectus agentis. vbi depẽdẽtia, ac ordie elemẽtorũ.

Et si

Quo pacto detur principiũ extrinsecũ in generatione rerum.

Et si ita est, vt narratimus, sermo ergo in scia illa cogit nos ponere principiũ extrinsecũ ad esse plantarũ & asalũ. qm̃ nos videmus ipsa habere potẽtias, q̃ hũt operationes determinatas, q̃bus agũt ad aliquẽ finẽ, vt aia nutritiua. & ideo nõ possunt attribui elementis. Neq; possunt etiã attribui i esse suo ad individuũ generatum, cũ individuũ põstat hmusemodi res, videlicet vel materiã recipientẽ, vel organũ, vt res se habet de spermate & sanguine menstruo. & hoc totũ iam in scia Naturali fuit declaratũ. Sed, si res cõsyderetur in hac scia, videt cp id, quo hę res sunt intellectę, impoñ est cp generetur ex forma materiali individuali, inq̃tũ est individualis. Nã, si de natura formæ materialis esset generare formã in materia inquantũ est materialis, ergo nõ posset illud attribui formę separatę: sed tam fuit ostẽsum cp formæ separatę generãt formas in materia: ergo necesse est qđ nõ generẽt ipsas formæ materiales. Inde etiã est necesse fariũ, eò qa res materialis individualis generat rẽ individualẽ sicut est ipsa: sed forma intelligibilis generata nõ videt esse res individualis: quapp oportet vt intellectus agẽs fit dator formarũ corporũ simplicium, & aliorũ, generans igit per se ipsius individui est individuum sicut ipsum. & ideo dicit Arist. cp Sol & homo generãt hoiem. Individuũ aũt generat per se. sed forma generatur per accidẽs. et ideo apparet cp eius generãs est aliud ab individuo. individuum ergo hois, quod generatur perse, generatur à Sole individuo, & ab homine individuo. illud vero, quod generatur per accidens, & est ipsa humanitas, generatur ab ipsa humanitate expoliata à materia. Iste inquã est sermo inter viam Arist. & viã Platonis de hoc, s. cp forma sit agens. et retinet ipsum, quoniam hoc modo tollentur reliquæ falsitates.

De necessitate materię primæ.

Si ergo ita est, vt narratimus, & ostẽsum fuit quod corpora cœlestia sunt causa, vt elementa habeant esse, & quot modis sint eorum causę: sequitur ergo quod formę elementorum sunt causa propinqua vt sit materia prima, quæ est cõmunis eis. & hoc per modum formę & finis tantum. nam impossibile est comprehẽdere de causis materiæ primæ nisi istas duas causas tm̃. quonũ agens ideo est ita aliqd, quia præstat essentiam suam, quæ videtur esse eius forma. & materia prima non est essentia formę, cp habeat agens. Neque potest comprehẽdi de ea alia materia, qa ipsa est prima. Potest adhuc materia aliter cõprehẽdi cp sit causa, videlicet quia cũ materia dicatur de ipsa et de materijs corporum cœlestiũ, fm quendam modum analogiæ, scilicet secũdum prius & posterius, & in his, quæ ita se habent, illud prius est causa vt sit posterius: sic igitur materia co. porũ cœlestium erit causa vt ista materia sit, & formę corporum cœlestiũ tantum sunt causa, vt materię ipsorum sint. Et necessitas huius ordinis eorum intelligatur hoc modo, s. cp, cũ illa sint abstracta, oportet oino ratione sui esse perfecti vt procedãt ab eis alia entia. & cũ formę aliquorũ horũ entiũ impoñ est quin habeãt subiectũ, ideo tuit necesse vt reperiat subiectũ. Istæ aũt formę hũt materiã pp necessitatẽ, sed esse earũ in seipsis est nobilitatis gratia, s. cp necessario est meliꝰ cp aię corporũ sphæricorũ sint q̃ cp nõ sint. Et p hoc sol qui illud, qđ solet dubitari de esse istarũ formarũ, q̃ sunt hic. Põt nãq; aliqs dicere, cũ habeant esse in rebus separatis fm esse nobilius, cur igit muentiũtur post hoc fm ignobilius. Sed dicet aliqs cp finis intẽtus fuit rõne materię, & sic erit nobilius pp ignobile. Nos aũt dicamus cp hmusemodi esse earũ est ex necessitate ipsius esse secũdũ. esse nãq; nobilius est q̃ nõ esse. & ideo hũt esse imperfectius: & earũ esse imperfectũ est nobilioris rei gratia respectu priuationis earum. Sũt autem imperfectæ secundum esse, & formę in materijs propter necessitatẽ: quia impossibile est cp reperiãtur perfectiõri modo. &

Cur ãlia vegetatiua & vitalia reperiantur plures species q̃ de alijs.

quemadmodũ est nobis nobilius cũ peruenerimus ad vltimam perfectionem, cp nuemus alios de illa perfectione quantum est possibile, sic se habent principia separata ad esse corporũ cœlestium ab ipsis. Sed formæ quatuor corporum, s. elementorũ, sunt qdem propter necessitatem, scilicet ppter esse formæ corporum iphẽricorum, sunt quoq; in materia necessitatis gratia, ac si cõiungatur in eis necessitas duobus modis. vno modo, ex eq̃ sunt: secundo ex eo cp sunt in materia. Et causa horũ duorũ necessariorũ in eis est esse corporum iphericorum. Nã necessitas, quæ facit ipsas esse, est esse corporũ sphæricorũ: et ipsas cẽ in materns est esse corporum sphæricorũ in subiecto. Formę vero aduenientes post mixtionem elementorũ & eorum contẽperaturã, ficuę sunt formę vegetabilũ: & forma hominis, habent sufficere in se propter aiam rationalem: & aia rationalis pp nobilius, sicut res se habet in corporibus cœlestibus. Et ideo videt cp horum entiũ, s. inferiorum, illud, quod est ppinquius in dignitate ad corpora cœlestia, est ignobilius, nam est valuti medium inter esse æternũ, & gñabile corruptibile. Aia quoq; rõnalis, si in materia propter necessitatẽ. & proportio aiæ rõnalis hic ad id, quod est de formis subiecta, est, pportio ipsius rõnalis ad intellectũ adeptũ, & pportio sensitiuę ad rõnalem est proportio materię. & similiter proportio materiæ ad sensitiuã, & proportio similarũ partium ad nutritiuã est proportio materiæ ẽt ad nutritiuã, & est. n. eadẽmet proportio formarũ similarũ partiũ ad elementa hois. Hõ ergo est id, quo cõiungit esse sensibile cũ intelligibili, & propterea ptecit Deus gloriosus in tpio istud esse sensibile, cui euenit imperfectio pp eius distantiã ab ipso. Sed cur de aia vegetatiua & vitali reperiantur plures species q̃ de alijs, videt cp talis pluralitas sit propter nobilitatẽ, & in qbusdã earũ videt cp imperpropter hoiem, aut aliqui earum pp aliquas alias, in qbusdam tm̃ nõ apparet hoc, vt in aialibus hoiam herbibus & plãtarum veneficarũ. & ideo ostendet potẽtia cp maior pars horũ entium, q̃ inter se vnũ aliud corũpit, sit quodãmodo per accidẽs, & pp necessitatem materię, vt Scorpionęs, & cætera venefica, quod autẽ apparet ex eis est cp corrũpũt id, quod si nõ est nobilius ipsis, non est tm̃ ignobilius. & hoc fuit ex necessitate. Ex hoc ergo dicto iã declaratũ est quo pacto res à ieiunio vna ab alia habeãt esse, & proportio vnius ad aliam in perfectione: & cp perfectiones omnium referuntur ad primam perfectionem: & cp de necessitate suum esse est causatum ab esse primi.

De cura superiorũ circa hæc inferiora.

COnuenit ergo consyderare nunc de cura eorũ, quę sunt hic, s. q̃ sub orbe Lunæ, et prędemus in hoc tuxta itas radices prętuppositas. Et dicamus cp esse harũ rerum inferiorũ, vt earũ perpetuitas cõseruet in specie, hoc quidẽ est qd intentũ de necessitate, cuius rei efficiens non põt esse casus, vt plures Antiquorũ fuerũt opinati, et hoc apparet, si consyderet conuenientia motuũ cœlestiũ corporum cũ esse cuiuslibet rei, q̃ hic generat, & eius cõseruatione, et hoc euidẽtius apparet in Sole, deinde in Luna. Nã de Sole apparet hoc, cp si esset maior q̃ est, & eius locus propinquior, interpeteret gñatarũ & asalium pp vehementẽ calorẽ. et similiter, si eius corpus esset minus, aut remotius, ita remiteret prę vehementia frigiditate, cuius rei veritas haberi põt ex hoc, cp id, quo Sol efficit calorẽ, est eius motus, aut reflexio radiorũ eius, & ex locis inhabitabilibus præ nimia caliditate, & forti frigiditate apparet quoq; cura, in eius circulo obliquo manifeste. Nam, si nõ haberet circulũ obliquũ, tunc nõ fieret hic æstas, nec ver, neque autũnus, atq; hiems. Est aũt manifestum cp hæc ipsa sunt necessaria ad esse spectorum vegetabilium & ipsa cura in motu diurno est euidentissima. Nam, si non

De Sole.

esset motus diurnus, non esset etiam dies neque nox: & tunc medietas anni esset nox, & alia medietas dies: & sic res perirent eo tempore, siue in die propter fortem calorē, siue in nocte prę vehementi frigore. Lunę quoq; affectus cognoscitur, & ostēditur in generatione pluuiarū, & maturatione fructuum. Est quoq; manifestum quòd si esset maior, aut minor, aut propinquior, vel remotior, aut ꝙ eius lumen non influeretur à Sole, tunc nō efficeret huiusmodi actionem. & si non haberet ēt circulū obliquū, non faceret diuersas operationes in diuersis tpibus. et ꝓpterea calefiūt noctes tpe frigoris, & infrigidant in tempore caloris. Causa aūt, ob quā calefiūt in tpe frigoris est, qa eius situs ad nos, tūc est sicut situs Solis in tpe caloris, cū sit propinqior ad zenit capitis nostri, qa eius circulus est magis obliquus. sed in tpe caloris res oppositio modo se habet, vi delicet ꝙ eius occultatio, & eius apparitio erit ex latere meridiei, qa ipsa semp apparet in parte opposita Solis. & si Sol fuerit in meridie, ipsa apparebit in septētrione, & occultabit in meridie. & cū Sol est in septētriōe, res ecōuerso se habet, videlicet ꝙ apparebit ipsa in meridie, & occultabit in septētrione. & ideo infrigidat tūc, cū ea hora recipiat radios solares in ꝑte meridiei. Et similiter ēt id, quod apparet de suis pagrationibus equalibus in distātis determinatis à Sole, nō debemus arbitrari ꝙ sit ꝓter cura de rebus, quæ sunt hic. & quēad modū diximus de Sole, & Luna itidē debemus credere de reliqs planetis, & de eorū circulis, & de pagrationibus eorū æqualibus in distātijs determinatis à Sole. Et ideo dicit Arist. ꝙ eorū peragratio est in pagrationem Solis. Quod quidē ideo dixit, qa apparet ꝙ sequuntur motū eius, & conantur similari sibi. Nos aūt, licet non ꝑcipiamus sensu multa, ꝑdicta ex motibus eorum exitu centri eorū, & rectitudine reuerſioneq;, sentētiamus tū vera determinatione quòd hoc prouenit ex cura, quæ habeſ de rebus, quæ sunt hic. Nāe si cū hoc est quid difficile, cū indigeat lōgo exptmēto, respectu cuius nostra vita humana est breuis. Et ꝓpterea oportet nos recipe hoc ab Astronomis, s. pegrinationes eorū & situ. & hoc iuxta id, quod pōt haberi ab ipsis de varietatibus horū altrorum, t. illud, de quo pōt haberi notitia per longū aspectū. Et possibile est ēt ꝙ sydera faciant hoc, sed ob nobilitatē horū corporū cœlestium, vt diximus sæpissime, non videē nobis ꝙ cura de inferioribus sibi sit ex prima intētione. Aliter. n. sequeretur ꝙ res æternæ essent corruptibilū gratia, & nobile propter ignobile. Verūtū, quia curāt de his hoc mō, ideo nō possumus dicere ꝙ ignorēt ea, q̄ sunt hic: cūm opationes cognoscētis inquantū est cognoscēs, sint cognitæ. tū eorum scia est eo mō, quo declarauimus. Et, quia rectitudinē vel iustitiā motuū ipsorum acquisierunt per id, quod intellexerunt de essentia suorū principiorum: eorū aūt principia acqsiuerunt illud à primo præcipto, quod est Deus gloriosus & excelsus: ergo prima cura de nobis est a Deo glorioso. et ipse est causa loci habitabilis sup terrā. & quicqd inuenitur hic de eo, quod est bonū perfectū, prouenit quidē à voluntate et intentione sua: sed pueniunt mala ꝓp necessitatē materiæ, sicut corruptio, & debilitas seu tabes, & cætera alia. Quod quidē ideo fuit, qa cū hoc esse nō possit inueniri nisi vno duorū modorū, videlicet vel ꝙ non inueniant istæ res, quę patiunt malum, & sic hoc erit magis malū: vel ꝙ inueniant isto modo, cū eorum esse sit impossibile aliter se habere. vt exēpli gratia ignis, cuius tuuamētum in mundo est satis notū, & tū accidit ei per accidēs ꝙ corrumpat multa vegetabilia, & animalia. Aspice autem in cura de animalibus, quo pacto imposuit eis sensum tactus: qa hoc est eis possibile, iuxta eorum naturā, adeo ꝙ per ipsum auſugiūt sensibilia corruptiua ipsorum. idēirdem tribuit vnicuiq; generi animatorū id, quo custodiatur eius esse à rebus insistentibus ipsum. & hoc ēt iuxta id, quod est de natura illius animalis recipere de ea re, & hoc ēt est vnum, ex qbus apparet ꝙ datur cura de his rebus. Et propterea si tu cōsiderabis multas res horum aīalium, videbis ꝙ est impossibile ꝙ inueniant, nisi ponantur illæ res, quibus cōseruatur suū esse. & id, in quo magis apparet hoc, est homo. si. n. non esset intellectus, nō posset ipse reperiri aliquo tēpore. Hinc apparet ꝙ illa principia sciūt mala, quæ sunt hic eo modo quo sunt: & ꝙ non ꝓuenit eorum cura tantū ad hoc, ꝙ præstent nobis esse: sed res etiā, quibus cōseruemus esse nostrū ab eo, quod habet conſeruare nos. Et Alexander dicit ꝙ qui dicit ꝙ illa habent curā de omnibus singularibus, est dictū valde et ironicum, vt quidā putabant. nā cura ab eis fiet ex eo ꝙ sciunt, vt prædictū fuit. quo pacto ergo poterunt habere nouas notitias particulares, maxime ꝙ erunt infinitæ: & quo ita dicit, attribuit Deo impietatem etiā de necessitate. nā si ipse, ꝓcedet via regitiua vniuersitatis induiduī, qualiter ergo patitur induiduū mala, dum Deus regit ipsum? Intelligo aūt per genera malorū hic id, quod est possibile nō fuit in ipsum. mala. n. necessaria, si accidant in aliquo induiduo, non debet aliqs dicere ꝙ hoc non sit a Deo. Sed maior pars illorum, qui credunt hanc opinionem de cura, putant tribuere sibi possibilitatē: quoniam oia sunt possibilia apud Deum. & ideo oportet secundū ipsos de necessitate attribuere ei impietatē vel iniustitiam. Quòd autem sit impossibile omnia esse possibilia est manifestissimum. Nam impossibile est corruptibile esse perpetuū, & ipsum æternum esse corruptibile. quemadmodum est impossibile triangulū habere angulos æquales quatuor rectis, neque ꝙ colores euadāt sont. Tractare autem de hoc nocet in scientia humana valde. Qui aūt dicit in huius rei ratione ꝙ eius operationibus non potest attribui iniustitia, sed bonū & malū attributio est eadem, est dictum extraneum valde à natura hominis, & remotum à natura entis, quod est in vltimo bonitatis. Nam non datur aliquòd bonū per se, sed ex suppositione: neque aliquod malum de se, imo malum poterit esse vel euadere bonum, & bonum malum. & nulla dabitur veritas, adeo quòd magnificare primum, et inseruire et erit bonum ex positione. & sic erit possibile ꝙ sit bonum dimittere inseruire sibi, & declinare à credulitate magnificandi ipsum. Et omnes istæ opiniones videnī esse similes opinionibus Pythagoræ. nos autem explebimus declarare quid enorme contineat, quem redarguemus in tractatu illo post istum cū auxilio Dei gloriosi.

De Luna.

An superiora curam habeant ipsorū singularium: & præcipue Deus.

Impossibile est oia cē possibilia.

Epitomes Auerrois in Librum Metaphysicæ finis.

SEQVENTIS THEOPHRASTI LIBRI RECOGNITIO.

Libellum hunc Andronicus, & Hermippus non agnoscunt. nec enim prorsus de eo mentionem fecere, in librorum Theophrasti descriptione. At Nicolaus (is enim ex Suda creditur è Damascenorum urbe Philosophus Peripateticus, Herodi tudæorum Regi, Augustoq; Cæsari familiaris) in speculatione τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Aristotelis, eius meminit, Theophrastiq; esse asserit. Sunt autem paucæ quædam in eo præmiæ tractatus vniuersi dubitationes.

Theophrasti

THEOPHRASTI METAPHYSICORVM LIBER.

Caput Primum. Dubitationes, quo pacto se habeant intelligibilia cum naturalibus, & quæ sint ipsa intelligibilia.



QVo pacto, ac qbus eam, quæ de primis est, speculationem determiare oportet? Etenim ea, quæ naturæ est, plurifida, vel (quemadmodum qdam aiūt) ordinata minus existit, mutationes subiēs omnimodas. At quæ circa prima versat finita est, & circa eadē semp. Quamobrē in intelligibilibus quoq;, quæ sensui puta nō sunt, ipsam ponūr, vtpote motu, mutationeq; priuatis: atque in summa honorabiliorē, maiorēq; eā esse existimāt. Sit igit initium, vtrū consensum quendam, ac mutuā veluti societatē cum naturalibus intelligibilia habeāt: an nullā, sed tanquā seiuncta vtraq;, ad oēm quidē substantiā quodam modo sese adiuuent. Rōni profecto magis consentaneū existit, propinqtatem quandā inesse, & non peregrina fateri oia, sed verbi gratia, aliqua quidē esse priora, aliqua vero posteriora, nōnulla aūt principia, quædā sub principijs collocata, quēadmodum & æterna ad ea, quæ corruptioni obnoxia sunt, se habere videntur. Si igit res ita habeat, quænā ipsorum, & in quibus erit natura? Quippe si solis sint mathematicis intelligibilia, vt nonnulli aiunt, neq; admodū insignis cū sensibilibus, neq; prorsus idonea esse videbit cognatio cuiusq;: vtpote quæ profecto excogitata sunt. Esse aūt videnī, nobis figuras, formasq;, ac rationes accōmodātibus. At hæc ꝓ nulla nullam nacta sunt naturā. Si vero nō, fieri negt, vt sic cū ijs, quę natura cōstant, cōspirēt, vt illis tanquam vitā, ac mouendi facultatē suggerant. Sed ne numerus qdem ipse hoc prestare possit: quem ēt primū atq; maxime principē quidam faciunt. Est aūt alia quædā, quæ prior, ac præstantior est, subsitātia, de qua differere tenūdū est, sit ne vna aut numero, aut specie, aut genere. Erit igit oppido q̄ rationabile, eā, quæ principij naturam sortita est, in paucis esse, si abūdātibus insit, nisi & in primis, & eo, qđ primum est, collocata sit. Quænam ergo sit hæc, quisq; plures ipsi quoquo modo demōstrare conandū est, siue ꝓportione, siue similitudine alia. Forsitan aūt potestate quadam atq; alioqui excessu, pinde atq; Deus, accipi debet. Diuinum sigdem oium principium existit, per quod & sunt, & pmanēt vniuersa. Hoc itaq; modo assignare forte erit perfacile. at velocius, vel adsuadendū aptius, difficile. Cū autem principiū sit hmōi, quod cū sensibilibus affinitatē habeat: natura vero (vt simpliciter dicā) in motu persistat, quod & illi proprium existit: manifestum est ipsum cōstitui debere motus causam. At cū per se immobile habeatur, cōstat ipsum nō esse causam, vt quæ à natura sunt, moueanī: sed hoc alij cuidā meliori, ac priori relinquendū est potestati: qualis est illius ipsius, quod expetit, natura, à qua circularis, cōtinua, et irreqeta latio prouenit. Quapropter fm hoc haudquaquā motus eē principiū resoluamus oportet: aut si sit, cū mouetur, mouebit. Sed hactenus qdem veluti perfecta ratio, quæ oium vnū facit principium; actū assignans, & substantiā, atq; ēt quantitatem aliquā dicēs, verū ad meliorem quandā, diuinioremq; attollens particulā: sic. n. alligare potius oportet, q̄ id, quod sectionem, partiūq; distractionē recipit, auferre. Nā eminentiore simul, atq; vera magis fulcitur ratione ita loquentium sententia.

Caput Secundū. Dubitationes, de desyderio superiorum ac inferiorum rerū. et an inferiora sint cœli pars, et quo pacto. et an circularis latio sit de cœli substantia.

QVod aūt consequens est de desyderio, quale nā sit, & quorū, iā fuisse indiget sermone: quippe cūm multa sint ea, quæ in gyrū ferunī, & lationes quōdāmodo cōtrariorū, & vanū, & cuius gratia incertū est. Ejenim siue vnum est, quod mouet, non oia idē principiū mouere, erit absurdū. Siue ꝑm vnūquodq; aliud, atq; diuersum, & principia quoq; plura. Quamobrē ipsorum cōcordia ad optimā tendentiū expetitionē, nequaquā esse cōstabit. Quò aūt ad sphæraram pluralitatē, de causa maiorē requirit sermonē. Nec. n. iste Astrologorū est. Dubiū ēt est, quo pacto cū naturali habitu predita sint, non qetē, sed motū sectenī. Cur igit simul per imitationē illud pari mō dicunt, & q vnū, & qui numeros aūt. Ipsi. n. numeros id vnū esse ingunt. Iā desyderiū, ꝑsertim indeterminatæ rei, cū aīa existit. nisi qs similitudine, ac differētia, q̄ mouenī, aīata dicat. simul aūt aia, et motus esse videt. Siquidē vita ineſt habentibus: à qua appetit? quoq;, q circa vnūquodq; est, tanq; per alia patiant, aiam tū obtinent. Quòd si igit motus circularis causa prima sit, nō erit vtiq; optimi, qppe cùm is, qui animæ est, ꝑstantior sit. Primus aūt est vel maxime, q cogitatiōis est, à qua appetētia quoq; existit. At hoc forte qspiā interrogabit, quā ob causam solū q̄ circulo mouenī desyderio afficiantur, eorūve vero, q̄ circa medium, nullū; quāq; & ipsa mobilia sunt. An ꝙ impotēs sit, aut per

transire nequeat id, quod primum est. At si propter imbecillitatem, hoc sane erit absurdum. Robustius nāque ipsum quispiam existimauerit Ioue Homerico, qui ait.

» Ipse egdē à tra traherē, & pōto quoq; ab ipo.

Vtrū inferiora sint cœli partes: & quomodo.

Quare reliquū est, vt tanq; incōprehensibile quippiā, atq; minime cōpositū sit. Forsitan autē rogabit prius aliqs, quo mō se habeant. Vtrū cœli ne partes hæc sint, an nō. Et si partes, quo pacto partes. Nā nūc non ſm regiones modo, verūetiam ſm actionē à nobilissimis quasi abiecta videnī: siquidē circularis latio hmōi est. Contingit. n. veluti per accidens ex ea, q̄ in gyrū fit, latione, tū ad locum, tū inuicē fieri mutatiōes.. Quòd si & optimo melius esset aliqd, circulari motu à primo (nisi recipiendi vetaret impotētia) indigeret. qūqui dē quod primū est, ac diuinissimū, q̄ optima sunt, vult oia. id aūt forte excedēs aliqd, & inuestigabile existit. Arbitrat sane q hoc dicit, similia esse oia, & i optimis tenuē aliquā esse, aut nullā habere differentiā. Sed forte qspiā hoc addubitauerit ad ipsum primū cœlū retens, vtrū circularis latio de ipsius substantia sit: & si à qete habita, statim in corruptionem labereī, an cupidine q̄dā, atq; appetentia per accidens. nisi illa vtiq; appetēdi facultas ei cō genita sit, nihilq; phibeat talia q̄dā esse entia. Sed forsitan eū, qui talē appetitū detraxit, de ipsa latiōe ambigere cōtinget, si sublata cœlū corrūperet. Atq; hoc qdē, q̄si ad alios sermones ptinere videt. Verum hoc ipsum de hac, aut de his principijs quispiam existimabit.

An latio sit de rebus substantia.

Caput Tertium. Narrantur opiniones multæ circa rerum principia.

FOrtassis aūt post, alia ptinus assignare, q̄ ordine sequunt pricipia, atq; i eo, qd' anteceſſit, subsistere nō oportere qspiā affirmabit. Hoc. n. est ptecti, sapiētisq; viri. quo pacto Eurytū calculos quosdā disponētē aliqn Archytas pdidit facere, dicereq; hūc esse hois, illū vero cuiusuis alius numerū. Nūc vero multi, aliq̄tenus pgressi, qescūt, quēadmodū q & vnū, & idefinitā dualitatē ponūt. Nūeros. n. planaq;, et corpa cū creauerit, reliq̄ penè omittūt, pauxillū attingētes: & hoc tm̄ declarātes, q̄ alia qdē ab ideterminata dualitate, pficiscūtur, vt locus, inane, infinitū: alia vero à numeris, & vno, vt aia, & alia q̄dā. tēpus aūt simul, & cœlū, & alia quoq; cōplura negligūt; nec vlā postea de cœlo, ac reliqs faciūt mētionē. Patri mō Speusippi discipuli, nō aūt aliorū vllus, pretereq; Xenocrates. qppe q oia quodā mō mūdo similiter accōmodat, sensibilia, itelligibilia, mathematica, itē & diuia. Conat quoq; Estiæus vsq; aliqd (nō quēadmodū dictū est) de primis solū differere. Plato aūt, dū ad principia rediit, alia quoq; tāgere videt, ad ideas ea referēs: istas vero ad numeros: ex his autē ad. principia: deinde p gnationē, vsq; ad ea q̄ dicta sunt. Alij aūt ad principia solū. Nonnulli vero & veritatē in his esse. entia. n. circa principia tm̄ esse. At secus hic atq; in alijs accidit disciplinis. In illis. n, quæ post principia sunt, robur maius obtinēt: atq; interea, quæ in illis sunt sciētijs, veluti perfectiora solent haberi. Forte aūt & hoc rationabiliter. nā ibi principiorū, in reliqs vero à principijs quæstio est.

Caput Quartum. Dubitatio, an principia informia sint, uel formam adepta.

SEd forte ambiget aliqs, quonā pacto, & qualia supponi pricipia oporteat, vtrum ne informia & veluti potēna solū existentia, vt q ignē & terrā principia faciebant, an formā adepta, quasi maxime foret opus, vt finita essent, quēadmodū in Timæo ingt. Etenim ordo, atq; finitio, rebus per quā excellētibus maxime familiaria sunt. Videt aūt hoc in reliquis quoq;, vt Grāmatica, Musica, Mathematicisq;, ad hunc ferè modū se habere. Consequūtur ēt q̄ post principia sunt. itē & q̄ ſm artes, q̄ qdē naturā sibi imitant, & instrā, & alia ſm principia. Alij igit oia admodū formalia putāt principia. alij vero materialia tm̄. nonnulli vtrūq;, & formalia admodū, & materialia, tāq; in ambobus pfectio cōtineat: quippe qui ex cōtrarijs substātiā oēm fieri dicāt. Absonum autē & illis quoq; videat, si totū cœlū, & singulę ei⁹ ptes, atq; vniuersę, ordine, rōne, formis, viribus, circuitionibus pditę forēt, ipsis vero pricipijs tale ineſſet nihil: sed vt caro eorū, q̄ temere cōfusa sunt (optimus ingt Heraclit⁹) sese mūdus haberet. Atq; ſm minima (vt ita dixerim) accipiūt pinde atq; inanimis. Definita nāq; singulorum natura est, vt ita dicā, quāuis temere facta sint: pricipia vero indeterminata. Rursum, id quoq; haud facile in oibus, & in aialibus, & plātis, atq; i ipsa bulla, ad id, cuius gra sunt, pariter reducere, singulasq; rōnes adhibere, nisi altorum ordine, mutatiōeq; oigenas, ac varias eorū, q̄ tum in aere, tū in terra gignunt, formas fieri cōtigat. quorū maximū quoddā exēplum nōnulli faciunt, ea, q̄ circa anni tpa fiunt, in gbus aialiū, plantarū, & fructuū, veluti pducente ea Sole, gnationes apparēt. Atq; hęc qdē hoc in loco cōtēplādo, inuestigant exiguā libationē, quæ ordinis cōstitutionē ad quantitatē vsq; repetit. Cur itē magis fieri neq̄at i deter⁹ trāsitus.

Caput Quintū. Dubitatio circa principiorum motum & quietem.

IN principijs aūt, vnde prima quoq; cœpit oro, de qete merito aliqs dubitauerit. Nā si ea, vt pstātius aliqd sit, i pricipijs collocabit.

sin vero

sin vero vti q̄dā segnities, atq; mot⁹ priuatio, minime. verū si actionē esse fateat, cōtra, tāq; prior, ac honorabilior est existimāda: motus vero i sensibilib⁹. Cū aūt hoc pp illud qescat, fieri neq̄t, vt id, qd' mouēs est, semp moueat. Non. n. fuerit periculū, qd' primū est, neq; rationis specie habere, neq; alioqui fide dignū esse, sed maiorem quandā causam quærit. At qd' mouet, ab eo, qd' mouetur, diuersum non esse pp actionē, & passionē quodāmodo sensus acclamare videt ceu possibile. Sed est, qui ad ipsam mentē, Deumq; referat. Absonū autē est aliud quoq; dictū, illa nō moueri, q̄ eius, qd' qescit, appetitu ducunt, siquidē ipsa alia sequerētur entia. Verūenimuero forsitā nō sic accipi debet, vt ad id, quod impers est reducamus, sed vt q̄ maxime sibi cōsonū, perfectūq; sit, veluti ciuitas, aut aīal, aut gduis aliud eorū, quæ in partes secari possunt, aut etiā oīno cœlum, quod sanè aiunt esse perfectissimum.

Caput Sextum. Dubitatio, quo pacto entium diuisio in materiam & formam fiat.

CÆterum aliquē & talia quoq; sermonē postulāt, quo pacto in materiā, atq; formā entiū partitio fiat. sit ne alterū qdē ens, alterū vero nō ens, potentia aūt vnū, & ad actū reductū: aut vnū qdē, sed indeterminatū ens, eo, quo in artibus modo. Generatio aūt, quæ ipsorū qdem essentia, est scdm rōnes formari. sed ita quidē ad id, qd' pstantius est, forte fieret trāsitio. Ipsum autē esse, p eā esse nihilominus verū fuerit. nō enim esset, ipsa nō existēte. At illud, neq; hoc, neq; quale, neq; q̄tum. quippe qd' formis indeterminatum est: potestate aūt quadā eas habet. sed hoc proportione ad artes oīno sumi debet, & si qua sit alia similitudo.

Caput Septimum. Dubitatio, quo pacto uniuersi natura in contrarijs existat.

PRęterea illud quoq; dubitationē (nisi curiosa quęrēdi diligentia sit) habere videtur, cur nā ipsa natura, totaq; vniuersi substantia in contrarijs consistat: idq; qd' deterius est, æquales fermè cū optimo ptes habeat, immo vero etiā lōgè numerosius sit. Quapropter in vniuersum dicere videtur Euripides, quòd ne queunt bona esse separata. Talis aūt sermo parum abest quin dicat, neq; bona, neq; similia esse oia: atq; qd' de oibus ipsum esse dicimus. porrò nulla inuicem esse similia, vt quæ alba, & nigra sunt in seipsis. Est etiā quod pter opinionem magis esse videtur, fieri non posse, vt quod est, absq; contrarijs existat. Nōnulli vero adhuc magis inopinabili vtentes, id, quod neq; est, neq; fuit, neque futurum est, in vniuersi naturam adnumerant. sed hæc quidem est, veluti excedens quædam sapientia.

Caput Octauum. De uarijs sciendi modis: quibus q; uniuscuiusq; persequi deceat. Quo ité pacto circa principia speculari debeamus.

ATens q̄ multis dicatur modis, manifestum. etenim differētias sensus speculatur, causasq; inquirit. Sed forsitan uerius fuerit dicere, q̄ eorū, q̄ cogitatiōe excellētia sunt, quædam quidem simpliciter quęrit, quędā vero dubitationem faciendo quam tametsi trāscendere non valet, lucem tm̄ aliquam in tenebris plus aliquid indagare volentium ostēdit. Itaq; ipsum scire nō sine differētia quadā erit. Etenim, si inter se diuersa sint, differentia qdā inerit. Atq; in vniuersalibus, cùm sub eis plurima sint, discrimen inuēniri est necesse, siue hęc vniuersalia genera sint, siue species. Omnis aūt scia ferè proprior est. substantia nāq; & quiditas ſm vnūquodq; propriū existit. Ita quę in speculationē veniunt ſm se, nō per accidens, aliquid vtiq; de aliquo sunt. Omnino aūt in pluribus idem conspicere, aut vniuersa litet, cōmuniterq;, aut ſm quodq;, modo quo dam proprie esse scientiæ dicimus: vt numero, lineis, aīalibus, plantis. Finis aūt ex ambobus. Sunt etiam nōnulla vniuersalium finis. in eo enim causa. At horum id, qd' in parte est, quatenus sectio in individua fit, quemadmodum & in facūbilibus. nam ad hunc modū se habet ipsorum actio. Pręterea idē substantia, numero, specie, genere, proportioneq; scimus: & si quę, pter hęc, diuisiones habeantur. at vtplurimum per analogiā, tanq; plurimū eam recipientes. atq; aliqua quidē per nosmetipsos, alia vero per rem subiectam, nōnulla aūt per vtrunq;. Sed, cùm multipliciter scire sit, quo pacto vnūquodq; persequi decet? Nēpe suus cuiusq; modus, principium est, ac maximum, vt prima, & intelligibilia, & mobilia, & q̄ sub natura sunt, atq; ex his ipsis, quę in principio, quæq; sequuntur vsq; ad aialia, plantas, & vltima animæ expertia. Nam in vnoquoq; genere propriū est aliquid, quemadmodum & in mathematicis. Ipsa nāq; mathemata, q̄uis vnius quodā modo sint generis, sortita sunt differentiā. Sunt autē diuisa sufficienter. At si quędam nota, eò q̄ ignota sint (quemadmodum inquiunt nonnulli) proprius sane inerit modus. Indiget aūt quadā diuisione. Sed forsassis in quibus fieri potest, proportione aliqd sciri magis, pprium fuerit dicere, q̄si per id, qd' ignotum est. quemadmodum siquis per inuisibile inuisibile. Tentandū est igitur diuidere quot modi sint, & quoties ipsum cognoscere dicatur. ad hæc aūt ipsa principiū. Atq; primū ipsum scire definire difficilius videbitur. Nā fieri nequit, vt vniuersale, communeq; quippiā in his capiamus, q̄ multis dicuntur modis.

Quo pacto vnūquodque uti scire deceat.

Atq;

Atq; tum quatenus, tum de quibus causas inuestigare pari in sensibilibus, & intelligibilibus ratiõne deceat, aut dubium hoc, aut dictu non facile existit. Quippe cùm via in infinitũ in vtrisq; aliena sit, perimatq; sapientiã. vtraq; aũt quodãmodo principiũ. Sed forte hoc nostrũ, hoc vero simpliciter. aut hoc quidẽ finis, hoc vero nostrum quoddã principium. Alioquatenus igitur per causam speculari possumus principia, à sensibus incipientes. Sed cũ ad ipsa summa, primaq; trãsimus (siue quod causam non habemus, siue ob nostrã imbecillitatẽ, sicuti delyderatissima intueri non amplius valemus. Forte aũt veritati magis cõsonum illud existit palpante ac veluti attingente mente fieri speculationem. Quamobrẽ circa ipsa nulla contingit hallucinatio. At difficilis est circa idipsum intellectus, atq; fides. Cũ aũt & alioqui magnũ gppiã sit, & ad singulares tractationes necessariũ, & potissimũ maximas, facere conuenit definitionẽ, tum de natura ipsa, tũ circa ea, q̃ adhuc priora sunt. Siqdẽ qui de oibus rationẽ quẽritãt, simul cum ratione scientiam tollunt, immo verius erit dicere eos rationẽ petere eorũ, quorũ neq; est, neq; fuit, quicunq; cœlũ ipsum eternum existimãt. lationes autem, magnitudines, figuras, distantiasq;, & alia, quorũ Astrologia demonstrationẽ facit, & ipsa, quę prima mouẽt, et cuius gratia dicere omittunt: quæna ita cuiusq; natura, quis inuicẽ situs q̃ ipsius vniuersi substãtia, ad alias quoq; singulares species, ad curesq; viq; aiantes, plantasq; descendendo. Itaq; siquid coadiuuat Astrologus, in his, q̃ prima sunt in natura, nõ erit. Alia enim maxime, ppria sunt, ac priora. quippe cum modus (vt quidã putant) naturalis non sit, aut saltem non omnis. Atqui moueri simpliciter naturę, cœloq; maxime peculiare existit. quare & substantiæ cuiusq; rei actio, et quod fm vnumquodq;, dum in opere est, atq; motu, vt in aialibus, & plantis. Sin vero minus, æquiuoca sunt. q̃uis videlicet in reuolutione cœlum sit fm substantiã, seperatũ tñ & quietẽ agens, equiuocum esset. Nam velut q̃dam vita est circulatio vniuersi.

Quo pacto cir a principia speculari debeamus.

Caput Nonum. De causa cuius gratia in inferioribus à superioribus dependentibus; ubi & nonnulle Antiquorum opiniones adducuntur.

Quærẽdum est igitur, si in aialibus, aut cui cõpetit vita nõ existente, in cœlo quoq; atq; cœlestibus, neque latio, neque determinatus quidam modus inesset. Presens autem dubitatio ad eũ, qui ab immobili est, motũ modo quodã pertinet. Qd'vero oia alicuius sint gratia, & temere nihil, sed perinde ac dehinc, haud facile existit, vt sępe dicitur. Vnde enim incipere, & in quæ desinere oportebat? Ceterũ nõnulla sunt eorũ, q̃ ita habere nõ videntur, sed alia quidem casu, alia vero necessitate quadam, vt in cœlestibus, & pleriscq; eorũ, quę circa terrã sunt. Cuius enim gratia sunt fluxꝰ maris, ac refluxus? aut cuius exporrectiones, aut exiccatiões, humectationesq;, & oino alius in aliud mutationes, corruptiones, generationes, aut q̃ in ipsa terra fiunt alterationes, & eorũ, q̃ in aliud ex alio trãsmutantur, mutationes, et id genus alia pleraq;? In ipsis aũt aialibus aliqua veluti vana existunt, ceu mãmę maribus, & fœminis emissio (siquidem nihil cõfert) & nõnullis barbæ, aut oino pilorum quibusdam i locis productio. Tum etiã cornuum magnitudines, vt ceruorũ. Nõ nullis quoq; lęsis q̃ mobilia, q̃ in terram directa, q̃ ante oculos posita gestarẽt. Quodq; aliqua vi fiant, aut pręter naturam, quemadmodum ardeola coit, vitamq; viuit mansuetiorẽ. Et alia non pauca quispiã deprehendat istiusmodi. Quod aũt maximum est, maximeq; apparet, circa educationes, generationesq; animaliũ est. nullius enim gratia hęc sunt, sed casus, atq; per necessitates alias. Oportebat enĩ, si alicuius quidem gratia sint, semper fm idẽ, similiq; modo fieri. Atq; etiã in plantis, & pręsertim inanimatis prefinitam quãdam (vt formis, specie, ac potestatibus apparent) obtinẽt naturam. Hęc autẽ cuiusnam gratia sint, quæreret aliquis. Nam rationem non habere, idipsum dubium est: adq; in aliis prius, ac honorabilioribus non ponentibus. quatenus & ratio quicquam, quod fide dignum sit, habere videtur: q̃m hęc ideas quasdam aut inter se differẽtias à casu, & vniuersi latione, quę in circulum fit accipiunt. Quòd si neq; hoc propter aliq̃d; & ad id, quod optimum est, definitiones quasdam sumere, non in omnibus simpliciter ponere decet. Quãdoquidẽ, quę huiusmodi existunt, quandã continẽt dubitationẽ. Atq; simpliciter dicimus, quę & de vnoquoq;. Simpliciter quidem, quando in oibus naturã, quod optimũ est expetere, & in quibus fieri potest, ordinem largiri, atq; eternitatẽ videmus. Pari autem modo in aialibus quoq; similiter. Nã vbi quod melius est, fieri potest, ibi haudquaquã prętermittit: veluti, q̃ ante gulam guttur sit. Optimã nãq; temperiem in medio cordis ventriculo inueniri pręstantius est: quippe cũ medium honorabilissimum sit. Simili modo & quę ad mundum pertinent: siquidem et appetitus haud secus. Quin illud quidẽ, q̃ neq; obediunt, neq; quod bonũ est, admittunt, cũ multa sint, immo vero multo plura, declarat. Paucũ nãq; aliquid aiatum est. at inanimũ infinitum. Et ipsorum esse aiatorum breue, ac

melius


melius existit. In vniuersum aũt, tum rarum, tum in paucis bonũ est. multum vero numero quod malum existit. Nũquid si indeterminatio solum, & veluti materiæ species, vt quæ ipsius naturę sunt, esse dicatur, stultissimũ erit? Si etenim qui de tota disserunt substantia, dicant (quemadmodũ Speusippus, quod pretiosum est, rarum quippiam esse facit) hoc circa medij locũ esse, illa vero summa, & vtrinq; entia profecto pulchre erunt existẽtia. Plato autem, & Pythagorei longo imitari interuallo volunt omnia: q̃uis quandam indeterminatę dualitatis, et vnius, perinde quasi oppositionem faciãt, in qua infinitum inordinatũq;, & oĩs (vt ita dicam) formę carentia per se existit. In summa aũt, vt absq; hac vniuersi natura sit, fieri nequit, sed veluti ęquam sortiri portionẽ, aut aliud antecellere, aut contraria esse principia oportet. Quamobrẽ, nec Deum fatentur esse qui adscribunt indeterminatũ agere posse oĩa. Quinetiam, si aliquatenus fieri potest, neq; hoc fortassis prælegerit: quippe cũ totã substantiam ex contrarijs quidẽ, ac in contrarijs existentẽ, perire contingeret. Videtur aũt & in primis consyderata pleraque, & vt accidit, sicuti quę circa terrę mutatiões dicta sunt. Neq; enim quod melius est, neq; cuius gratia, sed si consequi aliquid est necesse. Multa nãq; tum in aere, tum in alijs talia contingũt. Ex sensibilibus aũt cœlestia pusillimũ ordinẽ habere videntur, ceteris priora loco, nisi mathematica sint. Nam et si non totum, at maior pars: i his ordinẽ adseruat. nisi quis formas tales accipiat, quales Democritus idiuiduis supponit corpusculis. Sed de his quidem consyderandũ. Quòd autem initio dictum est, & in ipsa natura, in vniuersi substantia finitionem quandã eius, quod alicuius gratia existit, atq; illius, qui ad melius est impetus, capere tentãdum est. Nam in qbus entia sint, & quãnã inter sę modo sese habeant, hoc eius, quę de vniuersõ speculationis, exordium fuit.

Metaphysicorum Theophrasti finis.

REGISTRVM.

✣ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz &a.

✣ &a duerniones: ceteræ quaterniones.



Venetijs, apud hæredes Lucæ antonij Iuntę Florentini.
Anno Domini .M. D L.